


Del padre Sr. Arias

de la casa de Sr. de granada B. de 3-5188

UNIVERSITATIS GRANATAE
Sala
Segundo
Tabla
Numero 36



7 400 400 - **Salta** - MADE IN SPAIN



TOMVS PRIMVS

DOCTRINALIS FIDEI ECCLĒSIÆ catholicae contra Vviteleuistas & Hussitas, eorumq; sectatores, compositi per Venerabilem patrem F. Thomā Vvalden, in Anglia Carmelitarum Prouincialē, continēnsq; libros quatuor de Christo ac Petro & ecclesia, deq; religiosis & aliis perfectis, quorū Index proxime sequit. Capita autē triū in singulis articuloꝝ ponēt in cuiuslibet libri fronte.




Venundat̄ eius Impressori Iodoco Badio Ascēsis.

Del padre Fr. Arias

de la comp^a de Fr. de granada 32
3-5188

Universidad
CANADA
Sala A
Estado 6
Tabla
Número 36




TOMVS PRIMVS
DOCTRINALIS FIDEI ECCLĒSIÆ CATHOLICÆ CONTRA VVITELICITAS & HUSSITAS, eorūq; sectatores, compositi per Venerabilem patrem F. Thomā Vvalden, in Anglia Carmelitarum Prouinciale; continētq; libros quatuor de Christo ac Petro & ecclesia, deq; religiosis & aliis perfectis, quorū Index proxime sequit. Capita autē triū in singulis articuloꝝ ponēt in cuiuslibet libri fronte,



CVenundat̄ eius Impressori Iodoco Badio Alcésio.

CLEMENTI SEPTIMO PAPAE BEATISSIMO AC ROMANAE ecclesiae Pontifici sapientissimo, proinde & Pontifici & mortaliū omnium maximo ac Summo, Iodocus Badius Ascensius, obseruantiam.



Religiosissimus atq; cum primis reuerendus pater, F. Nicolaus Aude, Carmelitarum familiae antiquissima atq; laudatissime generalis, superiore anno cum apud Parrhisios suorum visendi, & praecipue fratrum Albien, congregationis nuper reformatae gratia ageret: & de quibusdam libris patrum suae familiae per me ad id accitum imprimendis, cum suis disputaret, incidit inter alia opera mentio, Doctrinalis fidei antiquae magistri Thomae Vvalden Carmelitarum suo tempore in Anglia prouincialis, contra Vituleuistas: quorum quia perniciosissima haeresis hac nostra tempestate cristae erexit, & Vvalden contra illam optime scripsit, incessit omnibus eius quae primis imprimendi sanctissima libido, Et quia secundum & tertium tomos pridem impresseram, primusq; apud Carmelitas Gandauenses esse reuerendus ille intellexeret, anxie curauit illum a patribus illis per virtutem obedientiae debitae ad nos mittere, & nomen tuo sanctissimo nuncupandum & dicendum, Quod nos quae lubentissimi facimus, multisq; de causis faciendum esse ducimus, Primum, quia ille tam obnixus id voluit ac mandauit: ut qui se plurimum secundum deum tuam magnificae beneficentiae debere agnosceret, Deinde quia opus ipsum ab auctore suo Martino quinto Romanorum Pontifici dicatum ac recognoscendum corrigendumq; missum est, aequissimum visum est, ut sub Romanorum itidem Pontificis clarissimi auspicio felicissimo per impressoria emitteret: cum non minus utile sit bonum opus emitte quae scribere, *Frustra enim scribat quod cum tuncis & blattis semper in latebris certaret, Tum quia partes Carmeli Gandauensis, & praeter ceteros venerabilis pater Balduinus Bocardus ipsorum, ut vulgo dicitur, prior prudentissimus, istam nuncupationem & dicationem tantopere commendauerunt, quippe quae sub praefecto suo, laudabiliter in reformatione multos iam annos vixerunt, ita semper cum ceteris Carmelitis Romanorum episcopo citra rebellionem, citraque haeresim vllam obediens ac beneuolus fuerunt, Tum igitur quia id toti Carmelo placuit, & maxime praeter Gandauenses Parrhisios, qui illud mandatum a Generali tam lubentes acceperunt, Ac demum (ne manifesta multis prosequar) quia mihi quoque istud rationi visum est consonum, ut qui plurimum bonae spei in istius operis diuulgatione & dicatione repositum norim, Videbam enim contra instauratas nuper haereses tam venenosas nullum hoc opere antidotum praesentius aut efficacius, ut quod contra eum scriptum sit, a quo isti nouelli haeretici, quicquid scripserunt, assumpserunt, iudicabamque ad operis & scriptoris auctoritatem accessurum plurimum, si iterum a summo probaretur & laudaretur Pontifice, praesertim eo qui & Clemens ex re ipsa quoque in omneis pios sit Clementissimus, vocetur: & eius nominis sit septimus: qui numerus peculiarem quandam denotat perfectionem, ut non dubitem magnificentiam tuam mox perfecturum quod pio & prudenti animo iam plusculos annos in hostes fidei conceptisti, Nam ut optimus maximus deus noster, Carolum quintum Imperatorem optimi tecti Turciae sauitiae, ita tuam prudentiam cum integerrima illius fide Luteranae opposuit nequitiae, Accepe igitur pater sanctissime, ad fidei catholicae protectionem hoc opus presentissimum, qua similia soles & fronte & clementia, ipsumque & eius emissores ac nuncupatores qua plurimum potes auctoritate defende, Ex chalcographia nostra apud Parrhisios ad Nonas Septembris, Anno Gratiae Christianae M. D. XXXII.*

TABELLA

compediosa capitulorum & articulorum in quatuor libros primi Tomi venerabilis Patris Thomae Vvalden, cum viueret Prouincialis in Anglia Fratrum beatae Mariae a monte Carmelo, studioso licet succincte, collectorum.



Articulis ministri clerici pascedi sunt sine laboratio de bonis ecclesiae: & non cogent ad victum manibus acq; reddi, 270 Y Angliam defendit a culpa quae Vituleuistae ea genit, fo, ii, E.

Annihilare & in nihilum redigere potest de qua facta sunt si velit contra assertionem Vituleuistae, fo, xxix, Z, Cuius argumenta contra annihilationem & confirmationes soluant, fo, 30, A

Annihilatio quid sit, fo, xxxiii, E. Annihilare vituleuistae possit de totum sine partibus, & distinguat de partibus & de toto, quae multiplicia vituleuistae sunt, xxxiii, D.

Anima ad corpus suum naturale vinculum & ligamentum, Vnde non potest extranea corpora informare sua potentia, lxi, A.

Animatione quam finxit Vituleuistae non fuit animatus Christus, lvi, cap, xxxvi.

Animationem ponere naturam distinctam a spiritu immortalis est superfluum, lix, Z.

Antichristus non est dicendus Papa ut vult Vituleuistae, ad cuius argumenta quae respondetur, fo, cxlv, ca, xlix, Nec secundum quatuor proprietates Antichristi dicendus est parulus Antichristus, cxlvii, ca, i.

Appellauerit licet Patulus Caesar, non tamen licet brachium seculare appellare post iudicium episcoporum in materia fidei vel ecclesiastica, & soluit argumentum Vituleuistae, 197, X.

Apostoli omnes erant honore & potestate pares: & tamen Petrus caput omnium auctoritatis potestate & honore excellens, lxxiiii.

Apostolorum vel discipulorum Christi quae instituerit religiosos perfectos in ecclesia primitiua, fo, ccxii, cap, viii, M.

Archidiaconi quae sunt in ecclesia, & quomodo & quando instituti, clxvii, cap, lxii.

Archiepiscopi quae sunt, & vnde dicti, clvi, cap, lv.

Argumentis Vituleuistae haeretici respondet Ecclesia per catholicos, fo, xliii, cap, liii.

Armacanus male sensit & scripsit de voto religiosorum, ccxxv, B. & sequen, C, Vi deatur Richardus.

Articuli & capita lib, i, fo, viii, Articuli & capita, libri, ii, fo, lxxii.

Articulus tertius secundi libri qui est de membris ecclesiae Iesu Christi secundum professiones & officia eorum seriatim incipit, l, ii, 4.

Articuli & argumenta seu capita eorum quae sunt in tertio libro, ccvi.

Articulus secundus libri tertii qui est de perfectione religionis Christi supra religionem eius vulgaris incipit, fo, ccxvi, ca, xi, Q.

Articulus tertius libri tertii est de signis, ritibus, & habitibus religiosorum distinctis a vulgaribus, ccxxxiii, L.

Articuli & capita quatuor libri, ccxli, Articulus fidei numeri taxatus est per ecclesiam symbolicam, nec ipsa potest addere nouum articulum, fo, ciiii, ca, xxii.

Asianorum religiosorum perfectorum multiplicatio & augmentatio, ccxlii, ca, viii, N.

Authoritate ecclesiae symbolice sunt definita omnia dubia in fide, fo, xcix, ca, xix, Et taxandi sunt libri quae quot habebunt canonici seu catholici, fo, ci, cap, xx.

Authoritas vniuersalis ecclesiae subiecta est auctoritati scripturarum tam veteris quam noui testamenti, fo, ciii, cap, xxi.

Authoritas concilii generalis, cx, cap, xxvi.

Benedictus est dare quae contra religiosos mendicantes, cclv, G.

Benedicti & consecrati a solis episcopis possunt virgines vestales seu moniales, clx, ca, lvii.

Benedictiones episcopales quales sunt, clxii, ca, 59.

Bonum maius omittendum est, & minus facienda si praecipit suis praelat, qui non sit haeretici, fo, ccxxxiii, H.

Bona ecclesiae qualiter sint dispensanda, & qualiter multi erret in illis dispensandis, 289, S.

Carmenica seu carnitica casta non sunt dicenda literatorum collegia, 89, k, p, to.

Cardinales Romanae ecclesiae bono sunt nomine vocari, & iusta ratione instituti quibus contradicat Vituleuistae, cliiii, cap, liiii.

Christus est deus & homo, articulo tertio huius primi, qui incipit, fo, lxiii. Et quod Christus in humanitate sua continet tamen duas naturas, corporis, scilicet & anime, Nec est alterum eorum nisi loquedo per synecdochen, 63, ca, 39.

Christus non fuit spiritus tamen, lvi, X.

Christus non fuit animatus animatione quam finxit Vituleuistae, lvi, ca, xxxvi.

Christus non est dicendus humanitas, nec creatura, fo, lxxv, E.

Christus non est tripartitus, sed est deitas, anima & caro coniunctim: & nullum illorum diuinum dicitur plene Christus, fo, c7, ca, 42.

Christus non erat homo in triduo mortis, excepta figura loquendi: fuit tamen Christus in illo triduo, & respondet ad argumenta in contra rium adducta, fo. lxix, cap. xliii.

Christus an fuerit rex temporalis, excii, S.

Christum non fuisse regem temporale conuincitur testibus veridicis, exciui, T.

Christus instituit quatuor sectas seu ordines presbiteriorum, & iter eos episcopos, ccxxxvi. Item quod instituit multas religiones distinctas, & inter eas religionem presbiteriorum, fo. eodem, M.

Christus instituit ecclesiam in religionibus variis, & tamen unam, ccxxxvii, N.

Christum medicasse personaliter & vocaliter a Samaritana aquam, cclxliii, V.

Christum sic mendicasse in diuersis aetatibus probat, cclxvi, Instituit discipulos suos mendicare, cclxvii, Y.

Citationes papae non probant esse Antichristum ut vult Vitellius, ccli, ca. liii.

Claustralis vita ducere in claustrum est maioris perfectionis & meriti quam ducere consilium in seculo, cclxxiii, Z.

Claustralis vita ratione voti est maioris perfectionis quam similis in factis ducta in seculo sine voto, fo. cclxxiiii, A.

Clerici primitiuae ecclesiae & episcopi fuerunt dotati in personis suis, cclxxx, K.

Collegia cathedralia & vniuersitates non sunt castra Caymitica, nec fratres in collegiis literariis sunt Caymitae, cclxxx, K.

Concilium generale in ecclesia Christi auctoritas quanta sit, ca. cx, xvii.

Concilium generale vtilitas, cxii, ca. xvii.

Conclusio seu peroratio operis, ccxci, V.

Confirmatio a solis fit episcopi, clviii, ca. viii.

Consecrationes altarum, repletorum, sacrarum vestium & virginum a solis fit episcopi, clx, ca. lviii.

Constantini donatio defendit contra Vitellium, fo. cclxxvi, F. & sequens, I.

Constantinus eripit tribus scadalibus quae illi falso imputat Vitellius, cclxxxii, M.

Contemplatiui valde impetrabunt victum ab eleemosynis sine laborio, cclxxi, Z.

Contentorum libro quarto epitome seu summarium prologus, fo. cclxi, R.

Continentium statum tenent & representant in ecclesia Christi monachi, & omnes religionem professi in claustris, lxxxix, C.

Contingentia omnifaria actuum humanorum negatiua argumenta soluant, xlvi, P.

Continuum quodlibet corpus quomodo potest diuidi in partes infinitas, xxiiii, Q. & littera sequens, S.

Corpus mundi magnum esse primum ex atomis constitutum stulte imaginatur Vitellius, ca. T.

Corporis humani quod animam non implicat perfectio & prececonia, fo. lxii, coluina secunda.

Corporis Christi mystice vera unitas, & indiuiduatio ecclesiae iam currentis, gr. ca. xvi.

Creatura quaelibet est deus secundum Vitellium, fo. ix, A. & x, B. Sed deus non est quaelibet creatura secundum eundem, foliis sequentibus.

Vbi etiam rationes argumentorum Vitellii, solunt.

Creatura non dicitur propter Christum, lxx, E.

Creatio quod & annihilatio proprie, ca. xix.

Creatio quod est ab omnino nihilo, non solum ab esse intelligibili &c, fo. xxxiii, E.

Curati quod & pastores & eorum institutio, cclxviii, ca. lxiii, videant pastores.

Dandum non solum debilibus, caecis & claudis, ut sentit Vitellius, cclii, D. Neque solis vicinis sic quod non ignotis, ccliiii, B.

Dare quod accipere vtrumque semper sit beatius: & probat quomodo non, cclv, E, cap. xliii.

Debilibus quidem caecis & claudis danda est eleemosyna, sed non solum, sed etiam validis corpore, dummodo sint egeni & Christo seruientes, cclii, D.

Decani quod sunt in ecclesia, a quibus denominati & instituti, cclvii, ca. lxii.

Decimas exigere per censuras tanquam res dominicas non proprias: & ad bonum & meritum populi decimatis, licet pastoribus, fo. clxx, E.

Decimas dent seculares, & offerant apud pastores etiam iniuste vite, cclxxii, F.

Descriptio religionis communis & multiplicitas religionis particularis in communi contenta, fo. cclxxii, Y.

Descriptio seu definitio falsa religiosi medicantis per Vitellium quod ad eam falso citat sanctum Lincolniensem episcopum, cclxiii, O.

Desudet eleemosyna in manu tua donec inuenias iustum, quod intelligendum, cclxi, M.

Deus secundum Vitellium necessitat creaturam ad quemlibet actum, fo. vii, V.

Deum esse quidlibet seu quaelibet creaturam asseruit Vitellius per imperitiam artis dialectice, fo. ix, A.

Deum esse omnia in omnibus quod dicit Apostolus quomodo intelligatur, fo. xi, E.

Deum non posse facere nisi quae fecit est erroneum dictum Vitellium, & quorundam veterum, fo. xviii, N. Deum posse facere quod non fecit, probatur ex sacra scriptura, & ex testimonio ipsius dei, fo. xxii, P.

Deum esse omnia in omnibus quod dicit Apostolus quomodo intelligatur, fo. xi, E.

Deum non posse facere nisi quae fecit est erroneum dictum Vitellium, & quorundam veterum, fo. xviii, N. Deum posse facere quod non fecit, probatur ex sacra scriptura, & ex testimonio ipsius dei, fo. xxii, P.

Deus non posse facere nisi quae fecit est erroneum dictum Vitellium, & quorundam veterum, fo. xviii, N. Deum posse facere quod non fecit, probatur ex sacra scriptura, & ex testimonio ipsius dei, fo. xxii, P.

Deus esse omnia in omnibus quod dicit Apostolus quomodo intelligatur, fo. xi, E.

Deus non posse facere nisi quae fecit est erroneum dictum Vitellium, & quorundam veterum, fo. xviii, N. Deum posse facere quod non fecit, probatur ex sacra scriptura, & ex testimonio ipsius dei, fo. xxii, P.

Deus esse omnia in omnibus quod dicit Apostolus quomodo intelligatur, fo. xi, E.

Deus potest ampliare numerum rerum statutum, & quomodo potest continuum diuidere in infinitum, fo. xxiiii, Q. & cap. sequens, S.

Deus & homines possunt multa facere quae nec sunt nec fuerunt, nec etiam futura sunt contra inuidiam &c, fo. xxvii, cap. xvi.

Dicta & scripta maiorum & doctorum ecclesiae sunt praeter scripturas catholicas rimanda ad fidei veritatem inuenienda, fo. cvi, cap. xxiii, & contra scripturam canonicam reuerenter suscipienda, cvii, cap. xxiiii.

Differetiae & latitudines seu dilatationes religionum vniuersarum, vide religionum.

Diuisio medicantis, cclii, S. Descriptio & definitio eiusdem, cclii, T.

Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, quod non prohiberet quoniam religiosi pauperes modo mendicent, ccli, B, cap. viii.

Doctorum ecclesiae vide Maiorum & paruum doctorum, & patrum ecclesiae concordantes sententiae & consuetudines expositiones sunt ad eundem & legenda ad cognoscendam fidem catholicam & scripturam sensum, cix, cap. xxv.

Doctores & magistri non inepte sunt in vniuersalibus studiis ut sentit Vitellius, cclxxv, H.

Doctores & magistri creantur licite, & decenter in diuersis scientiis in vniuersitatibus, cclxxvi, I.

Doctrinale fidei antiquae & catholicae inscribitur hoc opus, F. Thomae Valden, ib, B.

Doctrina Valden cuius & qualis erit in hoc opere, fo. ii, G.

Doctrina prima Christi huic operi praemisit. Cauete a sermone Pharisaeorum, i, hereticorum Vitellius, dicentium se scripturas sanctas tenere, & nude eas sequi, & probare per omnia, fo. iiii, H.

Secunda, qua dicitur spernenda documenta communis ecclesiae & sanctorum patrum approbata concilia & decreta, fo. iiii, I.

Tertia qua reprobat expositiones sanctorum doctorum eas apocryphas appellantes, ib, K.

Quarta, qua iactant se sacris episcopis & virtus catholicis peritiores & doctiores appellantes eos idiotas & idiotitos, fo. v, L.

Quinta, qua seipsum ad tantum in sciendo exaltat ut dicat quod catholici viri non intelligant magistrum suum Vitellium: nec libros & scripta eius, ibi, M.

Sexta, qua dicitur in libris Vitellium multa esse vtilia & non omnia danata, ibidem, N.

Septima, qua allicitur auditores per sanctas ut videri voluit praedicationes & exhortationes contra vitia more aliorum haereticorum.

Deus esse omnia in omnibus quod dicit Apostolus quomodo intelligatur, fo. xi, E.

Deus non posse facere nisi quae fecit est erroneum dictum Vitellium, & quorundam veterum, fo. xviii, N. Deum posse facere quod non fecit, probatur ex sacra scriptura, & ex testimonio ipsius dei, fo. xxii, P.

Deus esse omnia in omnibus quod dicit Apostolus quomodo intelligatur, fo. xi, E.

Deus non posse facere nisi quae fecit est erroneum dictum Vitellium, & quorundam veterum, fo. xviii, N. Deum posse facere quod non fecit, probatur ex sacra scriptura, & ex testimonio ipsius dei, fo. xxii, P.

Deus esse omnia in omnibus quod dicit Apostolus quomodo intelligatur, fo. xi, E.

Deus non posse facere nisi quae fecit est erroneum dictum Vitellium, & quorundam veterum, fo. xviii, N. Deum posse facere quod non fecit, probatur ex sacra scriptura, & ex testimonio ipsius dei, fo. xxii, P.

Deus esse omnia in omnibus quod dicit Apostolus quomodo intelligatur, fo. xi, E.

rum, ut eis fides habeatur, fo. vi, O.

Octava, qua simulat se sanctae vitae & orthodoxos de impuritate arguunt, vi, P.

Nona, qua defendentes Vitellium, dicunt catholicos illi falsa imponere & non bene recitare doctrinam eius, nec logicam eius intelligere, & similia, fo. eodem, Q.

Decima, qua forte dicent auctoritate huius operis inaniter contra Vitellium inuehi, aut non integre nec vere eius dicta recitasse aut allegasse quae improber: quia id falsum esse conperiet quis fideliter vtrumque dicta & scripta conferet, ibi, fo. vi, R.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Dominari licite vel principate negat hereticus Vitellius quaelibet in peccato mortali existens, eiusque argumentum ut nullius efficaciam improbat, cc, Z.

Ecclesie symbolicè authoritas fundatur ab antiquo, & secundū ipsam taxat numerus librorū canonicè scripturæ, fo. ci. ca. xx.

Ecclesie vniuersalis authoritas subdita est authoritati scripturarum tam veteris quā noui testamenti, fo. ciii. cap. xxi.

Ecclesia taxauit numerum articulorū fidei, nec potest creare nouū, fo. ciiii. ca. xxii.

Ecclesia fluxit ex Petro post Christū tota successione quasi mēbrū ex mēbro secundū apostolum, fo. cxvi. cap. xxix.

Ecclesia in religionibus variam, & tamē vnā instituit Christ⁹ dñs, cccxxvii. N.

Ecclesia fuit in cōmuni diues & dotata a primitiuis suis cōtinue per totū primū trecentenarium ante donationem Constantini, cclxxx. L.

Ecclesia quare non fuit dotata in primitiuis in terra sancta, cclxxxii. M.

Ecclesie inuitē nullis principib⁹ nec aliis licet auferre bona illi semel collata, 283. N.

Ecclesiastica psona tenent subuenire principib⁹ & laicis psonis de bonis ecclesie: vbi excessiua adest illorū egestas, cclxxxiiii. O.

Ecclesiastici oēs sunt paupes, cclxxxv. P.

Ecclesiastici nequaquā sunt domini ecclesiasticarū rerum, cclxxxvi. Q.

Ecclesia bona quālibet sint dispensada, 289. S.

Egen⁹ & mendic⁹ nō erit oīno inter vos, non est phibitue dictum, sed pmissiue pro singulari dono, si seruarent legē domini: & ita, quia sepe non seruauerunt, habuerunt eos id quod licuit, ccl. A.

Electi nō oēs sūt actū ī ecclesia, lxxxiii. Q.

Electio papę p Cardinales est decēs & laudabilis, fo. cccxxi. cap. xxix. Respondet ad obiecta Vviteless, cōtra huiusmodi electionem, fo. cccxi. cap. xl.

Eleemosyna danda est nō solis debilib⁹, cæcis & claudis vt vult Vviteless, cclii. D.

neque tñ vicinis sic quod non ignotus, ccliii. E.

Eleemosynā daturus nō scrutari debeat cui sit datur⁹, ne forte pctori, &c. cclx. L.

Eleemosynis fidelium supplēde sunt egestates monasteriorū, nec ipsa eleemosynę subtrahi debēt quouis modo quā oparii claustrorū laborare teneantur, cclxxviii. D.

Epī quod sūt, & quā instituti, clviii. cap. lvi.

Episcoporū necessitas est in ecclesia dei propter cōfirmationes & ordinationes, licet cōtradicat Vviteless, fo. clviii. cap. lvii.

Epī soli cōsecrare pnt altaria, Basilicas sacras vestes & virgines bñdicere, clx. ca. lviii.

Episcoporū electio & institutio vt sint digna mēbra Iesu Christi, clxv. cap. lxi.

Episcop⁹ licet sit sacerdos, nō tñ est idem oīno cū inferiorē sacerdote, sed sunt grad⁹ distincti in eodē ordine, clxiii. cap. lx.

Episcopi instituti a Christ⁹, cccxxvi. L.

Episcopi & clerici alii primitiue ecclesie fuerunt dotati in psonis suis, cclxxx. K.

Epitome seu summiari⁹ plōg⁹ cōtētorū in presentī opere præcipue lib. quarti de religiosis perfectis, fo. cclxi. K.

Erudientes & libros cōponēdo scribentes sunt laboribus manualib⁹ inter religiosos eximendi, cclxviii. V.

Esse dicit præmitentia oīs act⁹ verbū: & est propriū soli deo vix cōpetēs creaturę etiā in statu eius optimo, xvi. H.

Esse in tēpore & re tēporali est mixtū cū nō esse, & non est purū nisi in primo ente, ideo nō excedit esse præsens, xvii. I.

Esse in intelligibili aut in potētia tñ, est simpliciter non esse, xviii. L.

Esse rei naturale & potēziale secundū quod de⁹ potest multa quā nō facit, xxi. O.

Euāgelistę op⁹ predicādi euāgelii exercētēs sūt ab ope manuali eximēdi, cclxvii. T.

Euiterna nō pfecte sunt, multo igitur magis caduca pfecte nō sunt, xix. M.

Europę per partes religiosorū pfectorum diffusio & multiplicatio, ccxv. P.

Eximēdi & subleuādi a laboritio seu ope manuali quod sūt religiosi pfecti: & quādo, fo. cclxvii. T. & multis sequentibus.

Expropriari nō debēt esse clerici, 276. F.

Expropriarios esse debere clericos pbat Vviteless trib⁹ legib⁹ cōtra quas in oppositū tres alias adducit author leges, 276. G.

Facere nō posse deū nisi quod fecit, xviii. N. Sed cōtrariū pbat, xxii. P.

Fidei requiritur veritas est recipienda quatuor viis, fo. ciii. cap. xxii.

Fidei ad veritatē inueniendā rimāda sunt præter scripturas sanctas dicta maiorū seu doctorum sanctorum, cvi. cap. xxxii.

Figuratiua locutio in scripturis nō est capiēda vt propria, fo. lxxiii. cap. xl.

Fracta quos habuit hereticos, f. ii. post E.

Fratres catholici rite admittunt ad pñciā cādū, nec ppterea tolerant hereticos, 284. O.

Fratres seu religiosi medicātes videntur ī vocabulis medicātes, religiosi, Secta Christi, & similibus in quibus continentur.

Fundamentū dicendi quod spirit⁹ hominis seu anima rationalis sit totus homo, vnde habeant Vviteless, l. v. V.

Fūdamētū ecclesie post Christū fuit beat⁹ Petrus folio lxxix. cap. vi. per totum.

Fūdatio religiosorū pfectorū instīctū legis naturalis tēpore naturæ seu legis naturalis folio ccvii. F. Et tempore legis scriptæ folio ccviii. G. Er per subiectos legis seu legi ccix. I. Item quorūdā fundatio in primitiua ecclesia tpe legis gratiæ ccxi. L.

Fundatio voti obedientiæ cccxxi. F. & cccxxi. F.

Futurorum incertorum motæ quæstiōes soluuntur folio xli. L.

Gentiles quos genuit hereticos, ii. post E.

Gentiles religiosos vt Ierosolymitanos tolerabant secū viuere Iudei. folio ccxi. K.

Gradus distincti sunt in episcopo & simplici sacerdote licet sint in vno ordine, & cōi noīe olim vocarentur fol. clxiii. ca. lx.

Gradus multi paupertatis ecclesiasticæ sunt assignati folio cclxxxv. post P.

Habit⁹ distinct⁹ ab habitu vulgari cōgruit religiosi pfecti cccxxiii. I.

Habit⁹ singularis religiosorū pfectorū fuit in veteri ecclesia appbarus cccxxiiii. K.

Hereses in Francia ortę folio. ii. post E.

Hereses Vviteless de necessitate absoluta omnium futurorū xxxv. F. Eius fautores recitantur & conuincuntur, xxxvi. G.

Hereticę prauitatis exps semp fuit ac erit Romana ecclesia, xlv. cap. lxviii.

Hereticas oēs falsitates cancellādi habet papa ab antiquo potestate, cclxiii. cap. xlvii.

Heretici fere recusāt obedire papę ne iudicent in causa hereticę prauitatis ccli. c. xlvii.

Heretici nō ideo tolerant p̄dicare, quod fides catholica ad hoc admittitur, clxxxiii. O.

Hominis compositio hui⁹ libri primi articulo secundo, qui incipit folio. li. R.

Homo nō diffinitur quod sit anima rationalis tantū, aut corpus tñ &c. liiii. T. & lv. V.

Hospitium & mensa dapillis sacerdotum non recte excusant illorum dispensationē pauperibus debitam, ccxc. T.

Humanitas Christi nō est Christ⁹, lxy. E.

Humanitas Christi vt humanitas nō est adoranda adoratione latria, lxx. H.

Iacobo Hierosolymorū episcopo p̄ferendus est Petrus potestate, lxxvii. cap. iiii.

Ideorū rationē tractās Platō consentit Vviteless, de eis multa inaniter dicens, xv. G.

Ietrei siue ab Ietro descēdētes erant religiosi gentiles, non Iudei. fol. ccxi. K.

Infinitas creaturarum simpliciter potest esse, vt in numeris & punctis, xxy. S.

Infirmis nō est labor coacte imponēdus, nec viris ante ingressū nobilib⁹, cclxxii. A.

Inuidia & impotētia nulla ē in deo, quā nō oīa quod potest faciat, xxvii. cap. xvi. p. tot.

Inuocatio diuini auxiliij p auctorē ad operis huius vtilē consummationem, vii. S.

Iustus quō sit, & nō sit relictus a domino, & quomodo semen ei⁹ querat panē: & religiosi mendicent, nō contra sensum aut sententiam Psalmista, cclii. C.

Laborandū esse manib⁹ num sit etiā religiosi, cclv. F. cap. xii.

Laboritio manuali an victū lucrari debeat aut religiosi medicātes p totū articulū secundū libri. iiii. qui incipit fol. cclxiii. P.

Laboritio male exercēdo committit tres errores secundum Vviteless, folio cclxx. Q. R.

Laborauit Paulus quod de causis cclxvi. S.

Laboribus manuum qui sint inter religiosos eximēdi cclxvii. T. cclxviii. V. cclix. X. cclxx. Y. cclxxi. Z. & fol. cclxxii. A.

Leuitas veteris legis qui admiserunt doctem de facto, cclxxvii. H.

Libri primitiui primi toni capita & argumenta trium articulorum fol. viii.

Liber secundus qui est de corpore Christi, quod est ecclesia, & de membris eius variis, incipit folio lxxi. V.

Libri secundi articuli & capita lxxii.

Librorū canonicorum seu catholicorū numerus taxādus est ab ecclesia symbolica siue ab eius auctoritate folio. ci. cap. xx.

Liber tertius est de pfectis episcopis & religiosi, cui⁹ primus articulus de religiosi pfectis viuentibus ex mendicitate, Secundus de iisdem viuentibus ex laboritio seu ex labore manuum suarum, Et tertius de viuentibus ex possessionibus p̄ditorum & aliarum rerū in cōmuni, incipit fol. ccxi. Q. vbi primos defendit.

Lincolniēsi, verba falso & corrupte a Vviteless contra mendicantes citata, cclxiii. O.

Locutio figurata nō est vt propria capiēda in scripturis folio, lxxiii. cap. xl.

Logica Vviteless itulta esse & citra artē conuincitur, folio. ix. A.

Magistri in diuersis facultatibus non mincepre sunt in vniuersitatibus 175. H. & folio cclxxvii. cap. lxxviii. I.

Maiorum seu patrū dicta rimāda sunt præter scripturas sanctas ad inueniendam veritatem fidei, folio, cvi. cap. xxxiii.

Maiores seu patrum & prelatorum ecclesie dicta & scripta sunt circa scripturam canonicam reuerenter suscipienda cxi. cap. xxiiii.

Manicheis de ideis consentit Vvite. xv. G. Maria virgo beata & multi sancti in veteri testamento, & etiam apostoli in nouo fecerunt votum promissionis contra sententiam Richardi Armaçani cxxviii. F.

Martini quinti pontificis maximi fauorem & beneuolentiam captat auctor huius operis, & studiorum suorum incrementa modeste narrat. folio, i. A.

Materia & farrago huius totius operis, i. B. Membrorum ecclesie militantis mixtio & concursus. folio, lxxxvi. cap. xi.

Membra ecclesie symbolice, cxxiii. ca. xxviii. Patrum & doctorum ecclesie. Vide Maiores.

Mendicando victum suum exigere a secularibus possunt religiosi perfecti. cxi. Q. Mendicitatis diuisio. folio. cclxii. S.

Mendicantis diffinitio seu descriptio. 243. T. Mendicasse Christum personaliter & vocaliter de Samaritana aquam. cclxiiii. V.

Mendicasse Christum personaliter in diuersis etatibus probat. cclxvi. X.

Mendicare instituit Christus discipulos. Mendicitas electa fuit multis cclxvii. Y.

sanctis uoluita. folio. cclxviii. cap. vi.

Medicus & egenus non erit omnino inter uos: quod id non ueret medicare perfectos. ccl. A.

Medicitatem & diuitias ne dederis mihi, quod non sit contra medicitatem perfectorum. ccli. B.

Monachi & ceteri professi claustrales tenent in ecclesiis Christi statum continentium. folio lxxxix. cap. xiiii. C.

Monachorum tres circa laborum manuum errores secundum Vviteless cclxv. Q. R. Monachus um vite perfectio & merita. Viuantur in uocabulo claustrales.

Monasteria & cenobia incolentes non habentes unde uiuant aliunde, & non de monasterio, si non sint de predictis eximendis, laborare manibus debent. cclxxii. B.

Mulieres nobiles & preteritatas uiris misere & pferre aut sunt Vviteleustæ, asserentes eas debere uiris pdicare & diuina parare, ut contigit Londini. lxxxviii. A.

Multiplicatio religiosorum perfectorum per Asiam. fol. cclxiii. cap. viii. N.

Necessitate absolutam omnium rerum futurarum qualiter contra doctrinam ecclesie ponat Vviteless cum suis. xxv. F. Qui fuerint auctores & fautores supradictæ hæresis ab initio. xxxvi. G.

Necessitate supradictam quod declaret Vviteless: & quod clare ecclesia doceat & semper docuerit oppositum eius. xxxvii. cap. xxiiii.

Necessitas omnis ab externo proueniens & precedens rem, tollit ambulationem hominis uoluntate folio xl. cap. xxv. per totum.

Necessitate qui ponit proueniens in futuris euentibus, consequentem tamen causas primas, sic ut non uenire non possint uniuersa futura, multum errant. xlv. O.

Necessarii uarii modi ponunt. xlix. Q. & necessitas quam quodam ponit improbat. ibidem.

Nisi credideritis quia ego sum: Augustinus exponit in sensu quo dictum est, ego sum quod sum: alii, quod ego sum quod uertur est Messias. xviii. K.

Nobilibus an professionem religionis uitae non est labor coacte imponendus. cclxxii. A.

Non uidi iustum derelictum a domino, nec semen eius querens panem: non est contra religionem os querentes panem suum. cclii. C.

Numerum statutum rerum potest deus ampliore facere folio xxiiii. Q.

Numerus librorum catholicorum seu canonicorum sacre scripture detinendus est auctoritate ecclesie symbolice. fol. ci. cap. xx. Et similiter articulum fidei. fol. ciiii. cap. xxii.

Obedientia occidentalium ecclesie & similiter orientalis. fol. cxxxviii. cap. xliiii.

Obedientia totius & uniuersalis orbis quod beatus papa Romanorum pontifici, nec obstat schismatica interualla, quibus ab obedientia discessum est. cxi. cap. xlv.

Obedire summo pontifici seu pape detraçant Vviteleustæ & plurimi hæretici ne iudicet in causa hæreticæ prauitatis. folio cxi. cap. xlv.

Obedientie uoluntate seu uoti fundatio & excellentia eius ostendit. fo. 229. E. Videat uoti.

Obedientie fundatio, & ut eius professores simpliciter obediant. fol. cxxxii. F. Quod exhibenda sit prelato etiam peccatori, modo non hæretico. fo. cxxxii. G.

Obediendum est preposito mandanti, postponere magis bonum minus bono. Et quod obedientia est usque ad mortem. fol. cxxxiii. H.

Obiectum adequatum diuine scientie disquirunt quidam curiosi. fo. xlii. M. Et quod in obiecto variari potest. folio xliiii. N.

Oblationes debent offerre subditi pastoribus suis licet delinquentibus. cclxxii. F.

Officiales qui sunt in ecclesia, a quibus dicitur et quando instituti cclxvii. cap. lxii.

Omni petenti te tribue, sed an peccatori tamen tribuendum uerbum asperum. cclxxii. N.

Operatum in ecclesia diuisio, per quam perfecti ab imperfectis diuiduntur. xci. cap. xliii.

Operis huius nominis. i. B. Et dedicatio, & ut probet a Martino quanto ei oblatio. ibid. C.

Oratio pro Vviteleustis hæreticis conuertendis, quam fecit beatus Augustinus per Manicheis. cxcii. X.

Ordinationes sacrorum ordinum a solis episcopis fieri possunt. fol. clviii. cap. lvii.

Papa seu episcopus Romanus tenet primatum super omnes christianorum ecclesias. cxx. c. xxvii.

Papalis potestatis preminencia est in Christi lege fundata: & non ex potestate Cesaria deriuata. folio, cxxii. cap. xxxiii. Est iurisdictionaliter coactiua. cxxiiii. cap. xxxiiii.

Papa omnis seu Romanus ac summus pontifex rite ingrediens, in potestate & preminenciam ecclesie succedit cum beato Petro. folio cxxv. cap. xxxv.

Papa appellat fideliter & decenter sanctissimus pater. fol. cxxvii. cap. xxxvi.

Papa sedes legitima & conueniens est, uerbo Roma quibus & alibi sedere posset. folio cxxxiii. cap. xli.

Papa quod obediat tantum ecclesia occidentalibus quam orientalis. cxxxviii. cap. xliiii.

Papa dicitur rite sanctissimus pater. cxxvii. Y. Item beatissimus pater. cxxviii. Z.

Papa seu pape nomen non est per Cesaris impositum seu introductum. cxxix. cap. xxxviii.

Papa electio per coertum cardinalium est decens & laudabilis. cxxxi. cap. cxxxix.

Pape totius orbis obedire debet. cxi. c. xlv.

Papa habet ab antiquo irrefragabile & indelebile potestate ad determinandas fidei veritates: & ad debellandas & cancellandas omnes falsitates hæreticas. cxlvi. ca. xlvii.

Papa non est dicendus Antichristus, ut respondet ad argumenta Vviteless. cxlvi. ca. xlix.

Papa non dicitur Antichristus iuxta quatuor proprietates Antichristi. cxlvi. ca. i.

Papa expedit esse in terris, licet ut argumenta Vviteless, Christus residet in celis perpendiculariter super omnes iustos. clix. P.

Papa non est Antichristus propter citationes suas ad sedem apostolicam, nec propter patrimonium crucifixi. cli. cap. lii.

Papa esse in terris non expedire argumentatur rursus Vviteless, & ad eius obiecta responderetur. clii. cap. liii.

Papa uideat pontifex aut pontifex summus. Papalia priuilegia & fundationes eorum. folio. cxxxv. cap. xlii. Responsiones ad obiecta contra ipsa. fol. cxxxvi. cap. xliii.

Papalia priuilegia & fundationes eorum. folio. cxxxv. cap. xlii. Responsiones ad obiecta contra ipsa. fol. cxxxvi. cap. xliii.

Papalia priuilegia & fundationes eorum. folio. cxxxv. cap. xlii. Responsiones ad obiecta contra ipsa. fol. cxxxvi. cap. xliii.

Parochianus seu subditus ne temere iudicet de uita pastoris seu curati. clxxiii. G.

Partes multiplices alicuius totius. xxxvi. D.

Pastores fecerunt ordinis sacerdotes, qualiter & quo per ecclesias diuersorum locorum fuerint instituti. clxviii. cap. lxiii.

Pastoribus licet exigere per censuras decimas tanquam res dominicas non proprias, & boni & meritum populi decimantis seu decimas dantis. folio clxx. E.

Pastoribus etiam peccatis debet secularibus eis committi dare decimas, & facere oblationes. folio. clxxii. cap. lxv. F.

Pastorem suum aut eius uitam ne temere iudicet subditus. clxxiii. G.

Pater sanctissimus recte dicitur papa. 228. Y.

Pater beatissimus idem recte dicitur. cxxviii. Z.

Patriarche quod quot sint, & quare sic uocati & instituti. clvi. cap. lv.

Patrimonium crucifixi quod possidet papa, non probat eum esse Antichristum. cli. cap. lii.

Paulus uult Vviteless Petro non inferiori, cuius argumenta soluuntur. lxxvi. cap. iii.

Paulus licet appellauerit Cesaris, non tamen licet brachium seculare appellare post iudicium episcoporum in materia fidei vel ecclesiastica, & soluunt argumentum Vviteless. cxcviii. X.

Et fol. cxcix. Y. cap. lxxx.

Paulus apostolus quibus de causis laborarit. cclxvi. S.

Paupertatis ecclesiastice gradus multi affignantur. fol. cclxxxv. post P.

Paupes sunt ecclesiastici omnes: & de latitudine paupertatis eorum. cclxxxv. P.

Paupertate proficitur spore, uerum culpabiliter se exponant periculo uitae. cclxi. K.

Peccati prima radix est uoluntas, & ante eam nulla necessitas. xxxviii. cap. xxiiii. I.

Peccatori elemosinam petenti non solum uerbum asperum sit tribuendum, ut uult Vviteless. cclx. N.

Peccatum mortale non auferat principibus reponalibus uerum dominium. cc. Z.

Peccatoribus etiam extremis donauit & contulit deus mundum dominum. ccli. A.

Peccatori saltem ut hoc dare non est uictiosum nec anxie seruantum est cui des. cclxi. L.

Et uerum propterea dictum ne des peccatori: desudet elemosina in manu tua. cclxi. M.

Perfectio religiosorum perfectorum supra religionem uulgarem Christi, est non solum extensa siue, sed etiam intensiue maior. cclxi. S.

Perfectio minoris est obseruatio & certitudinis claustrales obseruare & ducere in seculo, quod illas easdem tenere in claustris. 223. Z.

Perfectionis religio probata sacris legibus
vtrum transcendat vulgi meritum, distincta
signis & ritibus. ccvi. D.

Perfecti in ecclesia fecerunt ab imperfectis
per diuisionem operantiu. fol. xci. ca. xiiii.

Perfectionis religionem quoniam instituit Christus.

Peroratio & conclusio huius operis (236. M.)
& caput vltimum in quo pauca de habitu
religiosorum meminit. ccxci. V.

Perpendiculariter Christum in caelis residere
super omnes iustos, qualiter intelligatur,
& quatenus verum sit: & quod propterea non
minus expediat papam esse in terris, vt pre-
tendit Vviteless. cxlix. cap. li.

Petra super quam fundatur ecclesia est post
Christum primus eius fundamentum, beatus
Petrus. lxxix. cap. vi.

Petrus fuit omnium apostolorum princeps
& caput ecclesie. lxxiii. cap. i. & ii.

Petrus erat auctoritatis potestate & honore
inter apostolos preexcellens. lxxiiii. ca. ii.

Petrus pariter facit Vviteless Paulo multis
argumentis quod soluunt. lxxvi. cap. iii.

Petrus auctoritate & potestate preferri de-
bet Iacobo fratri domini, quoniam Hierosolymorum
episcopo. lxxvii. cap. iiii.

Petrus fuit vniuersalis magister & caput
ecclesie post Christum. lxxviii. cap. v.

Petrus est fundamentum ecclesie post Chris-
tum, & petra super quam fundatur ecclesia.
Et quod Romae fuit, ac illic praesedit episco-
pus. fol. lxxix. cap. vi.

Petrus quo tempore & quanto fuit Ro-
mae episcopus. lxxxi. cap. vii.

Petrus & quod ex Petro post Christum tota suc-
cessione fluxit ecclesia, quasi membrum de mem-
bro secundum apostolum. cxvi. cap. xxix.

Petrus non fuisse papam ex verbis Christi
male infert Vviteless, & soluuntur eius ar-
gumenta. clii. cap. liii.

Potestatem vtriusque testamenti regularis & pu-
blica successio. cxviii. ca. xxx. Videat Papa.

Potestatem Romanorum succedentium sancto
Petro veneranda series. cxix. cap. xxxi.

Possibilis & impossibilis & necessarii va-
rii modi, contra necessitatem positam. xlv. O.
ponuntur fol. xlix. Q. cap. xxx.

Potest deus, si vult, esse conditio inaniter
adiecta & excogitata a Vviteless. xxvi. V.

Potestas & auctoritas regalis est immedi-
ate donata a deo. cxvii. V.

Predicatores non usurpant officium euangelizandi
diuini mittant a deo per hominem habentem
auctoritatem eos mittendi. clxxxi. M.

Predicare non licet nisi ad hoc missio. clxxii.
possunt enim impediri & prohiberi quidam etiam
presbyteri ne predicent. clxxxiii. N.

Predicare non licet singulis christianis pas-
sim, nisi sint admissi auctoritate episcopi,
aut in ea re superioris: licet id asserat quidam
doctor Vviteless. clxxxvii. P.

Prelato etiam sit peccator, obediendum est
a subdito, modo non sit hereticus. ccxxii. G.
Etiam si precipiat omittere maius bonum, & fa-
cere minus bonum. ccxxiii. H.

Presbyteri quidam possunt licite impediri
& prohiberi ne predicent. clxxxiii. N.

Precepta diuina obiectum adequatum dis-
cunt quidam curiosi. xlii. M.

Precepta dei potest variari in obiecto si-
ne variacione sui in principio. xliiii. N.

Primates qui sunt & c. clvi. cap. li.

Priuegia papalia & fundationes eorum. fo-
lio. cxxxv. cap. xlii. Responiones ad obiecta
contra ipsa. cxxxvi. cap. xliii.

Promissionis & spem obligatorie, & non
tamen pro desiderio captiuitatis corinet, in illo
psal. Vouete & reddite & c. ccxxv. B.

Proprietas ecclesie fundata. iiii. legibus. 276. G.

Questiones perplexae de incerto futu-
rorum, & solutiones earum. xli. L.

Questio auctoris de perfectis. religio. 206. D.

Radix prima peccati est libera voluntas
& ante eam nulla necessitas. xxxviii. I.

Regalis potestas & auctoritas est imme-
diata donata a deo. cxvii. V.

Rationes tres excellentes & famose per quas re-
ligio perfectorum est maior & dignior reli-
gione vulgari Christi. cxxx. V.

Regalia Christi temporalis qualis. cxci. S.

Reges non excedunt dignitate sacerdotes ec-
clesie Christi. clxxxix. Q. Et soluuntur con-
tra hoc argumenta Vviteless. fo. cxci. R. Et
de regalia Christi temporalis. cxcii. S.

Rex temporalis an dicendus Christus. cxcii. S.
Et quod non probatur testibus veris. cxciiii. T.

Regulae variae fidelium in ecclesia, sub vna
sunt regula Christi. xciii. cap. xv.

Religionis perfectorum fundatio in statu le-
gis naturae. ccvii. Vide Perfectorum.

Religionis perfectorum fundatio instinctu
naturalis tpe legis scriptae. ccviii. G.

Religiosorum huius temporis ad veteres ap-
plicatione, quia vbiq; addit aliquid legi dei. 209.

Religionis perfectorum fundatio tpe legis
scriptae per subiectos legi. ccix. I.

Religionis perfectorum fundatio in primi-
tina ecclesia Iesu Christi. ccxi. L.

Religiosos perfectos quos apostolorum vel discipu-
lorum Christi instituerit in ecclesia primitiua.

Religiosorum perfectorum per Asiam (ccxii. M.)
multiplicatio. P. ccxiii. cap. viii. N.

Religio perfectorum quod diffundebat per par-
tes Africae. ccxiii. O.

Religiosorum perfectorum per Europam
multiplicatio. ccxv. P.

Religionis Christi perfectae quae sit excellentia su-
pra religionem eius vulgarem. ccxvi. Q.

Religiosus perfectus est eo fortior quo magis
tenet implere votum paupertatis. ccxvii. R.

Religiosus perfectus est ex vi religionis quam
spondet ac seruat, perfectior religioso vul-
gari. ccxviii. cap. xlii. S.

Religio perfectorum est non solum exten-
siue, sed etiam intensiue perfectior religio-
ne vulgari. ccxix. T.

Religio vtriusque est perfectior quam vulgari-
s est magis perfectionis, sed perfectiorum est perfe-
ctior propter tres rationes. ccxx. V.

Religionis omnes quibus differentiis discerna-
tur, & de latitudine earum. ccxxi. X.

Religionis omnis descriptio, & multiplicitas
religionis particularis in ea continetur. ccxxii. Y.

Religiosi perfecti deceter vtriusque habitu sepa-
to & distincto ab habitu vulgari. ccxxiii. I.

Religionis distinctae secundum distinctas observa-
tiones & ceremonias reperiuntur instituta in scri-
pturis sanctis. Et quod aliqua religio non est eo
melior, quo est in obseruationibus peior. 238. O.

Religiosi in ecclesia dei possunt licite exi-
gere victum suum a secularibus. ccxi. Q.

Religiosis perfectis vtrum sit manibus la-
borandum. cclv. F. cap. xii.

Religiosi mendicantis descriptio per Vvite-
less falso & mendaciter usurpata. cclxiii. O.

Religiosi mendicantes laborare debent in
suis monasteriis propter victum: exemplo
& ex preceptis patrum. cclxiiii. P.

Religiosi non clerici ne presumant exercere
ea quae sunt clericorum, & ne clerici fastidien-
do operasua eorum assumant. cclxxii. C.

Religiosi perfecti viuentes de certa posses-
sione reddituum & prediorum in communi: de quibus
est tertius articulus li. iiii. cclxxvi. E.

Religio si viuens de certa possessione red-
dituum & prediorum in communi, defendit arti-
culo tertio quarti libri a fol. cclxxvi. F.

Religiosi primitiuae ecclesiae tpe apostolo-
rum sicut & apostoli & discipuli Christi, va-
cabant quotidie studio legis dei. Vbi non po-
terant opera dare artificios: sed vixerunt ex
elemosyna sanctae plebis. cclxxix. X.

Religionis perfectae professores possunt sine
repugnacione in episcopatu subire officium
dispensationis ecclesiasticae. cclxxxvii. R.

Relinqueret omnia & renunciare omnibus quid
differant, & vtrum sint tamen facienda in affectu
sic quod non in effectu. cclvi. H. Et vtrum hoc
consilium Christi tamen locum habeat in dis-
posito, id est nimis auaro. cclviii. I.

Relinquenda omnia esse iis qui volunt perfecti esse,
non tamen in disposito, vt vult Vviteless. cclviii. I.

Renunciandum esse omnibus iuxta consilium euangeli-
cum, vtrum in effectu, non tamen in affectu. 256. H.

Reprobis quidam sunt actus in ecclesia. lxxxiii. Q.

Richardus Armaganus male sensit & scri-
psit de votis religiosorum. ccxxv. B. & seq.

Ritus & signa conuenientia perfectis religiosi-
s articulo tertio libri. iiii. p. totum. ccxxxiii. I.

Ritus & signa religiosorum perfectorum in ve-
teris seu primitiua ecclesia. ccxxxiiii. K.

Roma fuit episcopus Petrus. lxxix. ca. vi.
Et quo tempore & quanto. lxxxi. cap. viii.

Roma est conueniens sedes papae, quae & alii
ubi sedere potest. cxxxiii. cap. xli.

Romana sedes tenet primatum super om-
nes christianorum ecclesias. cxx. cap. xxxii.

Romana ecclesia prerogatiua de perpetua
immunitate errandi in fide catholica, &
quod sit ab omni contagione heresis semp-
inuenta illibata. cxlv. cap. xviii.

Sacerdos & episcopus constituitur in vno
sordine diuersos gradus. clxiii. cap. lx.

Sacerdotii christiani excellentia: & quae inter
sacerdotes christiani comparantur regibus. 189. Q.

Soluuntur argumenta probare volentium re-
ges dignitate praestare sacerdotibus. cxci. R.

Seculas seu ordines quatuor religiosorum
seu perfectorum instituit Christus contra me-
dacia Vviteless contrarium asserentis. Et pri-
mo probat id de episcopis. ccxxxvi. L.

Sententiae & expositiones concordantes sanctorum
patrum & doctorum ecclesiae sunt aduersus sedes
suscipere ad veritatem fidei habendam. cix. cxxv.

Series veneranda pontificum Romano-
rum. cxix. cap. xxxi.

Signa & ritus ac habitus religiosorum in pri-
mitiua ecclesia distincta a vulgaribus habi-
tibus & c. ccxxxiiii. K.

Synecdochae male diffinit Vviteless: nec
locutio scripturae figuratiua est vt propria
accipienda. lxiii. cap. xl.

Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes
& da pauperibus & c. vtrum illud consilium locum
habeat tamen in indisposito, id est multum au-
ro vt vult Vviteless. cclviii. I.

Spiritus rationalis duplici ratione nõ est completus homo. folio lvi. X.

Spiritus ac animæ dualitas quam ponit Vviteless in hoie improbat. lii. S.

Spiritus rationalis nõ est tora & completa persona hominis. folio. liiii. T.

Studiorũ inter christianos sũdatio. 177. H

Subditus vt parochianus ne temere iudicet de vita pastoris seu curati. clxxiii. G.

Titulus domini secularis insti nõ respicit regulariter voluntatẽ dei beneplacitam, sed eius providentiam. cciiii. D.

Totum virtũ possit annihilari sine suis partibus aut eis remanentibus. xxxiii. B.

Trinitas quã ponit Vviteless in hois cõpositione narratur & ridetur. li. R.

Valden seu Vvalde huius operis auctor se a morsibus detractorũ precipue Vviteleuistarum defendit. fol. ccvii. E.

Verbũ diuinũ potuit assumpsisse aliã naturã quã assumpsit. lxx. H. & lxxi. I.

Verbum asperum non tribuendum peccatori mendicanti. cclxii. N.

Veritaris fidei inueniendẽ gratia, rimanda sunt p̄ter scripturas sacras dicta, & scriptura maiorũ & doctorũ. cvi. cap. xxxiii.

Vicinis & notis non solis danda est electio, sed etiam peregrinis & ignotis dũ modo petant. ccliiii. E.

Vinculum naturale animẽ ad corpus suum: unde non potest extranea corpora in formare potentia sua. lxi. A.

Vitẽ periculo vtrum se culpabiliter exponant paupertatẽ profitẽtes religiosi. 259. K.

Vviteless plures hæreses abolitas in abusu suorum reuocauit, quã quicquid aliorum hæreticorum. folio. ii. D.

Vviteless plurima erronea dicta. vii. añ V

Vviteless consentit Manicheis in materia de ideis. folio. xv. cap. v. G.

Vviteleuistæ non habent fundamentum huius assertionis quod spiritus rationalis sit totus & completus homo, ex patribus nostris & sanctis doctoribus, sed fumpserunt eam ex philosophis gentilibus ob infidelitatem damnatis. lv. V.

Vviteleuistæ impudenter deobediunt summo pontifici papæ, ne iudicet in causa hæreticæ patperratis. cxli. cap. xvi.

Vviteless vult omnem clerum debere esse expropriarium, id est nihil possidere proprium, grauius peccasse, & peccare asserens omnes qui consenserunt aut consentiunt in dotationem seu donationem Constantini quã Romane fecit ecclesia. cclxxvi. F.

Vvientes religiosi de possessione reddituum & prediorũ in cõmuni. cclxxvi. F.

Vniuersitatum inter christianos fundatio. clxxv. H.

Voluntas est radix prima peccati, & ante eam nulla necessitas. xxxviii. cap. xxxiii. I.

Voluntas firma accipit sepe in scripturis potestate, & nolitio. p. nõ prate. xxvii. X.

Voluntas ambulatio hois tollitur & impedit ab omni necessitate, pueniẽte ab eterno & precedẽte rẽ. xl. cap. xxv. p. totũ.

Votũ paupertatis quo religiosus perfectus tenet magis tenere, eo est in religione fortior & perfectior. ccxvii. R.

Votũ efficit vitã claustrale perfectiorẽ & magis meritoriam quã sit cõsimilis vita in seculo sine voto ducta. fol. cccxxiii. A.

Votũ promissionis seu sponsonis & fidei facte est fundatũ in illo psalmi. lxxv. Vo uete & reddite domino deo vestro. Et in illo euangelii. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnũ celorum. Qui potest cape capiat. Cõtra Armacanũ cccxxv. B.

Votũ seu vouere promissive auget meritũ, & intẽdit pfectionẽ actũ, ita vt pfectior & magis meritoriũ sit actũ sub voto quã sine voto: cõtra eundẽ Armacanũ. ccxxvii. C.

Vouisse pmissive pbat Iacob, David, apostolos, beatã virginẽ Mariã, & fuisse cõfuetũ fidelib⁹ primitiue ecclesie sic vouere. Cõtra eundẽ Richardum Armacanum. folio. cccxxviii. cap. xxii.

Voti obedientiæ fundatio & excellẽtia eius ostẽdit. ccxxix. E. Videatur obedientiæ.


Voti obedientiæ fundatio, & vt professores simpliciter obediant & nihil sine superiorum arbitrio agant. fol. cccxxxi. F.

Votum obedientiæ seruandum superiori etiam peccatori modo non sit hæreticũ. ccxxxii. G. ccxxxii. H.

Vtilitas concilii gñalis. cxii. cap. xxvii.

FINIS.

DOCTRINALIS ANTIQVITA TVM F. II. IO. MAE Vvalden, Familia Sodalitiae fratru beate Marie Christi domini matris sanctissimae & virginis perpetue a mote Carmelo prouincialis in patria sua terra Anglia, contra Vviteleuicã hæresim, Tomus prim⁹, & eius Martino papæ quæro, vt discutiatur oblatio.



Martino beatissimo papa quinto, vniuersi gregis Carmelitarũ seruorum apostolicę sedis minimus frater Thomas Vvalden, quicquid est: & pressis labris facris semper vestigis inherere. Ventus magnus factus est in mari, ita vt nauicula Petri pene operiretur fluctibus hæresum & errorum: & ad quem accedent discipuli fidei Christi corporaliter suscitandum nisi ad vicariũ Iesu Christi dicentes, Domine salua nos perimus. Salua inquam a latione fidei, a corruptione ecclesiã, a dira perfidia sanctã plebẽ. Domine saluifica nos ex hac hora. Mulier illa fortis, vnica spõsa tua ecclesia Christi, mater & virgo clamat ad te tenẽte post Petrũ regale sacerdotiũ, Salua me dñe mi rex. Et vnde salues: Habes in torculari & area. Nã area auctoritatis tibi cõmodatẽ de calis paleas a se statim nouit euẽtilatoris verbo discutere: & torcularia tua vino redundant. Vno inquam omnis peritiq̃ legis dei: quod ipsa patris sapientia miscuit, & in tuũ sacrum tuorumq̃ crates rem perfudit. Et quantumlibet sit grandis auctoritatis claua quam geris, tamen nolumus vt nõ, sola procedat, nequãdo dicat inimica hæresis, p̄ualui aduersus eum. Legisbus Christi non potest: sed sola auctoritatis sue mole nos opprimit contra legẽ. Hęc hæreticorum nostrorum vox est sancte pater. Hęc falsã obumbrationis commenta protedunt. Sic hodie sicut olim, qualiter Augustinus lib. iii. contra Iulianum, Pelagianos increpat more omnium retro hæreticorum egisse dicens. Iam vos p̄niteat totius huius erroris: nec argumento miserimo vtamini quo vniuersi vtuntur hæretici, quos a pernicio sa licentia leges imperatorũ catholicorũ premit: Omnes quippe huiusmodi dicunt quã

ipse dixisti, Laborare illã partẽ ratiõis scopia, quẽ in disseredo cũ terrorẽ subrogat, nullũ a prudẽtib⁹ impetrat, sed secũ a mericulosis extorquet assensum. Noui quidã hæretici vos estis, sed istã pene omnium hæreticorum veterẽ vocẽ cũ ceteris agnouistis & tenuistis. Hęc ille, AVCT. Veterẽ ergo vocẽ hæc raucam oim hæreticorũ necesse est, legibus allegatis & mole antiquã traditionis obtũdere. Nõ dico vt ipse hoc facias, cuius verbũ toti orbi sufficeret: nec alios me maiores expono discrimini, nec oportet. Sed me pater sancte minimũ seruorũ tuorũ vt cũ antiquo serpente benedictionis tuę scuto protectus pro fide Christi decertẽ. Nõ tamen in spiritũtu p̄sumptionis cornuta fronte peritum me existimã bellũ vsurpo, sed cũ timore dei & modestia spiritus, hæc dicens contra hos hostes Christi me fortẽ existimo: nec subtrahã vnũ pedem. Cũ tamẽ primũ hæc tacitus cogitatẽ postq̃ in iuuenilib⁹ annis logicalibus eis ausultantes aures indullũ ad libros hæresum cũ venissem stupebã ultra modũ, assertiões eius p̄grãdes & auctoritatum loca taxata cũ vehementis rationum, Fides mihi mã sit integra, sed cum opinione luctabar. Tãdẽ post tempora ad sacros libros me transtuli & non diũ, quãdo publicũ cũ scripturarũ inuenirem falsariũ, extorquere scripturas ad sensum per omnes sacros expositores aduersum, scripturas per se planas inuoluerẽ, occultare simplices veritates, & cũ glossis vanis hinc modifcare, hinc radere sacra dicta, Tractatores sanctos & sacros canones si suã perfidiã sociare nõ posset abiecit: quãdoq̃ nõ audiẽdos dicẽs, interdũ apocryphos. Quando itẽ deficit intellectus se trãsfert ad cõuicia, argumenta fumẽs contra fidem crimina personarum. Tunc strepit ligigia, volitant, scandala sufflantur & lites, & rixę, cõtentiones, impropria, amulationes, cõtumelię inauditę. Et has dictiões veritatum appellat quã planissime m̄ctur. Horrẽt aures fidelium cũ sepulcrum patuerit oris heretici. Sepulchrũ patẽs est guttur eorum: linguis suis dolose agebãt. Venenũ aspidum sub labiis eorũ: hoc sepulchrũ horruit sanctus Paulus cũ diceret. Si quis autẽ contentiosus videt esse, nos talẽ cõsuetudinẽ nõ habemus: neq̃ ecclesia dei. Quid plura? ex facris literis didici quod patriarcha noster, hoc est Carmelitarũ Helias in fine mudi certaturus adueniet, cũ principe huius hæresis Antichristo: cuius isti sunt p̄cursores indolenti.

Nolle autē summ⁹ dux noster capū appetere. Idcirco Christi fretus auxilio, & beatae virginis matris eius specialis nostrae matronae arma dimicatur⁹ assumā, vt duci meo cū accedat occurrā, Armaturā illā appello quā beatus Augustinus contra hereticos sui temporis pugnaturus ab apostolico desumpsit armario, dicens quarto lib de trinitate cap. viii. Ego causas quas reddidi vel ex ecclesiae auctoritate a maioribus traditas vel ex diuinarū scripturarū testimonio, vel ex ratione numerorū similitudinūq; collegi. Contra rationē nemo sobrius. Cōtra scripturas nemo Christianus. Cōtra ecclesiā nemo pacificus senserit. Haec ille. Nec puto me tandē his factis ipsorū hereticorū ceruicē flectere indurata: immo frangere potius, dicente experto horū Bernardo, Homilia. xvi. sup cātica. Nā quātū ad istos, inquit, nec rationibus cōiunctū, quia nō intelligūt: nec auctoritatibus corrigunt, quia nō recipiunt: nec flectuntur suasionibus, quia peruersi sunt. Probatū est. Mori magis eligunt q̄ cōuerri. Haec ille. Nō ad hos igitur pmultū loquar sed ad electos fratres, ne in hunc locū veniāt tormētorum, & vt veritas fidei per seipsam recta cōpareat. Hunc morē, hunc seruās ordinē vt causas fidei auctoritate scripturā demōstrē, aut traditione maiorū antiqua, vel rationis sequela, Huic caelesti scalae innixus auctoritatē in differendo p̄ferā rationi. Exēplo itē rū Augustini de moribus ecclesiae & Manicheorū lib. i. cap. iiii. Vnde inquit ordinar ab auctoritate an ratione? Naturae autē ordo ita se habet, vt cum aliquid differimus ratio nem praecedat auctoritas. Nā infirma, ratio videri potest, quae cū reddita fuerit auctoritatē postea p̄ quā frimetur assumit. Sed quia caligātes hominū mentes cōsuetudine tenebrarū, quibus in nocte peccatorū vitiortūq; velantur, p̄spicitati synceritatēq; rationis aspectū idoneū intendere nequeunt, saluberrime cōpertū est, vt in lucē veritatis acie titubantē veluti ramis humanitatis opaca inducat auctoritas. Hęc ille, Summopere igitur hortandos duco scriptores vt cū omni diligentia auctoritatū allegationes ad loca eis signata vere conscribant. Ego enim quoslibet auctores induxerim ad libros & capitula si habeat aut portiones minutas vt statim possint inueniri describā. Et potest ad mai⁹ cōspendiū cedere cōspectoris quod ad cōpēdū cōcoptauit. Nec quisq; calūniatrice lingua hoc opus luadat, si audierit nominari libros

Philosophorū aut Gētiliū poetae dicta vel sentētiās in disputādo de fide, ne antiqui patris Lactātiū liber diuinarū institutionū illi displiceat. Aut Augustini volumē ingeniosum & ingens de ciuitate dei vbi notetenus auctores abditos ipse cōmemorat, Orpheū, Mercuriū, Trimegistiū, Carronē, Maronē, Enniū Porphyriū, ceterosq; cū suis scēticiis: tā vt facile p̄ auctores p̄prios recētiore dogmatistas cuiusq; q̄ vt eorū cē testimonia nec p̄ ipsum ficta demonstrēt. Hoc igitur pacto **B** licebit & mihi philosophiā eius fictā philosophorū attestatiōne dānare, & ad obsequiū fidei redigere deuātes. In primis de capite ecclesie & mēbris eius q̄ potero facillime differā. Demū de cōtentis in ecclesia, De sacramētis, de sacramentalibus, de fide quoq; & p̄fidia, longo sermone & pari labore nō dubito libri fines cū deus dabit attingā. Hunc autē librū totū, doctrinale antiquitatū ecclesiae appellare disposui hac ratiōe, q̄ in toto hoc opere cōtra nouitates hereticas a triqua ecclesia a rēporibus apostolorū p̄ succēssiones episcoporū & plebiū, quid in rebus mortis docuit, tenuit, p̄dicauit: quantum antiqua exemplaria videre cōceditur ipsa nos docebit, ipsa in quā sancta mater ecclesia p̄ seipsā negocia terminabit. Hunc modū Augustinus disputādo seruauit vt tā potēter vinceat Manichēos & Pelagianos hereticos. Quasi hęc loquimur, i p̄sona ecclesiae loquimur, & totum est eius siue verba siue sentētia: q̄ sp̄sō ecclesiae incōsulto verba eius mandaret in publicū! Quis p̄o sententiā clamat noīe principis, cuius ipse cōscius nunq; fuit, non audiuit, nō vidit! Idcirco pater beatissime ad iustū tuū iudiciū opus hoc primo p̄siliit nusq; adhuc excessit līmā claustrī nisi ad sacri apostolatus tui tribunalia veneranda, vt inde primo doctrina cēleatur ecclesie, si ita est quae vera est, aut si falso p̄tēta, iuste damnetur. Hanc fidē quid mirum si obseruo patri, cū seruem & hosti? Nusq; em verba eius sine ipso interseram. Semper errorē eius cū remissiōe libri & fracturē p̄figam in sup̄liminari capituli, ne vt solent heretici fingere in odium eius imputatum illi dicant, quod ipse non dixit, non docuit non p̄bauit. Textus sermonis proprii & stilus insulsus suū declarabunt auctorē. Logicas inuēctiones eius & fugas non pauco, quia in iuuenili arate cognouit. Scripturas quoq; sanctas & patrum auctoritates quas affert non terrebunt: quia vbi sumit eas syncerit

ter: ero pacatus. Si textum corrumpat sanctorū patrum partē illius dānabit assertio. Hoc solum timeo mihi ne proprio defatigatus labore desistam a lōge prospiciens hære sum, & errorū ill⁹ quasi scaturiginē infinitā. **D** Hoc nouerit sanctitas tua pater, q̄ citra Priscillianistas hereticos nullus tot antiquorū hereses reuocauit in orbē: nullus tot philosophorū aniliū repullulare fecit errores, tot probat, tā sustinet iā sopitos. Arriana sup̄statio vix tribus aut quatuor hāresibus capitibus totam cōcitauit ecclesiam, Nestoriana itē paucis, Pelagiana, Iouiniana, & ceterę tales exorte paruo numero q̄uis nimio sua dogmata terminabant. Hic autē quasi abyssus dedit vocē suam, in vero iudicio de obliteratis vetitorū erroribus, sibi p̄cipit cōtingētos. Inter cetera tū nollem viros graues & fidos magnipendere quorundam fabulas qui nō tam discretioni q̄ detractiōni libeter deseruiunt personarum illustriū & regnorum. Qui vt quidā ferūt, quia talē fidei correptorē in mundum protulit, Angliā reprehēdit & cōtumeliis suis affici dignam ducit. Scito pater beatissime q̄ ager ille nobilis quem magnus ille pater familias suis manibus seminauit, ille inquam ager electus produxit mūdo zizania. Nec potest fertilis Anglia, hoc agro esse vberior, nec hoc patrefamilias prouidentior eius rector. Et eius domus vasa habebat in contumeliā ipso teste nō pauca. Et rete ei⁹ in p̄ficatione sua celebri, pisces malos. Aut q̄ sapiēs Africam cōtēpsit, quia totā Carthagensem corrupit Numidiā, & Hipponā & in Romā ipsam sub appellatione Montēsiū donatistarū irrupit insectio! Quis itē torā Asiā dānat quia pestis Arriana ab Alexandria quā Marcus coluit euangelista, vsq; ad gentes & terras Vandalorū, Gothorū Hunorū, & Scythiā plebes euertit, & i Christi fideles diras p̄secutiōes asperit! Manicheorū sordida secta quīs in Grācia nata: Romae tamen coauluit, & Priscillianistarū contagio in Hispaniis exorsit: nec statim extincta desēuit in orbem. Gallia quoq; Petrū Abelardū. Et Berēgariū propagauit Germania Heribaldum & Rabanū. Nec horū recoleus ascesso mihi confortes in poena, sed in purgatione innocentiae testes & iudices. Sed sciant qui hęc loquūtur inter mundi regna regnum Anglię in fide Christi & conuersatione Christiana habere & ab exordio habuisse principes pastores & plebeios Christianissimos in regnis Christi: maioribus coequales. Vt autē pbemus q̄ di

cimus inchoātes a capite causę, India, Persia, Grācia, Roma apostolica p̄dicatiōe citata corporaliter Christi fidē acceperāt, ab Hierusalē p̄ circuitum vsq; ad Illiriciū mare Paulus repleuit euangelii. Habebat Maſilia sanctū Maximinū: & Lemouica sanctū Martiālē vni de lxx. Christi discipulis. Petragoricēses habēt sanctū Frontonē. Bituricēses, sanctū Vrsinum, sacros antistites apostolica eis delegatiōe trāsmissos, Gallias ipsas sanctus Dionysius hortabatur & cōuertebat ad fidē. Habebat Hibernia sanctū Patriciū. Habet item Scotia p̄dicatore suū Palladiū. Vnaquaq; mundi prouincia suo p̄dicante apostolo fidē Christi susceperat. Nullo autē adhuc apud Britones p̄dicāte verbum Christi nisi caelesti patre qui verbū suū per seipsum misit in Iacob, & cecidit in Israel. Primus p̄ seipsum rex Lucius ab Eleutherio papa instruit p̄ Legatos suos postulabat in fide, & eo medio plebes, regni vt scribit venerabilis Beda in principio libri de gestis Anglorum. Quae autē deinceps terra subacta bellis Romanis, tyrānis & Daecis paganis potius passa est perfidiam q̄ accepit q̄ imputet genti p̄ressē! Quin potius accrescit laudī eius q̄ statim ad primā pene cōmonitionis vocē Augustini, rex Ethelbert⁹ cū vniuersa gente Anglorū ad fidē pristinā cum gaudio remeavit. Nullus quantum aure p̄cepti aut legendo p̄spexi, ab exordio fidei susceptē Christi rex terrę illius erat hereticus aut hereticorum fautor inuētus: quod forte regis p̄coniū in oībus regnis Christi vel itē eo maioribus dici nō poterit: q̄ quidā eorū seua imanitate grassāte ecclesias erāt infesti. Scio i terra illa hereses germinasse quādoq; sed q̄ ibi extinctae sunt, vel violēter expulsae. Si ibi nata est Pelagiana p̄fidia, ibi damnata est: & exilio relegata in Asiā, ipsa eadē gente p̄uideat remediū. Quia scribente Beda Britanni cū neq; suscipere dogma p̄uersum gratiā Christi blasphemando vllatenus vellent, neq; versutiā nefarię p̄suasione refutare verbis certando sufficerēt, inuenerūt salubre consiliū vt a Gallicanis antistitibus auxiliū bellicū spirituales inquirāt. Vbi cōuocato concilio mittunt Germanus Altissidorēsis & Lupus Treccāsis episcopi. Tēpore Ioannis Anglorū regis veniunt in Angliā Albigenes heretici, quorū multi capti viui cōbusti sunt, & sic tandē ab orbe illo fugati sūt. Tēpore itē Philippī filii Ludouici regis Francorū, Publicanorum hāresis surrexit in Francia dicētium paruulos non baptisandos donec ad intelli

gibilem veniret aetatem. Non orandum pro mortuis: non sanctorum suffragia expectanda. Nonnulli eorum in Angliam venerant, qui apud Oxonfordiam deprehensi iuvene rege Henrico secundo clauis candente in frontibus deformiter sunt signati & effugati. Veniamus ad nostros, rex Henricus quintus Christo, & mundo commendatissimus inter reges gaudebat in ipso regni sui primordio primo contra Vvitleuistas haereticos exisse vexillum: dum scilicet ad Christi nactalem cum duce iniquitatis eorum Ioanne castro vereris contra inelytum regem conspire coeperunt. Nec mora longa processit quin statutum publicum per omne regni concilium in publico emanauit edicto quod omnes Vvitleuistae sicut dei proditores essent: sic proditores regis proscriptis bonis censerentur, & regni. Duplici poenae dandi: incendio propter deum: suspendio propter regem. Factumque est ita: stat res iure perenni. Multi eorum deprehensi ignibus consumpti sunt: contriti sunt, & sic malignantium habitae oportunitate relicto regno decesserunt. Si qua alia ges huius fascinata criminibus colligere digni ducatur paleas quas nos auctoritate sanctorum antistitum: cum clero regni & principali terrore discussimus, quis impudet Anglicis! Mare nostrum eiecit mortuos nostros: & terra nostra dedit fructum cetuplum! Quis criminabitur Angliam: quod populus circumuentus dolo haereticis mortuos nostros colit & veneratur ut deos. Insensati ergo putari possunt quae ista saeculari solent in Christianissimam Angliam tantoque maiori & apertiori pudore confundi: quo innata sibi summa clementia, & grandaeva solertia haec garrulos detestatur audire, vel contemnit auditos. Hoc patrem omnium decuit, hoc columbam ecclesiae ex vii. id est vniuersis columbis electam, ne cui omni flatu seculi circumferret. Ad Petrum, Iacobum, & Ioannem, Paulus se contulit: & ab his dexteras accepit, qui videbantur esse columbae. Ad tuam beatitudinem affluit totus orbis, & a te dexteras accipimus omnes communionis ecclesiae & societatis euangelice veritatis. Ego autem inter cursores tardissimus, non sic curro quasi in incertum: quia ad te sancte pater cursans propero, ut columba Christi discernat si iam in vacuum currerem aut cucurrissem. Certamen ipsum quo tota die cum Vvitleuistis confingo, tuis sacris aspectibus non sine grandi formidine represento. Et quae operis imbecillitate confusus, fama tamen tuae clemen-

tiae animatus accedo: sciens iustum esse futurum quicquid facturus es. Quicquid in opere fidei obuiet, tua sancta sententia coprimatur. Quicquid fidem enutriat, tuo etiam roboretur aspectu. Hoc vni est, Te semper habeo patrem: quia siue flagello paternae castigationis sequas, siue indulgentia parcas, me semper habebis filium. Age iam sancte pater, quod facturus es facitius, vniuersus orbis te expectat, & quodam vaticinio gratiae dei, quae tecum incepit, operis tui sanctum explorat euentum. Summa victoria gratiae dei introitus tuus ad hunc apostolatum illuxit. Dis quadraginta circiter annorum infame prodigium schismatis, in tuam ad sedem apostolicam sublimatione deus abscedit. Restat maturatione progressum, ut exitus tuus caudam atria qui serpentis, haeresim hanc amputet, quae plus sexaginta annis a Vvitleuistica fonte erumpens dehonestauit ecclesiam. Eia albus eques exiit fortiter vincens ut vinceret. Te ipsum designans ut existimo dicente tibi scriptura: Qui vicerit faciam eum columnam in domo dei mei. Nec armorum vi ut haestet vel clypei fit ista victoria. Sed haec est victoria quae vincit mundum fides nostra. Ad hanc ergo caespem victoriam dominus apostolatus tui sicut custodiuit introitum sic disponat & exitum tuum, ex hoc & usque in saeculum. Amen.

IN DECEM DOCTRINAS ANTE
primum librum ponendas Auctoris. Praefatio.



EA doctrina non est mea, sed eius qui misit me, Ioannis annis seprimo. Alma maiestas, & inuictae deitatis imago, spiritus tui seruo conceptio sic sponsam tuam exoramus fecundes ecclesiam, ut & quae agenda sunt videat, & ad ea quae viderit implenda conualescat. Scripturus iuuante deo contra nouellos haereticos Vvitleuistas, qui his nouissimis diebus Anglicanas repleuerunt ecclesias & hodie totam inuaserunt Bohemiam: ex ipsis radicibus fidei quid Christus, quid apostoli eius, quid post eos sancti patres

& doctores ab initio crediderunt & suo tempore docuerunt, propono certiores facere credentes. In primis ergo horreo quod capitaneus eorum Vvitleff, fide Christianorum omni probatione sua dimidiat. Quia fide scripturam ut vt pretendit admittit, sed vltra fide scriptam fide illa ecclesiae communis quam Iesus Christus, quam etiam apostolus Paulus tradebat non scriptam negligit & postponit. Fide inquam illa qua seruata circa scripturas, nullus per interpretationem falsam vel extortam poterit aberrare & sine qua quilibet errat quataesque scripturas iduocat. Volo ergo hunc laqueum haereticum transilire si potero & quicquid contra haeresim eorum fecerim ex prima fide scripturae probare. At ne scriptura illa videatur extorta aut falso presumpta qualiter Vvitleff, ipsum semper fecisse conuincam, probatissimorum sanctorum patrum qui ab initio fuerunt & successerunt ecclesiae expositiones claras & doctrinam annectam. Atque si quid quisque patrum per se solum in aliqua re opinando docuerit illo dimisso solum hoc astruam quod maior pars patrum a tempore apostolorum successiue ad nos usque sensit & tradidit a qua pessione nullus sub poena perditionis potest declinare fidelis, etiam nec papa vel generale concilium, quia articulus fidei est, ubi in symbolo dicitur. Credo sanctam ecclesiam catholicam. Et quia non scholasticus ludus est, sed fidei series scripturas sanctas, & post eas sanctorum patrum integras & sine furto spatiosas cum locis librorum & capitulorum quae certissime potero describam, & demum sub nomine auctoris eorum doctorum partes contra haeresim quam tunc expugnare corriget eliciam. At si quis amicus Vvitleff, illi magis quam mihi fauorem impedere digni ducat: cum me tot sanctorum patrum, & ecclesiae sequacem & planum discipulum viderit, ipse per suo Vvitleff, sicut dixit Hieronymus vni non extortum sed scribentem a proposito astipulatorum perferre debet. Non iam vana philosophia & humana sapientia fundamentum ponam huius doctrinae cum Vvitleff, sed in verbo dei. Non erigam aedificium nouellorum conceptum cum Vvitleff, sed doctum ecclesiae & sanctorum patrum traditionis antiquissime. Mea vero doctrina non erit mea, sed eius qui misit me. Terrere possit constanter virum plecurio Lollardorum quae de certo futuram expecto. Sed sequantur & rideant: si alius ecclesiae Anglicanae permaneo, & de matris meae consolatione, consilium per qua utinam daretur & mori, Sancto patri HYLARIO, aure accomodo dicenti super hoc versum psalmi. cxviii. Iniqui persecuti sunt me adiua. Necesse est

ut iniqui persequantur, quia iniquitas iniustae operationis effectus est. Scit hanc apostolus persecutionum iniquitatem cum dicit. Omnes volentes religiose viuere in Christo persecutionem parturunt. Multae enim persecutiones iustorum sunt. Nunc Sathanas infectatur: nunc ministeria eius impugnant, nunc falsorum fratrum simulatio ad nocendum arte fraudulenta infectationis irrepit, sed propheta quae veritatem esse mandata dei meminerit iniuste iniquitatis persecutionem fidei a se sustinet: & quae persecutionem sciat fidei esse documentum non querit eam commoueri: sed iuuari se in ea postulat & operam atque auxilium nomine dei precatur, euangelici huius precepti non ignarus, qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Sequitur. Periculosa nunc opociosa fidei pax est & faciles securis excubis insidiae sunt. Bellis autem exercitatum virum non cito dolis capient: & glorioso certamine opus est, ut corona victoriae deferatur. Haec ille. Sic est sancte pater persecutio, est fidei documentum, & ecclesia ferrea est, quae cum omnem infidelitatem, haeresim, & vitium vitae domat, si exercitio vacet, si opociosa sit, non fricata rubigine sua, squaleret. Non ergo cum certamine pugno, sed torporis validissimorum tironum accuso. Ac pene imbecillitatis meae immemor cotidiana flagris animus meus contra tyrannum & haereticum terdantatum cupit incurrere. Sed maiorum & clarissimorum doctorum omissione repercussus pudoris limites veretur excedere. Foris ergo pugnet, intus timores. Certare exopto, sed caliginosa fugio. Canis iritat, fidei animositas venam pulsat. Tot sectatores Vvitleff iacie stantes ecclesiam ad pugnam puocant, temere se pedicant, dogmata publicant, in viribus se suis iactant, & Philistum illum haeresiarum suum Vvitleff, quasi giganteae scientie Goliath virum Getem & Spiritum ad pugnantem cum omni Israele fortissimum reputant: cuius altitudinem & pitie neminem hominum coparari permittit: immo aduersantes illi sanctos patres, Augustinum, Ambrosium, Hilarium, Basilium, Hieronymum, Cassianum tanquam indoctos aut saltem sub eo sequentes & credentes autem existimant aut subsanant. Dixitque in scripturis suis viues & adhuc exprobrat in membris suis quos magistros sui reliquit erroris, clamans aduersus phalanges Israel: aduersus doctores & clerum ecclesiae. Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. Disputemus de voto, disputemus de religione, de eucharistia, vel de papa. Si qui ueritatem pugnat mecum & per-

cufferit me, erimus vobis serui. Si ego praua luero seruietis nobis. Sic restor corā deo exprobrare solebāt, pene in omni ecclesia & cōgregatione fidelium, ducentes secum quosdā clientes suos aut potentes aut alios quos subuerterunt de populo. Hodie statim date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. Ego stimulos istos sensi, ego ab vno illorum audacissimo dicto Petro clerico cū cōfratre meo Vvillhelmo in vniuersitate Oxoniae ad certandum de peregrinationibus, de eucharistia, de religione & de mendicitate votiuā, per quendam nobilem virum ad hoc electus repente protuocabar ad bellū. Venimus, affuimus, sed vt sciunt & huc vsq; declarant qui intererant, prorsū cōseruimus manus defecit Petrus ille vocatus clericus vecordia suffocatus. Audiunt tamen quotidie viri Israelitę catholicę sermones Philistęi huiusmodi, & metuentes grandiloquam pompam stupent nimis. Ego si non tam alta comparatione præsulum fratribus meis maioribus Heliab, Aminadab, & Samma vocatis ad pręliū nō iussus, sed ad pascendū oues, vix aptus relictus cum puero David non vocato: non vocatus me ingero. Vere enim non fero tam audacem infaniam, non possum audire blasphemiam. Ego dico domino episcopo, ego clero, ego domino regi & populo, non concidat cor cuiusq; in eo: ego seruus vester vadam & pugnabo aduersus Philistęum. Quid si dicat sanctus quisq; antistes aut clericus quisq; aut rex vel potens in populo, Non vales resistere Philistęo, nec pugnare aduersus eum, quia puer es: hic autem vir bellator ab adulescentia sua. Quid si dicat etiam Heliab senior quisq; de fratribus meis, Quare venisti & dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium descendisti. Nouit Christus qui me redemit qd nō mouit me superbiam nisi sancta, nec cordis mei nequitia in praelio delectata quasi confisa temere de victoria: sed spero in domino IESV meo qd ille suscitauit spiritum meum: qui suscitauit spiritum Danielis pueri iunioris ne Susannam filiam Elchiae pulcherrimam Christi sponsam, ecclesiam sacrosanctam iniuste morti traditam videam sub iniquo binario iudicum interire, sub infami numero sacerdotum: & ego in Christi nomine dico ad Philistęum, Cum gladio & hasta tu venis ad me: cum dolo malo falso interpretate scripturę & astutia verbū sophistici, Ego

ad te venio in nomine domini exercitū, in scriptura Christi pura, expositione omnium catholicorum & sanctorum ecclesie, quibus exprobraſti hodie, vt sciat omnis terra quia est dominus deus Israel, & nouerit vniuersa ecclesia hæc, quia nec in hasta, nec in gladio saluat dominus. Ipsius enim est bellū & trahet vos in manus nostras. In manus nostras dico non meas: & dei est bellum nō meū eius supple cuius est doctrina qua dimico. Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prælum, & digitos meos ad bellū. Docet non tm̄ sed vt puto iuber, sed vrget. Sic mihi videtur dū audio semper illud apostoli, Testificor corā deo meo & Christo Iesu qui iudicaturus est viuos & mortuos, & p aduentum ipsius & regnū eius prædica verbum, inſta opportune importune: argue, increpa, obſecra in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cū sanam doctrinam non sustinebūt, sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidē auditū auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus la hora: opus fac euangelistę, ministeriū tuū imple, secundę ad Tim, iiii. Et bene inter cætera iniungitur, opus fac euangelistę qui & bonus nuncius latine exponitur. Cuius est ex ore domini sui loqui, & nihil aliud q̄ quod ipse palam instruxit asserere. Ita agam, ita dispoſui, quia ex meo nihil feliciter valeo agere & magis opto vt in spiritu dei loquar. Vt verba quę ego loquar spiritus & vita sint: & ple ne sentiant orthodoxi, quod non nos sumus qui loquimur, sed spiritus patris nostri qui loquitur in nobis. Et iterum ne dominum maiestatis a quo omnis sapientia est, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, audiam exprobrantem mihi illud noti vatis, Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam. Si dici tua vis: hæc eme ne mea sint. Certe nec emere tot panes ex me sufficere. Vadam necesse est ad ipsum amicum meum qui commodet mihi tres panes scripturarum, scilicet veritates, concordēs assertiones patrū, & rationes tam viuaces, tam efficaces & puras vt omnis qui venit ad me de via statim vt gustare incipiat vere perpendat in se qd mea doctrina non sit mea, sed eius qui misit me.

CONCLUSIO. Hæc ergo doctrina quam G profero sic erit doctrina CHRISTI vt in nullo vel ab indicta per eum forma recedat. Sed ab illo exordior aggressurus hæreticos vbi CHRISTVS primo discipulo

los instruit, & docet vicere Phariseos Matt. xv. Caute inquit a fermento Pharisæorū & Sadduceorū: tūc intellexerūt quia nō dixerat cauēdum a fermento panis, sed a doctrina Pharisæorū & Sadduceorū. HIERONYMVS, ibi dicit in secundo cōmentariū. Si fermentū Pharisæorū & Sadduceorū nō corporalem panē, sed traditiones peruersas & hæretica significat dogmata, q̄re & sic cibi quibus est nutritus populus dei, nō veram doctrinā integrāq; significat. Sequit̄. Hoc est fermentū de quo apostolus loquitur. Modici fermentū totā massam corrūpit. Istius modi fermentum quod omni ratione vitādū est, habuit Marcion & Valentinus & omnes hæretici. Fermentū hanc vim habet vt si farine mixtū fuerit qd parū videbatur crescat in maius, & ad saporem suū vniuersam conspersionē trahat. Ita & doctrina hæretica si vel modicam scintillā iecerit in tuum pectus in breui ingens flamma concreſcet, & totā hominis possessionē ad se trahet. Hæc Hieronymus. AVCT. Parce dñe parce populo tuo bone Iesu, & in spiritu tuo sancto doce nos, & notanter designa nobis has fermentatas doctrinas tam periculosas tam igneas vt possimus in singulari præcauere quod iubes & flammās hæreticas adhuc deuigare remotas.

H Doctrina Christi prima cōtra Vvitecleuist. Caute fideles a fermento Pharisæorū & primo ab hæreticorū doctrina quā sectantur secūdū vires Vvitecleuistę Lollarū dicētes & scribentes se scripturas sanctas tenere & nude eas vel illas sequi, & probare per oīa: dānata inquit Vvitecleuistę quicquid papa vel vocata ecclesia dicunt, si non illud ex scriptura sacra in qua omnis veritas continetur probauerint, sed Christus monet nos in euāgelio, Si dixerit quis vobis ibi est Christus, aut i deserto est: nolite exire. Multi in nomine meo venient quos nō mihi, quibus non mandauit. Nec ab initio ad hoc vsq; tēpus fuit quisq; hæreticus quin suā hæresim produxerit ex scripturis falso præsumptis. Non Basilides, nō Marcion, non Valerinus, non Fotinus, nō Sabellius, nō Arrius, nō Manichęus, non Donatus, non Pelagius: breuiter nec diabolus cōtra fidem aliquādo sine scriptura cerraui. Vñ cōtra Christū, Scriptū est inquit quoniā angelis suis deus mandauit de te. Quid ergo & si dyscholi Vvitecleuistę per cameras & tabernas p̄tergant: sanctus doctor euāgelicus euāgelica

tū p̄fert, factas scripturas absoluit: respuit glossas fratrum & inutiles leges clericorū Cæsareorū. Ego dico ex parte ecclesie, respuat æque glossas suas hæreticas, expositiones suas mendosas: quibus scripturas commaculat & peruerit, & in partē suam per falsum sensum immutat, & oēs scripturas ipsi valde aduersas etiam idiota videbit. Sed ipse modico fermento suo scripturas sanctas corrūpit & reddit insectas. Vnde HIERON. in expositione super Micheā lib. ii, cap. vii. Textu. Nolite credere amicis, Hæretici, cum ante crediderint scrip̄uris, quæ a spiritu sancto scriptę sunt & editę trāsferūt se ad nouas doctrinas: & fermentum Pharisæorum & mandata hominū sequunt, qui absq; magistro & gratia dñi sentētiās scripturarū iudicio suo pmutates inflati sunt & nihil sciunt: & lāguētes circa q̄stiones & cōtentiones pugnaſq; verborū: qui vera cōsistētes in domino inimici sunt veritatis. Hęc ille. AVCT. Consulo ergo ex parte Christi, vt cū panes scripturarū ab eis recipitis, caute a fermento expositionis hæreticę quā panib⁹ sacris immiscēt: dicite qd Iesus nouit, & Pauli scio, sed vos q̄ estis: Christi dicta & Pauli scripta suscipio, sed vnde dicta vestra eis cōueniāt hoc ignoro. Hæc em̄ arte & se & auditores suos instruxit ad cēdēdū, qua Iouinianista ille hæreticus. De quo HIERON. ymus epistola ad Dōnōnē. Voluit inquit homo pitissim⁹ vt veteranus miles, vno rotatu gladii vtrunq; pcutere, & ostendere populis qd quicqd ille vellet hoc scriptura fetiret. Hęc Hierony.

Doctrina II.

C Aute fideles a fermento Pharisæorum, & secunda Vvitecleuistę doctrina: qua dicunt, scribūt, & approbāt spernenda documenta, cōmunis ecclesie sanctorū patrū approbata cōcilia, & multorū ore sc̄imē cōmendanda decreta. Quia non est inquit semp approbāndus in vna re cōsensus: quā tūc laudabiliter turba Iudæorū Christū occidisset, & quingenti p̄phetæ Baal superassent Heliā. Dico qd ecclesia eā doctrinā docet eē cēdēdā sub poena cōtumacię. Ea dico qd præsens est quæ iudicia directā decreuit a tēpore apostolorū vsq; ad præsens vel vsq; i præsens per successiones patrū id ipsum sapiētium atq; docentiū, ei in quā credi debet sub poena perfidię. Cōcilia quoq; credēda, si nō reprobāda per sanctorū patrū edicta cōscripserint. Et hac ratione cōciliū Pharisæorū a concilio apostolorum: & conciliū Nicenūm

Bithynia, a pretenso concilio Niceno Tra-
chie iustissime sunt separanda. Hoc modo
beatus Paulus solerter volebat inquirere de
concilio apostolorum Hierosolymis celebrato si
recte fecisset predicando baptismum Christi si-
ne omni circuncisione valere. Vnde lib. retra-
ctionum in Actus Apostolorum, BEDA. Con-
tulit inquit cum illis euangelium quod praedi-
cabat, solerter in concilio Apostolorum
disquirens, an recte faceret predicando quod ge-
tes per baptismum fidei sine circuncisione pos-
sent ad salutem peruenire. Non quod ipse de hac
re aliquid dubitaret, sed ut mentes dubitan-
tium apostolicam synodi auctoritate firmeret.
Hac Beda. Idcirco apud omnes catholicos
valet & ligat una sententia consors patrum:
maxime autem temporis longae & patrum
successione firmata, ita ut locum fidei habeat.
De qua credenda sub poena perfidiae in sym-
bolo scribitur, Credo sanctam ecclesiam. Vnde in
commentario super Ecclesiasten cap. ix. textu.
Qui dissipat seipsum mordebit eum serpens,
HIERONYMVS. Sepis inquit macerique
consulio ecclesiastica dogmata sunt & libitu-
ta ab apostolis prophetisque fundata: quae quod dis-
soluerit & voluerit praeterire in eo, ipse a ser-
pente percutitur. De quo serpente in Amos
scriptum est, Si descenderit in infernum, man-
dabo serpenti & mordebit eum. Hac ille.

Doctrina III.

CAuete fideles a fermento Pharisaeorum
& tertia doctrina Lollardorum refutan-
tium expositiones sanctorum doctorum, sicut
de materia eucharistiae Vitcleff, reprobant
omnes doctores circa primum millenarium. Et
Ambrosium appellat apocryphum. In mate-
ria de dote omnes sanctos patres errasse di-
cit. In materia de religione & aliis: breuiter
omnes sanctos dimittendos docet. Quia ha-
bebant, inquit ex antiquo consuetudinem ad
peccandum. Vere enim hoc maledicto fer-
mento intendit auditores ab omni doctrina
antiqua ecclesiae & sanctorum patrum red-
dere nudos, ut superueniat libere suos erro-
res. Ecclesia sancta docet vos oppositum, ne
quicquam de litera scripturarum sine spiritu
Christi praesumatis accipere. Litera occidit,
spiritus autem viuificat. Si in litera legis spi-
ritu Vitcleff, superstitis iam bibitis morti-
ferum: si spiritum Pauli, Victorini post eum,
postremo Hilarii, demum Augustini ac in-
terim Gregorii, ac per successionem eius, Isi-
dori, & sic per seriem sanctorum patrum a
tempore Christi & Apostolorum, quid in hac

scriptura Christus inclusit, iam doctum percipia-
tis secure credatis. Hac via confutat Iulianum
libro primo contra eum cap. octauo in fine,
AVGVST. Tantu ne inquit apud te possunt
Pelagi & Celestinus ut a solis ortu usque ad
occasum, tot ac tantos fidei catholice docto-
res ac defensores antiquos & vestrae aetati
contiguos dormientes, & in vita adhuc ma-
nentes non solum deserere, verum etiam Ma-
nichaeos audeas appellare? Miror si hoc aliam
quando ex tuo poterit ore procedere quod te
clamare prauitas tui compellit erroris, sed
mirum si in facie hominis tantum interual-
lum est inter frontem & linguam, ut in hac
causa frons non comprimat linguam. Hac
Augustinus. AVCTOR. Sed desinat Au-
gustinus admirari Iulianum qui aliquantu-
lum sanctos patres venerat sumpsit in te-
stes. Veniatque ad Vitcleff, & simul fratrem &
supercilium culpet. Quod leuipedem lingua
eius a procacitate sua non cohibet quod san-
ctis vniuersis postpositis sibi recentis magis
stros credi exigit: quid Christus in scriptu-
ris intelligit, quid omnis ecclesia a prima-
uis suis edocuit. Antiquus pater DYDI-
MVS talem enomiuisset auctorem cum dia-
ceret libro de spiritu sancto in principio ex-
trahente Hieronymi, Quoniam quidem
temeritate potius quam recta via, etiam in super-
na eriguntur, & haec de spiritu sancto iactan-
tiae quae neque in scripturis lecta neque a quoquam
ecclesiasticorum veterum usurpata sunt: con-
pulsus sumus creberrimae exhortationi fra-
trum cedere, & sic nostram de eo opinionem
etiam scripturarum testimoniis comprobare.
Haec ille. Verum enim & vere ut infra doce-
bitur. Haec est prima praesumptio haeretici quod
se praeponeat omnibus doctorem magisque se-
quendum. Et idcirco Nestorius in haeresim
decidit, quia antiquorum patrum documen-
tis inherere contempsit. CASSIODORVS
libro duodecimo triperitae historiae capitu-
lo quarto, Dum Nestorius supple naturaliter
eloquens fuisset, & se putare doctum, libris
antiquorum interpretum dedignabatur in-
cumbere omnibusque se meliorem putabat esse,
ignorans quia in catholica Ioannis epistola
in antiquis exemplaribus habeatur. Omnis
spiritus qui soluit Iesum, a deo non est. Et
infra. Apparet igitur Nestorium ignorasse
lectiones antiquorum. Haec Cassiodorus. Ger-
te egregius AVGVSTINVS contra Aca-
demicos lib. tertio versus finem, Doctorum
rogat auxilium. Quid inquit faciam quem

de castris meis foras trudit, ubi inuocabo
& implorabo auxilia doctorum cum quibus si su-
perare nequeo minus pudebit fortasse sup-
pari. Hac AVGVSTINVS. AVGVST. Ita est, credite
fratres. Omnis qui pro fide decertat testes fidei
dei non timet sed appetit. Qui contra fidem
iam militat, omnem catholicum reformidat, ita
in saeculi causis esse videtis, quia quo est reus
improbior eo plus testes probos accusat.

Doctrina IIII.

CAuete quarto Christi fideles a ferme-
to Pharisaeorum & doctrina quarta
Lollardorum Vitcleff, secundum quam iactant
se sacris episcopis & viris catholicis peri-
tiores, quos omnes in comparatione sui nisi
cupant idiotas & secundum abstractionem
grammaticam Vitcleff, idiotas ut hac via
cum aperte vincuntur possint euadere & in
reputatione populiviles facere orthodoxos.
Sed isti imperiti sunt quia nesciunt simplici-
tatem fidei esse dei virtutem, & quod ipse Apo-
stolus dixit ad Corinthios se imperitum ser-
mone sed non scientia. Sed & Hieronymus su-
per Abdiam in Commentario increpat haere-
ticos sui temporis sic dicentes super hoc textu,
Ecce paruulum te dedi in gentibus, licet tibi
(inquit) haeretice magnum esse videaris & co-
remnas ecclesiae paruitate, tamen paruus in
gentibus es & contemptibilis, superbia cor-
dis tui extulit te. Quis enim haeticorum non
in superbiam extollitur ecclesiae simplicitate
tem parui pendens & fidem imperitiam re-
putans? Haec ille. Bene dicit Hieronymus quod
haeretici parui pendunt simplicitate ecclesiae
& firmam viri simplicis fidem dicentis: sic
credo sicut docet ecclesia. Imperitiam repu-
tant & dicunt, Tibi conuenit scire fidei tuae,
intuere scripturas, noli credere animam tuam
clericis maledictis. Inter populares infucios &
mulierculas oneratas peccatis conscientiam
crimini faciunt & volentes magne peritiae di-
ci. Et inquit simplices & idiotae episcopi
vestri vos damnant, vos fallunt. Quasi nul-
li sapientes episcopi foret qui ipsos doceret,
aut reges suos recte instrueret. Sic Pelagia-
ni, episcopos Galliae, Italiae & Angliae, dice-
rant simplices cum ipsi in Asiam danati su-
gissent. Vnde contra duas epistolas Pelagia-
norum lib. iiii. cap. xii. AVGVSTINVS,
Quid est inquit quomodo dicunt in simpli-
cibus episcopis sine congregatione synodi in
locis suis sedentibus extorta subscriptio est?
Nunquid beatissimis & in fide catholica ex-
cellentissimis viris Cypriano & Ambrosio

ante istos & aduersus istos extorta conscien-
tia est, quae horum impiorum dogmata tanta
manifestatione subuertit, ut quae his ma-
nifestiora dicantur vix nos inuenire possim?
Haec ille. AVCTOR. Hoc enim modo Sabi-
nus quidam haeticus vocatus patres ad Ni-
centum concilium dixerat idiotas: ut habet
CASSIODORVS lib. ii. historiae triperitae
cap. viii. Sabino inquit non credamus qui eos
idiotas vocauit etiam imperitos. Sabinus enim
Harachetracensis Macedoniorum episcopus
habita congestione eorum quae per diuersa
concilia sacerdotum ex scriptis prolata sunt,
eis qui in Niceam urbem conuenerunt veluti
idiotis & simplicibus derogauit, non sentiens
quin & ipsi Eusebio cum multa probatione
prostitenti fidem veluti idiotae nescitur dero-
gare. Et infra. Culpat autem expositam in Ni-
centa fidem tanquam ab idiotis & nihil scientibus
traditam, & quae velut sapientem & sine me-
dacio teste vocare consuevit, eius voces spon-
te contemnit. Haec ille. AVCTOR. Ecce nunquam
magis Niceno laudatum est post Apostolos
in orbe concilium ad quod tot, tam sancti, tamque
doctissimi patres in vna conuenerunt sententiam,
& tamen arrogans haeticus ausus est eos omnes
dicere idiotas. Quis ergo auditis Vitcleff,
vestrum vel aliquem Vitcleuistam episco-
pos nostros vocare simplices idiotas, referte
illum ad patres suos priores haeticos, a quibus
tanquam sibi sapientibus reputationis abscidit
deus fidei sacramenta, quae paruulis suis re-
uelat & aperit. Stolidi ergo & rudes illi Lol-
lardi cupientes reputari se & in precio habe-
ri a laicis: catholicos ecclesiasticos humiliat
ob minoritatem scientiae quorum corrigias
soluere non sunt digni nec dici solent cum ad
catholicam reuertuntur.

Doctrina V.

CAuete ite Christi fideles a doctrina Pha-
risaeorum Vitcleuistarum quinta. quae ad
tantum seipsos in scientia exaltat, ut nec ma-
gistrum suum nec errorum suorum libros, ca-
tholicos viros dicat intelligere. Subtilitates
inquit euangelici nostri magistri nec quicquam
fratrum intelligit, nec monachi nec clerici,
pseudo Caesari. Sed quisquis talis est qui ma-
gistrum suum Vitcleff, sic extollit, si bene sibi
uisus est: eum tamen deprimat quem leuauit:
& ad illum Helym tropicum, caput haeticorum
eum remitto qui simili arrogantia elatus
vix sapientissimum Iob veterum suorum
peritiam intelligere posse putauit. Vnde bea-
tus GREGORIUS. xxiiii. Moralium, cap. xix.

Habent inquit hoc proprium omnes arrogantes: ut cum fortasse acute aliquid sentiunt inde mox ad vitium elationis irrumpant, sensusque omnium in sui comparatione despiciant: seque in suo iudicio aliorum meritis anteponant. Et infra, Ecce quomodo paulisper elatio per verborum incrementa proficit: Superius dubitavit si possit beatus Iob pferre quod iustum est, nunc vero discutit si hoc quod dicitur saltem possit audire, ibi dixit: si habes quod loquaris responde mihi: ac si diceret, Dic aliquid si tamen dignus poteris esse qui dicas. Sequitur, Iam & hoc de superbia fuerat quod beatus Iob id quod iustum est loqui posse dubitabat, Sed dum hanc in semetipso considerare negligit, ad nequiora pervenit, ut non solum posse ab eo dici quod iustum est dubitet, sed etiam dicentem se iusta ab eo intelligi posse desperet. Hec ille, AVCTOR, Deinceps ab isto eorum patre, ut videre possint fideles quomodo sequitur patrem sua proles, etiam ad Ioviniani heretici eum remitto discipulum: qui similiter Hieronymum intelligere magistri sui libros negavit: ut refert HIERONYMVS epist. ad Diononem, Si, inquit, in omnes scriptores censoriam accepit virgulam, & idcirco eruditum se putat quia Iovinianum solus intelligit: est quippe proverbium: balbum melius balbi verba cognosceret: omnes scriptores pellamus a tali iudice, Hec ille, AVCTOR, Balbus balbi dicitur, haereticus haereticum: Ita si res gerenda erit a tam praecipiti iudice qui tam leuiter tot capita iudicat quot ignorat: etiam me peli desidero & vti volo sententia Nicolai de sancto Albano in epistola ad Petrum Parvum pontinicum, Ad hoc infortunium, inquit, primo erubui meipsum non solita tarditate arguens, sed cum celebri sermone vulgatum sit nec ipsos parisiacos nobilis ingenii vigore praeditos quicquam proficere in legendo quae scribis: rubori sine indixi hebetudinis solatium habens de numero plurium, executionem de tarditate subtilium, Ergo vel aliter scribas, vel scribas & exponas: sed expositio ipsa Latina sit, non barbara, Hec ille, AVCTOR, Veruntamen hoc visitatum erat veterum haereticorum refugium cum .i. damnati essent in haeresi, dicerent episcopos qui damnarent eos, non intellexisse quae dicerent, Qualiter plane dicit Vvicleff, de episcopis conuocatis in concilium (ut ipse nuncupat) terremer, in opere suo epistolari sermone lib. iiii, & iiii, Triologi, Ita quoque Mar-

cellus quidam haereticus cum damnatus esset in Sardicensi concilio, dixit non intellexisse illos libros eius. Vnde Cassiodorus histor. tripartite lib. iiii, c. ix, Dum Marcellus (inquit) sicut promiserat illicitam conscriptionem nollet incidere eum episcopatu deposuerunt, in cuius locum Basilium in Anticyra direxerunt: postea vero Marcellus in Sardicensi concilio concepit episcopatum dicens non intellectum suum librum, & propterea quasi paulianum fuisse depositum, Hec ibi,

Doctrina VI.

CAuete item Christi fideles a doctrina fermetata Pharisaorum Vvicleuistarum, quando prouocant vos ad legem, dum suos libros in quibus capiendi estis sicut in impercepto rete auis incauta, (inquit) multa bona dicit, multaque vitia: non omnia sunt data, Sed caute: sancta mater ecclesia de salute vestra sollicita est: filios suos curat, Iudei enim non permittunt filios teneros legere principium Esaiæ, Hieronymus nec libenter annuit ut Canticum canticorum legant virgines primitiua: quanto magis nec libros haeresi & maledicto plenissimos, & quos vix prudentes theologum legunt nisi plurimi nauiscent multi vacillent, Hieronymus dicit in epistola ad Athletam de institutione filiarum, prudentissimi viri opus est: aurum in luto quare, & nemo ad lupanar mittit virgines suas: quis quaedam ibi reperiri possint de turpi corruptione lugentes, Nemo heredem suum latronum turbe committit ut discat audacia: nemo in perforatam intrat cymbalam dicit vitare naufragium, & ad planum prostibulum & haeresibus plenum voluminem animam tuam dirigit adhuc innocetem mali, immunem dolis: ut ibi discat catholicam veritatem: Idcirco sanctus pater Beda librum suum in cantica fidelibus legendum composuit, ut a lectura Ioviniani heretici in eundem fideles ipse compesceret, Primum inquis admonendum puto lectorem ut opuscula Iuliani Eclanensis episcopi de Campania quae in eundem librum composita sunt legat ne per copiam eloquentiae blanditatis foueam incidat doctrinae nocetis, Sed ut dici solet ita botrum carpat ut & spinam caueat, id est ita in dictis eius sanos sensus scrutetur & eligat, ut non minus vitet insanos sed potius faciat illud Maronis, Qui legitis flores & humi nascentia fragra, Frigidus o pueri fugite hic, later anguis in herba (hoc est) ab eius se per omnia lectione composita cum habeat eos qui eundem & sanis

sensibus & simplicibus verbis librum exposuerint, Hec Beda super Cantica, in principio, AVCTOR, Bene doctor cum quosdam voluntarios monuisset prudenter legere, potius consilium subiecit se ab omni eius lectione subtrahere, & ibi verum sensum quaerere insit ubi poterant sine periculo nauigare, Ita nempe tolle a libris Vvicleff, maledicta & contumelias, tolle imputationes falsas & haereses, & nihil ibi tam subtile theologicum sicut inter patres eius: nihil philosophicum aut grammaticum praefloribus eius inuenies aequale, Cum ipsis ergo quod vultis legere legite cum quibus potestis predicare secure, Libros Originis nulli olim sine nota legere licuit, quousque purgatos eos per Hieronymum & Rufinum ecclesia comprobasset.

Doctrina VII.

CAuete item Christi fideles maxime simplices a fermento Pharisaorum Vvicleuistarum allicitum vos per sanctas praedicationes & exhortationes contra vitia, Hoc enim omnes heretici faciunt: cum primo doctrinas suas pessimas seminare conantur, Nihil enim veneficis sine dulci condimento intoxicat, Audiuntur plerique diceret o iste quomodo haereticus est: sancte predicat: vitia impugnat, scripturas sanctas interfert, Christum annuntiat, Sed CHRYSOSTOMVS dicit de laude Pauli, homil. iiii, Non vanas atque diuersas mihi opponas haereses: omnes siquidem praedicant Christum, & si non omnes sane praedicant atque legitime: illum tamen omnes praedicant qui in Palestina & natus & passus: qui Porcio Pilato adiudicatus crucifixus est, haec ille, AVCTOR, Vere enim si quis haereticus non predicaret Christum, non posset sub nomine Christi decipere Christianos, Nisi etiam praedicaret scripturas: diceretur, hic Paganus est: quid haec auiscitamus fideles: sed Christum simulant, scripturas sanctas assumunt, contra vitia inuehuntur, & sub hoc colore contra fidem Eucharistiae sacramentorum & sanctorum ecclesiae eo artificiosius omne quod volunt efficiant, O audiui dicere Iohannem castri veteris: nunquam ante istam doctrinam cessavi peccare, quomodo tamen ab istis Vvicleuistis tantum addidici, At ego respondi: ve mihi si tot sanctis & immaculatis viris quot quotidie videmus predicare neglectis, etiam scripturis sanctis & ipsius dictis Christi sacris aur postpositis aut contemptis nulla mihi gratia est emendare commissum nisi prius audiam diabolum praedicantem: & occurrit mihi statim quod Hiero-

nymus in minori breuiario dicit, tractans hunc textum, Ab incurfu & demonio meridiano, HIERON, Quis inquit nos habemus meridiem cum deo etiam diabolus transformatur in angelum lucis: sed & ipse simulat se habere lucem, habere meridiem, quando haeretici quasi mysteria aliqua promittunt: quando regna caelorum, quando ieiunia, quando sanctitatem, quando renunciationem seculi promittunt meridiem: sed quoniam non est Christi lumem, non est meridiem, sed demonium meridianum, Hec Hieronymus,

Doctrina VIII.

CAuete item omnes fideles a fermento Pharisaorum Vvicleuistarum, quod est hypocrisis: quando simulat seipsum esse sanctos & de impuritate vitae arguunt orthodoxos, O si sciretis (inquit) de quam impia vita omnis pene multitudo Vvicleuistarum erumpit: sed sicut sumetum de minori luto transiens se totum proicit in abyssum, ita haeretici Vvicleuistae dum faciunt sibi conscientiam criminis salant in voraginem haeresis, Magna fraus demonis vt de defectu mortum intra fidem, sub specie plenitudinis in immensum lacu perfidiae dilabatur, Ideo HIERONYMVS dicit tractans illud Hieremiae, Vade, & posside lumbare, lib. iiii, Commentarii, Caueat qui potest dicere, Mihi autem adhære re deo bonum est, ne per negligentiam ab illius renibus separatur, & traseat Eufratem, & detur in potestate regis Assyrii, & nequaquam nidificet in solidissima petra, sed in foramine petrae corrupta atque vitata, hoc est haereticorum sordibus & vitis occupatus in tantam veniat putredinem ut in viti & cinctorum domum vitra redire non possit, Hec ille, AVCTOR, Vere in magna putredine haereticis qua maior contra idolatriam nulla putatur, Sed hanc sanctitatem Vvicleuista a patribus suis dicit, Vnde ORIGENES homil. vii, super Ezech, Ostende mihi aliquem Marcionistam siue discipulum Valentini aut certe cuiuslibet haeresis defensoris, & considera quomodo idola sua, id est signum quae ipse composuit maeritudine & castitate vestiat, ut in aures audientium facili ex vitae bonitate ornat sermo subrepat: & hoc cum fecerit intellige eum assumpsisse vestem variam mortis & conuersationis optimae & idolis subiecisse, quae ipse construxit, ac iuxta animi mei quidem sensum multo notior haereticus bonae vitae, & plus in doctrina sua habet auctoritatis eo qui doctrinam suam conuersatione commaculat, Qui enim pessime vitae est, non facile homines ad falsum dogma solli-

ciat: nec potest per ymbra sanctitatis audientium decipere simplicitatem. Sequitur. Idcirco haereticos sollicite caueamus qui conversationis optime sunt, quorum forte vitā non tam deus q̄ diabolus instruxit. Nā quomodo quasdā illecebras aucupes proponunt vt facilius aues capiant per oblectamentum gulæ, sic (vt audacius dicam) est quedam castitas diaboli, id est decipula humane anime vt per huiusmodi vel istiusmodi castitate & mansuetudinē & iustitiā possit facilius capere & falsis sermonib⁹ irretire. Diuersis diabolus pugnat insidiis vt miserū perdat hominem, bonam malis tribuat vitam & malā bonis inurit cōscientiā. hec Origenes. AVCT. Planissime vetus Origenes satisfecit nostratibus qui heresiarcham Vvitcleff. extollunt in moribus. Humilitatē eius & castitatē laudantes sinceritatem atq; modestiam. Sed si mansuetudinē eius veraciter prædicat illam fuisse fictā scripta eius amarissima satis probat. Venenum enim aspidum sub labiis eius & eius asseclatū, quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Huic scholę Vvitcleff. Iulianus acer hereticus contra quē Augustinus vi. libros cōscripsit, magnus magister fuit, Christianos ad suam doctrinam illiciens imagine pietatis. Vnde Gēnadius de Illustribus viris. c. xliiii. Hic, inquit, Iulianus eleempynis tēpore famis & angustiarū egenatibus omnibus suis prerogatis multos miserationis specie nobilitū præcipueq; religiosorum illiciens suę heresi sociavit. hec ille. Vnde simile de Mattariis ex Augustino de moribus Manichæorum, de Petro etiā Abellardo secundum Bernardum in epist. de eodem.

Doctrina IX.

QAuete in super Christi fideles a fermento Phariseorum & doctrina discipulorū Vvitcleff. defendentium magistrum suū contra catholicū & dicentū (vt solent) falso imponit iste nostro Vvitcleff. falso recitat, logi cam eius non attingit, aut scholia eius omittit, aut scripturas non inducit, aut mēdaciter vel inefficaciter Augustinū intulit & doctores: scio q̄ hec & huiusmodi contra melatra bunt sicut contra patres meos ausi sunt garrire. Sed idcirco hunc ordinem seruare propono vt dicta eius ex integro cum quotatione libri & notatione capituli, sine partis curem sine mutatione literæ sicut ipse scripsit inserere, & ipsum dicto suo subscribere: vt ibi plane videre possit quilibet qd̄ errauit & quantum: & q̄ hoc solū impono ipsi dixisse & eo

sine eaq; logica vel verfuta seruata in qua dixit, Didici hoc ex AVGVSTINO cōtra Fœlicianum agere in principio. Mihi visum est, inquit, vt eum sermone qui inter me & Fœlicianū nuper est notatus vel prenotatus propter personarum discretionem principalibus nominum literis presentis libri breuitate cōplecterer. Et infra. Fœliciano postulante rationes respondit. Non vsque adeo putes me duci laudibus meis vt iniuriam faciam præcedentibus sanctis, nec præsumam vnquam in sapientia verbis: ne euacuetur crux Christi, sed scripturarum auctoritate contentus simplicitati obedire potius quā tumori. Et infra. Facili⁹ in negociis fidei testimoniis credis q̄ ratio inuestigat. Hæc ille. AVCT. Et quātū inuit eū in disputando de fide concors patrū sanctorum testimontum: respice librum eius de natura & gratia. Respice illum quem contra Iulianum victoriosissime cōpilaui: & audiē dīcētem in prologo de Trinitate tertii. AVGV. Ex his q̄ ab aliis de hac re scripta iā legimus plurimū adminiculati & adiuti ea quę de trinitate vno summoq; bono deo pie quæri & disseri posse arbitror, & desinat obrectator meus irridere quod spem ponam in homine dicens. Maledictū talem esse scriptorem qui confidit in homine: & ponit carnem brachium suū. Credo enim plus spirituales esse & spiritū dei habere qui spiritu dei aguntur, & quib⁹ nec caro reuelauit aut sanguis, sed pater cælestis.

Doctrina X.

CAuete item Christi fideles a fermento Phariseorū & doctrina sequaciū Vvitcleff. si quando dicant me inaniter contra magistrum suum inuchi, aut quia retraxit ista, vel ista iam addidit. Aut si dicant me omisisse vel aliter addidisse quā ipse consensit. Primū quia nō omnibus retractationes eius si quas fecerit innotescunt. Et plerunq; sine retractatione sibi ipsi non dubium contradicit. Et quicquid ipse dixerit opportunū est vt ecclesia doceatur de vero: sophismata quoq; eius nec omnes discipuli eius noscunt: quæ plerunq; quia ad rem non sunt, dissimulo, quādoq; concutio, & putant ignari etiam hoc absolute disserere quod latenter tegit in sophismate. Sicut illud est. Quōd Christus mē dicauit, quod nusquam negat: sed non sic putata vocaliter sicut fratres: & sic eucharistia est vere corpus Christi, & quilibet est deus: & si milia. Fortassis dabit deus vt sophismata ei⁹ non ita vt opinantur latebunt ecclesiam: nō

me hoc iactante futurum, sed vno semper sapiente & doctore sancto quē inferam: de qua li dicit Hieronymus Commentariorum super Amos lib. ii. textu, Subridet vastitate super robustum, In Prouerbiis legimus, Ciuitates robustas ingressus est sapiens, & destruxit munitionē in qua confidebat impiū. Hoc quidem ad omnem fortitudinem secularē: sed proprie contra hereticos facit: qui argumētis & sophismatib⁹ & arte dialectica dogmatum suorum falsitatem roborare conantur. Sed destruet ea vit sapiens & dei adiutus auxilio, omnem inuentionem ostendet esse vanissimam, vt inducat super eam miseriam & inclinata superbia possit cum Apostolo dicere, Miser ego homo q̄s liberabit me de corpore mortis huius! Hæc ille.

AVTHORIS PREGATIO

& auxilii diuini inuocatio: ad propositi operis consummationem.

Dona ergo dñe Iesu Christe, & alma sponsa Christi sive mater ecclesia vt filia vestra ecclesia gēris Anglicanæ sordes quas per abortiuum scetum suum inuita cōtraxit, propria manu tergat. Oculiq; contumacem (iuxta Prouerbia Salomonis) qui sanctæ matris suæ partum despexit: salutem si non aquila nobilis, vel pauper coruus aliquis de proprio tonete suo & regione creatus effodiat. Nec dedigneris mater inelyta, proles magni regis ingenua per me seruum tuum vltimum inter doctores præclaros & tribuales magistros: per me dico peditem vnum inertem, pannosum & lugubrem eremitam de seruitute Babylonis: cui Nabusardan Vvitcleff. princeps cocorum infernalium captiuam te duxit, ad Hierusalem liberam te & tuā familiā restaurari. Quis enī de filiis tuis secundum doctrinam eius de proprio iure pulsus non sensit exilium? Quis frater, quis monachus, quis canonic⁹, quis professus miles, quę monialis, quis claustralis nō est iustus spernere ordinem, contemnere sanctum votū, violare propositum? Quis papa non censeret inutilis aut perfidus Antichristus? quis cardinalis, q̄s patriarcha, quis episcopus non dicitur Cælareus clericus, & maledictiones pro benedictionibus permutat? Quis officialis canonum, quis professor scho-

lasticus, quis doctor theologus non sentit se secundum doctrinam eius nomen & ritum imitari Gētilium, & ab omni ecclesiastico officio vacuum? Dico de pastoribus secundi ordinis: quis eorum non sentit se læsum, cum decimas & oblationes omnes ad subiectę suę plebis pendere videt arbitriū? Quis iam (vt ad aliud latus me vertram) regum aut principum non se videt de propinquo abiiciendum de solio, quando audit se per minimum peccatū mortale totū perdidisse dominū? Quis non suspicabitur se inrruitorē esse ad manus, quando audit præcellentiorē se in virtute cum voto populi concurrentis optimum habere titulum ad regnātum ciuilitatē? Si trāscendemus homines, quis nō torquetur capite, audiens deum nostrum esse quilibet nominandū: hunc asinum, illum diaboli? Quis omnipotēs dominus nihil amplius facere potest quā facit. Non potuit heri occidisse culicem qui hodie superuixit, & cætera multa blasphema quæ recitabuntur in locis & vocabulis suis ad plenū. De sacramentorū quoq; quis non dolebit iniuriis & sacramentaliū de orationibus fidelium, de cōsecrationibus rerum sanctarum, de adoratione imaginum, de violationib⁹ sepulchrorū, de oblationib⁹ donatis: & donariorum ecclesiæ deuotorum: breuiter de dispersione totius gregis Dominici & omnis ab initio primę ecclesię deuotionis & sanctitatis relegatione perenni? Credite q̄ non fuit Israeliticus populus sic in Babylone captiu⁹ sicut Anglicus populus in Vvitcleuistico errore detentus, ad tam remotum & longinquū ductus exilium. Plus enim multis milibus, si comparare liceat, distat Vvitcleuisticus error a fide catholica, q̄ terrestris Babylonia ab Hierosolyma. Opto ergo cū sancto Neemia populum reuocare captiuū: redificare Hierosolymā: alma mater dona auctoritatem. Volo (si possum) primo renouare murum in circuitu ciuitatis, veterem scilicet professionem & doctrinam sanctorū patrum cum a temporibus Apostolorum per successiones episcoporum & sanctorum plebitum, incurfantibus hæreticis & persecuentibus tyrannis hucusque fides varie quatiatur ecclesiæ. Hoc suadere, hoc solum efficere conabor. Alii superuestiant argumentorum & ingeniorū imagines: alii scholastico carmine rationum ordines: alii morales allegoriarū flores & rosulas subtili celo seu cæle distinguat. Mihi nihil aliud vacat nisi lapides simplices scripturarum cum cæmento vetera-

ris expositionis sanctorum patrum adiungeret: ut exinde facilliter quantum conuenit ciues ecclesie muniam, & hostiles haereticorum incursiones excludam. Sed in Neemia hoc minus erat & factum leuius, quia Benjamin & Alub edificauerunt contra domum suam, & Azarias contra domum suam & ad portam equorum, sacerdotibus vnusquisque contra domum suam. Ego vero qui pauper religiosus sum & infimus carmelita non contra domum meam sed contra domos omnium qui senserit iniurias, siue papae, siue episcopi, siue regis, siue militis edificare propono. Opus pregrande mihi, & nisi Christo fundamento sustinere & aspirante, opus viribus inaequale. Et quid mihi si detrahant mihi inimici mei quod tantam molem aggredior, quod iam scribere vellem, & doctoris tingere calumum vilis cornicula. Respondebo saltem illud Rabani super Mattheum in prologo. Fratres neque charitati solummodo cessi, detrahentium atque insultantium non curans vaniloquium: qui magis praesumptioni quam pietati nostrum forsitan deputant laborem: & non mirum cum magis parati sint aliena lacerare quam propria opuscula condere: quorum quia nemo potest calumniam & inuidiosum morsum deuotare nisi qui omnino nihil scribit, magis eligo vanam surda aure pertrahere querimoniam, quam ociose torpens Christi negligere gratiam: cui soli placere optantes, vanos hominum rumulculos nihil ducimus. Haec ille. Et bene dixit Rabanus quorum inuidiosum morsum deuotare non poterit nisi qui omnino nihil scribit: Ipsorum enim quidam qui nihil scribunt, quia omnino vacant norunt insidiam scriberibus. Sicut vnus forte mihi dixit: plixas facis & scripturas hominibus: & cur contrario non illud illi dixerim Martialis, Scribere me quereris velox epigrammata longa. Ipse nihil scribis, tu breuiora facis. Sed forsitan Samaritae & Sanabalar & ceteri Vvitcleuistatum scriptis reliquiae dicent, Quid hi imbecilles fratres faciunt, num dimittent eos gentes: & Thobias collega dicit, Aedificent si ascenderit vulpes, transcendet murum eius lapideum, puta hereticus subtilis & cautus omnem defensionem eius per scripturas & documenta patrum subtili nostro dogmate & logicali responsione transcendet, sicut exponit Origenes locum illum lib. iiii. super cantica, homil. i. Verum ne illud quidem quod in sancto libro Esdrae scriptum diximus penitus omitteendum est, ubi cum aedificarentur sancta sanctorum, id est cum fides Christi sanctorumque mysteria conderentur inimici veritatis fideique

contrarii qui sunt sapientes seculi, videtes absque arte grammatica & peritia philosophica consurgere muros Euangelii velut cum irratione quadam dicunt per facile hoc posse destrui, calliditate sermonum, per astutas fallacias & argumenta dialectica. Sequitur. Videtur ergo in Canticis canticorum praecipuum dari ab inuicem amicis suis virtutibus ut capiant & arguant contrarias potestates quae insidiatur animabus hominum ne exterminent eorum initia floremque virtutum sub specie secretae alicuius & occultae scientiae: quae quasi vulpes in foueis: ita in his hominibus qui semetipsos ad haec sectanda praebuerint delitescunt. Haec ille. Multum dixit capiunt & arguant duo opera sunt: aedificent simul & pugnent. Veruntamen ita in praefato libro notat scriptura, quod inuentus Israel vna manu faciebat opus & altera tenebat gladium. aedificantium enim vnusquisque gladio erat accinctus renes: & aedificabant & clangebant buccina, quod & nos fecisse videmur. Si hinc in acumine scripturarum & doctorum oraculis falsiloquia eius confodimus, & hinc ex istis veram esse doctrinam ecclesiae demonstramus. In primo enim hostis vna manu percutitur, & altera si delicti virtus firmatur. Ad principium ergo operis simul est Augustino in principio libri, contra epistolam fundamenti. Vnum deum omnipotentem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: rogauit & rogo ut in refellenda & reuincenda haeresi vestra, cui & vos, fortasse imprudentius quam malitiosius adhaesistis, det mihi mentem pacatam atque tranquillam & magis de vestra correctione quam de subuersione cogitantem. Quanquam enim dominus per seruos suos regna subuertat erroris: ipsos tamen homines, inquam homines sunt emendandos esse potius quam perdedos iubet: & quicquid diuinitus sit ante illud vltimum iudicium siue per improbos siue per iustos, siue per nescientes, siue per scientes, siue occulte, siue palam, non ad interitum hominum, sed ad medicinam valere credendum est: quia qui respuerit extremo supplicio praeparatur. Quapropter cum in hac vniuersitate rerum alia sint quae valent ad corporalem vindictam, sicut ignis, venenum & morbus: ita nostrum fuit eligere & optare meliora ut ad vestram correctionem aditum haberemus non in contentione & aemulatione & persecutionibus sed mansuete consolando, beneuole hortando, leniter disputando sicut scriptum est, Seruum autem domini non oportet litigare, sed mitis esse ad omnes, docibilem, pa-

cientem in modestia corripientem diuersa sentientes. Nostrum ergo fuit velle has partes ei expetere: dei est volentibus & petentibus dare quod bonum est. Illi in nos sauiant qui nesciunt quanto labore verum inueniatur, & quam difficulter caueatur errores. Illi in nos sauiant qui nesciunt quam rarum & arduum sit carnalia phantasmata pie mentis serenitate superare. Illi in nos sauiant qui nesciunt cum quanta difficultate sanetur oculus interioris hominis. Illi in nos sauiant qui sciunt quibus suspiriis & gemitibus fiat ut ex quarulacis parte possit intelligi deus. Postremo illi in nos sauiant, quod nullo tali errore decepti sunt quali nos deceptos vident. Haec Augustinus. Ita rogo deum ut tanta modestia & diligentia scrutandae veritatis cuncta percurram, quatenus labore & animi charitate flagrate, ut cunctis manifeste liqueat specie & ipsa re, quod mea doctrina non sit mea, sed eius qui misit me.

LIBRI PRIMI QVI EST DE GA-
pitate ecclesiae Iesu Christo in naturis
suis disparibus. Prologus.



Exurgat deus & dis-
siperet inimici eius:
& fugiant qui ode-
runt eum a facie eius.
Exurgat inquam
deus meus qui non
venit mittere pa-
cem, sed gladium,
quando iam antiqui
hostes ecclesie, pre-
dones fidei Christianae, competitores Sathanae, viri sanguinum & dolosi, non tantum in Christi templis, vel in vasa sanctuarii temeratae haerescos lanceas iaciunt, cuspide toxicata, sed etiam in deum verum & verum, & quem misit pater in mundum Iesum Christum. Exurge, exurge, quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in finem. Ecce enim Iudas non dormit sed cum armato milite non solum tuae humanitatis sed & diuinitatis tuae gloriam supplantare conatur. Sallutat te scripturis & legibus propriis, & quod te diligit & ecclesiam tuam osculando mentitur quousque in teipsum expleat officium proditoris. Tu omnium haereticorum es lapis offensus: & ad sagittarum meta sagittatio nis: tu quoque nostri Vvitcleuistarum portus compendium ut iudicia sua pessima in

tanta maiestate succendat: ita ut in persona tua propheta Hieremias clamet ad patrem dicens, Quare genuisti me virum rixae qui iudicet in vniuersa terra? Hierem. xliiii. super quo textu dicit Hieronymus in Commentario suo, HIERO. Vere hoc domino competit Saluatori qui loquitur in Euangelio, In iudicium ego in mundum veni istum, & de quo scriptum est, Ecce positus est hic in ruinam. Quis enim Phariseorum, quis Gentilium non iudicat Christum ponentem ei leges natiuitatis & passionis & resurrectionis quae sunt substantiae? Haec Hieronymus. AVCTOR. Superaddit istis noster Vvitcleuistae, ubi leges ponit diuinitati Saluatoris dicens, Herba & stramen esse deum, equum asinum & quolibet deum Christianorum assermat: non veritatem dicere quod lapis iste sit deus noster, non tamen deus est lapis. Ecce creatura vertibile, quod fides quomodo sancti patres transitorie docuerunt, & vix in momento subsistens ipse dicit esse fixum: ita ut quicquid erit, est, & est omne quod fuit. Legibus quoque suis stringit omnipotentiam infinitam, & dicit deum nullatenus posse quicquam facere nisi quod facturum est. nec potuit olim fecisse quicquam nec aliter nisi quod & qualiter de facto produxit: & consequenter dicit deum nihil annihilare posse quia sic annihilaret seipsum. Deum quoque necessitate dicit omnem creaturam ad quemlibet actum suscipere: & deo necessitante omnia quae eueniunt ita euenire ut praescitum in gratia, nec possit aqua submergi, nec igne cremari. Donec peccavit peccato irremissibili, quod necessitate deo absolute ipse patrabat & vitare non poterit. Post ita de deo, humanitatem Christi dicit deum Christum, & Christum ponit triperitum ita quod caro Christi altera pars compositi sit verus & totus Christus, anima Christi totus Christus: & ex his compositum ita ut carne Christi exanimem in sepulchro dicit fuisse & tunc esse filium dei visum & humanitatem Christi si per impossibile dimitteretur adoraret verum seculi Saluatorem. De compositione etiam hominis errat conformiter dicens illum triperitum in corpus & animam & spiritum immortalem, quem utique spiritum dicit complate & per se totum hominem. Infra passim de cunctis videbitur quam periculose desipuit. De istis enim prius tractare disposui: & postmodum quid circa ecclesiam errauit exponere. Prius enim causam domini mei quam vestras lites, capitis dolores quam corporis, primas iniurias quam secundas reformare

conabor: quia altius sedere cordi puerorum
plagæ non possunt q̄ vulnera redemptoris.
& Chrysothomus decenter docens in imper
fecto, homil. v. CHRYSOS, Discamus, in
quit, exēplo Christi nostras iniurias ab im
piis illatas siue in dicto siue in facto magna
nimiter sustinere: dei autem iniurias aut cō
temptrum nec vsq̄ ad auditū sustinere: quo
niam in propriis iniuriis quenuquam esse pa
tiētem laudabile est, dei autem iniurias dis
simulare vitupabile est. hęc Chrysoth. AV
CTOR. Volo igitur in presenti volumine
iuuante Christo totius corporis eius mysti
ci tam quo ad caput q̄ quo ad corpus imple
re ruinas quas Vvitcleff. infantendo effecit:
in principio: tamē libri de ipso libro vitę ita
vt dicere possit Saluator. In ipso capite libri
scriptū est de me. Tractabitur enim primo
de deo, quid nō sit, & q̄ equus & asinus nō
sit de⁹. De esse dei & cuiuslibet creaturæ. De
potentia dei: & modo eius producēdi ad ex
tra: & hæc in primo articulo. In secundo au
tem de compositione hominis. In tertio ve
ro de deo & homine coniunctim: & quid sit
Iesus Christus: quorum quidem articulorū
capita subsequuntur.

Articuli p̄nicōtra blasphemias Vvit
cleff. ad deitatem pertinētes. Capita.
Cap. I. Q̄ Vvitcleff. inficiens logicam scri
pturæ sacræ, asseruit quamlibet creaturam
vel quidlibet esse deum.

2 Quomodo quælibet creatura est deus se
cundum ipsum, sed deus non est quælibet
creatura.

3 Quomodo ecclesia respondeat instantiis
istius hæretici.

4 Quomodo dicit Apostolus esse deū om
nia in omnibus: & de grāmatica Vvitcleff.
in hac parte.

5 Q̄ Vvitcleff. in hac materia de ideis con
fencit idolatris vt Manicheis.

6 Esse tam secundum substantiam q̄ secun
dam præsentiam est propriū soli deo, & ideo
vix competēs creaturæ in statu suo oprimo,
& hoc de prolixo suo esse.

7 Esse in tempore & re temporalis est mixtū
cum non esse, & nō est purum nisi in primo,
ideo non excedit esse præsens.

8 Res in esse intelligibili vel in esse potētia
li in causis secundis anteq̄ sit in proprio ge
nere est simpliciter non esse.

9 Res æuiter neq̄ perfecta sunt multo
magis nec res caducæ, & responderetur ad so
phisma Vvitcleff.

10 Contra errorem Vvitcleff. dicētis deum
non posse quicq̄ facere nisi quod facit: & est
vetus error.

11 De esse rei naturali & obedientiali secun
dam q̄ potest deus multa quę non facit nec
vult vnquam facere.

12 Probatum ex scripturis q̄ potest deus face
re quę nō facit. Vnde creatio dei actualis &
eius potentia non æquantur.

13 Q̄ deus potest ampliare numerum rerū
vltra statutum: & de diuisione continui in
infinitum.

14 De infinitate creaturā simpliciter sal
tem vt de punctis & numero: & q̄ continui
non componitur ex indiuisibilibus.

15 Contra subterfugium illud Vvitcleff. po
test deus si vult: sub quo negat deum posse
quod potest si vult.

16 Ad argumentum Vvitcleff. de dei inui
dia vel impotentia, & ibi plane quod deus
& homo multa possit quę nec sunt nec fue
runt nec futura sunt.

17 Contra hoc quod Vvitcleff. dicit deū nō
posse ad nihilare quicq̄.

18 Ad obiecta Vvitcleff. ne deus possit adni
hilare quicq̄ propter vacuitates infinitas in
ente analogo vel destructionem finalem il
lius entis.

19 Quid sit creatio & per hoc quid adnihil
atio.

20 Quod creatio est de omnino nihilo & nō
solutū ab esse intelligibili vel a nihilo ī effectu.

21 Quomodo Vvitcleff. ponit necessitatem
absolutam omnium futurorū & qualiter cō
tra doctrinam ecclesiæ.

22 De auctoritatibus & fautorib⁹ huius hæ
retis a principio.

23 Quomodo Vvitcleff. declarat necessitatē
suam q̄q̄ clare ecclesia docet & docebat op
positum ab antiquo.

24 Q̄ prima radix peccati voluntas & ante
eam nulla necessitas.

25 Q̄ necessitas omnis extrinsecus perue
niens & præcedēs rem, tollit ambulatoriam
hominis libertatem.

26 Quæstiones implexæ de incerto futuro
rum euentu & solutiones earum.

27 Quod præsciētia potest variari in obie
cto sine omni variatione sui in principio.

28 Contra quosdam ponentes necessitatem
p̄uenientē in futuris euentibus consequē
tem tamen causas primas, sic q̄ non euenire
non possunt vniuersa futura.

29 Soluuntur obiecta contra omnimodā cō

tingentiam actuum humanorum, & de
claratur logica catholici fundamenti.

30 De variis modis dicendi possibilis, &
impossibilis, & necessarii, & de modis essen
di, & contra necessitatem prædictam.

Secūdi articuli qui est de compositione
shominis. Capita.

31 Contra trinitatē spiritus immortalis,
corporis corruptibilis, & animationis me
diæ: quam ponit Vvitcleff. in composi
tione hominis.

32 Contra dualitatem formarum spirit⁹
scilicet & animæ ponendam in homine se
cundum Vvitcleff.

33 Q̄ spiritus rationalis non est comple
ta persona hominis.

34 Q̄ Vvitcleff. a sanctis patrib⁹ nō
habent fundamenta sua, sed a gentilibus &
philosophis reprobatis.

35 Q̄ duplici ratione fidei, spiritus ho
minis immortalis non est per se completus
& totus homo.

36 Q̄ Christ⁹ non fuit animatus anima
tione Vvitcleff. nec est talis natura
separata a spiritu, sed portio eius inferior.

37 Q̄ superfluit ponere animationē na
turā distinctā a spiritu immortalis.

38 Q̄ est quoddam vinculum naturale
& ligamētum animæ ad corpus suū, vnde
non potest extranea corpora informare ex
sua potentia.

Tertii articuli de Christo qui est Deus
& homo. Capita.

39 Christus in humanitate sua continet
tm̄ duas naturas corporis & animæ, nec est
alterum eorum nisi per synecdochen.

40 Vvitcleff. in fauorem sui male descri
bit synecdochen, & q̄ figuratiua loquutio
non sit loco proprię exprimenda.

41 Q̄ humanitas Christi non est totus
Christus, nec Christus est sic creatura.

42 Q̄ Christus nō est tripartitus, sed est
deitas anima & caro coniunctim, & nulla
harum plenus Christus diuisim.

43 Christus non erat homo in triduo ex
cepta figura loquendi: fuit tamen Christ⁹
in triduo. Et responderetur ad argumenta.

44 Humanitas Christi separata non est
adoranda latra, & qualiter verbum potuit
set assumptisse aliam naturam.


Z

Ecce quibus armis & quantis iste Ty
rann⁹ Aegyptius Israellem persequi
tur, & Philistinorū q̄ ingens exercitus in

suo Golya confusus præsumit trisph⁹. Sed
exurge domine non praualeat homo. Ho
mo in quā sed inimicus homo qui in terrā
optimā ecclesię tuæ supseminauit zizania,
qui carnes nostras se iactat a uibus traditu
rū, quæ semen bonū iuxta viā assumunt &
comedunt illud. Nō est modicū cū eis inire
duellū q̄ supra astra celi soliti suū ponunt:
nō facilis est pugna cū eo, qui dominū ma
iestatis molitur euertere: sed dominus qui
sonitū fecit in castris Syriae curruū & equo
rū & properantis exercitus: vnde fugerunt
Syri deserto tentorio & manu viis copio
sis, ipse iam ad causæ suæ præsidium ferus,
exurgat & dissipet inimici eius, & fu
giant qui oderunt eum a facie eius.

¶ Vvitcleff. inficiens logicam scripturæ
sacræ, asseruit quælibet creaturā vel quidli
bet esse deum. AVCTOR.

Libri primi & articuli primi. Cap. I. A



Nomni disputa
tione quam fecit
iste Ioannes me
moriam ter dāna
te, de formis idea
libus: sola logica
quā inuenit me
retur vexillū por
tare paternū: ni
hil extraneum di
xit in Theologia

ponēdo rationes creaturarum in creatore
perenes: nihil nouū in metaphysica ponē
do eas plures, quāuis in fonte suo & centro
illi⁹ infiniti circuli indistinctos: p̄pter hęc
& similia suscitare lites, vētilare calūnias,
libros transcribere, pingere paginas, iacta
re nouitates: laboris cōsumptio fuit nō ve
geratio disciplinæ. Quid ergo nouū ipse at
tulit mundo, q̄ omnis creatura est deus, &
iterum quidlibet est Deus? Sic enim stant
inter conclusiones ter damnatas hæc CC.
XVII, altera CC, XIX, in sensu quem ter
mini prætendunt communiter. Sed quo
modo & quibus testibus defenduntur plā
rationes istæ nouelle, logica vtq̄ tam no
uella q̄ nulla: de qua dicit in secundo ca
pitulo de ideis: q̄ non erit aliquis capax ad
intelligendum æquiuocationis sensuum
in prædicta materia nisi in suis Logicalib⁹
primo prolixius sit nutritus: quibus apostol⁹
Paul⁹ venerit docēs nō in doctis humanæ

sapientie verbis, qualis est Logica de singulis maxima. Sed quæ est ista eius Logica? vere eius in tantum ut contra omnes monitus magistrales ipse a quid ad simpliciter approbet consequentiam esse bonam, sic dicendo, Petrus intelligitur, ergo simpliciter Petrus est, Et iterum, Petrus est in deo secundum esse intelligibile, ergo Petrus est Deus. Vnde de ideis capitulo tertio. VVITCLEF. Conceditur (inquit) quod formaliter sequitur. Ista creatura ut intellecta a Deo est Deus, ergo est Deus: & ista eadem creatura actualiter effecta est creatura distincta, & per consequens concedi debet simpliciter creaturam quamlibet esse Deum, & Deum esse omnem creaturam. AVCTOR. Quid dicam ad ista certaturus pro fide nisi ipsi dominum fidei nostræ alloquens, quasi ore idemptico Augustini libro quarto de trinitate in prologo. AVGVSTINVS. In familia Christi domine deus meus inter pauperes tuos gemo: da mihi de pane tuo respondere hominibus qui non esuriunt neque sitiunt iustitiam, sed satiati sunt & abundant: satiavit autem illos phantasma illorum & non veritas tua, quam repellendo ab ea resiliunt & in suam vanitatem cadunt. Ego certo sentio quod multa figmenta pariat cor humanum: sed hoc oro Deum cordis mei ut nihil ex eis figmentis pro solido vero eructem in has literas: sed inde in eas veniat quicquid per me venire poterit. Vnde mihi quavis proiecto a facie oculorum suorum & de longinquo redire conanti per viam quam stravit nobis humanitate diuinitas unigeniti filii sui aura veritatis suæ aspergitur. Hæc Augustinus ibidem pro se & sui gratia, hic pro me. AVCTOR. Responurus ergo in causa Dei ad Paulum, olim optimum responsalem, formam Christiani responsalis accepturus intendo, & quod Timotheum docuerit audio. O Timothee inquit depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Hic didici quid sit cauendum, ne scilicet prophanas aduersarii nostri, vocum logicas nouitates admittam: & in oppositione eius temeraria falsi nominis scientiæ victus abscedam. Audio iterum quid idem Apostolus eundem Timotheum doceat

in Epistola secunda. Seruum inquit domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt: nequando det illis Deus poenitentiam ad cognoscendum veritatem & respiciant a diaboli voluntatem, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Et hic videri deo quid sit gerendum: doctrina scilicet in patientia, & correptio cum modestia eorum qui resistunt. Exprimendæ sunt semper in acie lectionis resistentiæ istius Ioannis, & subsequetur victoria spiritualis. Sic enim prouidit Deus vt cum contra veterem hominem agimus prout nocte falsitatis emissa postmodum dies luceat veritatis: sicut pro tempore veteris testamenti nox præcessit, dies successit. Prima ergo resistentia est quod dicit capitulo secundo de Ideis hoc esse falsum, quod in nulla creatura est natura diuina. Secundo quod quodlibet creatum secundum esse intelligibile (propter Christum qui est essentialiter natura diuina) est natura diuina. VVITCLEF. Et si dicatur inquit quod male sonat, concedere a finem & quodlibet aliud esse Deum, conceditur apud ægre intelligentes. Ideo multi non admittunt talia, nisi cum determinatione ut talis creatura secundum esse intelligibile vel ideale quod habet in Deo ad intra, est Deus. Illi autem qui habent eundem sensum per subiectum per se positum æque concedunt propositionem simplicem. AVCTOR. Corripit istam propositionem fides ecclesiæ Iesu Christi dicens, quod & si aliqua dicuntur de diuina natura infinita secundum essentiam: & alia qua secundum alium modum, puta secundum figuram: sicut Deus dicitur ignis cõsumens, vel secundum esse cognitum ut omnis creatura est Deus in Deo: tamen nihil affirmatur de Deo simpliciter nisi quod ipse est per essentiam, verbi gratia. Pater est Deus, bonitas est Deus, vt rursus per essentiam: creator est Deus, omnium artifex est & cognitor Deus, omnia per essentiam: a finis non est Deus, quia non secundum esse: sed secundum cognoscere Dei est Deus. Hanc regulam fidei laboriose detexit ANSELMVS in libro Monologion capitulo decimoquinto dicens. Illa summa essentia nullo modo sic est aliquid ut illud idem secundum alium modum, aut secundum

aliam considerationem non sit, quia quicquid aliquo modo essentialiter est, hoc est totum quomodo ipsa est. Hæc Anselm. AVC. Secundum hanc fidei ergo regulam, vide quid dixeris & corripat te iustus in misericordia, a finis vno modo non est natura diuina, scilicet secundum existentiam in proprio genere, nec est natura ipsa prima per essentiam: ergo nullo modo est ipse a finis diuina essentia. quia sic dicit Anselmus, quod illa summa essentia nullo modo sic est aliquid ut illud idem secundum alium modum, vel considerationem non sit: immo diuis modo intelligibili. Sed consule iam philosophum ut doceat te, modum dicti secundum quid non esse aliquem modum. Aethiops enim & si secundum dentes est albus: nullo tamen modo est albus. Ideo sola logica te fecit hic distare a fide: quia esse diminutum creaturæ conuertisti in esse simpliciter diuinum, quod est maxime perfectum. Minus derogasses deo forsitan si creaturam in esse suo perfecto identificasses deitati perfectæ, nescio tamen ubi longius aberrasses. Hanc ipsam præclaram regulam Anselmi præsupponens beatus Ioannes in hac materia de ideis. Quod factum est (inquit) in ipso vita erat: quasi enim error in fide cauebat dicere, quod factum est, vita erat. Determinationem addidit ergo ut fieret vniuersalis veritas quod omne quod factum est in ipso vita erat. Quid ergo dicis, multos non aduertere talia dicta sine determinatione: illos autem qui eundem sensum habent, bene concedere propositionem simplicem. At nunquid beatus Ioannes non habuit illum sensum, & tamen sine determinatione non illa verba describit ne fide læderet ne prescriberet veritatem. Quid dedignaris sacra verba quæ beatus Ioannes de fonte veritatis exhaustit, de pectore saluatoris, effudit in paginam magni dei? quid succidit arborem facientem fructum, nunquid verbum vitæ verba dicit superflua? vtere ergo determinatione sancti Ioannis, dicentis quod factum est non esse simpliciter vitam sed in ipso esse vitam, vel tu mortuus es quauis nomen habes quod viuas. Sed appellasti Augustinum: ad Augustinum ibis Homilia prima super Ioannem tractantem eundem textum. AVGVSTINVS. Post inquit dicit omnia in sapientia fecisti, omnia sicut per illum facta, ita in illo facta sunt:

si ita, ergo omnia in illo fratres charissimi & quod in illo factum est vita est, ergo & terra vita est ergo & lignum vita est! AVCTOR. Vbi vnquam expressius argumentum Vitæ, terra in illo vita est, ergo terra vita est, & ubi vnquam clarius argumentum eius vilipensum subdente AVGVSTINO: Ergo lapis vita est. Inhonestum est sic intelligere ne rursus vobis surripat eadem sordidissima secta Manichæorum, & dicat quod habeat vitam lapis, habeat animam paries, & resicula habeat animam, & lana, & vestis: solent enim delirantes hæc dicere, & cum repressi fuerint & repulsi quasi de scripturis proferunt dicentes, ut quid dictum est: quod factum est in illo vita est: si enim in ipso omnia facta sunt, omnia vita sunt. AVCTOR. Ecce ibi iterum argumentum Vitæ, cuius conueniens ipse Vitæ, plane concedit, sed contra AVGVSTINVS. Non te inducant, pronuncia sic: quod factum est: hic substititigue: & deinde infer, In illo vita est, quid est hoc? facta est terra: sed ipsa terra quæ facta est non est vita. Est autem in ipsa sapientia spiritualiter ratio quædam qua terra facta est: hæc vita est, quod possum dicere charitati vestræ faber facit arcam: primo in arte habet arcam, si enim in arte non haberet arcam vnde illam fabricando proferret: sed arca sic est in arte ut non ipsa arca sit quæ videtur oculis: in arte diuisibiliter, in opere visibiliter erit: ecce facta est in opere, nunquid desitit esse in arte? & illa in opere facta est, & illa manet quæ in arte est. Nam potest illa arca putrescere & iterum ex illa quæ in arte est alia fabricari. Attende ergo arcam in arte & arcam in opere. Arca in opere non est vita: arca in arte vita est, quia viuunt anima artificis, ubi sunt ista omnia antequam proferatur. Sic ergo fratres charissimi, quia sapientia dei per quam facta sunt omnia secundum artem continet omnia antequam fabricet omnia: hæc quæ sunt per ipsam artem non continuo vita sunt, sed quicquid factum est, vita est in illo. Terram vides, est in arte terra, cœlum vides, est in arte cœlum: Solem & Lunam vides, sunt & ista in arte: sed foris corpora sunt, in arte vita sunt. Hæc Augustinus, AVCTOR. Quid ergo appellas Augustinum, quando audis eum tam clarum contra te ferre sententiam. Quid

tuleius concessisti q̄ q̄ omnia facta per arrem Deiam vita sunt? Quid facilius Augustinus inflectit eo q̄ sine determinatione debita ponitur, adueniente autem determinationis nota conceditur: sed quicquid factum est, inquit, vita est in illo, aliquid ergo habet mysterii determinationis appositio: quare coelum, sol, luna in arte vita sunt, & simpliciter non sunt vita, omnia facta sunt in Deo Deus: sed horrenda blasphemia est concedere quomodocumq; & simpliciter q̄ omnia facta sunt Deus. Sic iterum idem secundo super Genesim ad literam capitulo decimo, AVGVSTINVS. Hæc ipsa dictio verbum, est patrisvni genitus filius in quo sunt omnia, quæ creaturæ etiam anteq̄ creentur, & quicquid in illo est vita est, & vita vtriq; creatrix, AVCTOR. Ita vt nunq̄ sicut autumo inuenitur Augustinum concedere omnem creaturam esse vitam aut Deum, aut essentiam infinitam, vel similia: vbi cum nota certæ determinationis quæ restringit subiectum ab esse simpliciter tale, modificando expresse esse cognitum vel æquiualeuter. Sed nec sanctus THOMAS quem tu pro parte tua simili forma duxisti, vsq; in dicto loco dictas propositiones affirmat sine consueta determinatione fideli. Nec mirum cum sanctus PAVLVS magnus doctor gentium: quia noluit concedere quamlibet creaturam esse Deum aliquo modo simpliciter, dictum Ethnicis cum Atheniensibus disputans mutauit in obliquum dicens de Deo. In illo, inquit, viuimus & mouemur & sumus, cum tamen versus Ethnicus sic haberet in recto vt quidam transtulit, Iupiter est quocumq; vides, quocumq; moueris: secundum illud Virgili, Iouis omnia plena: sed versus Ethnicis dedisset intelligi omnia nostra esse Iouem, quem ipsi magnum deum appellant, & sic nos creaturas esse simpliciter diuinam substantiam vel essentiam: quod Paulus semper vitauit in omni verbo. Ideo dicit quarto super Genesim ad literam capitulo decimo quarto AVGVSTINVS. Neq; enim tanq̄ substantia eius sic in illo sumus, quemadmodum dictum est q̄ habeat vitam in semetipso: sed vtriq; cum aliud sumus q̄ ipse non ob aliud in illo sumus: nisi quia id operatur, & hoc est opus eius quo conti-

net omnia, & quo eius sapientia protendit a fine vsq; ad finem fortiter & disponit omnia suauiter: per quam dispositionem in illo viuimus & mouemur & sumus. Hæc Augustinus, AVCTOR. Nec lateat me q̄ hoc secundum illam expositionem de esse potestatiq; continentia dictum, est omnino æquiuoce ad esse intelligibile: veruntamen secundum esse intelligibile, Hoc idem exponens quarto de trinitate, capitulo sexto de vita de qua dicitur, quod factum est in ipso vita erat. Idem AVGVSTINVS. At inquit, illa vita lux hominum erat, nec longe posita ab vnoquoq; nostrum. In ipso enim viuimus & mouemur & sumus. Hæc Augustinus, AVCTOR. Peruersa, ergo logica, discors scripturæ, doctoribus dissona, hæc creatura est intellecta a deo, ergo est deus, vita vel essentia infinita: sed bene sequitur secundum sanctum Ioannem & Augustinum, ergo est vita in illo, Deus in Deo, & æterna in esse cognito. Delirat inquit AVGVSTINVS iam supra qui sic argumentatur, quod in illo factum est vita est, sed terra in illo facta est, ergo terra vita est: tenendum ergo est q̄ VVITCLEF: tunc delirauit quando sic argumentatus est.

¶ Quomodo quælibet creatura est Deus secundum ipsum: sed Deus non est quælibet creatura.

CAPVT II.

RESISTIT adhuc iste B. Ioannes prioribus dictis cum suis asecclis, de quibus in Actibus dictum est, Vos quidem spiritui sancto resististis: semper ruens primo in illud magnum & in tota ecclesia CHRISTI præuenerandum ANSELMI principium: Illa summa essentia nullo modo sic est aliquid vt illud idem secundum alium modum & consideratio nem non sit: nam modo illo quo principiat ad extra, non principiat ad intra: igitur sic nullo modo est principium ad intra. veruntamen & si regula maneat, nihil videtur statuta per eum logica derogare: quia in regula illa summa essentia propositionem subiecerat. subiectet igitur vni-

formiter propositionem inferendam: & nihil aliud concluderetur nisi q̄ illa summa essentia non est creatura homo & asinus quilibet & similia: quod concedit. Vnde ipse VVITCLEF, capitulo secundo de Ideis dicit in responsione ad tertium principale non sequi: Omnis creatura est Deus, ergo Deus est aliqua creatura: quia in prima supponit subiectum pro esse intelligibili creaturæ. In secunda pro esse existentia, in proprio genere, cuius distinctam rationem ponens in tertio capitulo dicit: q̄ tale est subiectum quale permittit prædicationem: & nomen creaturæ per se positum significat se secundum propriam existentiam vel quando prædicatur: quando autem subicitur & non prædicatur, tunc est tale quale prædicatum permittit. Dicere ergo creatura est Deus, est dicere creaturam in esse intelligibili esse Deum, dicere Deum esse creaturam, est dicere ipsum esse creaturam secundum eum in proprio genere: & secundum hoc concedit hominē esse æternum, sed non æternum hominem: & Petrum esse in verbo sed non Petrum: immo Petrus erit æternaliter quando non erit Petrus, AVCTOR. Correptio ecclesiæ subintrabit, quauis non ignotum sit quod sapiens dicit, Non amat pestilens eum qui se corripit. Primo ad sophisma deductum contra sacrum principium, Essentia infinita est principium creaturæ ad extra modo aliquo vel cōsideratione quo non est principium ad intra, ergo secundum regulam istam non est principium ad intra. Oportet istum sophistam primo probare q̄ essentiam esse principium creaturæ: est essentiam esse aliquid, dicente AVGVSTINO q̄ Deus esset non minus Deus: & si per impossibile non esset ipsi filius, multo magis & si non esset ipsi creatura. Sciunt igitur periti Theologi q̄ hoc solo Deus est quo substantialiter est, quo essentialiter est: per principiationem creaturæ non essentialiter aliquid est, sed magis ad aliquid. Per essentiam vero est quocumq; essentialiter est. Si ergo essentialiter creatura Deus est: etiam qualitercumq; considerata creatura Deus illa est: & sic in propria existentia Deus est creatura. Iam enim ligat regula argumentum, ecce quod dico iuxta principium, Deus est pater, & Deus est filius, & quicquid est ipsi esse patrem, hoc est ipsi

esse filium: quia solum secundum essentiam est pater, & secundum essentiam est filius: nec potest dari modus vel consideratio ex parte Dei, quomodo sit Deus & non sit pater, quauis alius modus sit Dei & alius patris. Est igitur Deus & essentia pater & nullo modo dabili, non est Deus pater: certe aliquo modo dabili creatura non est Deus: quia secundum esse existentia: nullo ergo modo creatura est Deus, vel Deus creatura, AVCTOR.

¶ Quantum autem ad Logicam quam consequenter inducit concedens omnem creaturam esse Deum, sed conuersum negat Deum esse creaturam quamlibet: quia inquit cum dico creatura est Deus accipitur creatura in esse suo intelligibili & in conuersa in esse existentia: Iam video q̄ cæcus iste sedet secus viam, & quia cæcus est non videt IESVM prætereuntem. Quis rogo dixit, Quod factum est in ipso vita erat? Ioannes vel in Ioanne CHRISTVS & consequenter subintulit, Et vita erat lux hominum: nunquid alia q̄ vita artificialis, vita verbi fuit? Quod igitur factum est in verbo vita verbi fuit: & eadem vita verbi lux fuit hominum, Conuertit propositionem Ioannes & affirmat quæ VVITCLEF, si conuertat interimit. Sed Iesus videns cæcum qui eum non vidit, sic eum præterit. Sed videamus an ista sic se habeant, videamus vtrum vniuniformiter dicatur vita in prima propositione sancti Ioannis & in secunda quæ in ipsa te vera conuersio est, quamuis non in singularis verbis ad mentem sophistæ. Nam quarto de trinitate capitulo sexto, AVGVSTINVS. Quod factum est inquit, iam in illo vita erat: & non qualiscumq; vita, sed vita erat lux hominum, lux itaq; rationabilium metium. Et sequitur. At illa vita lux hominum erat. Hæc ille, AVCTOR. Illa ergo vita viuunt vel subsplendent homines qua homines facti in ipso verbo viuunt, ita vt sicut hoc quod factum est in verbo vita erat, ita & in eodem modo illa eadem vita viuunt homines propositione conuersa: & mirum est de logica tam futilli. Quis peritus non stupet audire hominem esse anteq̄ ipse sit homo: coelum est, & non est coelum, immo coelum est aliud a coelo quia est Deus, & Deus non est coelum, tempus est, sed quando non est tempus

pus immo aeternaliter priusq̄ sit tempus. Omnes istas propositiones sine percunctatione concedit: quas Augustino teste nullus concedit nisi insipiens, Ecce quantum instat contra istam logicam duodecimo de ciuitate Dei capitulo decimoquinto, AVGVSTINVS. Possumus, inquit, dicere recte, erat tempus quādo non erat Roma: erat tempus quando non erat Hierusalem: erat tempus quando non erat Abraham: erat tempus quando non erat homo: & si quid huiusmodi, postremo si non tamen in initio tēporis, sed post aliquod tempus factus est mundus, possumus dicere erat tempus quando non erat mundus. At vero tempus erat quando nullum erat tempus, tam inconuenienter dicimus ac si quisq̄ dicat, erat homo quādo nullus erat homo: aut erat iste mundus quando iste non erat mundus. Si tamen de alio atq̄ alio intelligatur potest dici aliquo modo, hoc est, erat alius homo, quando non erat iste homo: sic ergo erat aliud tempus quando non erat hoc tempus. At vero tempus quando nullum erat tempus quis vel insipientissimus dixerit! Hæc Augustinus. AVCTOR. Quod si aliquis Vvitcleustā imponat hic Augustino calumniam q̄ hæc dixerit de tempore secundum existentiam in proprio genere in propositione directa & conuersa, & de tempore secundum suum esse intelligibile fuisse tunc immemorem confirmans, hac ratione aduerbit temporis interiecti anteq̄ vel ante quod semper est nota temporis. Vere magna calumnia fieret Augustino, vocare quemquam insipientissimum ratione dicti verissimū: quamuis eius veritatem tunc ipse non aduerteret magis, ipse culpabilis existens & insipiens, quia non aduertit & ex improuiso redarguit veritatem. Sed scio contra huiusmodi fictos amicos orare Augustinum & dicere: Suscipe domine seruum tuum in bonum non calumnientur me superbi. Quid circa præmissa dixisset Augustinus vt credis, si de tempore in esse intelligibili cogitasset esse complexum quod horruit, tempus erat quando nullum erat tempus, hoc de tempore existente extra Deum horrendum est, de tempore secundum esse intelligibile concedendum, dicit. Loquamur igitur vniformiter de tempore creato secundum esse suum

in verbo: & nonne tunc horrendum est Augustino prædictum complexum! non inquis, quia dicit Vvitcleff, capitulo tertio de Ideis, q̄ in æquiuocatione Dei & non intellecti laborant moderni, horrentes concedere creaturam aeternaliter fuisse antequam inceperit: & si haberent sensum habilem beati Augustini dicerent q̄ erant antequam inceperunt secundum esse intelligibile scilicet, secundum quod non possunt incipere. Hæc Vvitcleff. AVCTOR. Iam placet quod determinationem apponit ecclesiæ, sed quia hoc idem post sine determinatione concedis, nō placet, placet etiam q̄ hoc aduerbium antequam non ad proprii generis existentiam protrahis sed ad aeternitatem amplias, sed quod dicit creaturam aeternaliter fuisse priusq̄ inceperit esse ex tempore placet tibi, non placet illi, Augustino scilicet neq̄ mihi, Audi namq̄ quid dicit duodecimo de ciuitate Dei, capitulo vigesimo sexto de Deo, AVGVSTINVS. Si potentiam suam (vt ita dicam) fabricatoriā rebus subtrahat, ita non erunt, sicut antequam fierent non fuerunt: sed ante dico aeternitate non tempore. Hæc Augustinus. AVCTOR. Simpliciter igitur in aeternitate anteq̄ fierent non fuerunt. In eodem quoq̄ duodecimo, capitulo decimoquinto, AVGVSTINVS. Ego, inquit, sicut dominum Deum aliquando dominum non fuisse dicere non audeo: ita hominem nunq̄ ante fuisse, & ex quodā tempore primum hominem creatum esse dubitare non debeo. AVCTOR. Ecce q̄ non debuit dubitare qn homo nunq̄ fuit priusq̄ ex tempore creatus fuit, quomodo tu dicit q̄ aeternaliter! & sequitur ibidem de angelis eodem modo. AVGVSTINVS. Cum ad nostrum seculum vētum est quādo & angeli creati sunt, si eos recte lux illa primum facta significet, ante illud potius cœlum de quo dictum est, In principio fecit Deus cœlum & terram, cum tamen non fuerint anteq̄ fierent, ne immortales si semper fuisse dicantur Deo coæterni esse credant. Hæc Augustinus ibidem. AVCTOR. Iam habes q̄ angeli nō fuerint anteq̄ fierent, & rationē istius logicę Augustinus supponit ne si semper fuisse dicantur Deo coæterni esse credantur. Quid tu nō horres ponere coæternā Deo

vaccam cornutam & Augustinus horret ponere illi angelum coæternum, & ideo horret quia fides horret, & ideo perhorrescit dicente ipso ibidem in illo capitulo decimoquinto prænotato, AVGVSTINVS. Nec aliquam creaturam creatori coæternam esse dicamus q̄ fides ratioq̄ sana condemnat. Hæc ille, AVCTOR. Vere igitur non est tute concessum creaturam esse Deo coæternam, quia in esse intelligibili est illi coæterna, sed melior longe est logica illibatam seruare fidem & nō lacerare rationem, dicendo q̄ nulla creatura est deo coæterna, quamuis in verbo dei sit illi coæterna: & sic nulla creatura erit eternaliter antequam sit creatura. Nec audienda est glossa in glossa Vvitcleustā q̄ creatura non sit coæterna Deo coæternitate improductionis cum omnis idea sit ibi producta: quia filius est patri coæternus quamuis sit ab eo productus, & quia creatura secundum eum non est alia deitate Deus q̄ deitate Dei, sic nec erit alia aeternitate aeternus, q̄ de aeternitate. Sed fides & ratio non patitur dici creaturam simpliciter aeternam vel coæternam Deo: quia aeternitas eius in esse cognito simpliciter nō est eius aeternitas: sicut nec esse ei⁹, ibi, est simpliciter ipsi esse, sed cum illo stat omne eius non esse. Vnde super Ioānem Homilia trigesimaseptima, AVGVSTINVS. Non enim aliquid Deus constituit quod ante nesciuit. In verbo ipsius erat quod factum est, mundus factus est, & ibi erat: quia domus quam ædificat structor prius in arte erat. & ibi melius erat sine veritate sine ruina, tamen vt ostendat artem fabricat domum: procef sit quodammodo domus ex domo: & si domus ruat, ars tamen manet: ita apud Dei verbum erant omnia quæ condita sunt: quia in sapientia fecit Deus, & cuncta nota fecit. Sequitur. Deniq̄ de mundo quid ait Moyses. In principio fecit Deus cœlum & terram, fecit quod erat, si igitur fecit quod nō erat ante, quid erat? In principio erat verbum. Et vnde cœlum & terra omnia per ipsum facta sunt. Hæc Augustinus. AVCTOR. Quotiens iam Augustinus expressit logicam fidei: vbi caute progrediens semper cum determinatione sancti Ioannis affirmat omnia prius in arte q̄ essent & condita forent, dicens primo, In

verbo ipsius erat quod factum est, & non minus statim subdit, Fecit quod non erat, quasi diceret nō ideo simpliciter erat quia ibi erat, sed vt essent in opere, siebant. Vnde inquit cœlum & terra, quia omnia per ipsum facta sunt, neq̄ igitur cœlum neq̄ terra, priusq̄ per ipsum facta sunt. Vbi etiā notari posset quomodo Vvitcleff inuito concedit Augustinus propositiones conuersas sicut & directas dicens. In verbo ipsius erat quod factum est: & iterum apud Dei verbum erant omnia quæ condita sunt. Cætera autem dicta logice tangi possent quare scilicet in hoc dicto, creatura est aeterna vel Deus, limitatur subiectum ad esse intelligibile & non ibi pater est aeternus vel Deus cum prædicatum permittens sic subiectum est idem. Quare etiam non bene cōcesserunt Manichei q̄ lapis vita erat cū hoc ipsum Vvitcleustā concedant, & quare prædicatum nō permittit subiectum ad logicā Vvitcleustā more Manichei sicut more Vvitcleustā & quare: qua fronte ausus est Augustinus sic contra Vvitcleustas & socios eius & eorū Manicheos q̄ lapis vita est dicere in honestum est & sordidum: & quare non cōceditur Deum esse creaturam sicut conceditur animal esse hominem prædicatione, scilicet vera quamuis non formalis & multa, talia relinquo clero fideli qui forte Danielis spiritu suscitatus sequenti tempore ad liberationem castæ & inuolatae Sulfannæ subtilissimas faciet inuectiuas, quas ego quasi vir videns paupertatem meam, vel lassus vel nescius a tergo dimitto: hoc solum subiciens q̄ lege locutionis est vtēdum in assertione omnium præmissorum: nunquam scilicet absolute & simpliciter dicendum est omnia esse vitam aeternam vel viuere, sed cum determinatione bene possumus & hæc dicere & conuertere prædicata, omnia viuunt in Deo & sunt aeterna in illo, Et iterum, In Deo viuūt omnes creaturæ, & in eius arte sunt aeternæ. Ista igitur logica multo est tutior & multo verior, tanto scilicet verior & tutior quanto ad Euangelistā Ioānis intentionem propinquior. Vnde Augustinus plane hoc dicit: ipsum scilicet textum sancti Ioannis monere nos ne tales vnquam propositiones sine illa determinatione formemus. Vnde quinto super Genesim ad litteram

capitulo decimoquinto. AVGVSTI-
NVS. Si inquit, hoc legamus & intelli-
gamus quod factum est in illo vita est: mo-
net ista sententia vt id quod per ipsum fa-
ctum est vita esse in ipso illo intelligatur,
in qua vita omnia quando fecit, & sicut
vidit ea ita fecit non prater semetipsum
videns, sed in seipso. Hæc Augustinus.
AVCTOR. Quid si dicat Vvicleuista ali-
quis Augustinum hæc dicere quod illa de-
terminatio intelligitur solū: obuiat AV-
GVSTINVS eodem capitulo paulo an-
te vbi dicit absurde dici talia sine deter-
minatione eo quod tunc statim intelligitur
de re in proprio genere. AVGVSTI-
NVS. Cū inquit absurde dicatur omnia
vivere, quanto absurdus vt etiam vita
sint: præsertim quia distinguit, de quali
vita loquatur cum addit, & vita erat lux
hominum. Sic igitur distinguendum vt
cum dixerimus quod factum est, demum
inferamus in illo vita est: non in se scilicet
hoc est in sua natura qua factum est vt
conditio creaturæ esset: sed in illo vita
est, quia omnia quæ per ipsum facta sunt
nouerat anteq̄ fierent. Hæc Augustinus.
AVCTOR. Nemo igitur temerarie
omitrat determinatum modum loquen-
di scripturæ, quem non sine grandi my-
sterio etiam inter alia verba posuit san-
ctus Ioannes: quæ si necessaria fuerunt
alumno CHRISTI Ioanni cum illi spi-
ritus sanctus dictauerat scripturam, quan-
to magis nobis insciis, maxime cum si illa
tollatur, nihil inter nos distat secundum
Augustinum & sordidos Manicheos, ibi
etiam videre potest vitam in propositio-
ne conuersa iam subiectum esse quæ in pro-
positione directa fuerat prædicatum, dis-
tinguit inquit de quali vita loquatur,
supple sanctus Ioannes: dicens, Quod fa-
ctum est in illo vita erat, cum addit. Et vi-
ta erat lux hominū. Conuertit igitur pro-
positione sanctus Ioannes, quæ Vvicleff,
logica sua non potest conuertere.

QVOMODO ECCLĒ-
sia respondeat instantiis
istius hæretici.

CAPVT. III.

AVCTOR.



IS itaq̄ discussis quæ opi-
nionis tangunt sub-
stantiam, ad ei⁹ munimina
transeamus: ne hoc so-
lum sufficere videatur ec-
clesiæ quod adolescens Da-
uid Goliath in funda prosterнат, nisi &
vniuersa eius arma auferat in quibus con-
fidebat: & insuper quandoq̄ cum oppor-
tunitas fuerit caput eius amputet pro-
prio gladio. Arma eius hinc a ratione,
hinc ab auctoritate vibrantur. Rationes
eius quia verba sunt sufficere si verbis ver-
ba compescam: auctoritates vero quasi
vim passæ ad statum liberum repedabunt.
Augustinus inquit VITCLEFF, dicit de
creaturis in esse cognito quod erant & non
erant creaturæ: ergo simpliciter æterna-
liter erant. AVCTOR. Et ego cum ec-
clesia dei quod pro argumento adduxisti
sic redarguo, Augustinus dicit de creatu-
ris in esse cognito erant & non erant crea-
turæ, ergo simpliciter æternaliter non er-
rant: aut dicas tu quomodo licet tibi ar-
guere quod intendis per partem affirmati-
uam & mihi non licebit arguere quod po-
nit ecclesia per partem negatiuam? Sed
notetur quomodo hoc dictum Augusti-
ni quamuis modum loquendi sapiat pere-
grinum, a recta tamen logica non recedit.
Propositiones enim huiusmodi apparen-
ter oppositæ copulatiuæ sunt veræ quæ si
distinguantur sunt falsæ. Sic enim sophi-
stæ concedunt tunicam ex vna medietate
te albam, & ex alia nigram, esse albam &
non albam! & hominem esse in aqua &
non in aqua, si habeat vnum pedem in
terra solida & alterum in aqua: & al-
quem scire grammaticam, & non scire
grammaticam si eam non nisi ex modis
ea parte sciat. Et sic etiam Augustinus
dicit de trinitate de CHRISTO quod vi-
debat & non videbatur. Sed quis lo-
gicus concedit partem vtriusq̄ per se sim-
pliciter quod hæc tunica est simpliciter al-
ba, vel iste est simpliciter grammaticus,
vel quod ista cithara est facta ante completam
artem. Sic nec Augustinus concedit ali-
cubi creaturam quamlibet esse vitam vel
vivere immo detestat, immo fugit illā di-
uisionem vocās horridam, sordidam, inho-

nestam, & sine vlla glossa de secta sordida
Manichei, quia statim, inquit, vt absolute
ponitur, dat intelligere creaturam in pro-
prio genere eo scilicet quod determinatione
caret sancti Ioannis. Sed quia negatiua il-
licconiuncta temperat eius intellectum ne
videret se sic accipi, idcirco negatiua sup-
plet locum determinationis scripturæ: &
sic conceditur verbi gratia. Ista arca viuit
& non viuit, est deus & non deus, æter-
na & non æterna. Aeterna, deus & vita,
secundum esse intelligibile, nec æterna, nec
deus, nec vita, in propria existentia, sicut
hæc necque est alba secundum vnam par-
tem, non alba secundum alteram. Et hæc
cithara est facta quantum ad arcum, non
facta quantum ad virem. Sic enim per om-
nia exponit quinto super Genesim ad li-
teram capitulo decimo octauo. AVGV-
STINVS. Hæc igitur antequam fierent
vtique non erant, quomodo igitur deo
nota erant quæ non erant: non enim quic-
quam fecit ignorans. Nota igitur fecit,
non facta cognouit: proinde antequam
fierent & erant, & non erant, erant in dei
scientia, non erant in sua natura. Hæc
Augustinus. AVCTOR. Vbi patenter
Augustinus dedit logicam sanam eccle-
siæ quando vtrasque propositiones copu-
lando concessit: affirmatiuam autem non
sine negatiua; negatiuam vero sine af-
firmatiua palam affirmat: nusquam dicit
quod creaturæ antequam fierent erant, nisi
si addat quod non erant, vel æquiuolenter: cō-
cessit autem quod non erant sine additione qua-
cunque: hæc, inquit, antequam fierent,
vtique non erant: simpliciter igitur crea-
tura nulla est ante existentiam propriæ ge-
neris: quanquam esse habeat diminutum
vel in deo vel in causis secundis. Secun-
do resistens addit VVITCLEFF, Intelligi-
bilis est passio entis sicut risibile homi-
nis: sicut ergo omne risibile est homo, & ecō-
tra, ita omne intelligibile est ens. AV-
CTOR. Potest esse quod iste nō recolit quod
alibi dixit spiritum scilicet hominis im-
mortalem esse complete & per se homi-
nem: nam si omne risibile sit homo: & e-
contrario: spiritus ille erit risibilis, quia
est complete & per se homo: quod si non sit ri-
sibilis, non est verum quod dixerit esse spi-
ritum per se hominem. Verum tamen ad
rem faciliis adest solutio, quod intelligibili-

tas non est passio entis simpliciter: sed vt
in intellectu natum est esse vt sit passio
diminuta & completa subiecto responde-
at incompleto. Tertio resistens arguit
quod dixerim creaturas habere in deo esse di-
minutum & secundum quid: quia ibi ha-
bent esse verissimum vbi immutabiliter
& inuariabiliter habet esse secundum Au-
gustinum & Anselmum, quomodo non
igitur esse simpliciter optimum. AV-
CTOR. Hic respondet ecclesia alium es-
se conceptum creaturæ in deo, & alium
dei: alioquin enim idem esset omnino di-
cere quod factum est in ipso, vita erat, &
ipsa vita, vita erat. Ipsum esse creaturæ
in verbo quantum eius est esse diminu-
tum comparatum ad esse quod finaliter
primus artifex intendit inducere, nam &
hoc est de infirmitate creaturæ naturæ, vt
procedat continue & primordialiter de
imperfecto ad perfectum: aliter enim ars
diuina esset obliqua si produceret a per-
fecto ad imperfectius suum effectum: &
scriptura dicit in fine creationis primæ
entium. Igitur perfecti sunt cœli & terra,
& omnis ornatus eorum, & Augustinus
dicit quod ideo in numero senario perfe-
cti sunt, qui numerus est perfectus quarto
super Genesim ad literam capitulo deci-
mo. AVGVSTINVS. Quamobrem nō
possumus dicere propterea creaturam nu-
merum esse perfectum, quia sex diebus
perfecit deus omnia opera sua, sed propte-
rea deum sex diebus perfecisse opera sua:
quia senarius est numerus perfectus: ita
etiam si ista non essent, perfectus ille es-
set: nisi autem ille perfectus esset, ista se-
cundum eum perfecta non fierent. Hæc
Augustinus. Et capitulo vigesimo. A per-
fectis requiescit qui nec perfectis eget, quo
beatior esse possit. AVCTOR. Quia igitur
creatura est æternaliter vita in deo
video quid dicat mihi creatura in subie-
cto ex parte vna: quid etiam dicat obiecti-
ue in prædicato. Subiectiue dicit quid p-
ducibile ad extra in esse perfectum, se-
cundum genus suum obiectiue in præ-
dicato dicit mihi esse eius participatum
secundum quod vnit se vitæ artificis. Sub-
iectiue ergo puto esse creaturam in es-
se diminuto: obiectiue & secundum re-
splendentiam eius in primo speculo est, quæ
est. Vnde scriptura sic appellat dei verbum

Candor enim est, inquit, lucis aeternae & speculum sine macula, Vnde si speculum materiale serualet speciem idoli in absentia rei visae: tunc res diuturnius, visibilis, immortalius, & a peregrinis impressionibus multo remotius esset in speculo quam in genere proprio: quis tamen dubitet simpliciter perfectius in genere suo esse quam in speculo. Et ut rem inesse tali identitico apte demonstrarem, panis habet esse viuum, & participium hominis secundum carnem, quando in naturam carnis viuam congrua digestionem transfertur, tamen melius esse panis habet in genere proprio. Sic vinum habet melius esse in homine, sed melius esse vinum in suo genere. Aequiformiter homo habet alius esse & verius esse in deo quam in genere proprio: verius tamen & quanto verius, tanto melius esse hominis in genere proprio quam habet in deo. Prima veritas est non ipsius subiecti, sed subiecti in praedicatione, & per hoc veritas obiectivae resplendentiae. Secunda veritas est ipsius subiecti in seipso & per hoc veritas simplicis existentiae. Sic enim Augustinus comparat rem factibilem non tantum ad deum, sed ad esse resplendens in mente cuiusque artificis. Dominus, inquit, quam aedificat structor prius in arte erat, & ibi melius ubi sine vetustate sine ruina, cum tamen ibi subiectivae sit accidens absolutum, in seipso substantia. Ita inquit apud dei verbum erant omnia quae condita sunt perfecta, puta obiectivae perfectione eius in cuius mente fulgebant ista, ipsa tamen creatura simpliciter erat imperfecta: ut sic cresceret, non autem esset nata perfecta. Vnde prima parte sacramentorum de natura loquens angelica. HVGOGO. Non mirabile est, inquit, neque in quaestione adducendum, quare non fuerunt perfecti angeli conditi: quia in prima perfectione communi creati sunt, & ad secundam sub tertia: quoniam sicut non possunt ad tertiam pertinere, sic neque a secunda incipere debuerunt: alioquin proficiendi locum ad vtrunque inuenire non valuisent eundi in melius nisi reliquum fuisset post prima dona naturae quo crescere potuissent vel deficere. Hec ille.

Quomodo dicat Apostolus deum esse omnia in omnibus: & de gratia trinitate Vviteles in hac parte, Ca. III.

AVCTOR.



VARTO refutit iste pro se. Secunda parte logicae introductae, scilicet qualiter sunt conuersiones in hac materia tolerandae. Dicit enim sic capitulo secundo de ideis. VVIT. Cum dico omnis creatura est deus, supponit subiectum pro esse intelligibili creaturae: sed sic dicto deus est creatura supponit subiectum pro existentia creaturae in proprio genere. Vnde sic conuerto istam propositionem: omnis creatura est deus. Deus est qualibet creatura in esse intelligibili, & istam conuersionem videtur Apostolus docere nos in Corinth. xv. ubi non dicit absolute quod deus est omnia, sed cum additamento: deus est omnia in omnibus: ac si diceret deus est omnes rationes ideales in omnibus creaturis. Hec Vviteles. AVCTOR. Pessimus commentator scripturae apostolicae qui simul & semel peruertit sensum, & corrumpit textum. Sic enim habet textus apostoli. Cum subiecta illi fuerint omnia, tunc ipse filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Loquitur ista de statu finali post resurrectionem, & non de statu praesentis ecclesiae. Et Hier. in annotationibus super eundem locum, ut sit deus omnia in omnibus. HIERONYMVS. Tunc, inquit, omnia in omnibus erit cum euacuata morte & omni malitia vel errore destructo solus regnabit in cunctis. AVCTOR. Quid hoc iam pertinet ad ideas, an expectaturus est deus resurrectionem finalem, ut tunc primo sit deus omnes rationes ideales in omnibus creaturis. O quam pueriliter est hoc fundamentum scripturae ad conuersiones Vvitelesicas & presumptum & extortum. Quis unquam doctus interpres ante istum ibi nidum reperit idearum. Quis sic futurum in praesens, coniunctiuum in indicatiuum, scripturam Pauli in scripturam haeretici transformauit impune? Et qua vi rogo, qua logica limitat hoc praedicationem omnia ad rationes ideales, si addatur in omnibus? & nonne essentia diuina, nonne pater est vnus de omnibus: & nulla est eis ratio idealis. Et si deus est omnes rationes ideales omnium rerum, quia Paulus dixit futurum cum deus sit omnia in omnibus: quare non fuit Paulus omnes

rationes ideales omnium rerum, quando dixit de seipso, Omnibus omnia factus sum. quare se non limitat in omnibus esse intelligibile, hic sicut alibi Beatus Augustinus AVGVSTINVS rectius intelligens dictum Apostoli lib. octogintatium quaestionum, quaestione sexagesimanona dicit hoc dici de Christo secundum rationem finis, ita ut omnia in omnibus electis ordinabuntur in eum finaliter. AVGV. Deum autem omnia in omnibus dicit, ut nemo eorum qui cohererent ament aduersus eius suam propriam voluntatem, manifestumque sit omnibus, quod idem Apostolus alio loco dicit, quid autem habes quod non accepisti? Et HILARIVS libro vndecimo de trinitate, Subiectio nis causa non alia est nisi ut sit deus omnia in omnibus, finis itaque est esse deum omnia in omnibus. Et infra, Tendunt ad finem omnia non ut non sint, sed ut in eo ad quod tenderent maneat: & propter finem omnia, sed cum finis omnia sit manens ipsi sibi totus est. Hec ille. AVCTOR. Et ideo Augustinus de verbis domini sermone quarto exponit quod conformiter e regione deus erit eis omne bonum quod potest ab omnibus concupisci. AVGVSTINVS. Erit, inquit, deus tunc omnia in omnibus, nec erit vlla infelicitas quae nos exerceat, sed felicitas sola quae pascat. Ipse autem pastor noster, deus noster. Ipse opus nostrum deus noster: honor noster deus noster, diuitiae nostrae deus noster: quaecumque hic varia quaeris, ipse tibi vnus omnia erit. Hec ille. AVCTOR. Quod idem adhuc amplius exponens vigesimo secundo de ciuitate dei capitulo trigesimo, AVGVSTINVS. Quanta erit inquit illa felicitas ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum: vacabitur dei laudibus qui erit omnia in omnibus, & sequi dicit infra, Quid est aliud quod propheta dicit & dixit. Ego ero illorum dominus, & ipsi erunt mihi plebs: nisi ego ero vnde fatetur: ego ero quaecumque ab omnibus reate desiderantur: & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona. Sic enim & illud recte intelligitur quod ait Apostolus, ut sit deus omnia in omnibus. Ipse enim finis erit desideriorum nostrorum qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatiga-

tione laudabitur, hoc munus, hic affectus, hic actus perfectus erit omnibus: sicut ipsa vita aeterna communis. Hec Augustinus, AVCTOR. Longe igitur est textus Apostoli ab expositione Vviteles non sicut qui hoc exponit de deo in ratione finis: & quamuis idem deus noster sit principium & finis: non inde tamen est finis, vnde principium, sed aliunde finis, & aliunde principium: concernunt enim rationes ideales rationem principii: rationes vero satiantes affectum rationem finis. Secundum ergo hunc modum loquendi dictum est manna, quod coelitus dabatur filiis Israel in deserto, habere omne delectamentum in se, & omnem saporem suauitatis: non quod rationes ideales contineret omnis delectamenti cibaticii: sed quia sufficienter & ad aequalitatem suppleuit locum omnis saporis suauis tali vel talis competentis edulio. Et si etiam, ut ait scriptura, Helchana fuit melior Anna quam decem filii: quia scilicet potuit ei supplere omne bonum quod ex decem filiis posset illi contingere. Multo magis haec omnia nobis deus supplere potest quae nobis desiderare licitum est. Vnde secundum hunc modum loquens de deo super Ioannem Homil. octaua, AVGVSTINVS. Totum, inquit, tibi sit deus: quia horum quae diligis totum tibi est, si visibilia attendas, nec panis est deus, nec aqua est deus, nec lux illa est deus, nec vestis est deus, nec domus est deus: omnia enim haec visibilia sunt, & singula sunt: quod enim est panis, non hoc est aqua: & quod est vestis, non hoc est deus: & quod sunt ista, non hoc est deus, visibilia enim sunt. Deus tibi totum est, si esuris panis tibi est, si sitis aqua tibi est: si in tenebris es, lumen tibi est, quia incorruptibilis manet: si nudus es in mortalitate, vestis tibi est, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Hec Augustinus ibidem. AVCTOR. Ille igitur modus essendi deo totum vel omnia satis aequiuocus est ad ideas: magis est autem modus virtualis eminentiae vel aequalitatis supplementi. Ideo HILARIVS libro. xi. de trinitate. Per idem, inquit, erit omnia in omnibus, quia secundum dispensationem ex deo & homi-

ne hominūq; & dei mediator habens in se dispensationem quod carnis est, adepturus est in omnibus ex suggestione quod dei est ne ex parte deus sit, sed deus totus: subiectionis causa est vt sic deus omnia in omnibus. Esse autem deo omnia in omnibus sacramenti est nō necessitas. Et in eodē infra. Quia cum deus esse oīa in omnib⁹ potest, sacramentum dispensationis ostenditur. Nostra itaque hæc lucra sunt & nostri profectus, nos scilicet conformes efficiendū gloriæ corporis dei. Hęc ille. AVCTOR. Non dicit q; sunt nostri profectus essendi vna prima, vel verbum dei, Sic enim deus omnia in omnibus esse tam necessitas quam sacramentum. Et AMBROSIVS super Lucam libro vltimo capitulo octavo dicit hoc modo esse Christum omnia, quia, si pacifice omnia, Christus, inquit, est omnia, & in Christo omnia. AVCTOR. Alia quidem motiua, si tamen quem peritum mouere possunt, quæ iam ipse superstes expressit venerandus senex frater Iohannes conuenerunt eius, subtili stilo & plano sic cuncta resoluta: vt non amplius necesse habeat Pilatus interrogare. Quid est veritas? Sed adhuc restat de præfata logica non paruum mysterium, quibus scilicet terminorum pannis possit inuolui, & in singulis partibus orationis exceptis sanctis pronominiibus inuenit nocuentum. Vnde de primo trialog, capitulo nono. VVICLEF. Pronomina, inquit, significant substantiam meram, id est diuinam essentiam. Nomina autem significant substantiam cum qualitate, hoc est supra diuinam essentiam vel esse intelligibile creature, addunt qualitatem in qua res talis producitur, in esse existere. AVCTOR. Sed dicat noster grammaticus quam qualitatem addit nomen super essentiam: qualitas enim nominis secundum priores grammaticos longe æquiuocat a qualitate logica vel metaphisica: quia qualitas nominis, inquit, patitur per appellatiuum & proprium, & quid hoc facit ad rem in esse intelligibile vel esse existentia, aut nunquid Thomas habet esse intelligibile in deo, & Thomas homo, sicut & ille homo aut deus intelligit istum, sed non hominem. Volebat forsitan iste grammaticus dixisse accidens quādo dixit qualitatem, cum tamen qualitas nominis inter accidentia nominis teneat

tantummodo locum sextum, quod si ipse non tacuerit, dicat si non accidentia pronominiis quæ etiam pronomen habet commune cum nomine magis limitent ad esse existere quā qualitas nominis, verbigratia. Genus masculinum vel femininum quæ sunt etiam accidentia physica, casus rectus vel obliqu⁹ numerus quoq; pluralis vel singularis, & distantia personalis, quod si liceat interrogo ego grammaticum, quæ pars terra, quæ pars cælum, quæ pars arca, quod si non neget esse nomina: quare voluit Augustinus in his nominibus rationes rerum ideales tradere, Homil. illa prædicta sup Iohannē. AVG. Cælū vides, est in arte terra, & inducto pronomine negat eas vitare vita idealis. Omnia inquit hæc quæ sunt per ipsam artē non continuo vita sunt. AVC. Melior nomen grammaticus Augustinus q; Vviclef qui in nominibus loquitur, essentiam creature sine qualitate existentia & in pronominiibus quæ significant mere diuinam essentiam: secundum istam essentiam creatam pronunciat sub velamentis existentia in genere proprio. Sed o pauperem theologiam quæ tam angustam habet logicā, vt vix conuertat, si non peruertat, nec per loca argumentorum pene vniuersa syllogismi pedem imponat, nisi turpiter paralogisec, & grammaticam induit in tanta penuria, vt inter orationis species infinitas non nisi pronomina, & tamen cum tantum sint quindecim, nec omnia hæc, sed solum quæ que demonstratiua pronomina ipsi velint assistere ad vere exprimendum omnes diuinitas ideales. O igitur ter sancta quaterq; beata pronomina quæ quando euacuata erit tota grammatica quæ sola signorum est scientia institutorum ad placitum, quæ æternalior ideo esse non potest q; spes theologica vel fides euāgelica, ipsa tamen sola permanebunt in patria, vel remanebunt ipsa deo pronomina coæterna: sanctos quoque contemplantes beatificabunt per omnia secula seculorum, sed non amen. Vere igitur ecclesia vitur grammatica gratiori, logica latiori: in theologia verissima sancti Iohannis & expositoris ei⁹ splendidi Augustini quia apposita euāgelica determinatione quā dixim⁹ copiosissimos fluuio omnis grammaticæ in vsum sui sermonis adsumit, per oēs species argumentorum logicaliū se diffundit: nulli pri orationis perit quæ sermonis

bus suis ancillari non cogit: per omnes argumentorum sedes, conuersionum modos, æquiuocentiarum articulos sine offendiculo paralogismi, liberrimo pede trāscurit, ita vt omnia verborum folia, Grammaticæ & dialecticæ regulæ fatis pauca sint numero ad digne pronunciantium rationes ideales quæ fouet ars rerum puerpera in vtero verbi dei. Et nonne ipse sibi suspectus factus est, quia horrabatur auditores suos ne logicam istam deregerēt apud vulgum? Vnde cap. tertio de ideis, VVICLEF. Communicando cum plebeo non esset dicendum illi q; equ⁹ eius vel alia vilissima creatura esset deus eius: quia non concipit nisi in natura propria. Solis igitur philosophis qui cum aliis auctoribus prædictis ascenderunt ad summum gradum scholaræ prædictæ, est sic loquendum. Vnde nimis nudant suam imperitiam qui clamant in populo q; talis doctor in scholis, aut talis doctor in scriptis concedit, q; qualibet creatura est deus. AVCTOR. Sed ex istis verbis eius plene conuincio q; male & false iactauit hanc esse logicam Augustini & sancti Iohannis Euangelistæ: quia beatus Iohannes logicam ecclesiæ sine nudatione suæ imperitiæ clamauit, non tantum apud Athenas philosophis, sed etiam indocto populo secundum mandatū Christi dicentis. Ite, prædicare euāgelium omni creaturæ: & beatus Augustinus logicam suam quam hucusque seruat ecclesiæ, prædicauit indoctæ plebi hominizando ad populum. Et de beato Iohanne Homil. xxxvi. super Iohannem dicit inferens quod dixit, Omnia per ipsum facta sunt. AVGVSTINVS. Huic, inquit, tantæ sublimitati principii etiam cætera congrua prædicauit, & de domini diuinitate quomodo nullus alius est locutus: hoc ructarat quod biberat. Nō enim sine causa de illo in ipso isto euāgelio narratur, quia & in conuiuio super pectus domini discumbebat. De illo igitur pectore in secreto bibebat: sed quod in secreto bibit, in manifesto eructauit, vt perueniat ad omnes gentes non solum incarnatio filii dei & passio, & resurrectio, sed etiam quod erat ante incarnationem vnicum verbum patris. Hęc Augustinus. AVCTOR. Ecce q; beatus Iohannes ructauit logicam suam ad omnes gentes, quam in secreto potauit: quare igitur non ita per-

mittit auditores suos Vviclef logicam idearum quam in scholis secreto bibunt, in populos eructare, maxime dicente Christo ad discipulos. Quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure au distis, prædicabitur in tectis. Vere igitur non est ista logica sancti Iohannis, dicere q; equus rusticus esset deus eius, aut alia quilibet vilissima creatura si non sit rustico sic dicenda: sicut dixit sanctus Iohannes ad populū Christianum, sed nec logica Augustini eadem ratione.

Q; Vviclef in hac materia de ideis consentit hereticis, vt Manicheis. CAP. V.

VVICLEF.



VAELIBET creatura est deus. AVCTOR. Fateor duritiam cordis mei, Thomas sum, si non vidissem eum sic scribere, non credidissem de eo: quis multi beati qui non viderunt & crediderunt. Sed dico cum Dionysio in consimili casu succensente aduersus Demophilum monachum in epistola ad eundem. DIONYSIVS. Stupuit cælum, inquit, & horruit ego & incredulus sum mihi ipsi: & bene scias nisi tuas naetus essem (sicut nollem) literas: si alii quidem de te persuadere dignarentur, non persuasissent. Hęc ille. AVCTOR. Cælum, id est primus angelus. Verum est ego horruit, sed nunquid cælum stupuit. Autumo, sic primus angelus excessit modum naturæ, quando huius sapientiæ qualitatem appetit, nec tamen ad identitatem diuinæ spirauit essentia: nec omnem creaturam volebat esse deum, sed se tunc in eo tempore dignissimam creaturam: Vviclef autem pro nihilo ducens suam vecordiam non tantum optimam creaturam, sed & vilissimam & quamlibet dicit deum: & non erit in quo culpentur, de cætero qui talpas adorant & versperitiliones, vel qui secundum Apostolum mutant gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs & volucrum, & quadrupedū & serpentum: quoru quilibet statuta silēter abstractione de esse intelligibili, dicit palā & simpliciter esse de⁹.

Quāquam simpliciter dicat sanctus **GREGORIVS** q̄ visibilia de deo dicuntur secundum figuram & nullum eorum secundum essentiam xxx. moral. capitulo xxv. Quid igitur iste nisi Platonē ad tantū laudavit, vt errores eius laudaret: sic extulit, vt excederet & cum Platonē, non tantum Platonem, sed omnem hominem statuat esse deum: & vltra omnes Platonistas quamlibet creaturam. Modicum igitur erravit inter ceteros Platonistas Porphyrius cum dixit se posse fieri deum, dicente de eo beato Gregorio xviii. moral. cap. xxx. **GREGORIVS**. Dei sapientiæ quasi quoddam thozium de Aethiopia æquare voluit cum quidā Hērēsiarches dixit nō inuideo Christo deo factō, si volo & ipse possum deus fieri. Hęc Gregorius. **AVCTOR**. Aut quid peccauit rogo Platonicus ille qui Scipionē Africanū asseruit esse deum. Deum, inquit, te igitur scito esse. Quod verbum exponēs **MACROB.** lib. secundo, Africanus inquit pene exutus hominem & defecata mente iā naturæ suę capax hoc apertē admonet, vt deum se esse nouerit, & sit præsentis operis consummatio, vt animam non solum immortalem, sed deum esse clarescat. **AVCTOR**. Isti Platonistę sunt & condiscipuli tui Vviteles, & in quo transgrediuntur metas logicæ tuæ loquentes cum pronomine tuis & terminis ad designandum esse intelligibile rerū ap̄ris: ipse possum esse dixit primus, te deum esse scito, dixit secundus seu animā deū esse: nōne recte, & catholice? Magnus ille theologus sacer Dionysius in libro suo de mystica theologia cap. iiii. de deo in comparatione ad sua intrinsecam negat eum vel habere creaturam intrinsecam sibi vel esse. **DIONYSIVS**. Omnium inquit causa & super omnia existens, neque impotens sensibilibus subiecta casib⁹, neque in indigentia est luminis, neque variationē, aut corruptionem, aut diuisionem, aut priuationem, aut fluxum, neque aliquid aliud sensibilem habet, neque est. Hęc Dionysius. **AVCTOR**. Respondet Vviteles verum est, non est illa secundum existentiam in proprio genere: sed secundum esse intelligibile suum, & capitulo tertio de ideis distinguit sex gradus creaturæ essentiæ, primo vt intelligitur sub conditionibus individualibus: secundo vt consideratur in figura & accidentibus propriis, tertio in ra-

tionib⁹ quidditatis: quarto in astris & orbibus supremis: quinto in potentia intelligentiarum: sexto in potentia productiua dei, vt est principium productiua simpliciter primū. Et subdit ibidē, **VVITCLEF**. Quod subtilis philosophus vt fuit Ioānes Evangelista, & alii sancti ipsum sequentes cōsiderantes hominem comprehensione simpliciter vniuersali vel communi, vt est commune ad quemlibet illorum graduum, & homo & alia quælibet creatura non fuit eternaliter vita in deo secundum quamlibet rationem, sed vt a deo intellecta & productibilis. **AVCTOR**. Vel vitium exemplaris hic fecellit, vel vit iste seducitur, & seducit. Nonne in potentia dei productiua est omnis creatura secundum omnem gradum essentiæ suæ possibilis: Apostolus clamat, Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. In ipso igitur creatura sub conditionibus individualibus. In ipso creatura secundum q̄ attenditur in figura sua & accidentibus propriis. In ipso secundum rationes quidditatis. In ipso, secundum q̄ descripta orbibus. In ipso secundum causationem instrumentaliter effectiuam. Intelligentis nihil est, nec alicuius modi creatura possibilis cuiusmodi eam esse se diuina potentia non disponit & præcitat. Fuit igitur aternaliter vita in ipso omne quod factum est: secundum quamlibet rationem ipsius facti & factibilis: dicente Apostolo ad Romanos quarto. Deus vocat ea quę non sunt tanquam ea quę sunt. Et **AVGVSTINVS** quinto super Genesim ad literam cap. septimo. Non aliter nouit deus facta q̄ fienda. Et **ANSELMVS** Monologion octauo capitulo. Patet, inquit, quoniam priusquam fierent vniuersa erāt in ratione summæ naturæ, quid aut qualia aut quomodo futura essent. **AVCTOR**. Quo sic ostenso, copulando hæc dicta fi dei ad dicta illius: statim sequitur q̄ creatura secundum esse existentia in proprio genere, est deus & vita prima, quia secundum esse suæ existentia cognoscitur a deo, & habet esse existentia diuina: quia illud esse intelligibile & est simpliciter esse & deum esse per te: igitur secundum esse existentia creatura est deus, vel oportet dare rationem distinctam quare quælibet creatura est simpliciter deus propter esse suum intelligibile & non ista existentia creatu-

ra in proprio genere propter esse suum intelligibile. Quid igitur disponit tot gradus ascensorios per essentiam creatam, vt tandem finaliter perueniatur ad esse intelligibile creaturæ quod est diuina natura simpliciter. Theologia Pauli dixit, Inuisibilia dei conspici per ea quę facta sunt: nō esse simpliciter quę facta sunt. Mihi ergo videtur theologia ista dolata secundum artificium Manichei, si tamen non transcendat, quia Manicheus dixit in hominibus ligatam esse portionem diuinæ naturæ vinculis carnis, quam oportuit soluere quibusdam viis. Vviteles autem non portionem, sed totam diuinam essentiam in creatura claudit, & identifice ligat sub vinculis materialibus & creatis. Videamus igitur quid senserat Manicheus, **AVGVSTINVS**. Mundum (inquit Augustinus) manicheus a natura dei factum confitetur, sed de commixtione boni & mali quę facta est quando vtraq̄ inter se pugnant. Ipsam vero boni a malo purgationem ac liberationem non solum per totum mundum, & de omnibus eius elementis virtutes dei id facere dicunt, verum etiam electos suos per alimenta quę sumunt: & eis quippe alimentis sicut vniuerso mundo dei substantiam perhibent esse commixtam, quam purgari putant in electis suis seq̄. In ceteris autē omnibus etiam in ipsis auditoribus suis hanc partem bonæ diuinæq̄ substantiæ q̄ mixta & colligata in electis & poribus detinetur, maxime in eis qui generant filios archiis & inquinatis colligari putant. Hęc Augustinus de heresibus capitulo quadragesimo sexto. **AVCTOR**. Recte igitur inter se conueniunt Manicheus & Vviteles nisi hoc intersit q̄ Vviteles manicheus sit spiritalis, ille carnalis vt diuinam naturam in creatura detentam sub materialibus velamine, Vviteles purget per animam: ille per alium, ille per studium, iste per stomachum, vt tandem per longam digestionem abstractionis perueniamus ad illud esse creaturæ increatum quod iste dei portionem, ille prædicat totum deum: nec mirentur periti theologii q̄ sic velim comparare viros istos. Nam beatus Augustinus hoc timuit dici posse de seipso, propter hoc quod dixerat in libro de duabus animabus, omnem vitam pertinere ad deum primum vitæ principium, multo magis igitur

appropinquat Vviteles, qui non solum pertinere, sed ipsam vitam primam esse dicit quamlibet creaturam. Vnde primo libro retractationum capitulo decimo quarto dicit, **AVGVSTINVS**. In hoc libro illud quod dixi nullam esse qualemcunque vitam, quæ non eo ipso quo vita est, etiam in quantum vita est omnino ad summum vitæ fontem principiumq̄ pertineat. Ita dixi vt tanquam creatura ad creatorem pertinere intelligatur, non autem de illo esset tanquam pars eius existimetur. Hęc Augustinus. **AVCTOR**. Huius dicti fecit Augustinus retractationem: quia simpliciter dixit vitam creatam, & vitam creatricem pertinere ad vitam creatricem, quamuis sensu verissimo intellexit hoc tanquam creatura ad creatorem debuit pertinere. De hoc autem quod dixit super Ioannem, vel super Genesim, ad literam retractationem non fecit: quia nihil ibi de hoc sine plana determinatione, sic dixit, sed semper intulit creatura vt cognita vel vt est in arte, vel vt in mente conditoris vita viuunt, quæ est ipse deus: neque hic igitur, neque illic secernitur Vviteles a secta Manichei: quia non solum dixit creaturam pertinere ad creatorem, sed esse creatricem: neque hoc cum determinatione, scilicet secundum quod in ipso est, sed simpliciter esse deum.

Quod esse tam secundum substantiam, quam secundum præsentiam, est proprium soli deo, & ideo vix competens creature i statu suo optimo, & hoc de prolixo suo esse.

CAPVT. VI.



HSTENSO igitur quomodo hæretica illa assertio tradens quidlibet esse deum, diuinæ naturæ præiudicat? Dependentes videmus iniurias. Viperam enim ista produxit plura geminaria. prima enim proles quam ordine suo progeniuit, est ampliatio verbi dei, secundum quam dicit quidlibet semper esse, sic enim supponit, eo q̄ omne quod fuit vel erit est in aliqua parte temporis magni. Secundo enim trialog. cap. ii. & in tractatu de tempore passim docet **VVITCLEF**. Tempus magnū multū

triplicatum per totum mundum sensibilem partesque eius, praesens, praeteritum & futurum: & ex hoc quicquid in aliqua tali parte olim fuerit vel in posterum erit, ipsum est non tamen iam est: quia illa potius ceterum pars quandolitat in specie sua, quae quidem non est ipsum tempus, sed ex adiacentia temporis causata in re temporalis. AVTOR. Et secundum hanc fictitiam componit sibi logicam de sitibus negationum in propositione, & conuersiones explanat sibi accommodatas, & non solum ad omnem partem temporis secularis ampliat esse de quolibet, sed etiam ad ipsum esse intelligibile, & intra claustrum aeternitatis permittit extendere ramos suos. Dicens cap. xx. de deis. VVITCL. Cōceditur, inquit, quod omne possibile est ens, si cut est intelligibile, vnde nunquam fuit ita quod ego non existo in illo tempore, demonstrando tempus antequam sum productus, vel in quo mortuus sum. Et cap. primo in responsione ad argumentum, Omnia haec tria sunt eque communia, ens esse, & ens posse esse, & ens intelligi: quia quodlibet eorum vel illorum est ens. Et postea in suppositione: constat, inquit, cuiuscumque logico, si quicquam intelligitur quod habet esse existere. Et adhuc infra. Ideo ampliantes esse ad intelligi, ad posse, & ad existere: liberius, consonantius, & expeditius loquuntur, ideo sic loquendum est concorditer cum praedictis, haec VVITCL. AVTOR. Expedimus nos de opere primae diei, eripiendo diuinam naturam de immenso & confuso caho omnium creaturarum quam cōformiter cum manicheis VVITCL. ibidem logicis calibus vinculis detinebat: transeundum est ad opus deinceps secundae diei, cui non bene dixit dominus, eo quod prima creatura secundum illud prima rerum creaturarum est esse super stellas caeli, ponit sibi solum sempiternae existentiae, extendens palmitem suos longe ultra mare, quod sanctus spiritus fouit in principio & ultra omne flumen paradisi suas propagites. Quis autem sic ampliauit hoc verbum nescio, nisi forte ille homo de quo Christus in psalmo cōquerit, Ampliauit, inquit, aduersum me supplantationem. Et ego ergo in causa Christi cum sancta matre ecclesia ampliationem istam truncabo ad vires, quantum ad id quod derogat dei rati, reponens creaturam suis limitibus, & relinquens alienas diuitias logicales & physicas quae contingenter emergunt. Haec logica bene consonat erroribus Apuleii dicē

tis, homines semper fuisse. De quo AVG. xii. de Trinitate cap. x. Omittamus coniecturas hominum nescientium quid loquantur de natura vel institutione generis humani, Alii namque sicut de ipso mundo crediderunt, & semper fuisse homines opinantur. Vnde ait Apuleius, cum hoc animalium genus describeret singillatim mortales cuncti, tamen vniuerso genere perpetui. Haec Aug. AVCTOR. Sic & VVITCL. concedit mundum sensibilem semper esse cum omnibus contentis, quia in omni tempore fuit sicut Augustinus dicit eodem xii. cap. xv. quod angeli semper fuerunt, quia omni tempore fuerunt, & sic facti sunt amici Apuleius & VVITCL. Sciendum igitur quod esse praeter aliis verbis dicit eminentem substantiam actus verbi, & dicit praesentiam quoad substantiam: seruit grammatici quod est prima substantia actus omnis verbi, prout actus est communis ad agere & pati, in tantum ut sit primum in expositione eius: stare, id est stantem esse, & agere est agentem esse, & loqui, loquentem esse, & videri, visum esse. Quo ad praesentiam etiam quam includit esse actus omnis temporis & eius perfectio in tantum ut secundum antiquos philosophos nihil superesset tempori nisi praesens: & hoc est ad quod caetera tempora resoluitur secundum illud Deuterio. Ad esse festinant tempora. Propter igitur haec duo prisci patres approbabant deo hoc vocabulum: quia, scilicet, esse diuinum est omnibus creaturis substantialis actus, & quia sine variatione solus immutabiliter est caeteris variatis in tantum, ut cum caetera deo nomina, deus creaturis comunicet, vocando quosdam deos, patres, factores, creatores & similia: nomen, quod est, absolute dictum, sine determinatione generis vel speciei retinuerit soli sibi dicens ad Moysen Exodi iii. cum sic interrogaret eum Moyses. Ecce vadam ad filios Israel & dicam eis, Deus patrum nostrorum misit me ad vos: si dixerint mihi, Quod est nomen eius, quid dicam eis? Dixit dominus ad Moysen, Ego sum qui sum: sic dices filiis Israel. Qui est misit me ad vos. Propter haec sacra dei verba, esse absolute dictum putabāt semper orthodoxi patres congruere soli deo. Vnde de lib. v. de Trinitate cap. ii. AVGVST. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia: & ab eo quod scire est, dicta est scientia: ita ab eo quod est esse, dicta est essentia: & quis magis est quam ille qui dixit famulo suo,

Ego sum qui sum, & qui est misit me, sed aliam quae dicuntur essentiae siue substantiae capiunt accidentia, quibus in eis fiat, vel magna vel quae tacumque mutatio: deo autem aliquid huiusmodi accidere non potest. & ideo sola est immutabilis substantia vel essentia quae deus est. Cui profecto ipsum esse, vnde essentia nota est, maxime ac verissime cōperit. Quod enim mutatur non seruat ipsum esse: & quod mutari potest etiam si non mutetur, potest quod fuerat non esse: ac per hoc illud solum quod non tantum non mutatur veritatem mutari omnino non potest, sine scrupulo occurrit quod esse verissime dicatur. Haec Augustinus. AVCTOR. Quod si occurrat VVITCL. dicens placere sibi quod deus dicat verissime esse: placeat etiam ipsi quod illud quod mutatur non seruat ipsum esse: & quod mutari potest, potest esse quod non fuerat: quomodo conuenit hoc tibi qui dicis: oē quod esse, potest antea fuerat, & semper seruat esse quia in aliqua parte magni temporis semper est quicquid erit fuit vel esse potest. Notet igitur de cetero qualiter patres dicentes solum deū vere esse, quod & statim inferunt in confirmationem dicti esse praesens. Creaturam labi in non esse per praeteritionem, vel accepturam esse quod non habet per futuritionem. Vnde & Isidorus, libro. vii. Etymol. cap. i. & assumit Rabanus de naturis reū li. i. ca. i. ISIDOR. Sextum inquit nomen dei ieu. id est qui est: deus est solus qui aeternus est. Hoc est quia exordium non habet, essentiae nomen tenet. Hoc est nomen dei, quod ad sanctum Moysen per angelum est delatum: quærenti enim quod esset nomen eius, qui eum pergere præcipiebat ad populum ex Aegypto liberandum, respondit. Ego sum qui sum: & dices filiis Israel. Qui est misit me ad vos. Tanquam in eius cōparatione qui vere est quia incommutabilis est, ea quae commutabilia sunt quasi non sunt: quod enim dicitur fuit non est, & quod dicitur erit, nondum est: deus autem tantum esse nouit fuisse, & futurum esse non nouit. Solus autem pater cum filio & spiritu sancto veraciter est: cuius essentiae comparatum esse nostrum, esse non est. Haec Isidorus. AVCTOR. Vbi inter caetera potes audire dicentem Isidorum. Quod dicitur fuit, non est, vbi patet eum negare amplitudinem verbi tui. Et AVGVST. ad idem super Ioannem Homilia. xxix. Non enim duae breues syllabae deus est, & duas breues syllabas adoramus, & ad duas breues syllabas peruenire desideramus: quae pene ante definit sonare, quam coeperint; nec in eis secundae locus

est nisi prima transierit. Haec Augustinus. AVCTOR. vide igitur quod Augustinus dicit hoc de futuro quod Isidorus ante dixerat de praeterito. Non est inquit secundae locus super esse nisi prima transierit: cuius causam exponit Hilarius lib. primo de Trinitate post medium ponens hanc differentiam inter verbum creatum & increatum, quod, scilicet, prolatum verbum, est tantum cum profertur & neque ante est, neque post: verbum autem increatum semper permanet & constanter est. HILARIUS. Sermo inquit in natura habet vt esse possit, sequens autem ei est vt fuerit, vt vero tantum cum auditur, & subdit, Loquentium enim sermo neque est antequam loquatur, & cum loquuti erunt non erit. In eo autem ipso quod loquuntur dum finiunt iam non erit id vnde coeperit: Haec ille. AVCTOR. Quid planius quod absolutius dici possit, nisi quod non est antequam loquatur, nec post erit, cum tamen sermo vel oratio talis vocalis sit vna de successiuis, ratione mensurae eius intrinseca, quam logici orationem appellant, quorum successiuorum quae si differentia essentialis est, quae a permanentibus distinguantur non habere omnes partes simul dici tamē esse tota in qualibet sua parte praesente, multominus res permanentes adherent omni parti temporis successiuum, quia magis vniuocantur successiuum successiuis quam permanentibus successiuum. Possent igitur logicam liter dici vnumquodque successiuum esse ad quamlibet partem praesentem propter necessariam cōnexionem totius & partis, vt sic dicat. Iste annus elapsus est, muri olim subuersi iam sunt, & ille fluuius est, non tamen aqua eius heri potata propter necessariam cōnexionem huius anni ad diem praesentem, non autem hesternae diei ad diem praesentem, & ciuitatis ad aedificia vel situm praesentem, & non veterum murorum ad hunc situm. Vbi ergo nulla est cōnexio, nisi per accidens & extrinseca sicut est temporis ad hominem & permanentia alia, longe praeterit ratione ponere talem catenam, & eo longius quo magis proprie nulli competit creaturae etiam secundu optimum sibi esse: quapropter secundum Augustinum esse est vna de illis dei proprietatibus quae nulli competit creaturae, nec in creatura aliqua reperitur. Vnde primo de Trinitate cap. ii. AVGVSTINVS. Quae inquit proprie de deo dicitur, quae quin nulla creatura reperitur. Raro posuit diuina scriptura sicut illud quod dictum est ad Moysen, Ego sum qui sum, & qui est misit me ad

Vos, Cum enim esse aliquo modo dicatur, & corpus & animus, nisi proprio quodam modo vellet intelligi non id vtrique diceret. Et illud quod ait apostolus, Qui solus habet immortalitatem: cum & anima modo quodam immortalis esse dicatur, & sic non diceret solus habet nisi quia vera immortalitas incommutabilitas est quae nulla potest habere creatura quoniam solius creatoris est. Hæc Augustinus, AVCTOR, Attende iam logicam Augustini quod esse & immortaliter esse sunt proprietates dei in nulla creatura reperibiles, sunt tamē ad modum aliquem in creatura. Simpliciter igitur esse non consequitur tempus etiam præsens tanquam proprietates necessaria. Breuiter igitur a fidelibus est vitanda hæc logica quam etiam fundamentum fidei nostræ Petrus aufugit vt dicit Ambrosius super Lucam lib. x. cap. iiii. AMBROSIVS, Interrogatus inquit Petrus, Et tu ex illis es, qui cum Iesu Galilæo erant: verbum æternitatis refugit: non enim erant qui esse coeperunt, hoc est dicere, Ille solus erat qui in principio erat. Denique ait, Non sum ego. Illius enim est esse qui semper est. Vnde & Moyses ait, Qui est misit me. Hæc Ambrosius.

ESSE IN TEMPORE ET RE TEMPORALI est mixtum cum non esse, & non est purum nisi in primo: ideo non excedit esse præsens. AVCTOR, Cap. VII.

Abent igitur hæc tria ordinem suum, esse, tempus esse & temporaliter esse, esse, scilicet simpliciter & per se esse participatum a tempore & tempori communicatum, & est esse temporis participatum & communicatum rei temporalis. Qualiter forma communis participata denominat suum subiectum, & secundum hoc præcedit ipsum secundum metaphysicam Augustini super Ioannem Homel. xxxix. AVGVSTINVS, Pius inquit plus est an ipsa pietas: plus est pietas quam Pius, Pius enim a pietate, non pietas a pio. Potest enim esse pietas sine pio, sed si ille qui pius erat factus est impius ipse perdidit pietatem: pietati nihil abstulit. Quid igitur item pulcher & pulchritudo: quoniam plus est pulchritudo quam pulcher. Pulchritudo enim facit pulchrum non pulcher fecit pulchritudinem. Castus & castitas: Castitas plane plus est quam castus, si enim castitas non esset, vnde esset ille castus, non ha-

beret, si autem noluerit esse castus, castitas tamen in tegra perseverat. Hæc Augustinus, AVCTOR. Sic pariformiter plus est esse in se, plusque tempus quam res temporalis. Esse igitur perfectum & constanter est in se, sed cum defectu & fluxu in tempore & multo contingentius in re temporalis. Fallitur igitur qui fingit, Tempus esse quasi vnam formam constanter permanentem & per omnia tempora quoad solidificanter preuentia non perire: & iterum non extensam, sed multiplicatam per totum mundum sensibilem. Quis enim peritus dubitat tempus esse quintam speciem quantitatis continue cuius est per se extendi: & est prima ratio omnibus extendendi, & conformiter diuidendi. Omnis igitur quantitas continua ex natura sua est primo diuisibilis & extensa. Et quia tempus est quantitas successiva, habet partes non existentes ad existentem conuinctas ratione transitus siue fluxus quem admodum loquitur scriptura Ecclesiastes quarto, Omnia tempus habent & suis spatiis transeunt vniuersa sub caelo. Vbi denotat tempus in suo communi per hoc quod dicit sub caelo, cuius tempus est effectus proprius causatus ab eo mediante motu eius, vel siderum secundum ipsum motorum: dicente Augustino, xii. ciuitatis cap. xv. AVGVSTINVS, Istæ dimensiones temporaneorum spatiorum quæ vitate & proprie dicuntur tempora manifestum est quod a motu siderum coeperunt, vnde & deus cum hæc institueret dixit, Et sint in signa & tempora, & dies & annos, sed in aliquo mutabili motu, cuius aliud prius aliud posterius præterit eo quod simul esse non possunt. Hæc Augustinus, AVCTOR. Vide iam quod prius & posterius in motu & per hoc in tempore simul esse non possunt: Non ergo simul in magno tempore sunt, immo inquit, sed non simul nunc vel iam. Sed quæ fatuitas concedere omnia præterita esse & simul esse, & non iam simul esse: Beatus Augustinus existimat esse bonam consequentiam. Hoc iam non est ergo non est. Vnde, lxxxiii. quæstione, xvii. AVGVSTINVS, Omne inquit præteritum iam non est, omne futurum nondum est, omne ergo præteritum, & futurum deest: apud deum autem nihil deest: nec præteritum igitur nec futurum sed omne præsens est apud deum. Hæc ille, AVCTOR. Vbi etiam notandum illud non transeo quod omne præteritum vel futurum simpliciter non est, sed deest: quibus apud deum præsens est. Non obstat igitur ideale esse secundum quod quilibet est

deo præsens simpliciter tamen non est si iam præsens sibi ipsi non est, quia sic solent arguere Vvicleuisque, hoc est deo præsens, ergo hoc est. Sed iam videtis quomodo Augustinus sic arguentes obruit. Res enim mensurata mensuram suam pari passu subsequitur. vnde quæ tempus in fluxu semper est idcirco res temporalis est fluxibilis: & secundum partes præteritas & futuras, vel de non esse vel in non esse declinans. Vnde ideo dominus in euangelio Matth. decimotercio de sermone oblationis dicit, Non habet inquit in se radicem, sed est temporalis. Et apostolus secunde ad Cor. quarto, Id enim quod in presenti est momentaneum ac leue. Et Ecclesiastes decimo, Sapiens vidit sapientiam sapientum non esse & diuitias doctorum non esse sed tempus & casum in omnibus. Vnde sicut Aristoteles dixit materiam ex præhabitis deficere & appetere semper nouas formas ad se perpetuandum sub illis propter non esse sibi admixtum. Taliter item videtur omnis res temporalis simul cum temporis præteritione, in non esse tendere quasi in occasum & quandam mortem sui esse propter non esse, scilicet quod secum in maiori parte habet immixtum. Vnde Augustinus super Ioannem Homilia, xxxviii, tractans hoc verbum Christi ad Iudæos, Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. AVGVSTINVS, O (inquit) domine deus noster quid est quod aisti, Nisi credideritis quia ego sum: quid enim non est eorum quæ fecisti: nunquid celum non est? nunquid terra non est? nunquid non sunt ea quæ in caelo & in terra sunt? nunquid homo ipse cui loqueris non est? nunquid angelus quem mittis non est? si omnia sunt hæc quæ per te facta sunt, quid est quod tibi proprium tenuisti ipsum esse quod aliis non dedisti, vt tu solus esses? Nam quomodo audio, Ego sum qui sum: quasi, alia non sint: & quomodo audio, Nisi credideritis quia ego sum, Illi enim non erant qui audiebant. Et tandem infra respondet, Non enim est ibi verum esse, vbi est & non esse. Quicquid enim mutari potest, mutatum, non est quod erat: si non est quod erat, mors tibi quædam facta est. Peremptum est aliquod ibi quod erat & non est. Nigredo mortua est in capite albescentis senis: pulchritudo mortua est in corpore senis & incurui senis. Mortuæ sunt vires in corpore languentis: mortua est statio in corpore ambulantis. Mortua est ambulatio & statio in corpore iacētis. Mortua est locutio in lingua tacētis: quicquid mutatur, & est quod

non erat, video ibi quandam vitam in eo quod est, & mortam in eo quod fuit. Denique de mortuo cum dicitur vbi est homo ille: respondetur fuit. Quæritas quæ vere est: nam in omnibus actionibus & motibus nostris, in omnibus profus agitatione creaturæ duo tempora inuenio, præteritum & futurum, præsens quæ ro nihil stat: & quod dixi iam non est, quod dicturus sum nondum est, quod feci iam non est, quod facturus sum nondum est, quod vixi iam non est, quod victurus sum non est. Præteritum & futurum inuenio in omni motu rerum, in diuinitate in veritate quæ manet præteritum, & futurum non inuenio: sed solum præsens, & hoc incorruptibiliter quod in creatura non est. Discute rerum mutationes, inuenies fuit & erit. Cogita deum, inuenies est: vbi fuit & erit, esse non possit, vt igitur & tu sis transcendente tempus. Hæc Augustinus, AVCTOR, Ecce quanto processu Augustinus dilatat logicam ecclesiæ separans semper esse, ab omni præterito & futuro: tandem reponens in deo vbi nec fuit potest esse vel erit: immo nec tempus secundum totum ambitum suum, vt ergo tu sis, inquit transcendente tempus Quo contra dicit Vvicleff, vt tu sis sufficit vt in aliqua parte temporis sis: non dico presenti quæ melior pars temporis est quam lapsi prona sit, sed etiam in vilissima parte temporis, scilicet parte præterita, futurum enim tanto nobilius est quanto magis potest habere esse quod præteritum iam amisit. Scien dum tamen quod est præterito in substantia creature secundum suam essentiam: quia scilicet in essentia mutabilis est: & est præteritio vel futuritio creature secundum adiacentiam temporis mensurantis extrinsecus: & sunt longe alterius rationis, sed quia pene sunt eiusdem conformitatis, idcirco tam scripturæ quam doctores ab vna facilliter labuntur in alteram & interdum miscent colloquia. Semper tamē inferentes non esse quod habet res per lapsum præteriti & ab expectatione futuri: sicut super Ioannem Homilia, xxxix. AVGVSTINVS, Omnis, inquit, anima quoniam mutabilis est hoc modo credit, modo non credit: modo vult, modo non vult: modo adultera est, modo casta: modo bona, modo mala: id quod est, non est, quia mutabilis est. Deus autem semper hoc est quod est, ideo proprium nomen sibi tenuit. Ego sum qui sum. Hæc Augustinus, AVCTOR. In excessu mentis igitur Vvicleff, erat quando quod deus sibi tenuit proprium, ipse vilissimis creaturis fecit esse com-

munereq; si ipsa anima non est quod praesentiter est: quomodo vilis musca est qd vel esse iam desit vel nondum esse coepit? Respondet quia hoc est in tempore suo. Et rogo quo tempore potius q; praesentis, q; si propter non esse immixtum suod essentiae vel tempore labiliter coexistenti quod praesentiter est non est, quomodo est quod omnino est futurum. Ideo saepe contra te inuehitur, AVGVST. Cui inquit videatis omnia esse mutabilia, quid est quod est nisi quod transcendit omnia: quae sic sunt vt non sint, ac super Ioannem Homilii, AVCTOR. Sed scriptura inq; dicit: ceci videt, quod esset falsum si non amplietur verbum. Sed tibi dico amplia verbum & euacuasti miraculum. Et iterum amplia nomen subiectum in propositione & erit miraculum plenum! stupore. Qui enim dico hoc est quod ceci videbant quale miraculum? q; autem olim ceci, iam videant miraculum grande nimis. AVCT. Concludamus igitur quod diximus non esse aliquod tale tempus magnum semper stans inimo semper fluens, & nunq; permanens: & per hoc non est aeternitas quae semper stat dicere vndecimo de Trinitate cap. vi. AVGVSTINO. Si enim recte discernunt aeternitas & tempus tempus sine aliqua mobili mutabilitate non est in aeternitate aut nulla mutatio est. Quis non videat q; tempora non fuissent nisi creatura fieret, quae aliqua motione mutaret cuius motionis atq; mutationis est aliud atq; aliud quae simul esse non possunt: redit atq; succedit in brevioribus atq; productioribus morarum intervallis tempus sequitur. Haec ille. AVCTOR. Vbi satis patet tempus perdere partes suas vsq; ad non esse. Sicut mortis cuius tempus est effectus partes suas perdit quae simul esse non possunt. Augustinus insuper lib. xi. confessionum quasi per totum diffuse probat tempus nihil habere praeter praesens momentum extra animam.

RES IN ESSE INTELLIGIBILI
vel in esse potenciali in causis secundis
dis ante q; sit in proprio genere,
est simpliciter non esse.

Cap. VIII.

Supponit fides ecclesiae cum beato Augustino quisto super Genesim ad litteram ca. xiiii. triplex esse creatura. Esse eius intelligibile in deo, esse eius potetiale in causis eius secundis, & tertio esse eius existentie in ge-

nere proprio extra deum. Haec distinctio abitus Vviteless, ampliauit esse simpliciter per haec tria. non prouidet forte quomodo triplex non esse comitatur haec tria: qualiter tamen Aristoteles & comentator prouiderunt, xi. meta physice commento. x. non esse, s. in conceptu, non esse in causis secundis, & non esse existentiae. Sic tamen caute propter sophistas est haec distinctio moderanda, vt negatio neget solum esse & nihil aliud, quod subsequitur quia quilibet esse praedictum comitatur modo suo aliquod non esse. Esse enim in intellectu dei habet associatum sibi non esse simpliciter dictum: esse eius in potentia cause secundae habet ratio minus de non esse quanto iam magis accedit ad esse existentie: vtrobique tamen est non esse simpliciter & esse secundum quid & in parte minori. Essentia vero existentie est solum inter haec tria esse simpliciter & non esse secundum quid. Vnde de non esse creaturae simpliciter quod habet creatura secundum esse suum in intellectu diuino dicit AVGVST. de ciuitate dei libro. xii. cap. xvii. Hoc proculdubio quod dicitur prius & posterius in rebus non existentibus fuit. In illo autem, non ad alteram praecedentem altera subsequens mutauit aut abstulit voluntatem, sed vna eademque sempiterna & immutabili voluntate res quas condidit & vt prius non essent egit quae diu non fuerit, & vt posterius essent quae esse coeperit. Haec Augustinus. AVCT. Vbi plane confunditur amulus dicens in libro de ideis eologica Augustini q; res eternaliter fuerunt, priusq; esse coeperit. Na Augustinus hic dicit res non fuisse priusq; esse coeperunt: & hoc egisse diuinam voluntatem vt prius eternaliter non essent quandiu non fuerunt. Et hoc prius non esse, & posterius esse non in deo dicit, sed in rebus primo non existentibus & post existentibus fuit. Ita ergo plane fundatur ex Augustino illud primum non esse quod comitatur creaturam simpliciter in esse suo intelligibili. Item hoc definit Augustinus lib. i. contra aduersarium legis & prophetarum versus sine distinguens inter creare & facere: exponendo hunc textum, Creans bona & facies mala. AVGVST. Si vllam inquit voluisset propheticus spiritus hic esse distantiam multo accommodatius sic accipientur haec verba vt intelligeremus id fieri: quod si non fieret omnino non esset. Creati autem ex eo quod erat conditi atq; constitui sicut dicimus creati magistratus atque vrbes, nam & illi ex his qui iam homines erant constituantur in honoribus cum magistratus creati: &


ligna & lapides quibus construuntur vrbes, vtiq; iam erant, sed nondum in illam rerum faciem quam videmus in vrbebus quodam ordine & compositione venerant: quod cum fit creati vrbes dicuntur, & sequitur. Nam & fecit deus hominem ad imaginem dei: & deus creauit hominem inextinguibile legimus, & si aliquando eum aliqua differentia dicatur & hoc rectius potest interesse, quod dixi vt facere sit quod omnino non erat. Haec Augustinus. AVCTOR. Vbi plane patet hominem & alia quae facta sunt id fieri: quod si non fieret omnino essent. Item, xii. de ciuitate, cap. vi. tractans dictum illud apostoli. Quod deus promissit hominibus vitam ante tempora aeterna. AVGVST. Siquidem, inquit, ille ante tempora non solus erat, verum etiam promissit vitam aeternam: quam manifestauit temporibus suis & cognouit, quid aliud quod verbum suum. Haec est enim vita aeterna: Quomodo promissit autem cum hominibus promissit qui nondum erant tempora aeterna nisi quia in eius aeternitate atq; in verbo eius eidem coeterno iam praedestinatione fixum erat quod suo tempore futurum erat. Haec ille. AVCTOR. Non esse igitur hominem concurrere praedestinationi eorum in verbo aeterno, hominibus inquit quod nondum erant, sed dicit Vviteless, non erant intellexit in genere proprio. Bene, & per hoc simpliciter non erant. Sufficit enim nobis si delibus dicere cum Augustino q; non erant ita vt contra te dicamus: qui dicit q; erant, verum tamen modum opinionis tuae confundit Ambrosius, qui cum quaereret vbi aeternaliter fuerat hyle quam ipse ponebat: aeternam, & ipse respondet in deo. AMBROS. Si sine principio inquit eam dicant esse non solum deum, sed etiam hylem sine principio definiat: vbi nam erat? Et post multa. Vbi igitur hyle nisi forte dicatur quadam clementi intentione quia in deo erat: igitur deus, est inuisibilis naturae atq; inuolabilis: qui lucem habitat inaccessibilem incomprehensibilis & purissimus spiritus, locus erat materie mundialis: in Hexamero Homilia prima, & simpliciter concludens processum in fine cap. vii. dicit. Simplex sermo est quia fecit dominus caelum & terram: fecit quod non erat, non quod erat. Haec ille. AVCTOR. Quasi diceret non fecisset deus caelum & hylem, si priusq; fecisset, fuissent. Audi adhuc semel Augustinum quid dicit super Ioannem Homilia. xxxvii. AVGVST. Apud dei verbum inquit erant omnia quae condita sunt, quia omnia in sapientia fecit deus, & cuncta

nota fecit, & sequitur. Deniq; de mundo quid ait Moyses. In principio fecit deus caelum & terram: fecit quod non erat. Si igitur fecit quod non erat ante quid erat? In principio erat verbum, & vn de fecit caelum & terram: facta per ipsum facta sunt. Haec Augustinus. AVCTOR. Per haec omnia passim claret secundum Augustinum res in esse suo intelligibili simpliciter non esse, & sic verum non esse eorum cum intelligibili suo esse concurrere. Quomodo etiam verum non esse concurrat cum esse potenciali rerum in causis suis secundis manifeste declarat idem Augustinus in Genesim contra Manicheos lib. i. ca. vi. AVGVSTINVS. Informis inquit illa materia quae de nihilo fecit deus: appellata est primo caelum & terra, non quia iam hoc erat, sed quia hoc esse poterat. Nam & caelum postea scribitur factum: quemadmodum si semen arboris considerantes dicamus ibi esse radices & robur & ramos & fructus & folia: non quia iam sunt, sed quia vi naturae futura sunt. Sic dictum est. In principio fecit deus caelum & terram: quasi semen caeli & terrae cum in confuso adhuc esset caeli & terrae materia: sed quia certum erat inde futurum esse caelum & terram: iam & ipsa materia caeli & terra appellata est. Iste genere loquutionis etiam dominus loquitur cum dicit. Iam non dico vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos quia omnia quae audiui a patre meo nota feci vobis. Non quia iam factum erat sed quia certissime futurum erat. Nam post patulum dicit illis. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Vt quid igitem dixerat omnia quae audiui a patre meo nota feci vobis: nisi quia se sciebat hoc esse facturum? Sic etiam caelum & terra potuit dici materia, vnde nondum erat factum caelum & terra, sed tamen non aliunde faciendum erat. Innumerabiles huiusmodi locutiones in scripturis diuinis inueniuntur, sicut in consuetudine sermonis nostri cum id quod certissime futurum speramus dicimus iam factum. Haec Augustinus. AVCT. Vide iam quod nec caelum erat nec terra, quibus materia ipsa tunc erat. De cuius potetia naturali haec & alia suis temporibus postmodum sunt producta. Et idem erit iudicium de esse potentia li quod habet res in causis efficientibus, quale de causa materiali iam diximus. Et notanda regulam adiungit Augustinus ibidem respondens diquerentibus quare tales res iam esse dicitur, si vere non sunt. AVGVST. Quia, inquit, certissime futura sunt: & idcirco secundum modum loquendi dicuntur esse, non autem secundum

modū aliquē existendi, AVCT. Et propter hoc dicit apostolus: non corpus quod futurū est seminatum sed futurū granū, nudū granū: & AVGVST. Declarās hoc epistola ad Consentium, Quia nemo inquit seminat herbam vel stipulā & multiplicia in palea tegumēta granorū: cū quibus tamē semina exurgunt, ideo ait, Sed nudum granū hinc volēs ostēdere quia si potest deus addere quod nō erat in nudo semine, multo magis reparare quod erat in hominis corpore. Hęc August. AVCTOR. Patet igitur esse logicā apostoli secundum expositionē Augustini, q̄ futuri tritici corpus simpliciter nō erat i nudo grano, in quo tamen secundū esse feminale fuisse negari non poterit. In tertio ergo esse res tū modo habet vere & simpliciter esse scilicet in esse facto vel esse existētiē in proprio genere: & omne quod est ante illud esse est non esse. Vnde HILARIUS, xii. de Trinitate. Omne qd̄ sit anteq̄ fiat non fuit, & bene post. Hęc quidem communia in rerū humanarum origine sunt, vt oīa initū sui cū antea nō fuerint accipiunt: primū quidē vt docuimus per tempus deinde per causam: & per tempus quidem ambiguū nō est, quin ea quę nūc coeperit antea non fuerint: per causam vero quia his ex causa nō cōstat esse quod maneat. Hęc ille. AVCT. Et intelligit hic Hilarius esse potētiā rei in causa sua, & Augustinus, xii. de ciuitate dei cap. xxv. docet per singulas creaturas q̄ simpliciter non essent si factę extra nō essent. AVGVST. Quælibet inquit corporales vel seminales causę gignēdis rebus adhibeātur sine operationibus angelorū aut hominū aut quorūcūq̄ animalū siue mariū foeminarūq̄ cōmixtionibus: quælibet etiam desideria motusve animæ matris valeāt lineamētōrū aut colorū aspergere teneris molibusq̄ cōceptibus, ipas omnino naturas quæ sic vel sic in suo genere efficiātur nō facit nisi summus deus: qui occulta potētia cuncta penetras in cōtraminabili p̄sēntia fecit esse quicquid aliquo modo est, inquantūcūq̄ est: quia nisi faciēte illo nō tale aut tale esset, sed prorsus esse nō posset. Hęc Augustinus. AVCT. Ecce q̄ res esse non posset non solum quid tale vel tale pura esse intelligibile vel potētiāle in suis causis, sed prorsus esse non posset, nisi illo faciēte qui facit esse quicquid aliquo modo est. Esse igitur creaturæ non factū nō est aliquo mō esse dicendū simpliciter. Cū hoc tū esse existētiā creaturæ naturæ cōcurrat qd̄ dā nō esse ratiōe mutabilitatis suę i sua essen-

tia qd̄ est nō habere se totā simul quæadmodū habēt res æternę dūtaxat. Sicut determinat Augustinus sup Ioan. Homil. ii. tractans hūc textū i p̄ncipio erat verbū. AVGVST. Idipsum idipsum est eodē modo est: sic est, semp̄ sic est, mutari nō pōt. hoc est de⁹ est, Qd̄ nomē suū dixit dicēs famulo suo Moyfi. Ego sū q̄ sum, & misit me q̄ est. Quis igit hoc capiet cū videatis oīa mortalia mutabilia: cū videatis nō solū corpora variari per inēqualitates nascēdo, crescēdo, deficiēdo, moriēdo, sed etiā ipas aīas p̄ affectū diuersarū volupratū distēdi atq̄ discēdi: cū videatis hoīes & poīpe posse sapientiā si se illius luci & calorū admouerint, & amittere posse sapientiā si in malo affectu recesserint? Cū videatis igit oīa ista esse mutabilia, qd̄ est qd̄ est nisi qd̄ trāscēdit oīa, q̄ sic sunt vt non sint! Hęc Augustinus. AVCT. Sic igit sunt hæc oīa ratiōe mutationis suę intrinsecæ vt non sint, i. vt includāt nō esse: deus autē secundū esse æternū nō habet tale nō esse admixtū esse, q̄a totū simul est quod esse potest ideo totaliter est qd̄ est. RES ÆVITERNÆ NON PERFECTÆ sunt, multo magis nec res caducę. Et respōdet ad sophisma Vvicleff.

Cap. IX.



Ecce istud nō esse, accidētalis adiectio ad esse creatū ratiōe tps vel mēsuræ extrinsecę sed consequit ipsū esse ab intrinsecō, quæadmodū mortalitas hoīem: ideo exēpla Augustini sunt de substantia hoīs & de aīa. Et Anselmus in monologiis dicit hoc de angelis q̄ subiiciūtur æuo nō tēpori: q̄ tū autū ibi eternitatē appellat. dicit em̄ ibi cap. xvi. ANSELMVS. Certe quod nullo modo habet si nē vltra illud est qd̄ aliquo modo finitur. An hoc quoq̄ modo trāsit de oīa etiā æterna? Hoc de angelis, q̄a tua & illorū eternitas tota tibi p̄sēns est, cū illa nondū habeat de sua æternitate qd̄ vēturū est, sicut iā nō habēt qd̄ p̄teritū est. Sic p̄p̄t semp̄ es vltra illa, cū semp̄ ibi sis p̄sēns: sed cū illud semper tibi sit p̄sēns ad qd̄ illa nōdū p̄uenerunt. Hęc Anselm⁹. AVCT. Quia igit oīa creata contrahunt hūc defectū non esse etiā in esse existētiā suę, cōsequens est vt multo magis cōtrahant ipsum defectū anteq̄ ipsum maximum esse sit ab eis sic possessum: aptē igit singula singulis & tūc habebit q̄ sicut apud naturales quidlibet sit ex ente & nō ente, quia ex non ente in potentia, xi. Metaphysicē cō-

mento, viii. Ita omne quod creatur i quocūq̄ momento sui esse potentiali constituitur ex esse quodāmodo & non esse, ita tamē vt continue descendēdo crescat esse & non esse minuat, quemadmodum colores medii semp̄ magis habēt de luce, & min⁹ de tenebris vel opaco, quo magis accedunt ad album & recedunt a nigro: imaginando tenebras loco nō esse & esse lucem. Si autem tunc quæratur: nūquid esse suscipiat, magis vel minus: & sit ponenda latitudo in esse creato. Videāt hoc ipsi quibus vacat de paucis plura contere: & de parua scintilla ignē metaphysicū struere, de quibus p̄pheta ait. Quod ipsi filii colligunt ligna vel litigia, & patres succēdunt ignem. Nam quantū ad fidem attinet hoc habemus pro certo q̄ omnis creatura habet esse per participationē a summo: & magis participat de ipso esse quæ est perfectior in natura, & per hoc enti summo p̄p̄inquit: q̄libet tamen creatura etiā ipsa quę perfectissima est per hoc distat a summo q̄ etiā est & non est. Ideo vbi supra Monologium ca. xviii. ANSELMVS. Tu sol⁹ igit dñe es quod es, & es qui es. Nā quod aliud est i toto, & aliud in partibus, & in quo aliquid est mutabile, nō omnino est quod est, & quod incepit a nō esse & potest cogitari non esse, & nisi per aliud subsistat redit in non esse: & quod habet fuisse quod iam nō est & futurum esse quod nōdum est, id non est proprie & absolute. Tu vero es quod es: quia quicquid aliquādo aut aliquo modo es hoc totus & semper es: & tu es qui proprie & simpliciter es, quia nec habes fuisse aut futurū esse, sed tū p̄sēns esse: nec potes cogitari aliquando nō esse. Hęc Anselmus. AVCTOR. Quomodo igitur non false prophetauit Vvicleff. dicendo esse intelligibile vt posse esse & actu esse cū esse cōuertit: quādo nec ipsum esse saltem i nobis cōverti potest cum esse obstante ipsi nō esse qd̄ participat ratione p̄teritionis & futuritionis in suo esse & in tempore. Vnde fit vt nō sit quod iā est cōplete, quia hoc ipsum quod est partim non est. Et sub hac forma verborū intelligēdus est Augustinus, & alii patres dicentes creaturam iam p̄sēntē non esse vel penes non esse. I omnino vel ex parte non esse quia, i. quātum deest eis de esse tātū nō sunt: immo vix sunt qd̄ p̄sēnter actu sunt: qd̄ igitur potentia tū sunt vel in esse penitus diminuto qualiter esse possunt! Sed iam occurrit sophisma. VVITCLEFF. Ergo si lapis in deo nō est absolute & simpliciter esse, omne

eius esse est deū esse & vita prima, ergo lapis in deo nō est simpliciter deū esse vel vita verbi. AVCTOR. Istum paralogismū fugauit quidā peritus theologus & logicus circūspēctus detegēdo fallaciā per hoc q̄ est hic plana suppositionis mutatio ab esse formali lapidis qd̄ p̄dicat de eo, vt est in esse cognito ad esse essēntiale vel idēntificū cū negatione: quæ admodū si sic argueret, Socrates nō p̄dicat de pluribus, & Socrates nihil est nisi hō: igit homo nō p̄dicatur de pluribus, & huic respōso apte cōuenit logica Augustini q̄ vltus est in respōdēdo ad quoddā argumentū Aristoteliānū de nō genito. Si inquit pater est nō genitus, sed pater nihil est nisi deus nec aliquid genitū, ibi secūdū te nisi deus, pater igitur est nō deus. Et respōdet quinto de trinitate cap. xxvii. AVGVST. Nō ingratū dicamus ingentū quis dici latine possit, sed p̄co dicamus nō genitū quod tantū valet. Nū igitur aliud dicimus q̄ nō filii? Negatiua porro ista particula nō id efficit vt qd̄ sine illa relatiue dicit eadē preposita substantia liter dicit: sed id tū negat quod sine illa aiebat. Sicut in ceteris p̄dicamētis, velut cū dicim⁹ hō est, substantiā designamus, qui igit dicit non homo est nō aliud genus p̄dicamēti enūciat, sed tū illud negat. Sicut igitur secūdum substantiā aio homo est, sic secūdū substantiā nego cū dico hō nō est: & cū quærūt quantus sit & aio quadrupedalīs est secūdū quantitatē aio. Qui dicit nō quadrupedalīs est secūdū quantitatē negat. Cādīdus est secūdū qualitātē aio: non cādīdus, secūdū qualitātē nego: propinquus est secūdū relatiuū aio: nō propinquus est secūdū relatiuū nego, secūdū sitū aio cū dico iacet: secundum situm nego, cum dico non iacet, secūdū habitū aio, cū dico armatus est, secūdū habitū nego cū dico nō armatus: tūc tūc aut valet si dicā inermis est: secundū tēpus aio cū dico hesternus est: secūdū tēpus nego cū dico nō hestern⁹ est. Et cū dico Romē est secūdū locū aio, & secūdū locū nego cū dico nō Romē est, secūdū id qd̄ est: facere aio, cū dico cedit: si autē dico nō cedit secūdū id qd̄ est facere nego: vt ostendam nō hoc facere, & cum dico vapulat, secundum p̄dicamētum aio quod pati vocatur: & secūdū id nego cū dico nō vapulat, & omnino nullum p̄dicamētū genus est secūdum qd̄ aliquid aie re seu affirmare volumus, nisi vt scdm̄ idipsum p̄dicamētū negare cōiunctamur si p̄ponere negatiuam particulam vōluerimus: quæ cum ita sint si substantia liter

aitem dicendo filius substantialiter negare dicendo non filius: quia vero relatiue aio est dico filius est, ad patrem enim refero: relatiue nego, si dico non filius est: ad patrem enim refero negationem & concludit infra ingenitus porro quid est nisi non genitus: non igitur receditur a predicamento relatiuo cum ingenitus dicitur. Hæc Augustinus. AVCT. Secundum hanc logicam & ego quando calorem dico secundum predicamentum qualitatatis affirmo, quando autem calorem dico in silice, vel in esse cognito dei adhuc predicamentum & naturam illius qualitatis appello ad quod reducitur, quando autem calorem in silice non esse aliquid, vel in esse cognito non absolute esse dico: ipsum idem predicamentum tantummodo nego, non autem domini vel silicis naturam qui ad predicamentum qualitatis non pertinet. Non inquit Augustinus a predicamento relationis receditur, cum ingenitus dicatur, & tamen ingenitum diuinum non nisi per reductionem predicamenti rationem subintrat, & aliud tantum formaliter est quam diuinitatis essentia. Sic per omnia hæc caloris in esse cognito simpliciter non esse est tantum per reductionem in genere qualitatis. Sicut eius ibi esse per hoc tamen quod secundum suam affirmationem & negationem est formaliter non deum esse, non excluditur ei deum esse vel silicem modo suo diminuto per eius simpliciter non esse. Conceditur igitur logice quod lapis in esse diminuto simpliciter non est, quia non esse suum proprium predicatum enim appellat propria formam suam. Concedit etiam eque logice quod lapis in esse diminuto est vita in deo, & sumum ens secundum proprium esse dei, & tantum valet argumentum: lapis in deo est deus, igitur simpliciter est, ac si argueretur cum expressione sophismatis, lapis in deo habet esse diuinum, igitur lapis in deo habet esse suum proprium vel secundum genus suum: nec tamen est deus terminus distrahens, sed esse tale distrahit ab esse. Deum autem esse supplet distractionem: quemadmodum esse album non esse diminutum, sed secundum dentes esse album, & idcirco quod Augustinus dixit res in esse cognito vel in causis suis non esse, secundum hoc Anselmus iam supra dixit de terminata illa non proprie & absolute esse, id inquit non est proprie & absolute.

Contra errorem Vvitcleff dicentis deum non posse quicquam facere nisi quod facit: & est vetus error.

Cap. X.



ROLatur adhuc ex ipso N Vvitcleff, & eius sequacibus tertia soboles ab infesto stipite amplissimi ipsius esse: & quousque diuine potestatis dederint limites, verba prophana non limitant. Prodit enim quasi ex adipe iniquitas eorum: quia sic transferunt in affectum cordis immo iniquitatem, in excelso loquuti sunt dicentes illud Trialogi libro primo cap. vndecimo, VVITCLEFF, Quia omnipotentia dei & eius actualis creatio coquantur: & inde est deus omnipotens quia omne possibile producit: quia nolo inquit vagari circa intelligibilitatem siue potentiam producendi res quæ non sunt, concedens quia nihil est producibile, nisi quod est. Hæc Vvitcleff, AVCTOR. At mater ecclesia iubet, vt vetus iste repatriet error, vt tendat ad protoplastum suum hæc hæresis impregnata per Vvitcleff, sed nata de Petro quondam Abelardo famoso hæretico cuius capitula erranda recitans beatus Bernardus in textu verborum eius cap. iiii, dicit Petrus, Ex his itaque tam de ratione quam de scripto collatis constat, id solum deum facere posse quod aliquando facit: & vna cum Vvitcleff, limitas dei potentiam ad tempus in quo producit, subdit Petrus, Prædictis itaque rationibus vel obiectum solutionibus liquere omnibus reor, ea solummodo posse deum facere vel dimittere vel eo modo tantum vel eo tempore quo facit non alio. Et dicit Vvitcleff, loco prædicto, Concede inquit quod deus nihil potest producere, nisi pro mensura aliqua illud producat, quia aliter non soluitur clare ratio Augustini de dei inuidia. Et Petrus in loco prædicto, Hac inquit ratione qua conuincuntur quod deus pater tam bonum genuit filium quantum potuit cum videlicet aliter reus inuidie esset. Clarum est & omnia quæ fecit quantum potest egregia facere nec vllum commodum quod conferre posset subtrahere velle. Sic videtur quod quomodo Achitofel coniuratione iniit cum Absalone sic Vvitcleff, Lollardus cum Petro Abellardo, Quo contra surgit Guzi cum Dauid, Bernardus cum domino: immo orthodoxorum chorus & in eis Bernardus vnus e regis summi potentia, fauilecat alloquens dominum Christum, BERNARDVS, Vides inquit pater sancte quas scilicet immo quæ precipitia iste sibi parauerat ad ruinam. Omni potentiam, semipotentiam, nullipotentiam ipso auditu horreo, & ipsum horrorem puto

sufficere ad refellendum. AVCTOR. Contra istos insuper cõiuratores & abbreviatores brachii domini cuius ipsi vires ignorant, querente Propheta, Brachium domini cui reuelatum est: disputans pater Hugo lib. i. de sacramentis parte. ii. cap. vlti. sic capitales eorum querelas enarrat & soluit, HVGGO, Omnia inquit potest deus quæ posse potest est, & ideo vere omnipotens est, quia impotens esse non potest. Eant igitur nunc & de suo sensu gloriatur quia opera diuina ratione se putant discutere, & eius potentiam sub mensura coarctare. Cum enim dicunt hucusque potest & non amplius, quid hoc est aliud quam eius potentiam quæ infinita est, concludere & restringere ad mensuram? Aiunt enim, Non potest deus aliud facere quam facit, nec melius facere quam facit. Si enim aliud potest facere quam facit, potest facere quod non præuidit: & si potest facere quod non præuidit, potest sine prouidentia operari deus: quia omnia quæ præuidit se facturum facit, nec facit aliquid quod non præuidit. Si igitur non potest prouidentia eius aut mutari vt aliud fiat quam prouisum est: aut cassari vt hoc non fiat quo prouisum est: & nihil fieri quod prouisum non est. Porro quicquid sit prouisum esse constat, & quicquid prouisum est fieri dubium non est. Quod si præter prouidentiam fieri aliquid impossibile est: omne autem quod prouisum est esse fieri necesse est, aliud fieri quam sit nulla ratione possibile sit, Amplius quicquid fecit deus si melius potest facere quam facit in hoc ipso non bene facit quod optime quidem non facit quod facit. Melius enim faceret si quod faceret melius faceret: facere quippe & nollet melius facere etiam bonum facientis, male est facere. Sed hæc pia mens in deum dici non sustinet: & ob hoc proximum videtur & consequens quia melius facere non potest quam facit, quia sic facit vt non faciat male in eo quod sic facit. Eiusmodi causis atque rationibus quidam inducuntur vt dicant deum suorum operum mensura ac lege ita astrictum & alligatum vt præterquam quod facit, quicquam nec aliud facere possit nec melius, hæc Hugo, AVCTOR, Magister quoque Petrus in sententiis sub patris verbis hæc Abellardinam & Lollardinam insaniè digne redarguit. Hæc dicta Priscorum patrum ad tantum profunt vt videre possit etiam insipiens idiota quomodo non est recens hæc assertio Vvitcleff, & quomodo suxerit hoc mel, quod in omni sacrificio reprobatur de petra non ecclesie Christi: sed Abellardus, & moriua eius qualiter ipsi effluxerunt

de saxo illo durissimo, Porro duo potentiora moriua iam Hugo resumpsit, primum de dei prouidentia, secundum de dei inuidia vel maleficientia: neutrum tamē poterit melius stare sub procuratore Petri Vvitcleff, quam sub auctore profecto. Soluenda enim sunt vt deus dederit iuxta sanctorum sententias & scripturas, Præmittenda tamen est in principio suppositio Augustini epistolæ. iiii. ad Volusianum, AVGVST. Demus inquit deus aliquid posse se quod nos fatemur inuestigare non posse. In talibus enim rebus tota ratio facti est potentia faciētis, hæc Augustinus, AVCTOR. Hanc enim dei potentiam alloquens Apostolus ad Romanos, dixit, Inuestigabiles esse vias eius: certe omnimode inuestigabiles non essent, si omnes essent ad extra productæ: tunc enim secundum eundem Apostolum, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta essent conspicienda. Veruntamen Origenes lib. ix. super epistolam Pauli ad Romanos tractans præfatum textum dicit, ORIGENES, Neque inscrutabilia iudicia & inuestigabiles vias dicerentur, nisi quia nulla est creatura quæ vel inuestigare valeat vel scrutari. Solutus enim filius est qui nouerit patrem: & solus est spiritus sanctus qui scrutatur omnia etiam altitudinem dei: & ideo hanc altitudinem dei quam inscrutabilem dicit & inuestigabilem, omni creature inscrutabilem dicit, hæc Origenes, AVCTOR. Taceo hic quod non dicit doctor filio qui nouit patrem esse inuestigabiles vias domini: sed bene omni creature quasi filius non sit creatura, Sed quantum proponimus si aliquid potest deus quod inuestigare non possumus iuxta Augustinum: immo quod ab omni creatura inuestigari non potest, iuxta Origenem & Apostolum, manifestum habemus quod multa potest deus de omnipotentia sua quæ exteriùs producendo nullatenus communicat creaturis, & tunc omnipotentia dei & eius actualis creatio non æquatur. Intelligendo igitur iuxta fidem ecclesie & sanctorum patrum esse video sine limitatione potentiam, sine ignorantia sapientiam, & sine malitia voluntatem. Has autem tres personarum diuinarum proprietates respiciunt ordinate per vices suas, tria esse in creatis naturis quæ sunt esse obedientiale, esse potestiale secundum causas naturales, & esse existentie in genere proprio. Esse enim obedientiale creature respicit, primo pro obiecto dei potentiam: esse potestiale seruatum in causis respicit rationes æternas in arte conditoris: & esse existentie generis

proprii respicit dei voluntatē pro immedia-
ta causa: quia sic est res pducta qualiter deus
vult eam esse productam. Sic autem applicat
proprietates diuinas Apostolus Paulus, his
tribus creatis esse dicens, Quoniam ex ipso &
per ipsum & in ipso sunt omnia. Quod expo-
nens Origenes lib. ix. super epistolā Pauli ad
Rom. in fi. dicit, ORIGENES. Quod dicit
ex ipso hoc ipsum quod sum? indicat: per ipsum
autem, quod per eius prouidentia disponamur.
In ipso vero quod perfectio omnium & finis in
ipso erit: tunc cum erit deus omnia in omnia-
bus. Hęc Augustinus. AVCTOR. Non ta-
men existimandum erit potentiam diuinam
sine prouidentia vel voluntate aliquid opera-
ri circa esse primum, prouidentiam quoque non
sine potestate rem in causarum gremio pre-
parare: cum tota personarum trinitas secun-
dum vnumquāque proprietatem simul vnū
quodque creatum secundum omne esse suum si-
gnabile complete producat. Non est enim iste
ordo in deo creante, sed in creata natura secun-
dum modos varios & respectus. Sed forma hu-
ius operis talibus subtilitatibus finem ponit.

DE ESSE REI NATVRALI ET
obediētiā, secundum quod deus
potest multa que non facit,
nec vult vnquā facere.
Caput XI.

Dimitto hanc fidei subtili-
tatem peritis scholasticis,
ne videar contra promissum
sublimia texere, & vl-
tra quā stylus pauper præte-
dit: facilius etiā omni as-
piciēti: ne ducere populares quasi supra pin-
naculum tēpli, & capere viros etiā medio-
cres abscondens tendiculas contra insonem
frustra. Ex his ergo tribus predictis esse, duo
succincte resumam considerans aliquid esse
creature humilitatis vel obedientie & aliqd
esse actualiter constitutæ secundum consue-
tum cursum nature. Qualiter beatus Augu-
stinus, vi. super Gen. ad litteram cap. xx. qua-
rit quomodo causales rerū rationes primor-
diales institutæ sunt. Nunquid sic vt singu-
læ res ex eis prodiret, secundum cursum tem-
porum vsuales, aut sine vilo progressu tēpo-
ris & expectatione nature sicut Adam primo
sine incremēto consueto statim est factus ho-
mo perfectus: & respondet. AVGVST. Res-
tat vt ad vtrūque modum habiles creatæ sint,

sive ad istum quo vsitatissime tempora trāsa
currūt, sive ad illum quo rara mirabilia fiāt:
sicut deo facere placuerit quod tempore con-
gruat. Hęc Augustinus. AVCTOR. Ecce quod
creaturæ omnes non vno modo, sed duplici
modo sunt producibiles. Imo cōsuetō na-
ture, & modo insuetō & mirabili. Certe secun-
dum esse quod habent in causis nature non pos-
sent nisi vno modo nature produci: sed secun-
dum esse habile vel obedientiale possunt ob-
iectiue sic pducī vel aliter indifferēter. Istud
enim esse habile creaturæ putatur, a quibus-
dam esse illa massa figuli, de qua dicit Apo-
stolus ad Roma. ix. Nunquid dicit figmen-
tū ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non
habet potestatem figulus luti ex eadē massa
facere aliud quidem vas in honorem, aliud in
contumeliam: Et HIERON. in Annotationi-
bus suis super eundē locum. Tales, inquit,
sumus ad comparisonem dei quale ad suū
artificem est luti figmentū. AVCTOR. Pos-
test igitur deus de eo esse hoc vel illud, & hoc
modo sicut iam ipse constituit in causis vel
alio modo producere. Nec resistet hoc esse ha-
bile creaturæ, immo simpliciter obediēt arti-
ficis potestati. Quod declarans, ix. lib. super
Genesim ad literā, c. xvi. dicit. AVGVST.
Super hunc motum cursumque rerum natu-
ralem potestas creatoris habet apud se posse
de his omnibus facere aliud quod ecriū quasi se-
minales rationes habent: non tamen id quod
in eis non posuit, vt de his fieri vel ab ipso
possit. Neque enim potentia temeraria, sed sa-
piētiæ virtute omnipotēs est: & hoc de vna-
quaque re in suo tēpore facit quod ante in ea
facit vt possit. Alius est ergo rerū modus quod
illa herba sic germinat illa sic: illa ætas parit,
illa non parit: homo loqui potest, pecus non
potest. horum & talium modorum rationes non
tantum in deo sunt, sed ab illis etiā rebus crea-
tis inditæ atque cōcreate. Vt autem lignum de
terra excisum, aridum, perpolitum sine radi-
ce vlla sine terra & aqua repēte floreat & fru-
ctum gignat: vt per iuuentam steriliis foemi-
na, in senectute pariat: vt asina loquatur, &
si quod eiusmodi est, dedit quidē naturis quas
creauit vt ex eis & hæc fieri possent, neque enim
ex eis vel ille facere quod ex eis fieri non pos-
set, ipse præfigeret, quoniam seipso non est
nec ipse potētiōr, verū tamen alio modo de-
dit, vt hæc non haberēt in motu naturali: sed
in eo quo ita creata essent, vt eorum natura
voluntati potētiōri amplius subiaceret. Ha-
bet igitur deus in seipso absconditas quorū-

dam factorū causas, quas rebus conditis non
inseruit, easque implet non illo opere prouidē-
tiæ quo naturas substituit vt sint, sed illo quo
eas administrat vt voluerit, quas vt voluit,
condidit. Hęc Augustinus. AVCTOR. Iam
vides duplex esse creaturæ prædictum esse,
scilicet naturali motioni cōcretū, & aliud quod
deio volente res fiunt & prout subiacent po-
tentiæ fortiori. Nec rideat hic Abellardinus
noster Vvicleff. quia supra dixerit Augu-
stinus de vnaquaque re deum suo tempore fa-
cere quod ante in ea fecit, vt possit, quasi iā
confirmatum sit eorum dictum ipsorum, quod
deus nihil potest facere nisi quod tēpore suo
facit. Nec enim Augustinus hic de potentia
dei quicquid dixit, quid scilicet deus posset præ-
ter hoc quod facit, sed solum quid secundum
cursum inditum nature de rebus facit: vel quod
sic fieri possit. Et tunc dicit quod de re in suo tē-
pore facit quod ante in ea fecit vt possit. Sed
sequenter adiungit alium modum esse rerū:
quarum causas rebus non inseruit, sed apud
se eas habet absconditas: quas dicit deus ad-
implere vt vult scilicet producens aliquando.
quandocumque vero nunquid quod ex ipso videri po-
test. c. immediate præposito vbi ponit & as-
serit quod Christus potuisset assumere carnem
suam de costa vel aliunde de alio membro vir-
ginis. Sicut Euam olim fecit de costa primi
parentis. AVGVST. Poterat inquit dominus
carnem suam de costa vel de aliquo membro
virginis creare. Sed quod posset ostendere in cor-
pore suo hoc se iterum fecisse, quod factum est,
vtilius in matris corpore ostendit nihil pu-
dendum esse quod castum est. Hęc Augustinus.
AVCTOR. Quid iā dicit noster Vvicleff.
ad Augustinum: quo tergiueri potest nisi
forte velit frontose dicere Augustinū plane
mentiri. Dicit enim Vvicleff. quod omnipoten-
tia dei & eius actualis creatio coæquatur: &
deum nihil posse facere nisi quod tēpore suo
facit. Iam plane falsum affirmat quia carnem
suam de costa virginis creatam Christus as-
sumere poterat, qualem carnem non sibi crea-
uit, nec in tempore suo hæcenus cōsumma-
uit. Poruit inquit si voluit. Certe hoc ipsum
potuit quod tamē non voluit, sed nec voluit. Sed
dicit nihil nisi vtilius & simpliciter meli-
us potest deus facere, Adhuc erras. Quia hoc po-
tuit deus facere quāuis aliud fecit vtilius. di-
cit Augustinus. Et quia iam de omnipotētia
dei loqui tentauimus secundum quam potest
alia creare quod creat vel vnus actu creabit: plu-
ra inferamus de talibus vt pudorem ingerat

aliquando viro mendoso amputasse domi-
no potētiā suā & blasphema lingua mutilasse
dei brachium infinitum. Idem insup Augu-
stinus epistola ad Deogratias presbyterū in
responsione ad primū dubium dicit Christi
vulnera potuisse sanari de cicatrice apparere.
rent. AVGVST. Si quisque, inquit, vir fortis
dimicans pro patria multa aduersa vulnera
exciperet & peritissimo medico quod hæc ita cura-
rare valeret vt cicatrices nullæ apparerēt ipse
potius diceret sic se velle sanari vt magis el-
sent in corpore suo vestigia vulnerum, tanquā
tituli gloriarum: ideo ille medicus cicatrices
fixisse videretur: quia cum per artem facere
posset ne essent, existente causa per artē effe-
cit potius vt essent. Hęc Augustinus. AVCT.
Habet enim idem Augustinus, xiii. de Trini-
cap. xxxviii. quod Christus potuit aliunde assu-
mere hominē quod de stirpe primi Adā, & quod
potuit creasse vnum alium redemptorē ho-
minum. AVGVST. Poterat enim (inquit)
vtrique deus aliunde hominem suscipere in quo
esset mediator dei & hominum, non de gene-
re illius Adā qui peccato suo genus obliga-
uit humanum: sicut ipsum quod primum crea-
uit non de genere creauit alicuius, poterat igitur
sic vt alio quo vellet modo creare vnum
aliū, de quo vinceretur victor prioris: sed me-
litus iudicauit & de ipso quod victum fuerat
genere assumere & hominē deus per quem ge-
neris humani vinceret inimicū. Hęc Augustinus.
AVCT. Vides iā quod Christus ista potuit que
tamen nunquid fecit nec facturum est: & vides quod
aliud potuit & aliud melius iudicauit: potuit
de alio genere accepisse naturam, sed de natu-
ra victa illam accipere melius iudicauit. Non
est igitur potentia dei necessitata ad melius
sive optimum producendum, vt tu dicis. Item
iiii. super Genesim ad litteram cap. iiii. AV-
GVST. Nec quisque ita demens est vt audeat
dicere non potuisse dei facere vno die cum
ca si vellet, aur si vellet biduo, vno die spiri-
talē creaturā, & altero corporalem: sive vno
die calū cū omnibus ad ipsum pertinentibus
& aliter terrā cum omnibus que in ea sunt:
& omnino quando vellet quandū vellet, &
quomodo vellet quod qui dicat voluntati
eius aliquid posse resistere? Hęc Augustinus.
AVCTOR. Ecce quod ista potuit si voluit, que
tamē non sic fecit. Quomodo igitur tu dicis
creationem dei actualem eius omnipotentie
coequalē? Veruntamē quia dicis in omnibus
talibus taliter dependentibus dei potentiam
inferendam esse illam additionē si deus vellet:

ad suffocandum dei potentiam sub colore op-
positae voluntatis quid dices ad Gregorium
dicentem plane deum potuisse quod non vo-
luit: potuit, scilicet subuenire mundo quod mori-
endo, sed non aliter voluit. Vnde, xx. lib.
Moralium, cap. xxv. tractans illud Iob, Com-
patiebatur anima mea pauperi, GREGOR.
Tunc plena est, inquit, cordis nostri compas-
sio, cum malum inopie pro proximo suscipere
non metuumus, ut illum a passione libera-
mus, quam videlicet pietatis formam media-
tor nobis dei & hominum dedit: qui cum pos-
set nobis etiam non moriendo succurrere, sub-
uenire tamen moriendo hominibus voluit:
quia nos videlicet minus amasset nisi & vul-
nera nostra susciperet. Nec vim nobis dile-
ctionis ostenderet, nisi hoc quod a nobis tolleret
ad tempus ipse sustineret. Et sequitur. An non
in diuinitatis sue diuinitis nobis inuisibilis per-
manens, miris nos potuit virtutibus ditare:
sed ut ad internas diuitias rediret, homo for-
ris apparere dignatus est pauper deus. Hanc
Gregorius, AVCTOR. Hoc ipsum igitur
deus omnipotens potuit facere quod ex summa
bonitates sue operationis, non voluit adimplere.

PROBATVR EX SCRIPTVRIS,
quod deus potest facere quae non fa-
cit. Vnde creatio dei actua-
lis & eius potentia non
equant, Ca. XII.

Sed quid hic stamus vsque
& non ad scripturam sacra-
scalam rationis fidelis po-
nimus: ubi docete ipso deo
scire possumus verum non
possit ipse facere quae non
facit. Verum Genesis, xix. habemus quod domi-
nus in angelo suo dixit ad Loth. Non potero
quicquam facere, donec ingrediaris illuc. Po-
tuit quidem sua potentia sed non potuit de
sua iustitia. Simile est enim quod habetur Mar-
ci, vi. Non potuit ibi multas virtutes facere,
& sequitur, propter incredulitatem eorum. Eo-
dem insuper loco Genesis, xix. Promisit deus
si inueniretur decem iusti, parceret civitati,
quod tamen non necesse fuit, immo aliter po-
tuit fecisse: & si tot essent inuenti, dicente su-
per eundem locum in quaestionibus super Ge-
nesim, quaestione, xxxix. AVGVST. Non in-
quit necesse erat deo, tam sceleratis homini-
bus parcere: ne cum illis perderet iustos, cum
posset iustis inde liberatis reddere impiis di-

gna supplicia: sed ut ostenderet malignitatem
illius multitudinis, dixit si decem ibi inuenie-
ro parcam vniuersae civitati, tanquam si dis-
ceret certe possum, nec pios cum impiis per-
dere, nec propterea impiis parcere: quia se-
paratis inde piis possum impiis digna repen-
dere: & tamen si ibi decem iusti inueniantur,
parco. Hanc Augustinus, AVCTOR. Potuit
igitur deus affligere civitatem salua iustitia,
quanuis toti parcere promisit de sua clemen-
tia. Matth. quoque, xxvi. dicit Christus Petro,
An putas quia non possum rogare patrem ut
exhibeat mihi modo plusquam, xii. legiones an-
gelorum, sed quomodo implebuntur scriptu-
rae: quia sic oportet fieri? Potuit igitur Chri-
stus impetrasse, xii. legiones angelorum: quod
tamen non fecit. Sed respondet VITCLEFF.
primo Trialog, cap. xi. Euangelium vere dicit
quod deus pater potuit exhibere filio plus quam xii.
legiones angelorum, & sic facit: non tamen di-
cit Euangelium quod illas legiones potest filio
suo concedere, ut non taliter patiat, potest
tamen si voluerit. AVCTOR. Ecce quod di-
xi vobis quomodo sophisticat Euangelium Iesu
Christi: potest inquit concedere ipsi tot le-
giones, sed non ut non taliter patiat. Sed
cur ergo ista dixit Petro iam euaginato gla-
dio conanti facere ne taliter pateret: & qua-
re subiicit quomodo implebuntur scripturae,
quia sic oportet fieri? An legiones quas pater
iam Christo concedit scripturarum impletionem
impediunt: cum tamen sic oportet fieri, id est
Christum oportet pati, secundum quod post resur-
rectionem ait discipulis. Quia sic oportet pati
Christum, & ita intrare in gloriam suam. Po-
tuit igitur ne facere cum legionibus impe-
tratis a patre ne taliter pateretur? Non in-
quis, potuit, sed potuit si voluit. Inutilis con-
ditio quae perimit ante concessum. Hierony-
mus super illum locum Matth. in Commen-
tario dicit absolute quod potuit loquens ex per-
sona Christi, HIERONY. Non inquit indi-
geo, xii. Apostolorum auxilio etiam si omnes
me defenderent, qui possum habere, xii. legio-
nes angelici exercitus. Hanc Hierony. AV-
CTOR. Ecce quomodo Hieronymus expo-
nit quare Christus dixerit se posse legiones an-
gelorum habere: ut me defenderent inquit,
& sine conditione dixit Christum posse quod
Vitcleff. dixit non potuit. Et Augustinus de
spiritu & litera in principio libri numerat hoc
inter possibilia fieri & non facta. AVGVST.
Legas inquit, xii. angelorum legiones pro Chri-
sto ne pateretur pugnare potuisse, nec tamen

factum legas. Hanc Augustinus, AVCTOR.
Et iam percutitur Vitcleff. in glosa sua no-
uella, quia plane asserit Augustinus illas le-
giones pugnare potuisse ne Christus taliter
pateret. Fabricet igitur sibi glossam adhuc
aliam: quia ista passa est ruinam magnam. Et
videat omnis homo an hoc non possit deus
quod potest homo: & si non sit grandis blas-
phemia, positum quid negare creatori de
eo quod conceditur creaturae. Hoc dico pro
alio discipulo qui cum Petro gladium ha-
buit quo percutere potuit, quod non fecit.
Vnde Beda super hunc textum Lucae, Do-
mine, ecce duo gladii, hoc lib. vlti. cap. v. su-
per Lucam. BEDA. Duo, inquit, gladii suffi-
ciunt ad testimonium sponte passi Saluato-
ris, vnus qui & discipulis audaciam pro do-
mino certandi & aulla ictu eius auricula,
etiam domino morituro pietate virtutemque
doceret in esse medicadi: alter qui nequaquam
vagina exemptus ostenderet eos, nec totum
quod potuere pro eius defensione facere per-
missos. Hanc Beda. AVCTOR. Ecce hoc po-
tuerunt discipuli quod Christus volebat per-
mittere, & per consequens quod volebat: qua-
re ergo non potest deus ipse quod ipse non vult
facere? Praterca in predicto loco euangelii ha-
betur quod Christus rogabat patrem transfer-
re calicem passionis suae: & notat ibi Hie-
ronymus non petisse Christum ut transfer-
ret a se calicem, sed calicem illum, id est illum
modum patendi ut imputeretur Iudaeis ad cul-
pam: & subiicit, Abba pater, omnia possibi-
lia sunt tibi. Queritur tunc: nonne possibile
fuit patri quomodo Christus nunc in oratio-
ne petebat, & tamen pater hoc non fecit. Po-
tuit igitur deus pater transferre calicem illi
Christi, quod tamen non fecit. Si non fuit pos-
sibile, improvida igitur fuit oratio Christi qui
voluit orare pro impossibili. Et conformiter
non verum dixisset Christus quod omnia possi-
bilia essent patri: quia non hoc ipsum quod ipse
petiit. Non igitur dixisset omnia sed aliqua:
aut quid iuuaret dicere omnia possibilia esse
patri, si hoc rogatum non esset vnum de om-
nibus? Tantum enim esset dicere, Pater concede
de mihi hoc impossibile: quia omnia possibi-
lia sunt tibi. Sed tractans hunc locum dicit
AVGVST. Non inquit dixit si facere pos-
set: fieri enim potest quod ille voluerit. Sic
itaque dictum est, si fieri potest ac si diceretur
si vellet & subdit, In hoc satis ostendit non ex
impossibilitate sed ex voluntate patris dictum
esse si fieri potest. Hanc Augustinus, AVCTOR.

Ecce quod plane dicit Augustinus translationem
passionis Christi non fuisse ex impossibilitate
patris sed ex voluntate. Potuit ergo hoc face-
re pater quanuis non voluit: in potestate eius
erat transferre, in voluntate eius non trans-
ferre. Vbi est iam glossa extraordinaria Vit-
cleff. qua solet doctores exponere: potest de-
si vult, iam potest deus quod non vult, nec
vult vult: & absque dubio talibus incouenien-
tibus implicari solet qui nouitatibus talibus
sua voluntate sine intellectu scripturae labo-
rant, non intelligentes quae loquitur nec quo
modo loqui debeat, in logicalibus cecis, in scri-
pturis euangelicis errabundis. Et ista forsitan iam
dicta ad solidandum fidem sufficiens: here-
tico autem non torus acruus aut infidus si
delictum rationum. Ex abundantia ergo audia-
mus quid de predictis dixerit Augustinus:
decimotertio enim de trinitate, cap. xxii. re-
spondens quibusdam quaerentibus utrum a-
lius modus non fuit deo possibilis quo redi-
meret homines. AVGVSTINVS. Eos in-
quit qui dicunt ita: non defuit deo modus a-
lius quo liberaret homines a miseria morta-
litate huius, nisi ut vniuersum filium deum
coeternum sibi, hominem fieri vellet: indu-
endo animam & carnem, mortalemque factum
mortem perpetuam: parum est sic refellere ut istum
modum quo nos per mediatorum dei & homi-
num, hominem Iesum Christum deus liberare
dignatur asseramus bonum & diuinae con-
gruum dignitati: versetiam ut ostendamus
alium modum possibilem deo non defuisse, cu-
ius potestati cuncta aequaliter subiacerent, sed
sananda nostrae miserie conuenientioris mo-
dum alium non fuisse: nec esse potuisse, hanc
Augustinus, AVCTOR. Videat iam aduer-
sarius veritatis si non potuit Christus impe-
trare a patre tot legiones angelorum qui eum
defenderent, ne taliter pateretur, & si non po-
tuit rogare patrem & obtinere rogatum ne
taliter pateretur, cum ipse potentia diuinita-
tis suae sibi congenita potuit sibi aliter pro-
uidere ne taliter pateretur. Sed iam singu-
la ponderetur primo quod modus alius pos-
sibilis redimendi non defuit, quanquam ille
conuenientior fuit: & demum quod non sus-
fecit respondere sic quaerentibus quod iste mo-
dus fuit deo congruus bonus & ab eo voluitus:
quod admodum respondet Vitcleff. potest si
vult, versetiam dicit Augustinus, Oportet
ut ostendamus alium modum possibilem deo non
defuisse: ut deus de potestate quae non voluntas
sed potentia concedat. Et subdit causam eius:

cuius inquit potestati cuncta aequaliter subiacent. Quae cuncta nonne est & alius modus redimendi inter ista cuncta. Non inquit Vviteless, quia non est inter entia: igitur inutiliter infertur: ideo alius modus possibilis deo affuit: quia cuncta aequaliter ipsi subiacent. Sed vere cuncta & haec inter cuncta ea, & quae non sunt, quia eius potestati qui vocat ea quae non sunt ut ea quae sunt, non alligant potestatem eius quae sunt, nec ea quae non sunt eius fugiunt potestatem, Idem Augustinus secunda parte sermonum. sermone de Natiuitate domini qui incipit. Cōsulte & salubriter dicit q̄ Christus potuit aliter liberare nos quā nāscendo, sed ratio non permisit. AVGVST. Si ipse, inquit, venire disposuit, quare per foeminā venit, quare per obscena membra transiuit? His respōdemus & dicimus potuit aliter liberare nos quia omnipotens deus est: sed nō sufficebat in deo ut esset sola potestas, sed pariter & equitas potestatis. Potestas est in virtute, & equitas in ratione. Ratio itaq̄ exigebat ut per eum saluaretur homo per quem factus est. Hāc ille, AVCTOR. Concedetur iam q̄ ad omnipotentiam dei pertinet multa posse producere quae non producat. Potuit, inquit, aliter liberare quia omnipotens deus est: nō ergo omnipotens sed aliquid potens tantū esset si non posset oppositorum vtrūq̄. Secūdam hanc scholam Augustini dixit Bernardus epistola ad Innocentium papam contra blasphemias Abellardi quae incipit, Oportet ad nostrum, BERNAR. Quis negat omnipotentiam ad manum fuisse alios modos nostrae redemptionis, iustificationis, liberationis: verum hoc non praedicit huius quem, e multis elegit efficaciam, & fortasse is praestat per quem in terra obliuionis grauedinis lapsus nostri rot & tantis grauaminibus reparatoris fortius & viuacius amoueremur, haec Bernardus, AVCTOR. Cōsiderare itē possumus ex praedictis quā inualida sit descriptio omnipotentiae dei significata per Vviteless, primo Trialogi, cap. xi. VVITCLEF. Deus, inquit, est omnipotens, quia omne possetium producibile producit. AVCTOR. Iam enim non omne possetium producibile deus producit, quia nec possibilem alium modum redemptionis humanae, nec carnem suā de costa virginea, nec omnia opera visibilia mundi in die vna, nec illum alium redemptorem in humana natura & cetera quae sunt dicta. Aut ergo deus non est omnipotens aut

inutilis & supstitiosa est descriptio sic significata. Sed audiam descriptionem certioris philosophi Augustini. Ipse enim in Enchiridii cap. lxxv. AVGVST. Neque enim, inquit, ob aliud veraciter vocatur omnipotens nisi quoniam quicquid vult potest. Hāc Augustinus, AVCTOR. Et quid multo melius: quia iam a causa incipitur non ab effectu, iuxta enim certiores philosophos potentia est proximum operandi principium. Si ergo potentia sit principium operis subuersio est ordinis, actui vel operi designare causalitatem vel auctoritatem respectu potentiae naturalis. Quod facit Vviteless, describens potentiam omnipotentis per actum productionis. Nullus ignorat quin visus sit principium visionis, & non e contrario. Quis igitur delirus interrogatus vnde posset videre, responderet quia video. Simile est quod dicitur ideo deum esse potentem quia facit: vel omnipotentem quia cuncta producit. Potentia enim creatoris est primum principium fiendorum primitate originis, sed voluntas est primum principium primitate immediationis. Ideo dicit super Ioannē Homil. xxxvi. AVGVSTIN. Si hominem tantum dixeris, Christum potentiam negas qua creatus est. Et. xii. de Ciuitate, cap. xxiii. Manus dei potentia dei est qui etiam visibilia inuisibiliter operatur. Et ibidem cap. xxv. Ex intrinseca potentia creatoris & sapientia conditoris res esse acceperunt. AVCTOR. In creatione rerum non nego voluntatem sed praesuppositam potestatem. Non enim vellet deus quod non posset producere, potest autem producere quod non vult. Quod autem dicitur aliquando quod dei voluntas est sola causa rerum, ibi dicitur voluntas secundum quod excludit necessitatem, non potestatem: quemadmodum dicimus sola voluntate mea celebrari sacra, cum tamen sine sacris non celebrari vestibus vel ministris altaris. Ideo contra aduersarium legis & prophetarum lib. primo. AVGVSTINVS. Ideo quae istorum faciendorum causa sola dei bonitas vel voluntas fuit: quia necessitas eius vlla non fuit. Hāc Augustinus, AVCTOR. Hoc tamen ipso percussus est Vviteless, qui dicit deum nihil producere sine sui necessitate etiam absoluta: verum de hoc postea videbimus. Sed ut omnia ad principale propositum resoluamus prima radix huius erroris praedicti stat in ignorantia huius theologiae fundamenti: quod res dupliciter fiunt

a potentia prima causa aut scilicet per voluntatem actualiter statuentem, aut secundum eandem habitualiter referuentem, quid aut quali modo res producat aut produci possit, etiam si nunquam producat in esse. Augustinus enim hoc habet sexto super Genesim ad literam. c. xv. AVGVSTINVS. Si, inquit, non omnes causas in creatura primitus condita praefixit, sed aliquas in sua voluntate seruauit: non sunt quidem illae quas in sua voluntate seruauit ex istarum quas creauit necessitate pendentes. Non tamen possunt esse contrariae, quas in sua voluntate seruauit & quas in sua voluntate constituit: quia dei voluntas non potest sibi ipsi esse contraria. Istas igitur sic cōdidit ut ex illis esse illud cuius ceterae sunt possit. Illas autem sic abscondit ut ex illis esse necesse sit hoc quod ex istis fecit ut esse possit. Hāc Augustinus, AVCTOR. Quaedam ergo sunt iam per diuinam voluntatem statuta ut sint etiam in causis secundis. Quaedam vero per eandem voluntatem seruata sunt ut esse possint: quorum quaedam sunt aliquando ut conuersio aquae in vinum, pro longatio vite regis Ezechiae: germine aridae virginitatis aquae de solido silice: & similia. Quaedam vero nunquam sunt tamen fieri possunt ut caro Christi de costa virginea, alii redemptor in humana natura & sicut Christus dixit suscitatio filiorum Abraham de duris lapidibus ad litteram intellecta. Potens est, inquit, deus de lapidibus his suscitare filios Abraham. Nam si intelligatur secundum corpora non est fidelibus difficultas dicente. vii. sup Genesim ad litteram. c. x. AVGVST. Omne quippe corpus in omne corpus posse mutari non desuerunt qui assererent: corpus autem siue terrenum siue caeleste conuerti in animam fierique naturam incorpoream, nec quenquam sensisse scio, nec fides habet. Hāc illic Augustinus. Et in de vera Innocentia propositione. cclxxviii. Omne, inquit, corpus in omne corpus mutari posse credibile est: quodlibet autem corpus in animam rationalem posse conuerti credere absurdum est: quoniam sic deus est omnipotens ut nunquam suae rationis instituta conuelat. Hāc Augustinus, AVCTOR. Veruntamen quod supra dixit Augustinus illas sic abscondit deo, ut ex his necesse sit hoc quod ex istis fecit, ut esse possit, nō est intelligenda necessitas absoluta, sed consequens ex diuino velente. Non enim necessitatur deus illa sic producere, quia in causis secundis eas sic abscondit: sed ipsae sic necessitantur esse si deus sic eas

velit esse. Vnde ibidem cap. xxi. de Adam. AVGVSTINVS. Manifestum est sic non factum esse hominem contra quod erat in illa prima conditione causarum, quia ibi erat sic fieri posse quibus non ibi ita fieri necesse esse. hoc enim non erat in conditione creaturae, sed in beneplacito creatoris: cuius voluntas est rerum necessitas. Hāc Augustinus, AVCTOR. Et adhuc nota quod dei voluntas rerum necessitas est. non autem eius necessitas, cum non sit agens naturale sed agens ex libertate: ideo dixit Augustinus supra quod necessitas eius vlla non fuit.

Q̄ DEVS POTEST AMPLIARE
re numerum rerum ultra statutum:
& de diuisione con-
tinui in infinitum,
Caput XIII.



Is & similibus frenum dī-
rumpunt hereticorum pii pa-
tres quo immensa maiestas
truncant potestatem: & sic
demum ad infinitatem crea-
turarum insurgunt, querentes
vtrum infinitas numeralis rerum sit a deo
actu producibilis, an potentia eius terminetur
ad determinatum numerum maximum,
in quem potest. Occasionē sumētes ex quodam
dicto eius quod est etiam inter conclusiones
ter dānatas. cly. VVITCLEF. Deus,
inquit non potest mundum maiorare vel mi-
norare: sed animas ad certum numerum crea-
re & non ultra. Querunt fideles nūquid pro-
ducto illo numero sic signato potest adhuc
vnam animam recentem producere: quod si nō,
vnde venit illa impotentia vel euenit? Non
ex parte creaturae: quia illa diuinam poten-
tiam vllatenus alligare non potest. Breuiter
dicit ipsa dei voluntas quae hunc sibi nume-
rum animarum fixit: ipsam dei potentiam al-
ligauit: quia non potest plura secundum suam
omnipotentiam quā ante decreuit aeterna
voluntas, AVCTOR. Hanc autem rationem
insanā vehementer reprobatur catholicus Au-
gustinus, vi. super Genesim ad litteram cap.
xix. dicens de deo, AVGVSTINVS. Po-
tentia, inquit, sua numeros creaturā dedit,
non ipsam potentiam eisdem numeris alligauit.
Nam spiritus eius ita faciendo munda-
do superferrebat, ut & factio superferatur
non corporalibus locis, sed excellentia pote-
statis. Hāc Augustinus, AVCTOR.

Videte iam spiritum ita superferri secundū excellentiam potestatis, mundo iam facto: sicut superferrebatu faciedo: & ideo potentia dei non est alligata numeris constitutis plus q̄ tunc fuerat statuēdis. Et subdit exemplum facti, AVGVST. Nonne, inquit, certis diebus numeris suo cuiq̄ generi accommodatis omnis natura serpenriū coalescit, formatur, nascitur, roboratur? Nonne expectati sunt hi dies vt in draconem virga conuerteretur de manu Moyfi & Aarō? AVCT. Sic ergo docet Augustinus per ea quę dominus fecit, nō seruādo numerum ante statutum, quomodo cetera facere posset numero non seruato quę posuit. Hoc ergo fides catholica tenet p̄ certo q̄ q̄q̄ deus animas vel angelos sub certo numero censuit esse creandos: iuxta illud, Cōstituit terminos populorum iuxta numerum filiorū Israel. Non est tamen quouis modo ligata dei potentia vt præcise numerum illū possit producere. Sed tunc sequebatur dicit q̄ infinitas animas posset deus p̄ducere. Sed quicquid deus poterit nisi quid actu de facto p̄ducit infinita, respondet Vvitcleff. sed nec intelligit, in primo Trialogi. c. xi. VVITcleff. Non video inquit quare deus posset multa non existentia intelligere quin per idē intelligat infinita, quā tu non potes intelligere, vel econtra licet vtrobq̄ deficeret ratio hęc probandi. Hęcille, AVCTOR. Et quia proximum est vt arguatur de diuisione cōtinui in infinitū, dicit ipse hoc esse falsum: meliusq̄ sapuisse Platonem, Democritum & Augustinum q̄ fecit recens Aristoteles, qui docebant ex finitis in diuisionibus continuum esse cōpositum & in tot præcise posse resolui? Sed quid circa hoc senserit Augustinus, nō dicat nobis Vvitcleff. Ipse Augustinus pro se loquatur, ætatem habet. In libro enim de Immortalitate animæ sic disputat & concludit, AVGVST. Quoniā quodlibet corpus pars est mundi sensibilis, & ideo quāto maius est lociq̄ plus occupat, tāto magis propinquat vniuerso: quantōq̄ id facit amplius, tāto magis est. Magis enim est rotum q̄ pars: quare etiam minus sit cū minuitur, necesse est: defecum ergo patitur cum minuitur. Porro minuitur cum ex eo aliquid præcissione detrahatur. Ex quo conficitur vt tali detractioe tēdat ad nihilum: at nulla præcissione perducit ad nihilum. Omnis enim pars quæ manet corpus est, & quicquid hoc est, quantolibet spatium locum occupet. Neq̄ id posset nisi haberet partes in quas identidem cederetur. Po-

test ergo infinite cedendo infinite minui: & ideo defectum pati atq̄ ad nihilum tendere, quāuis peruenire nequeat. Quod item de ipso spatio & quolibet intervallo dici atque intelligi potest. Nam de his etiā determinatis, verbi gratia, partem detrahendo & ex eo q̄ restat semper dimidiā minuitur intervallum atq̄ ad finem progreditur, ad quem tamen nullo puenitur modo. Hęc Augustin⁹, AVCT. Plane igitur consensit Augustinus philosophiæ Aristotelis de diuisione cōtinui in infinitū. Et sicut dicit Aristoteles hoc faciendū est per diuisionem eius in partes proportionabiliter minores: ita sensit Augustinus dicens detrahendo ex eo q̄ restat semper partem dimidiā. Et sicut docet Aristoteles hanc diuisionem esse in potentia tantum, ita & Augustinus interserit ad quā scilicet infinitatē, tamē nullo peruenitur modo. Et quia dicit Commētator in eodē. iiii. Physicorū. Cū posuerimus q̄ diminutio est in infinitum nō accidit impossibile q̄ diminutio est in re ad nihilū, & Augustinus infert ita. Potest ergo infinite cedēdo infinite minui & ad nihilum tendere quāuis nequeat peruenire. Iudicet igit̄ vir catholicus an nō placuit magis Augustino philosophia Aristotelis de diuisione cōtinui in infinitum per partes diuisibiles, quā philosophia Platonis vel por⁹ nostri Vvitcleff. de diuisione eius in partes indiuisibiles & derisibiles atomos. Sed ne prædicti textus Augustini vilescat auctoritas pro eo q̄ liber ille non est satis authenticus, ad tutissimum volumen eius de trinitate recurrimus, vbi prædicta plane cōferuntur li. xi. c. x. ita dicētis, AVGVST. Ratio pergit in ampliora sed phantasia non sequitur: quippe cū infinitatē quoq̄ numeri ratio renūciat, quā nulla visio corporalia cogitantis apprehēdit. Eadem ratio docet & minutissima quęq̄ corpuscula infinite diuidi: cum tamē ad eas tenuitates vel minutias peruentū fuerit quas visas meminimus, exiliores minutioresque phantasias iam non possumus intruere. Quis ratio nō desinat persequi ac diuidere. hęc Augustinus, AVCTOR. Ecce q̄ ratio docet minutissima corpuscula infinite diuidi, sed per phantasiā, inquit, hęc nō possumus intruere: sed per rationē. phantasticus igitur philosophus erat Vvitcleff. qui hanc diuisionem non vidit ad quā sola ratio manuducit. Sed ideo sectatores huius erroris in. ii. Trialogi, cap. iiii. vocat sensibiles philosophos quib⁹ scilicet licet supra phantasiā per rationē non licet

ascendere ad diuisionem cōtinui in infinitum, viris autem fidelibus nō est hoc arduum sapere vbi ratio superat phantasiā. Et nedum hanc infinitatem repperit Augustinus in diuisione cōtinui, sed vt apparet plenius suum Aristotelem dicētem infinitum reperiri in continuo per diuisionem, in discreto per appositionē ipse & infinitatē probat in numeris cum dicit, Infinitatem numeri ratio denunciat & probat per hoc intelligentiā dei esse infinitā quę admodum & Aristoteles probat ex infinitate scibilibus aliquid esse intellectum infinitum super hoc versu Psalmi centesimi. Intelligentiæ eius non est numerus. AVGVSTINVS. Excedit inquit, omnes numeros numerarios intelligentiā eius, a nobis numerari non potest. Ipsum numerum quis numerat? Numero numeratur quęcūq̄ numeratur. Si quicquid numeratur numero numerat: numeri non potest esse numerus. Numerari numerus nullo pacto potest. Quid est ergo apud Deum? Inde fecit omnia & ibi omnia fecit: cui dicit, Oīa in mensura & numero & pondere disposuisti. At quis ipsam mensuram aut ipsum numerū, & ipsum pondus, vbi Deus oīa disposuit, aut numerare potest aut metiri aut appendere? Ergo intelligentiā ei⁹ non est numerus. Hęc Augustinus, AVCTOR. Innumerabilitas enim in numeris infinitas est. Maximus igitur numerus quem hic vocat antonomatice numerum, numerari nullo pacto potest, id est infinitus omnino est.

De infinitate creaturarum simpliciter saltem, de punctis & numero: & q̄ cōtinuum non componitur ex indiuisibilibus.

Caput, XIII.

S In hoc verbo scandalizatus est Vvitcleff. q̄ docet nullā esse infinitatē rerum a deo productā, immo nec productibile, licet minuta puncta cōtinui sint infinita quo ad nos, & momenta in tēpore: quia tamen sunt finita apud Deum, ideo nullatenus sunt alia q̄ finita. Ex quo dicto quid aliud sequi viderur, nisi antiqua hæresis illa quę docuit infinita a Deo sciri nō posse, quā ex infinitate numerali Augustinus conat̄ infringere. de ciuitate Dei cap. 18. AVGVSTI. Illud inquit qd̄ dicit nec sciētia Dei quæ infinita sunt posse comprehendī, restat

eis vt dicere audeant atq̄ huic se voragini profunda impietatis immergāt, q̄ nō omnes numeros Deū nouerit. Eos quippe infinitos esse certissimum est: quoniā in quocūq̄ numero finē faciendum putaueris, idē ipse non dico vno addito augeri, sed quātūlibet sit magnus & quilibet ingentem multitudinē continēs in ipsa ratione atq̄ sciētia numerorū nō solum duplicari verū & multiplicari potest: ita vero suis quisq̄ numer⁹ proprietatibus terminatur vt nullus eorū par esse cuiusq̄ alteri possit. Ergo & dispares inter se atq̄ diuersi sunt & singuli quisq̄ finiti sunt & omnes infiniti sunt. Itane numeros p̄pter infinitatē nescit omnes deus & vsq̄ ad quandam summam numerorum sciētia dei peruenit & ceteros ignorat? Et subdit, Infinitas vtq̄ numeri quāuis infinitorum numerorum nullus sit numerus, non est tamen incomprehensibilis ei, cuius intelligentiā non est numerus. Quapropter si quicquid scientiā comprehenditur scientis comprehensione finitur; profecto & omnis infinitas quodam ineffabili modo deo finita est, quia scientiā eius incomprehensibilis non est. Hęc Augustinus, AVCTOR. Et notetur hic qualiter Augustin⁹ probauit numerum infinitum in natura sua nō quo ad nos tantum, ibi cū dicit. Eos quippe infinitos esse certissimū est: sciētia tamē comprehendētis dei esse finitos. Paralogizat ergo stultissime Vvitcleff. quando arguit puncta omnia & omnes numeros solum finitos, quia apud dei sciētiam sunt finiti: quia scilicet comprehensione ac sic omnes dei perfectiones sint solum finita: quia dei scientiā comprehensione & per hoc finita, quia quicquid scientiā comprehenditur scientis comprehensione finitur. Aut deus ipse non est in sua natura simpliciter ineffabilis incomprehensibilis & infinitus: quia ipsam satur deus in verbo, comprehendit ex toto, & sic scientis comprehensione finitur: & quid ergo dicetur non est incomprehensibilis deus simpliciter nec infinitus. sed nobis: sibi autem & per hoc simpliciter & comprehensibilis & finitus? Et omnis creatura comparata deo non est bona, dicente Christo, Nemo bonus nisi solus deus, & tamen sub pœna infidelitatis iubemur credere Deum vidisse cuncta quę fecit, & erant valde bona. Et secundū Apostolum & prophetam credere tenemur incomprehensibilia esse iudicia diuinitatis

& inuestigabiles vias ei⁹, quas tamē omnes ipse inuestigat: & incomprehensibilia iudicia comprehendit, quia vt dicit ad Pauli nam de videndo Deo, AVGVSTINVS. Totum vidēdo comprehenditur, qđ ita videtur vt nihil eius lateat vidētē. Hęc ille. AVCTOR, Comprehendit igitur De⁹ incomprehensibilia, & per hoc est incomprehensibilis: & per hoc qđ intelligit in finita infinite est infinitus. Vere enim nō esset ei⁹ intellectus infinit⁹ si nō nisi finita posset intelligere, quamuis omnia infinita quodam ineffabili modo sunt ipsi finita vt iam retulit Augustinus. Non ergo effabili modo, scilicet modo creatę naturę sunt omnia indiuisibilia continui vel instantia temporis, vel omnes vnitates in numero infinitę: sed ineffabili modo, scilicet soli deo. Sibi ipsis autem & creatis aspectibus simpliciter infinitę. Frenit tamen Vvitcleff, contra ista, quia compositio sua nouella omnis quanti corporis ex indiuisibilibus & non quantis pateretur occasum. Partes enim immediatę continui non possunt esse plures qđ actu finitę. Pro certo autem documento concedit omne corpus ex indiuisibilibus principiis solidari. Vnde de quodam magno corpore mundiali sic habetur inter conclusiones ter damnatas: conclusione clxiii, VVITCLEFF. Imaginandum est vnam essentiam corpoream in principio esse productam, ex indiuisibilibus compositam occupare omnem locum possibilem, AVCTOR. De productione alicuius talis corporis non legi aliud nisi qđ in principio creauit Deus cęlum & terram. Qui autem ibi fundat compositio nem magni corporis ex omnibus indiuisibilib⁹ rerum patribus videtur cum inani Democrito plicare telę araneę. Vnde Homilia prima hexameron dicit AMBRONIVS. Ausus est (Moyses supple) dicere. In principio fecit deus cęlum & terram: non ille vt atomorum concursione mundus coiret serum atq; ociosum expe tauit negocium: neq; discipulum quendam ideę quam contemplando mundo, mundum posset effingere: sed auctorem Deum exprimentum putauit. Aduertit enim vir plenus prudentię qđ visibilibus atq; indiuisibilibus origenes substantiarum atq; causarum mens sola diuina contineat, non vt philosophi disputant validiorem Atomorum complexionem perse

uerantię iugis prestare causam, & iudicauit qđ telam araneę texerent qui sic minuta & insubstantia principia cęlo & terris darent. Hęc ille. AVCTOR. Ecce laudes compositionis Vvitcleff. ex in diuisibilibus, quia Moyses iudicauit qđ telam araneę texerent qui sic minuta & insubstantia principia cęlo & terris darēt. Magno illi imaginabili corpori quod dicit occupare omnem locum possibilem. Ecce quas laudes meruit tuus Democritus quem extollis cum dicis, Democritus, Plato, Augustinus, & Lincolnensis qui ita serferant sunt longe clariore Philosophi. Ecce Democritus tuus telam araneę texuit qua Plato tuus suam vestiuit ideam. Quid autem Lincolnensis de compositione ex diuisibilibus finitis senserit, scio quidē, quoniam in expositione sua quarti capituli, primi posteriorum, LINCOLINEN, Alii inquit, exposuimus qualiter linea est ex multiplicatione infinita puncti, & superficies similiter ex multiplicatione infinita lineę, & quomodo secundum modum alium linea non est ex punctis, nec superficies ex lineis, AVCTOR. Quid tibi iam cum sancto Lincolnensi cum tu ponis lineam vel quodcunq; continuum consistere ex finitis indiuisibilibus tm: Lincolnensis autem ex multiplicatione eius in infinitum. Sed nec Augustinus tecum est qui vt supra ostendimus, diuisionem continui concedit in infinitum, quoniam & argumentum tuum ipse soluit quod repertas Achillicum in capitulo tertio secundum dialogi, VVITGLEFF. Feci, inquit, alias hęc euidentiam sumptis omnib⁹ partibus alicuius continui ex quibus componitur: quęro vtrum sunt vterius diuisibiles: si non, habetur intentum. Si sic, ergo quęlibet earum est diuisibilis in partes vteriores, ergo numerus illarum assignatus in principio non est numerus totalium omnium partium assignati. AVCTOR. Et iam tibi dicitur quous numerus actualis omnium partium huius continui sit signandus, numerus tamē omnium partium possibilium eiusdem, dandus nō est, quia infinitus est, non audisti Augustinum dicētem supra, qđ infinitorum numerorum nullus est numerus: Qui ergo numerum infinitum petis, restat vt audias nullum posse tibi numerum signari nisi numerum infinitum: & certe hic est totalis

numerus omnium partium assignati continui: & nonne si omnes diuisibiles sunt, immo sic dicit Augustinus qđ omnis pars quę manet corpus est: quicquid hoc est neq; hoc posset nisi haberet partes in quas identidem caderetur: quę quouis continue diuisibiles sunt, plures tamen qđ infinitę futurę non sunt. Ergo inquit tale corpus componitur ex partibus infinitis: non quidem actu sed potentia tm. Vnde & Augustinus ideo dicit qđ diuisio illa ad finem continue progreditur quouis pertingere nequeat actu supple. & alibi. Ad finem progreditur ad quem nullo peruenitur modo: ex se supple. sed actiua dei potentia bene potest potentia illa passiuā continui reduci ad actum, quia verum est illud, xii, metaphysicę. Quicquid est in potentia materia est actu in primo motore. Ex quibus omnibus hoc solum gaudemus nos posse concludere qđ Dei potentia non terminatur impossibilitate ad certum numerum creaturam, sicut nec eius scientia ad finitū numerum cognitorum, & propter hoc adduximus sacros testes dicentes dei potētiā nullo modo fixis numeris alligatam, quin immo & infinita possit producere quouis iam nolit & de facto producit infinitas, puta partes dati continui & indiuisibilia infinita actu in illo continuo, ex quibus tantum continuum ipsum nulla ratione componitur. Infinitas etiā vnitates immo & numeros infinitos in illo magno numero infinito, quę omnia per distinctionē suam magistralem de esse naturali & metaphysico Vvitcleff. noster a genere entium re alium saltem excludere nunq; potest, quin & sint creatę naturę & in genere quantitatis sitę. Numerus quoq; omnes in Deum magnum locum habere qualiter dicit Augustinus, xii, de ciuitate, cap. decimo octauo. AVGVSTINVS. Nō audebunt isti (inquit) contemnere numeros & eos dicere ad dei scientiam non pertinere: apud quos Plato deum magna auctoritate commendat, mundum numero fabricatē & apud nos deo dictum legitur. Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti: de quo & propheta dixit. Qui profert numero seculum. Et Saluator in Euangelio, Capilli, inquit, vestri omnes numerati sunt. Et tadem valde noto qđ in fine capituli tremendo subinfertur. Quare si infinitas numerorum scientię dei qua comprehenditur esse

non potest infinita: qui tadem nos sumus homunculi qui huius scientię limites figere presumamus. Hęc Augustinus ibidem. AVCTOR. Ergo qui non intendit contra deum presumere scientię eius infinitatę nolit limites assignare: non presumat blasphemare cum Vvitcleff. non potest deum intelligere infinita quę tu non potes intelligere: & rationem hoc probandi de esse fidelibus dummodo constet nobis qđ intelligentię eius non est numerus.

Contra subterfugium illud Vvitcleff. potest Deus si vult: sub quo negat Deū posse, quod potest si vult, Caput, XV.



LOSSA vero communis quę Vvitcleff. omnibus supradictis de Dei potentia quasi generale prouidit emplastrum, iam locum habet vt videatur si valeat. Euangelium inquit vere dicit qđ Deus pater potest exhibere filio plus qđ duodecim legionibus angelorum: & sic facit, non tamen dicit euangelium qđ illas legiones potest filio suo concedere vt non taliter patitur, potest tamen si voluerit, & sic conceduntur omnes contingentię quas dānamus, hoc est opposita eorum possunt contingere si Deus voluerit primo dialogi, capitulo vndecimo. Sub hoc anigmatico responso negat audacter Deum quicquam posse facere quod non facturus est. Sed quando auctoritates occurrunt ipse statim ad prædictum latibulum suum currit & soluit: potest inquit si vult. Sic ergo primo negare solet Deum posse maiore vel minore mundum presentem: nec potuisse aliter redemisse genus humanum, & similia: sed ad finem semper infert: potest si vult. Sub hac glossa communi sedent omnes Vvitcleff. stę securi: non tamen sicut Helias sub iuniperi umbra: sed sicut Ionas sub hedera. Accedat igitur vermis ille qui est prima veritas, mentiar, si radices huius glossę nō comedat, vnde herba marcescat. Cur negas Deum posse maiore mundum, quod tamen potest si vult an tunc non potest si cum vult potest? Non inquit, cur hoc? Quia non vult & nihil potest nisi volens, iam ecce suppositi tibi qđ velit. Non inquit, potest velle, sed si vult potest. Mirabilis &

apud omnem intellectum intricata respon-
sio, q̄ si vult potest, hoc ipsum non po-
test. Augustinus autem docuit Adeoda-
tum oppositam logicam tertio de libero ar-
bitrio, capitulo secundo, AVGVSTI-
NVS. Optime inquit, de te veritas cla-
mar, non enim posses aliud sentire esse in
potestate nostra nisi q̄ cum voluerimus
facimus, & infra versus finem capituli, Nō
enim negare possumus habere potestatem
nos nisi dum nobis non adest quod volu-
mus. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce q̄
Augustinus ponit intelligentem
verum non posse sentire quicq̄ esse in po-
testate nostra, nisi hoc q̄ cum voluerimus
facimus. Peruerse igitur interpretaris dei
potentiam, quam cum voluntati adest fa-
cultas, adhuc dicis inualem & non esse
potentiam. Potest inquis, deus maiore
mundum si velit: sed tamen omnino non
potest, nec poterit. Quare non poterit,
quia non volet. Adhuc inordinate respon-
des cum alia potestatis sit natura, alia ra-
tio voluntatis. Nō enim quero quid deus
vult, sed quid potest. Hic enim es in casu
redarguti discipuli quem beatus Anselm⁹
ex hoc ipso reprehendit in libro suo de ca-
su diaboli capitulo vndecimo: vbi interro-
gant Anselmo vtrum angelus per se pos-
sit velle aliquid, putō inquit potest, si ali-
quando vult: at Anselmus redarguens est.
ANSELMVS. Non respondes inquit
ad interrogationem meam. Ego quero de
nihil volente & de potestate quæ præce-
dit rem: & tu respondes de voluntate &
potestate quæ fit cum re. Et sequitur, Que-
ro potestatem ante voluntatem qua se pos-
sit mouere ad voluntatem: tu ergo cum
respondes quia si vult potest, dicis potesta-
tem quæ cum voluntate ipsa fit: necesse
est enim si vult vt possit velle. Hæc Ansel-
mus. AVCTOR. Discite igitur ab hoc
dicto Anselmi aliud esse voluntatis prin-
cipium, aliud potestatis: & ideo cum de
potestate queritur incongrue de volunta-
te respondetur. Discite iterum vnam esse po-
testatem quæ præuenit voluntatem, aliam
quæ comitatur. Per primam redditur quis
simpliciter potens: per secundam efficaci-
ter: quia potestatem illam primam quan-
ta sit vel qualis in radice voluntas execu-
tioni demandans monstrat in opere: quæ
tamen plena ante opus fuit, quia ipsi po-

testati per opus sequens nihil potestatis
accrescit: & ante omne opus nihil minus
de vigore inuit potestati, de qua Homi-
lia prima hexamerum AMBROSI, Vbi
mora cum legas ipse dixit & facta sunt: nec
artis ergo vsum nec virtutis expendit qui
momento suæ voluntatis maiestatem ope-
rationis impleuit: vt ea quæ non erant eis
se faceret tam velociter, vt neq̄ voluntas
operationi præcurreret, nec operatio vo-
luntati. Hæc ille. AVCTOR. Hæc
scilicet est potestas quæ voluntati concu-
rerit: & ecce catholicum argumentum.
Opifex habens vtrumq̄ oppositorum in po-
testate non priuatur potestate sua super
primo quīs determinate eligat sibi secu-
dum: sed Deus ab æterno fuit potens pro-
ducere mūdum & dimittere: ergo quīs ele-
git p̄ducere mūdum in determinato tēpore,
non minus tamen tunc fuit potens ipsum
dimittere: & hoc fuit verum æternaliter
ante voluntatem efficacem quam deus ha-
bebat in tempore. Sed obstat rudis aliquis
Vvitecleiffa nesciens forsan intelligere
qualiter potestas præit voluntatem in deo,
quīs in homine posset intelligi. Accedat
iste ad venerabilem Anselmum & audiat
eum docentem suum discipulum, & per
hoc probantem q̄ mundum prius potuit
deus fecisse q̄ fieret vel factus est. ANSEL-
MVS. Existimo inquit, q̄ mundus priusq̄
fieret nihil erat: Discipulus, verum dicis.
Ergo omnino nihil esse potuit anteq̄ esset.
Discipulus ita sequitur. Non igitur po-
tuit esse anteq̄ esset. Discipulus: & ego di-
co si non potuit esse impossibile fuit q̄ es-
set aliquando. ANSELMVS. Et possibili-
le & impossibile erat anteq̄ esset, & qui-
dem in cuius potestate non erat vt esset
erat impossibile: sed in Deo in cuius po-
testate erat vt fieret erat possibile: quia
igitur Deus prius potuit facere mundum
q̄ fieret, ideo est mundus non quia ipse mū-
dus prius potuit esse. Hæc Anselmus de
casu diaboli capitulo vndecimo. AVCT.
Vide q̄ mundus priusq̄ fieret omnino ni-
hil erat: nolī iam dicere q̄ tunc mundus
fuit Deus. Vide secundo, q̄ Deus potest
aliquid producere quod non est. Immo
q̄ quantum ad se est, est impossibile. Et vi-
de tertio q̄ Deus producere potuit quod
nunq̄ voluit, mundum scilicet priusq̄ pro-
duxit. In Deo inquit Anselmus in cuius

potestate erat vt fieret. Ecce potestas non
solum ante voluntatem, sed absq̄ volun-
tate erat tunc potestas: sed nulla voluntas
vt sic confundaris & non possis conditio-
nare potestatem illam de cætero dicens:
sic potuit si voluit, immo dicit sed non po-
tuit velle nec voluit, ideo non potuit: po-
tuit tamen si voluit. Ergo non aliter po-
tuit hoc Deus q̄ non voluit q̄ musca po-
tuit q̄ aque non voluit. Musca enim non
voluit producere mundum anteq̄ fuit, nec
potuit velle: ideo simpliciter non potuit,
potuit tamen si voluit. Hæccine ista ma-
gna dei potestas quam sancti Doctores at-
tollunt, de qua dicit AVGVSTINVS,
Q̄ teresse potuit cicatrices suas. Q̄ a-
liunde q̄ de genere Adæ potuit nostram
assumpsisse naturam, quod aliunde q̄ de
costa formasse poterat mulierem, Non est
ex hoc magnus dominus neq̄ magna vir-
tus eius: poterat enim hæc fecisse musca
vt deus, eque potenter potuit vterq̄ si vo-
luit: sed quia neuter potuit velle, neuter po-
tuit facere. Quid igitur Augustine in hoc
magnificas deum, si muscam non magnifi-
cas, equa vtriusq̄ potestas, equa petit laudis
præconia? Blasphemia magna est ista & ad-
huc audi plura. Queratur ab ipso an de⁹ po-
terit cras leuare stramen, & si sibi digne re-
spōdeat, dubitabit, quia dubiū est an volet,
quia si non volet non poterit. Si cras pote-
rit mihi dare panem & similia. Aut quid
deest q̄ non iustificet populum illum incre-
dulum olim querulātem, si potuit deus pa-
rare mensam in deserto quoniam percussit
petram & fluxerunt aque & torrentes in-
undauerūt, nūquid & panem inquit pote-
rit dare aut parare mensam populo suo? Et
dicit Vvitecleiff, Quare propter hoc accen-
sus est ignis in iacob & ira ascenderet in
Israel. Respondet Orthodoxus, Quia non
crediderūt deo, nec sperauerūt in salutari
eius. Non sic inquit Vvitecleiff, bene licuit
dubitare. Si voluit: ideo licebat dubitare
an potuit. Nunquid panem poterit dare.
Sciebat tamen eum posse si voluit & tan-
tum erat apud eos dubitare vtrum potuit
panem dare, sicut an voluit: quia tūc tātū
potuit si voluit. Et cur ille vn⁹ de turba ad
Vvitecleiff, magisterium non accedit. cum
more dubitantis diceret, domine si quid po-
tes adiua nos. Marci, ix. posset enim apud
eum dubitationis suæ palliare tremorē di-

cens. Scio te posse si velis. Sed sicut ignoro
quid vis: ita & quid potes ignorare licebit.
Potes enim si vis quāuis non potes. Reu-
ciantur ista quæ non intulit nisi ruralis
logicus & metaphysicus, insensatus: & di-
camus cum Augustino hoc posse Deum
simpliciter facere, quod si velit possit. Au-
gustinus enim hanc probat consequen-
tiam aperte longa disputatione præmis-
sa in libro suo de spiritu & litera vbi qua-
rit, an fides sit in nostra potestate. AV-
GVSTINVS. Cum inquit, duo que-
dam sint velle & posse, vnde nec qui vult
continuo potest, nec qui potest continuo
vult: quia sicut volumus aliquando quod
non possumus, sic etiam possumus aliquā-
do quod non volumus, satis elucet ipsis &
vocalibus resonat q̄ ab eo quod est vel-
le voluntas: ab eo autem quod est posse
potestas nomen accepit. Quapropter si
cut qui vult habet voluntatem: ita po-
testatem qui potest. Sed vt potestate ali-
quid fiat, voluntas aderit, & infra. Quid
ergo ultra querimus quando quidem hæc
dicimus potestatem vbi voluntati adia-
cet & facultas faciendi, vnde hoc quisq̄
in potestate habere dicitur, q̄ si vult facit,
si non vult non facit. Et tandem in con-
clusionem vide nunc vtrum quisq̄ credat si
voluerit, aut non credat si voluerit. Quod
si absurdum est, quid enim est credere nisi
consentire verum esse quod dicitur? Con-
sensio autem vtiq̄ volentis est, profecto si-
des in potestate est. Hæc Augustinus.
AVCTOR. Attēde per ordinem quæ
supra tractauimus primo q̄ seorsum natu-
ram potestatis a voluntate distinguit, sicut
fecit ANSELMVS. Secundo nota quo-
modo voluntas sequitur ad efficaciam po-
testatis. Tertio diffinitionem potestatis ef-
se si voluntati adiacet faciendi facultas.
Et quarto q̄ ex his soluendo concluditur:
si vult homo credit, si non vult non cre-
dit. Profecto fides in potestate est. Quid
placuit argui poterat, Christus potest di-
mittere naturam quam assumpsit, si velit:
tenere si dimittere non velit, dimissio er-
go in potestate eius est: quia hoc est posse
definitiuē, si iam voluntati adiacet facien-
di facultas. Sic Christus potuit ne patere-
tur petere legiones, quia potuit si voluit:
& faciendi non defuit voluntati facultas.
Non tamen increpo responsum prædictum
d iii

sciens q̄ Augustinus, ipso vsus est, nun-
quā tamen (vt reor) nisi vt consequen-
ter modo suo posse concedat, Deum enim
posse quicquam si velit, & tamen simplici-
ter hoc non posse: non nisi in hoc aduer-
sario fidei recolo me legisse. Sciendum ta-
men quomodo in scripturis potestas pro
voluntate, & impossibilitas pro nolitione
accipit, qualiter Chrysostomus erudit nos
Homilia sexagesima octaua super Ioānem
tractans hunc textum Ioannis duodeci-
mo. Non poterant credere quoniam Esai-
as ait: Audietis auditu & non intellige-
tis. **CHRYSOSTOMVS** ita in-
quit. Nouit **CHRISTVS** multis in lo-
cis potestatem electionem, id est volunta-
tem dicere vt non potest odisse vos mun-
dus, me vero odit. Hoc etiam in com-
muni consuetudine custoditum videbis,
vt cum dicat quis non possum amare il-
lum, vehementiam voluntatis potentiam
dicens, Et rursus, non potest ille fieri bo-
nus. Sed & propheta quid ait, Si alterabit
aethiops cutem suam, & pardus varieta-
tem suam, populus hic poterit beneface-
re discens mala. Non hoc ait quoniam
impossibile eis est propterea non possunt,
& quod hic ait Euangelista, hoc ait quia
impossibile erat mentiri prophetam: non
tamen propterea impossibile erat eos cre-
dere. Hæc Chrysostomus.
AVCTOR. Scio ergo, nec me præ-
terit sic accipi promiscue terminos in scri-
ptura, posse pro velle: & non posse pro non
velle, sicut Genesis decimonono, Non pos-
sum facere quicquid donec introeas illuc, id
est non volo quicquid facere, quia sic firmi-
ter statui. Et Marci nono, Non poterat
sibi **CHRISTVS** vllam virtutem face-
re, & cætera. Vbi **BEDA** libro secundo,
capitulo tertio, Non quia & illis incredu-
lis non poterat facere virtutes multas: sed
quo ne multas faciens, ciues incredulos
condemnet. Hæc ille. **AVCTOR.**
Ecce potuit potestate, sed non potuit cer-
ti mysterii facultate, & in istis fundant vi-
ri orthodoxi distinctionem illam quā iste
dicit profundatam de dei potentia absolu-
ta & ordinata.

AD ARGVMENTVM

Vvitelef, de dei inuidia vel
impotentia plene respon-
detur. Et ibi ostendit-
ur plane q̄ deus
& homines
multa possunt, quæ nec sunt;
nec fuerunt, nec futu-
tura sunt.

Caput. XVI.

AVCTOR.

ANDEM primum ar-
gumētum **VVITCLEF.**
contra dei potentiam erit
in resolutione iam vlti-
mum, tanq̄ imperfecta ma-
teria, quæ cum sit formis
pluribus reformata, tamen ad plenum re-
formari non potest. Ita hoc idem argumen-
tum de inuidia dei qd̄ Augustinus frequen-
ter absoluit, quasi adhuc solutum non sit
VVITCLEF ad integrum suum resti-
tuens. Non potuit inquit Deus perfe-
ctius vniversum creasse: quia si potuit &
noluit inuidus fuit: vel si voluit & non po-
tuit impotens fuit. Et huc accedit q̄ ipse
dicit vt supra in trialogo, Aliter non solui-
tur clare ratio Augustini de dei inuidia
vel impotentia. **AVCTOR.** Nouit
Deus argumentum istud recitauit Augu-
stinus, quod tamen ante fabricauit maxi-
mus hæreticus, & post eum assumptit illud
aduersarius legis & prophetarum propter
esum pomi vetiti. Aut inquit, Deus il-
le inscius erat delicti futuri, aut improui-
dus qui neglexit regere peccaturum: aut
maluolus quia ad maledictum pronus fuit.
Et responder Augustinus ibidem libro pri-
mo. **AVGVSTINVS.** Dicat er-
go iste impotentem **CHRISTVM**, quo-
niam de acquirenda spiritali pecunia nō
potuit quod cupiebat efficere: dicat æmu-
lum ac malitiosum q̄ seruo suo inuiderit
lucem ac salutem quem proici iussit in te-
nebras, vbi esset serus & stridor dentium.
Et concludit. Nec inquit, futurorum im-
prouidus dicitur, quia tali pecuniam suam
credidit: nec impotens est, quia vt bene
ageret non ipse rexit: nec æmulus aut ma-
litiosus q̄ a luce separatum in tenebras

bras misit. Hæc Augustinus. **AVCTOR.**
Nec vtiq̄ Deus inuidus quāuis sic vni-
uersum imperfectius fecit q̄ potuit: quia
quomodocunq̄ potuit hoc idem voluit: &
est voluntas eius sic sine inuidia, sicut si-
ne causa, & si non sit sine auctoritate. La-
ctantius apud Vvitecleuistas ipse dicit li-
bro de opificio dei, circa principium. **LA-
CTANTIVS.** Considerans conditio-
nem rerum intelligo nihil fieri aliter de-
buisse, vt non dicam potuisse, quia Deus
potest omnia: sed necesse vt providentissi-
ma illa maiestas id effecerit quod erat me-
lius & rectius. Hæc ille. **AVCTOR.** Ec-
ce & grandemirum si hoc non potest: deus
quod potest homo. Aut nonne potest ho-
mo hunc diem celebrem seu festiuium du-
cere & actiuum si placeat? Nonne qui fe-
cit elemosynam potuit non fecisse, aut
qui iam peccauit, nonne ante commis-
sum potuit non peccasse? Quid ergo di-
xit sapiens? Mors & vita in manibus lin-
guæ. Et in Deuteronomio. Vitam & mor-
tem dedit ante faciem hominis, bonum &
malum. Aut quid falso prophetare voluit
Hieremias ex parte domini dicentis ad Se-
dechiam regem & ciuitatem Hierusalem?
Ego ecce coram vobis viam vitam & vi-
am mortis, potius dixisset viam mortis.
Adhuc puto peritorem fuisse Pilatum cū
dixit, Nescis quia potestatem habeo di-
mittere, & potestatem habeo crucifigere
te? Et dominus vtrancq̄ datam illi desu-
per non negauit. Sed & iam occurrit q̄
Deus possit aliquid quod non fuit, nec est,
nec erit: quia quilibet seu vnusquisq̄ ho-
mo potest esse sine peccato: nec tamen sic
vnq̄ fuit, est, aut futurus est liber a pecca-
to. Hanc enim veritatem disputando con-
cludit sanctus Augustinus in fine libri de
perfectione iustitiæ contra Eutropium sic
arguentem. **AVGVSTINVS.** Si quis
dixerit, potest fieri vt homo non peccet
in verbo? Respondendum est, Si vult deus
potest, vult autem inquit Deus: igitur po-
test. Et **AVGVSTINVS** iterum;
Quisquis ergo fuisse vel esse in hac vita
aliquem vel aliquos homines putat (exce-
pto vno mediatore dei & hominum) qui
bus necessaria non fuit remissio peccato-
rum, contrarius est scripturæ, concessit ta-
men Augustinus supra qd̄ potuit. Non est
ausus inquit dicere hominem esse sine pec-

cato, vel aliquem vel seipsum, sed tantum-
modo esse posse responderet. Quod neq̄ nos
negamus. **AVCTOR.** Hanc solutio-
nem postmodum interrogatus Augustinus
exponit & roborat scribens ad quendam
Marcellinum in libro de spiritu & litera pe-
ne in principio sic procedens. **AVGVSTI-
NVS.** Lectis opusculis quæ ad te nuper
elaboraui filii charissime Marcelline de ba-
ptismo parvulorum, & de perfectione iu-
stitiæ hominis, q̄ nemo eam in hac vita
vel assecutus vel assecuturus videatur, ex-
cepto vno mediatore qui humana perfec-
sus est in similitudine carnis peccati, sine
vilo omnino peccato: rescriptisti te moue-
ri eo q̄ in posteriore duorum libro fieri pos-
se dixi vt sit homo sine peccato si volun-
tas ei non desit ope adiuuante diuina, &
tamen præter vnum in quo omnes viuisti
cabuntur neminem fuisse, vel fore in quo
eo viuente esset ista perfectio: Absurdum
tibi videtur aliquid fieri posse cuius desit
exemplum, cum (sicut credo) nunq̄ dubi-
tes esse factum vt per foramen acus came-
lus trāsiret, & tamē ille hoc quoq̄ dixit deo
esse possibile. legas & duodecim millia le-
giones angelorum pro **CHRISTO** ne pa-
teretur pugnare potuisse: nec tamen fa-
ctum: legas fieri potuisse vt semel & simul
gentes exterminarentur a terra quæ daba-
tur filiis Israel, deum tamen paulatim id
fieri voluisse: & alia sexcenta possunt oc-
currere quæ fieri vel potuisse vel posse fa-
teamur, & eorum tamen exempla quæ fa-
cta sunt proferre nequeamus. Vnde non
ideo negare debemus fieri posse vt homo
sine peccato sit, quia nullus est homo præ-
ter vnum illum qui non tantum homo sed
in natura deus est, in quo id esse perfectum
demonstrare possumus. Hic fortasse respō-
deas ista quæ commemoravi facta non es-
se & fieri potuisse opera esse diuina: vt au-
tem sit homo sine peccato ad opus ipsius
hominis pertinere, idq̄ opus esse optimum
quo fiat plena atq̄ perfecta, & ex omni par-
te prorsus absoluta iustitia: & ideo non es-
se credendum neminem vel fuisse vel esse,
vel fore in hac vita qui hoc opus impleu-
rit: si ab homine impleri potest. Sed cogi-
tare debes quāuis ad hominem id agere per-
tineat hoc quoq̄ minus esse diuinum: at-
q̄ non dubitare opus esse diuinum. Deus
est enim qui operatur in nobis. **Aposto-**
d iiii

lus) & Velle & operari pro bona voluntate. Hæc Augustinus. AVCTOR. Hæc est ergo doctrina sanctæ matris ecclesiæ per dilectum filium suum anrissitem Augustinum: hæc professio fidei Christianæ in materia de omnipotentia dei contra omnes Abellardinos Vvitleuistas qui secundum illud Iob, quasi nihil posset omnipotens sic loquuntur, abbreviantes potentiam, occæsentes infiniti tractus funiculum, apocopantes immensitatem magnitudinis infinitæ, & brachium virtutis domini linguæ suæ framea mutilantes. Sed o omnipotens deitas & æterna potestas, hoc enim tradente ecclesia per sanctos tuos successiue a principio vsq; ad nostra tempora fideliter te posse credimus, quanti etiã omni virtute possibili capere non valemus: quia si creatura illa, finalis dies scilicet futuri iudicii, nec angelis nec archangelis, sed nec tuo vnico filio in creaturæ specie sit de certo præcognita: quomodo maiestatiua tua potestas qua cunctos dies etiã nunq; futuros describis, intelligentia potest tremula limitari? Audio quendam fidelissimum seruum tuum Chrysofomum scilicet operis imperfecti Homilia quinquagesima quinta dicentem CHISO ST. Quid magni est si exercitissimus magister magnum opus facit: sic quaecunq; opus fecerit est minus q̄ ipsius potestas! Hæc ille. AVCTOR. Vbi plane video o deus Chrysofomus aduersari aduersario tuo VVITCLEF, qui iam supra dixit omnipotentiam tuam & actualemente creatione tuam equari. Chrysofomus vero dicit opus omne creationis tuæ esse omnino minus q̄ est tua potentia. Vere hanc tuam potestatem cunctæ potestates etiam cœlestes formidant, dominationes adorant, sancta seraphin admirantur, & qui intra te non limitas potestatem, quomodo extra te si ad hoc aliquid quantum explicas digitos non futurorum omnium superas facultatem! hoc est quod dico, quia dicit Augustinus contra Maximum, Deum patrem posse alium filium gignere: Deum quoq; filium posse filium sibi gignere coæqualem. Sed quia non oportuit, non idcirco fecit quod potuit. Quod si idcirco vt venerationem haberet, diuinam potentiam hoc ipsum intra deum ipsum beatus Augustinus archæ

non nouerat, quomodo fidelis vir profabricatura vilis luti ipsi super cœlesti & illimitata potentia limites ponet? Non igitur audiat de cæteris o fideles quenq; dicentem de Vvitleuistis. Eripuit Deus Israel de manu Pharaonis quem ipse perdidisse non potuit. Nec potuit heri deus abbreviasse mihi vitam, qui hodie superstes sum: quia secundum Vvicleff, hoc solum quod fecit, facere potuit. Sed si vultis secundum qd Iob dicit, Docebo vos per manum dei quæ omnipotens habeat, nec abscondam. Habet enim omnipotens circa hæc contingentiã bona vtrunq; contradietoriorum ad effectum non simul sed successiue producere: & quicquid non includit peccatum fieri facere. Hoc solum breuiter ipse non potest, quod si posset, esset impotens eo ipso. Omnia ergo potes, & omnia opposita horum quæ fecisti potes, & inde de vere omnipotens, quia vtraq; oppositorum ad nutum tibi obediunt. O omnipotens sempiternæ deus qui viuus & imperas vsq; in secula non futura.

CONTRA HOC QVOD
Vvicleff dicit, deum non
posse annihilare quicq̄.

Caput. XVII.

AVCTOR.

NEC reddit iste deum im-
potentem solum vt non
possit alia facere q̄ iam fe-
cit & facit, sed vt etiam
non possit inficere quæ
iam fecit. Perit sibi visus
est & certe scire quid possit deus vel nõ pos-
sit secundũ bonitatẽ: quid etiã possit secũ-
dũ suã seueritatẽ: nõ obstare dubitatione
scripturæ dicẽtis. Quis nouit potestatem ire-
tue, At ego noui inq; Vviclef qui dicit

potestatem nõ vereor q̄ flagellare pariter
potes, annihilare non potes. Sic enim ha-
bet ter damnata conclusio C. ly. VVIT-
CLEF. Deus nihil potest annihilare, nec
mundum maiorare, nec minorare. Decla-
rat autem hoc in tractatu vniuersalium ca-
pitulo decimotertio. Suppono, inquit pri-
mo q̄ sicut creatio est productio de puro es-
se intelligibili, & sic de nihilo in effectu ad
esse essentialiter extra deum: sic annihilatio
si foret, esset cessio creaturæ in purum ni-
hil in effectu: sic q̄ existentia creaturæ ha-
beret purum esse intelligibile. Ex quo vi-
detur primo q̄ deus non posset annihilare
re aliquam creaturam, nisi annihilaret to-
tam vniuersitatem creatam: & tamen id
non potest propter Christum & beatos:
ideo videtur q̄ non potest annihilare. Hæc
Vviclef. AVCTOR. Placet mihi q̄ crea-
tionem adnihilationi comparat negatiue.
Sed videamus quid de creatione errauit,
& sic per oppositum clare scimus quid de
adnihilatione desipuit. Supponit primo q̄
creatio est productio de puro esse intelli-
bili ad esse essentialiter extra deum. Aliquid
nouum dicere voluit, sed forsitan non intel-
lexit plene qd dixit. Quid est dicere de pu-
ro esse intelligibili producti creaturam, &
non potuit dixisse de esse possibili, vel de
esse volibili: aut nonne deus potest & de-
us vult eam producere sicut & scit! Non
videtur ergo q̄ creatura potius de esse in-
telligibili producturam quam de esse possibi-
li, secundum dei potentiam, vel de esse vo-
libili secundum dei efficacissimam volun-
tatem. Deridet Aristoteles tales physicos
primo physicorum dicentes ex dulci fieri al-
bum: vel ex lucido fieri magnum. Quã-
uis enim non album fuerit dulce, hoc ta-
men non est nisi per accidens ad fieri albũ.
Per se autem non fit album, nisi ex non al-
bo. Aut quare non sic diceretur q̄ genera-
tio est progressio de esse qualificabili ad
esse. Sicut creatio est productio de esse in-
telligibili: quia sine dispositione præuia
qualitatum non consummatur genera-
tio, sicut nec sine esse intelligibili est per-
ficienda creatio. veruntamen adhuc di-
cat quid æquiuocat, nam idea creaturæ
est secundum ipsum formaliter, nihil es-
sentialiter diuina essentia: aut ergo est
creatio productio de esse intelligibili crea-

turæ formaliter dicto: & tunc producitur
de nihilo: & hoc dixisset melius in termi-
no per se & proprio: vel de esse intelli-
gibili essentialiter dicto: & tunc non pro-
ducitur formaliter de nihilo, sed de natu-
ra dei, quod virat fides dicere propter pro-
pinq;uitatem quam habet cum Manicheis
dicentibus res fieri de natura diuina & eã
esse rebus creatis admixtam. Ideo contra
aduersarium legis & prophetarum libro
primo. AVGVSTINVS. Porro, inquit,
mutabilia bona propterea bona sunt, quo-
niam a summo bono facta sunt. Propterea
mutabilia quia non de ipso, sed de nihilo
facta sunt. Hæc Augustinus. AVCTOR.
Propter hoc ergo simul & quasi vno ore de
finit ecclesia creationem esse de omnino ni-
hilo tanquã per se termino, vnde & contra
Manicheos in Genesim in principio. AV-
GVSTINVS. Hæc, inquit, facta sunt, nec
ea genuit de seipso, vt hoc essent quod ip-
se est, sed ea fecit de nihilo. Hæc Augusti-
nus, AVCTOR. Ita ergo virat dicere res
creatas esse de deo, sicut q̄ essent hoc quod
ipse est. Non ergo sunt de deo, sed de ni-
hilo: nec sunt hoc quod ipse quamuis in
ipso aliud non sunt quam quod ipse est.
Nec negaret hoc philosophus naturalis,
qui dicit generationem simplicem motum
de non esse ad esse: & multo magis hoc de
creatione teneret, si intelligeret: verum
tamen hoc de fide sensit Christianorum
commentator apostata increpans propter
hoc quendam Ioannem Christianum vni-
decimo metaphysicæ commentio decimo
nono. Vere ergo pudendum q̄ Ioannes
noster theologus hanc fidem ignoret,
quam Ioannes philosophus non nesciuit.
Argumentum ergo VVITCLEF contra
potentiam dei adnihilatiuam tale est. Om-
nis creatura habet esse creatum in pri-
mo analogo, sed illud esse cum non de-
pendeat ab esse contractiori non potest per-
di seruato illo analogo, ergo nullius cre-
aturæ omne esse potest desinere esse ser-
uato illo analogo: Quia ergo nulla crea-
tura potest annihilari seruato aliquo e-
ius esse creato, sequitur quod nulla crea-
tura potest annihilari, nisi ens analogo
& per consequens vniuersitas adni-
hilaretur. AVCTOR. Hoc est argumẽ-
tum: & quid amplius dicit, si cõcedat fide

lis consequens de possibili, & si ratio non procedat. Sed vbi argumentum hoc vetus inuenit, responsum potuit inuenisse verum. Solebant veteres respondere, quod quicquid rei ad nihilandum speciale hoc ad nihilatur in ipsa re seruato omni communi sibi & aliis. Nam & alioquin quare non sequitur in forma sua quod nullus potest interficere virum haereticum, nisi occidat totum praedicamentum substantiae, vel ens analogum. Et si vnus homo moriatur de populo, tota species est defuncta? Non, inquit, sunt naturae communes capaces mobilium passionum. Certe sic, quia si quis interficeret Phoenicem aemulam periret speciem vniuersam: veruntamen deus creauit humanam speciem, & ipse redemit, quare ab aequo ad nihilare non potuit. Non dixisti & creare & ad nihilare, sicut & redimere non sunt mobiles passiones, & tunc conueniunt naturae communi. Sed hoc interim verum est quod mortuo homine species seruatur in alio, & inde est quod species non moritur. Moreretur autem si vnicum eius suppositum moreretur. Ita dicendum puto ens analogum seruari vno aliquo ad nihilato supposito, non autem seruari in illo. Ad nihilatur autem in ipso non ad nihilatur simpliciter, quia in alio conseruatur. Rationes fidelium ad hoc sunt quod creatura potest reducere effectum ab ea productum ad terminum suum primum. Multo magis deus potest generare hominem de non homine, & eundem in non hominem perimedo destruere, & artifex de ligno scabellum facit, & scabellum etiam in non lignum sufficit demurare. Quid est ergo quod deus potest hominem creare de nihilo sine inuolutione entis analogi: & iam creatum sine illius analogi detrimento, ad idem nihil retorquere non valet. Ipse forsitan innuens ad nihilationem in verbis famosissimus olim dixit. Ego occidam & ego viuere faciam, percutiam & ego sanabo: & non est qui de manu mea possit eruere. Quid defuit ne saltem diceret inter haec verba, Ego creabo & ad nihilabo: veruntamen ex hoc quod dicit non est, non dicens aliquid in genere euidentem esse fidei quod totum ens analogum secundum esse obedientia le omnium contentorum subicitur prone deo potenti secundum actus illos pre-

dictos scilicet occidere, & viuere facere, percutere & sanare: quod si bene pensauerit creare & ad nihilare. Vel dicat aduersarius quid est occidere ens analogum, si non ad nihilare: vel ens illud sanare nisi creare. Fidelis autem doctor Augustinus lib. primo contra aduersarium legis & prophetarum statim post principium hoc suadere videtur. AVGVST. Mala, inquit, sine bonis esse non possunt. Si enim nihil nocet, mala non sunt: si autem nocent, bonum minuunt: & si amplius nocent, habent adhuc bonum quod minuunt: & si totum consumunt, nihil naturae remanebit cui nocetur: ac per hoc nec malum erit a quo noceatur, quando natura defuerit cuius bonum nocendo minuitur. Vtrum autem aliqua natura hoc est substantia prorsus ad nihilum redigatur, disputatio subtilissima est. Sed fides veracissime decernat deo. Mutabis ea & mutabuntur: tu autem idem ipse es. Nec fecit ergo nec fregit mutabilia bona, nisi immutabile bonum quod est deus. Haec Augustinus. AVCTOR. Ex hoc textu videtur Augustinus sentire non solum deum posse, verum & de facto redigere aliquam substantiam in nihil: quis haec subtilitas aliquos lateat: omnes sunt termini de in esse: & ponderemus dicta. Mutabis, inquit, ea & mutabuntur, sed qua mutatione, subiungit illam cum oppositione sua, non fecit ergo nec fregit mutabilia bona nisi deus. Si aliquam mutationem dixeris intra genus esse factionem illam vel fractionem quam non excuset nisi deus, falleris: quia illae omnes conpetunt creaturis. Sicut factio generationis & fractio corruptionis & similia. Factio ergo ista ad nihilatio est: factio vero creatio ei opposita: de quibus dicit Augustinus, quod nec fecit nec fregit mutabilia bona, nisi deus immutabile bonum. Et notanter dicit Augustinus non fregit nec fecit, nisi deus: quod dat intelligere peritis quibusdam, aliquando deum fecisse creatiue, & fregisse ad nihilatiue creatas naturas. Sicut videtur eis deus facere quoti die in destructione gratiae & charitatis, & trinae virtutis infusa spiritus sancti donorum & similibus per peccatum mortale. Non enim potest dari subiectum, in quod resoluti debeant, quae ex nullo subiecto fiebant. Sicut esset dicere de albe-

dine, sapore & talibus accidentibus inditibus a natura. Aut nonne loquela asinae Baalam ad nihilabatur post factum? Non enim potuit cedere in potentiam causarum secundum condandarum de quarum potestate eius formatio non pependit. Beatus vero Augustinus, dicit omnem creaturam corruptibilem, per ablationem omnis naturae & omnium boni: & quid est hoc si non ad nihilatio? vnde in libro de natura boni post principium declarat ipsum sic, AVGVSTINVS. Corruptio, inquit, omnem modum, omnem speciem, omnem ordinem, si rebus corruptibilibus auferat, nulla natura remanebit ac per hoc omnis natura quae corrumpi non potest, summum bonum est, sicut deus est: omnis autem natura quae corrumpi potest etiam ipsa aliquid bonum est, non enim posset ei nocere corruptio nisi adimendo & minuendo quod bonum est: creaturis autem praestantissimis hoc est rationabilibus spiritibus hoc praestitit deus, ut si velint corrumpi non possint: Et sequitur bene post. Omnes enim naturae corruptibiles sunt, nec omnino naturae essent nisi a deo essent: nec corruptibiles essent, si de illo essent: quia hoc quod ipse est, essent: ideo ergo quocunque modo, quacunque specie, quocunque ordine sunt, quae deus est a quo factae sunt. Ideo autem incommutabiles non sunt: quia nihil est vnde de factae sunt. Haec Augustinus. AVCTOR. Vide quod plane declarat Augustinus quod omnis natura quae corrumpi non potest deus est. Quomodo autem intelligit corruptionem subiungit vsque ad purum nihil. Corruptio, inquit, omnem speciem, omnem ordinem, omnem modum, si auferat: nulla creatura remanebit. Pone ergo aliquam in creatura entitatem, & vel illa corrumpi potest per ablationem omnis naturae vel illa deus est, & summum bonum. Tamen contra hoc subscribit Augustinus, Omnes inquit naturae corruptibiles sunt quae scilicet naturae non essent nisi a deo essent. Nec leuiter dimittenda est in praedictis, metaphysica Augustini volentis creationem & ad nihilationem esse primas mutationes: vnde quoad creationem est quod dicit propterea mutabilia, quia non de ipso sed de nihilo facta sunt. Quo ad ad nihilationem, Mutabis ea & mutabuntur. Ex creatione ergo sua habent omnes creaturae mutabilitatem suam qua-

trahit intra genus, & eo maior est simpliciter mutatio quo magis accedit ad rationem creationis vel eius oppositi. Sicut est de generatione simplici vel corruptione, quae est de non ente in non ens. Et quod sit necessarium creationi posse habere ad nihilationem in ratione mutationis oppositae potest fieri talis ratio. Omnis oppositio in mutationibus secundis est propter oppositionem in primis: sicut glaucum & viride non contrariarentur, nisi quia primo contrariantur album & nigrum. Sed in omni mutatione secunda quae est intra genus est oppositio, sicut generatio & corruptio in genere substantiae. Intensio & remissio in qualitate. Augmentatio & diminutio in quantitate. Motus rectus & obliquus in vbi. Multo magis ergo primae mutationi quae est creatio est dare ad nihilationem quae illi linealiter opponatur. Et quantum est ad naturam creatam est ibi possibilitas tendentiae in nihil, quae non posset esse sine potentia permittente ex parte dei, si potentiae passivae debeat semper correspondere actiua potentia, tam secundum affirmationem quam secundum negationem. vnde Anselmus in prologo eius capitulo decimosexto, ANSELMVS. Tu, inquit, domine imple & complere omnia, tu es ante & ultra omnia: & quia ante omnia es, quia antequam fierent tu es: ultra omnia vero quomodo es, qualiter es enim ultra ea, quae finem non habent: an quia illic sine te nullatenus esse possunt: tu autem nullo modo minus es, etsi illa redeant in nihilum: sic enim quoddammodo es ultra illa, an etiam quia illa cogitari possunt habere finem: tu vero nequaquam. Nam sic illa quendam habent finem quoddammodo: tu autem nullo modo: & certe quod nullo modo habet finem, ultra illud est quod aliquo modo finit. Et cap. xv. Quod incepit a non esse & potest cogitari non esse: & nisi per aliud subsistat, redit in non esse, id non est proprie & absolute. Haec Anselmus, AVCTOR. Ecce quod creatura redit in non esse de natura sua, & potest cogitari non esse. Hoc forsitan est dicere quod creatura in ratione sua includit aptitudinaliter non esse, sicut dicit Aristoteles nono metaphysicae. Quod omne possibile est in potentia ad esse, &

non esse. Et ideo Augustinus ponit necessarium dependentiam ad deum tenentē iiii. super Genesim ad literam cap. xiiii. AVGVSTINVS, Creatoris inquit potentia & omnipotentis atq; diuina tenentis virtus causa subsistendi est omni creatura, quae virtus ab eis quae creata sunt, si aliquando cessaret simul & illorum cessaret species omnibusque natura concideret. Hæc Augustinus. AVCTOR. Sed & in prædictis ad argumentum Vuitclef est facta solutio dicentis. Si creatura aliqua adnihilaretur, de rogaretur diuine bonitati, quæ seipsam diffundit in creatione rerum qualiter antiquus dictum est. Quod omne bonum est sui ipsius diffusiuum. Sed audistis dicere Anselmum, Tu, inquit, nullo modo minus es, & si illa redeant in nihilum. Et supra, propter hoc dixit Augustinus illud psalmi. Mutabis ea & mutabuntur: tu autem idem ipse es, volentes dicere quod sicut dei bonitas non crescit sibi in creando: sic nec sibi potest decrescere in adnihilando. Ipse enim semper idem est & non minus est aliis demutatis. Nec video quid decrescat soli de splendore si subtrahat mundo suum lumen. Quare ergo sine defluxu bonitatis aeternae potest deus rebus creatis manum subtrahere conseruantem.

Ad obiecta Vuitclef, ne deus posset adnihilare quicquid propter vacuitates infinitas in ente analogo, vel destructionem finalem illius entis.

CAPVT XVIII.

AVCTOR.



Vitū quoque anxii reddit nostrū VUITCLEF, quia data adnihilatione, multa foramina, inquit, vacui infiniti generarentur in ente analogo. AVCTOR. Videt mihi quasi iste dormierit cum Nabuchodonosore: videns sibi ipsi somnium, quod perterritus somniantem. Somniavit sine dubio illud vacuum infinitum & foramina illa entis analogi quæ nec Daniel sapiens in sacris literis reuelauit, nec suasit vnquam ratio naturalis. Sed dicat ipse quas vacuitates Christi fides dicit futuras in genere prædicamentali substantiæ: de quo fugabuntur in futuro seculo, tot pecudum species, tot volucrum genera, tot dispares feræ

pētum materies, tot muscarum greges. De genere quātitaris totum tempus grossum & pene totum genus entium successiuorum & tunc ibi tot dabuntur foramina vacua sine spe repletionis aeterna. Sed existimo non ista deplorat quia remanent quidditates, & enti analogo non obfistunt. Sed forsitan si subtiliter disputetur, videbitur quod euacuata specie per subtractionem omnium superpositi quidditas effugatur secundum illud. Subtractis primis impossibile est aliquid aliorum remanere: & cum non remaneant in causis secundis, qualiter vermes futuri in materia putrida, eo quod subtrahenda est in illo statu toti naturæ tam possibilitas quæ facultas producendi de cetero prædictos effectus, dabitur necessario quod huiusmodi naturarum possibilitas iam non sit intra ambitum voluntatis dei seruatis: qualiter ibi sunt creatio carnis Christi de costa: alius redemptor possibilis, & huiusmodi qui seruantur deo ut possit secundum processum Augustini supra: sed nunquam erunt. Et huic accedit testimonium illud angeli iurantantis per viuētem in secula quod tempus non erit ultra Apocalypsis decimo. Sed miror quod tantum luget vacuitates istas in ente analogo de diuina potētia & vacuitates quotlibet quotidie contingentes non lamentat immo concedit in deo de causalitate humana ut virtus hominis iam corrupta per peccatum, est in deo non per ideam, sed per vacuitatem sui oppositam. Sicut ipse dicit libro suo de ideis cap. v. allegans pro se venerabilem LINCOLINENSEM in expositione euangelii. Exiit edictū: vbi sic. Libri in quo scriptæ sunt per ordinem omnium rerum naturæ & consequenter naturarum proprietates naturales, & si qua deficit a naturali proprietate, vbi illa deberet scribi relinquatur spatium vacuum. In huiusmodi igitur vacuitate potest legi vel cognosci priuatio vel defectus proprietatis naturalis: & posito quod ipse liber sufficeret seipsum scribere & legere in huiusmodi vacuitatibus agnosceret & legeret rerum naturalium priuationes. Cui ergo deus sit liber aeternus cuius aeterna scriptura est coeterna suæ sapientiæ in qua per aeternam rationem habet omnia suas descriptiones: defectus autem & priuationes non ibi habent suas descriptiones, sed vt huiusmodi descriptionum vacuitates. In illis itaque vacuitatibus defectus & priuationes agnoscit deus. Hæc ibi. AVCTOR.

Quod si ista habeat huiusmodi vacuitates aeternas in deo: quare non multo magis possunt efficere similes vacuitates nouelas in creatore ente analogo? verum tamen vtrum ens tuum analogum sit aliquid positiuum distincte extra genera, nondum definitum est. Per te enim nihil erit, nisi deus: tamen si esset creatura, haberet ideam in deo, secundum quam esset inter creaturas producta, quod tamen non permittis, quia non est per se in genere. Sic enim dicis capitulo quinto prædicto, quod futuritiones & præteritiones aeternæ & breuiter quæ non sunt per se in genere, non habent ideas in deo. Confirmatio argumenti eius est hæc in vniuersalibus loco prædicto. VUITCLEF. Ad hoc, inquit, quod singulare aliquid creetur oportet, quod sua species & suum genus creetur, ergo a contrario per idem ad hoc quod singulare adnihilaretur, oportet quod omne superius adnihiletur. AVCTOR. Quantum ad vtramque formam certum est argumenta non procedere, nisi ab infecta radice in ramos erraticos. Quod enim parum errauit in philosophia, hæresim grandem propagauit in fide. Non enim sicut ipse autem natura aliqua cum sui simplici in diuisione actuali, & aptitudinali contentis suis communicat semetipsam, immo sicut docet doctor subtilis super primum. Omnis natura communis creata communicatur inferioribus cum sui diuisione reali singulis suis contenta: & sola natura communis diuina secundum se totam omni modo est in omni suo supposito, & hoc est inquit omnium miraculorum altissimum. Omnis ergo natura communis creata communicatur inferioribus cum sui diuisione reali: non dico diuisione molis quam non potest habere nisi in aduentu posteræ quantitatis, quæ & totaliter non posset reperiri in angelis & animabus, sed diuisione quadam intrinseca quam quidam metaphysici intensiuam appellant: ad modum loquendi DAMASCENI qui in sua logica cap. secundo, Diuiditur, inquit, homo in Petrum, Paulum & Ioannem, & in reliquos secundum partem homines: & iterum post, homo in omnes secundum partem homines diuiditur, qui infiniti sunt numero. Hæc ille. AVCTOR. Vocat hic supposita hominis secundum partem homines, quasi si portiones communis speciei in quas natura diuiditur: secundum quod dixit Porphyrius participatione speciei plures homines

sunt vnus homo. Hæc ergo diuisione causam te, aliam humanitatem habet Thomas, aliam habet Ioannes, quis eandem in specie: aliam animalitatem, aliam substantiam, aliam entitatem. Natura communis est quæ non est nisi in contentis inferioribus quibus sit homogenia & eiusdem rationis in omnibus, aliquid tamen sui communicauit vni quod alteri non donauit: puta hanc humanitatem huic, & illam illi. Sicut eodem lumine solis illustratur medium totum simul & tamen non eo radio aqua quo vitrum. Hanc ergo humanitatem adnihilabit deus, si adnihilat Socratem, & hanc corporitatem, & hanc substantiam, & hanc entitatem, quæ scilicet entitas communis cum sui diuisione reali communicauit Socrati: vel substantia communis, vel corpus commune: non autem totam entitatem: quia non se totam communicauit Socrati syncategoreumatice intellecto: quia entitatem suam quam communicauit Ioanni, non communicauit Socrati: quæ admodum dicit in logica sua capitulo secundo DAMASCENVS. Ecce, inquit, ens, nec suscepit totum terminum entis, neque accidens: sed substantiam quidem medietatem, & accidens aliam medietatem. Hæc ille. AVCTOR. Remanebit ergo entitas sua communicata Ioanni, adnihilata omni entitate sua communicata Platoni. Sed dicis entitatem communem communicauit ens Platoni. Potest esse & illa quantum fuit in supposito adnihilato iam est adnihilata. Sicut iste dominus est possessor communis huius domus, & illius asini, & mortuo asino perit possessio possessoris communis non tota syncategoreumatice, sed quam habebat in asino: & iste radius perpendiculariter transiens totum medium est communis vltimæ parti sicut mediæ & primæ & interposito obstaculo perit ille radius communis non secundum se totum syncategoreumatice, sed in data parte medii quæ recepit obstaculum. Veritas ista est planissima si tria non desint, scilicet animus doctus, logica cautus, & philosophia sensata. Sed omnis error in hac materia est apud decem pros, putantes naturam communem creatam, ita cum omni integritate, & totaliter communicari suis contentis, sicut natura super simplex diuina communicatur supposito suo trino. Quibus autem videtur naturam superiorem communicari ceteris suis multiplicatiue: adhuc redit eadem substantia res

spendendi, q̄ illud superius non cedit in nihil secundum se, sed secundum esse suum in illo adhihilato contento. Sicut anima intellectiua mortuo vel abscisso membro manet indemnis in se, quamuis iam perdidit esse suum ibi. Et videntur esse similes in argumentis qui dicunt speciem oportere adnihilari adnihilato supposito: & qui arguunt animam esse abscisam per abscisionem digiti. Sufficit ergo quantum ad formam rationis inducta q̄ cathena illa soluitur, ne sit tanta affinitas naturarū quin vna natura possit frangi & fieri superiori natura manente intacta, & vnum suppositum sine alio, vbi scilicet natura non nisi diuisa realiter sit communis: & hoc a maiori cum vnum suppositum possit suo modo fieri & frangi incarnando & moriendo, alio supposito, nec facto nec fracto nisi natura numero singularis cum omni identitate imaginabili comunicatur eisdem. Demum quid arguendo supponit audiamus, VVICLEF. Ad hoc q̄ singulare aliquid creetur oportet, vt sua species & suum genus creetur, & per consequens q̄ eodē ordine res adnihiletur, AVCTOR. Si bene intelligam iste per suam phantasticam creationem rerum in ente analogo ruit iam in profundam haeresim sub titulo gemino. Ecce fides dicit q̄ requieuit deus die septimo ab omni opere quod fecerat: quia scilicet secundum Augustinum a condendo nouas species requieuit. Et eadem fides dicit, q̄ pater meus vique modo operatur, & ego operor: noua scilicet indiuidua secundum eandem species creando quotidie. Aut quid dicit, nonne productio illa diuina qua animae quotidie infunduntur est vera creatio? Immo & non nisi creatio? Nunquid omnes istae hominum animae in ente analogo in exordio mundi simul creatae sunt, & ideo hodie na eorum infusio creatio esse non potest, &c. errabis in gemina forma anteceder scilicet & consequenter. Scio q̄ definitio fidei hoc repellit. Nam beatus Augustinus de definitionibus recte fidei capitulo decimoquarto, AVGVSTINVS. Animas hominum dicit non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas nec simul creatas, sicut Origines fingit: neque cum corporibus per coitum seminantur, sicut Luciferiani & Cyrillus & alij latinorum praesumptores affirmant: quasi natu-

rae consequentia seruiente: sed dicim⁹ corpus tantum per coniugii copulam seminari, dei vero iudicio coagulari in vulua & compingi atq̄ formari: ac formato iam corpore animam creati & infundi vt viuat in vtero homo ex anima constans & corpore, vt egrediatur viuus ex vtero plenus humana substantia: creationem vero animae solum creatorem omnium nosse. Hec Augustinus, AVCTOR. Quomocumq̄ ergo fuerit de creatione animae in ente analogo, fides dicat eam iam creati quādo infunditur corpori iam formato: & tamen iam non creat deus nouam speciem qua requieuit die septimo. Ergo secundum fidem Christi iste errat supponēdo ad creationem indiuidui speciem nouiter oportere creati. Quicquid ergo iste docuerit solida fides dabit creationem esse productionem aliquid de simplicitate nihil: dabit etiam q̄ omnis cursus dei cum creatura producente causalitate, secunda est creatio, ita vt non tantum dicatur rei creatio, productio eius ad aliquod esse extra deum purat ad causas secundas & demum q̄ per causas naturales non creatiue, sed aliter producatur ad esse completū in proprio genere. Sicut multi concipiūt imprudēter. Et videt hoc docuisse eos VVIT, cap. tertio secundo trialogi, vbi dicit triplex esse creatura. Primo ideale in deo, secundo exemplare in suis principiis: & tertio esse indiuiduum in cōpleto esse existere: quod sit opere administrationis: & propter medium esse dicuntur omnia facta a deo creati, licet opere administrationis ex aliis producantur. Hec ille, AVCTOR. Certe fides antiq̄ ecclesiae dicit rem creati propter vtrumq̄ esse, t̄a medium q̄ vltimū, quod est esse cōpletū existētię. Sed deus se solo producit rem de nihilo ad esse potentiale in causis secundis, & dehinc concurrunt deus & agens naturale producēdo re ad esse proprii generis, deus semper creando, & aliud agens generando, vel alia productione in specie & non cōfundūt se vel admiscēt productiones istę, dum simul incedunt. Sicut nec lumina in medio se confundunt vel permiscēt secundum perfectiones: vnde epistola ad Cōsentium quę est inter epistolas septuagesimae materita AVGVSTINVS. Quomodo inquit negare poterimus deum & nunc operari cuncta quae creantur cum dominus dicat, Pater meus vsq̄ nūc operatur. vnde

cessatio illa septimi diei ab ipsis naturis condendis intelligenda est facta nō ab earum administratione, quae conditę referuntur. Quia ergo natura rerum a creatore administratur, & per ordines prefinitis locis & temporibus suis cuncta nascuntur, deus vique nunc operatur, nam si deus nunc ista non format quomodo legitur, Priusquam te formarem in vtero noui te? Quomodo & accipi potest, q̄ si foenum agri quod hodie est & cras in cibum mittitur deus sic vestit? Nisi forte credendum est foenum a deo vestiri, & a deo corpora non formari. Cum enim dixit vestit: non se de praeterita ordinatione, sed de praesenti operatio ne dicere latis indicat: vnde est illud Apostoli de seminibus, Non inquit corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum: forte tritici aut alicuius ceterorum, deus autem illi dat corpus quomodo voluerit. Non dixit dedit aut disposuit, sed dat, vt creatorem intelligas, efficaciam sapientiae suae rebus quae quotidie suis temporibus oriuntur condendis adhibere, de qua sapientia dictum est: protendit a fine vsque ad finem fortiter: & non dixit disposuit, sed disponit omnia suauiter. Multum est autem tenuiter sapere, quomodo commutabilia & temporalia non commutabilibus nec temporalibus creatoris motibus, sed aeterna & stabili virtute condantur. Hec Augustinus, AVCTOR. Nec est creatio dei minus creatio propter concursum generationis, sicut nec illuminatio est minus illuminatio propter concursum calefactionis specie distinctae. Sed deus continue creat, & agens naturale seorsum generat. Creat deus quia rem de nihilo primo deduxit, & agens generat, quia non producit nisi de aliquo prius producto, & hoc est quod dicit Augustinus contra Manicheos super Genesim capitulo sexto: AVGVSTINVS. Ideo deus rectissime creditur omnia de nihilo fecisse: quia & si omnia formata de ista materia facta sunt, haec ipsa tamen materia de omnino nihilo facta est: & quo ad agentia creata, subdit ibidem, Aurum aurificem, terra figulum adiuuat, vt possit perficere opera sua: si enim non adiuuent ea materia, vnde aliquid faciunt, nihil possunt facere cum materia ipsam ipsi non faciunt. Non enim facit faber lignum, sed de ligno aliquid facit. Sicut & ceteri omnes

huius modi opifices. Omnipotens autē de⁹ nulla re adiuuandus erat, quam ipse non fecerat vt quod volebat efficere. Si enim ad eas res quas facere volebat adiuuabat eū aliqua res quā ipse non fecerat, non erat omnipotens, quod sacrilegum est credere. Hec Augustinus, AVCTOR. Audiatur Augustinus, cum dicit materiam primitiuam de nihilo omnino factam esse, vt iam non possit adiuuare glossa illa, q̄ fuerit nihil in effectu, aliquid tamen in esse intelligibili: ipse enim Augustinus dicit eam de omnino nihilo esse factam, & haec est completa ratio creandi secundum eum, ita q̄ quāuis iam producat deus hominem de praecedente materia concurrentibus secum partibus & aliis causis secundis: solus tamen deus creatiue producit, quia omnes causas primordialiter produxit de omnino nihilo. Sicut ipse lata disputatione demonstrans xii. de ciuitate cap. xxv. AVGVSTINVS, Non solum inquit agricolas non dicimus fructuum liquorumq̄ creatores cum legamus, Neq̄ qui plantat est aliquid, neq̄ qui rigat: sed qui incrementum dat deus, sed nec ipsam quidē terram quae mater omnium foecunda videatur quae germinibus erumpētia, promouet & fixa radicibus continet, cum itidem legatur, deus illi dat corp⁹ quomodo voluerit. & vnicuiq̄ seminum proprium corpus. Ita nec foemina sui creatricem puerperii appellare debemus, sed potius illum: qui cuidam suo famulo dixit, Priusquam te formarem in vtero noui te: & quae anima sic vel sic affecta praegnantis valeat aliquibus velut induere qualitibus foetum velut de virgine variatis fecit iacob, vt pecora colore vario gignerentur. Naturam tamē illam quę gignitur tam ipsa non facit quam nec ipsa se facit. Et seq̄. Quapropter si in illa specie quam forinsecus corporalibus opifices rebus imponunt urbem Romam, & urbem Alexandriam non fabros & architectos, sed reges quorum voluntate, consilio & imperio fabricatae sunt, illam Romulum hanc Alexandrum habuisse dicimus conditores: quanto potius non nisi deum debemus conditorem dicere naturarum, qui neq̄ ex ea materia facit aliquid quam ipse non fecerit: nec operarios habet nisi quos ipse creauerit. Hec Augustinus, AVCTOR. Isti processum quasi integrū

refumens Augustinus, lib. tertio de trinitate capitulis. xi. xii. xiii. Idem AVGVST. Sicut, inquit, nec parentes dicimus creatores hominum: nec agricolas creatores frugum, quis eorum extrinsecus adhibitis moribus ista creatura dei virtus interius operetur: ita non solum malos sed nec bonos angelos fas est putare creatores &c. Hæc Augustinus. AVCTOR. Videat ergo Vuitcleuista ne dicat creati rem solum in ente analogo, & deinceps producta in speciem propriam, sed a primo nihilo creatiue dei produxisse rem & in speciem propriam, concurrentibus cum ipso causis secundis quæ creatrices causæ fore non poterant, sed suis modis variis productrices, & sic iam quotidie sciunt creati creaturas innumeras secundum supposita: vt instantia & partes temporis infinitas, vermes, homines, pecudes infinitas, qualitates corporeas, & spirituales, preces sanctorum, merita hominum & quotlibet alia: cum tamē citra primū sabbatum nouam speciem, vllatenus non crearet, qualiter clare deducit Augustinus de mirabilibus sacre scripturæ primo capitulo.

Quid sit creatio & per hoc quid annihilatio.

Caput. XIX.

Supponitur ergo ex præmissis iuxta principia scripturæ & doctorum, quod summo creationem & annihilationem vt sunt mutationes simpliciter primæ, Creatio descriptiue est productio alicuius de nihilo primordiali: quæ est actio deo tantum competens, & semper dum quicquid fit intra ambitum entis creat. Vnde & productio eius de materia præiacente: qualiter fecit vinum de aqua, Euam de costa, & quotidie hominem de homine, est vera creatio: eo quod sicut Augustinus dicit, non ita productum de materia, quoniam materia ipsam olim ipse produxit. Est igitur terminus simpliciter attendendus primus, vnde specificanda est productio. Quæ ideo dicitur productio quasi a procul ductio. Et HIERON, in interpretatiōe tripartita, Productio est in lōgū tractus. AVCTOR. Quia ergo primus terminus a quo simpliciter deus producit hominē est simpliciter primordialē non esse eius, ideo eius productio a tam procul est creatio: quæ productio creati agentis cum ipso concurrēs sit mutatio aliqua

intra genus. Nec placet ecclesiæ descriptio illa Vuitcleff. quod creare sit producere aliquid ab esse intelligibili: quia cum esse intelligibile creaturæ sit essentialiter deus: daret Manicheis confirmationem prægrandem quod omnis creatura esset de diuina substantia, quod ideo procul euitans in Genesim contra Manicheos lib. primo capitulo secundo. AVGVST. Hæc, inquit, facta sunt nec ea genuit de seipso, vt hoc essent quod ipse est: sed ea fecit de nihilo vt non essent æqualia, nec ei a quo facta sunt, nec filio eius per quem facta sunt. Hæc Augustinus. Et hexameron Homil. prima. AMBROSIVS. Auctorem enim angelorum & dominationum & potestatum, facile intelligimus eum, qui momento imperii sui hæc tantam pulchritudinem mundi fecit esse quæ non erat, & de non existentibus aut rebus aut causis donauit habere substantiam. Hæc ille. AVCTOR. Quod si nec de rebus, nec de causis, quomodo de ideis, quæ & res sunt & causæ secundum eum. Secundo, quia spiritus sanctus ab esse producit suo intelligibili, secundum multos vel comitante vel originaliter præcedere: quia pater & filius non sine intellectu principiant. Sic ergo diffinire creare, opinionem Macedonianā firmaret, quæ spiritum sanctum bonam prædicat creaturam. Tertio, quia descriptio illa errorem firmaret Platonici ponentem ideam secundum rerum principium: de quo primo capitulo hexameron dicit, AMBROSIVS. Tantum ne opinionis sumpsisse homines præsumserunt, vt aliqui eorum tria principia constituerint omnium, deum, exemplar & materiam: sicut Plato discipulique eius, & ea incorrupta & increata, & sine initio esse asseruerunt: deumque non tantum creatorem materiam sed tantum artificem ad exemplar, hoc est ideam intendentem fecisse mundum de materia quæ vocauit hylē. Hæc ille. AVCTOR. Nec putet fidelis quisquam quod Ambrosius damnet ideas quas tam fideliter Augustinus affirmat, sed ne idea videretur distinctum esse & quasi secundum principium quod deus cuncta produceret, sicut idem ipse declarat se postea dicens. AMBROSIVS. In euangelio dei filius dicentibus, Tu quis es? Respondit principium qui & loquor vobis: & ita ipsum dedisse gignendis rebus initium, ipsum esse creatorem mundi non ideam quadam duce imitatore mactere, ex


qua non ad arbitrium suum sed ad speciem propositam sua opera formaret. Hæc ille, AVCTOR. Non ergo Augustinus non Ambrosius diceret ideam esse secundum principium, sed idem cum deo, & omnino idem principium creaturæ: Vuitcleff, autem videretur hoc dicere cum asserit creationem esse productionem diuinam ab esse intelligibili: quia aliud iam videretur esse deus, aliud idea, vel esse intelligibile, saltem in ratione principii vel eundem bis sumit in descriptio: ne sub terminis variatis: ita vt velit dicere quod creare est diuina productio de deo, & tunc quæ est descriptio plus ridenda? Ad nihilatio vero est mutatio primaria illi directe, operata: & est ex parte passivi generalis celsio creaturæ in primordiale non esse, quod scilicet communicatur esse ideale præcise sumptum & est primus terminus simpliciter creationis oppositæ. Hoc idem non esse quod Augustinus vocat frequenter supra omnino non esse. Vnde libro primo in Genesim contra Manicheos capitulo secundo inducens sermonem de tempore AVGVSTIN. In principio, inquit, temporis deum fecisse celum & terram credamus. Debemus utique intelligere quod ante principium temporis nouerat tempus: deus enim fecit & tempora, & ideo antequam faceret tempora non erant tempora. Non ergo possumus dicere fuisse aliquod tempus quando deus nondum aliquid fecerat. Quomodo erat enim tempus quod deus non fecerat, cum omnino temporum ipse sit fabricator? Et si tempus cum celo & tempore esse cepit, non potest inueniri tempus quo deus nondum fecerat celum & terram. Hæc Augustinus ibidem, AVCTOR. Hinc potest Vuitcleff, scire quod supra diximus esse verum, non esse scilicet aliquod tempus nec per idem aliquam speciem creaturæ nisi tempus iam factum vel creatam speciem. Sic enim Augustinus querit quomodo erat tempus, quod deus non fecerat, & tamen recolens bene de tempore ideali. Intelligere inquit debemus, quod ante principium temporis nouerat deus tempus, & tandem non minus subiicit quod deus fecit tempora: & ideo antequam faceret tempora non erant tempora. Vnde plane patet tempus intelligibile non fuisse tempus, sed cum illo tempore verum non esse temporis concitari, quo visque haberet esse per creationem. Hoc ergo non esse est versus terminus a quo creationis formalis, & verus terminus ad quem annihilationis oppositæ. Sed

dubitant quidam nunquid omnem corruptionem comitatur annihilatio, sicut omnem generationem creatio comitatur verbi gratia. Concurfus dei cum causa secunda producente vermem de ligno est creatio, nunquid ergo resolutio istius vermīs in lignum vel aliam causam secundam de quantitate est dei, erit annihilatio: vt sic eodem ordine res per annihilationem tendat in non esse, quo de non esse per creationem exiit? Et responderetur quod non. Quia iste sunt mutationes primæ, & idcirco solæ inter omnes ab vno termino specificantur & suo supposito creato: scilicet a non esse, & deo educte. Ad nihilatio quidem ab eodem non esse in ratione termini ad quem, & a deo resolvente: creatio vero quia primo attingit terminum suum formalem, & ideo semper de cætero est creatio. Ad nihilatio consimiliter non erit quousque eundem terminum attingat in ratione ultimi termini, & hoc tunc primo quando deus subtrahit manum suam conseruantem. Et idcirco dixit Augustinus supra. Quod si deus potentiam suam fabricatoriam subtrahat a rebus, ita non erunt sicut antequam fierent non fuerunt: quamuis secundum aliquem loquendi modum annihilatio est citra finale non esse secundum illud. Ad nihilum redegit valde Israel. Sed Augustinus proprie loquitur de annihilatione perfecta. Et sic in Hexamero Homilia prima loquens de deo, AMBROSIVS. Ex ipso inquit materia, per ipsum operatio que ligauit atque construxit vniuersa in ipso: quia & quandiu vult omnia eius virtute manent atque consistunt: & finis eorum in dei voluntatem recurrit: & eius arbitrio resoluuntur. Et statim post principium eiusdem Homilia loquens de partibus integralibus huius mundi, Vt fortuito inquit iungerentur & coniungerentur, ita fortuito ac temere dissoluerentur, nisi in sui gubernatoris virtute diuina cõsisterent. Hæc Ambrosius, AVCTOR. Nec mouere debet constantem virum quod Augustinus dicat in libro de immortalitate animæ, quod illa effectoria vis vacare non potest, quum id quod ab ea factum est tuetur & specie carere non sinat qua est in quantumcunque est. Habet scio Augustinus hæc verba, sed non est ponderanda modalis aliter quam si poneretur de in esse: quemadmodum paulo superius dicit quod hæc vis & natura incorporea effectrix corporis vniuersi si presentis potentia tenet vniuersum. Non

enim fecit atq; discessit effectumq; deseruit. Habet enim verba eius in hoc libro nō multū auctoritatis eo q; vt ipse in retractationibus suis dicit, multa ibi insolenter dixit, & contorte & vix intelligibiliter sibi ipsi, etiam non bene iuxta scripturas. Ideo dicta eius in hoc libro non soleo habere pro magnis vbi materia est grandis vt de aliis intemeratis libris eius testimonium statim adiungam.

D Querunt insuper alii an deus non possit ad nihilare totum sine partibus? Et certum est quāsdam esse partes rei remotas, veluti parentela vel patria sunt partes indiuiduantes humanum suppositum: & iste respectus ad ceterum mobile est indiuiduatio partialis huius loci. Potest tamen ad nihilare hunc locum absolutum subintrante alio loco eandem respectiuitatem ceteri vel celi: & seruata tota parentela Ioannis & patria ad nihilare Ioānem, nō em̄ sunt partes nisi extra se & remote. Sūt itaq; partes fluentes, vt Socrates est pars politica ciuitatis, & iste sanguis q; utiq; poterit exhalari & seruari supposito eius ad nihilato. Solas ergo partes rei necessarias oportet deū ad nihilare si totum ad nihilat & e contrario. Et idem de creatione est iudicium: siquidem eadem est disciplina oppositorum.

Q CREATIO EST DE OMNINO NIHILO, & non solum ab esse intelligibili, vel a nihilo in effectu
Cap. XX,

E  T autem pateat qualiter vir iste gnarus sit ad venā dū pericula, & docilis multum ad piscandum errores: inquirendum est quid sentiat de termino a quo creatiois diuinæ. Omnis enim antiquitas ecclesiæ dicit illud mere nihil Vviteless, autē modo difficat terminum ne sit omnino nihil, sed esse perfectissimum rei creatæ, scilicet esse eius ideale: quia vt dicit, deus non potest aliquo modo in pure nihil: Vnde capitulo vndecimo primi Trialogi. VVITCLEFF. Si quæras, inquit, quare deus non prohibuit hominem ne sic peccet: est mihi facile respondere quod ideo quia hoc non fuit prohibile: cum non fuit: nec potentia dei se extendit ad hoc cum hoc non est & potentia diuina non se extendit ad nihilum & vacuum. Hæc ille. AVCTOR, Audio tamen spiritum san-

ctum dicere oppositum. Iob vicesimosexto. Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihil. Quomodo ergo non errat iste directe contra spiritum sanctum? Hoc tamen stante positione sua de esse rei necessitatibus consistit: & ideo sic descriptionem suam de creatione contexit q; sit productio rei ab esse ideali vel a nihilo in effectu, non ab omnino nihilo: quia potentia dei non se extendit ad nihil, nec creando nec ad nihilando: sed a nihilo in effectu, quod tamen est aliquid in intellectu, & ideo non mere nihil. Et verificabitur error Aristotelis quod ex nihilo nihil fit. Iste fuit veteris error Manichæorum dicentium aliquid esse nihil, quemadmodum nunc ratificat iste nihil in effectu, esse aliquid quia est esse ideale in diuino conceptu. Vnde capitulo vicesimo quinto de natura boni inferens, illud Ioannis annis, sine ipso factum est nihil. AVGVSTINVS. Neque inquit audienda sunt deliramenta hominum, qui nihil in hoc loco aliquid intelligendum putant, & ad huiusmodi vanitatem propterea putant cogi posse aliquem quia ipsum nihil in fine sententiæ positum est: ergo inquit factum est, & ideo quia factum est ipsum nihil aliquid est. Sensum enim perdidit studio contradicendi, non intelligentes nihil interesse vtrum dicatur sine illo factum est nihil, an sine illo nihil factum est. Quod enim factum est, reuera est: nec aliquid interest vtrum ita dicatur sine illo facta est domus: an sine illo est facta domus. Hæc Augustinus. AVCTOR. Est ergo deliramentum Manichæorum ponere nihil esse aliquid quoquomodo: maxime illud nihil ex quo deus cuncta creauit. Illud enim est simpliciter & omnino nihil: & non est aliquid villo modo: dicente ibidem capitulo vicesimo sexto AVGVSTINO. Quia ergo deus omnia quæ de se non genuit, sed per verbum suum fecit, non de his rebus quæ iam erant, sed de his quæ omnino non erant, hoc est de nihilo fecit: ita dicit apostolus. Qui vocat ea quæ non sunt tanquam sint. Apertius autem in libro scriptum est Machabæorum, Oro te fili respice ad caelum & terram: vide & scito quia non erant ex quibus nos fecit dominus deus: & illud quod in Psalmo scriptum est. Ipse dixit & facta sunt. Manifestum est q; non de se generit ista, sed in verbo & imperio fecerit. Quod autem non de se, utique de nihilo: non enim erat aliud vnde faceret. De quo apertissime apostolus dicit: quod ex ipso

& per ipsum & in ipso sunt omnia. Hæc Augustinus. AVCTOR. Notent aduersarii vtrum ipsi conueniant cum Augustino, cum dicant res creari per productionem de ideis: quæ si res sunt iam de his creaturæ produci non possunt. Sic enim dicit, Omnia quæ per verbum suum fecit, non de his rebus quæ iam erant, sed de his quæ omnino non erant, hoc est de nihilo fecit. Non ergo euadis: & si respondes deum illa fecisse ex nihilo in effectu, cum sit omnino nihil, omnino non esse, omnino non aliquid: & nisi ille idea tuæ de quibus dicit res esse productas sint quæ omnino non erant, quod si aliquid esse reperias in eis quod semper erant eo quod non intereunt vel occidunt iam de illis creaturæ conditæ non fuerunt. Pone mihi quicquam & quantulumcunque esse habet, & scias non illud esse nihil, de quo primordialiter creatura traicitur. Audi Augustinum hoc disputantem fortissime in libro de vera religione capitulo tricesimo quarto vbi querit: cur deus mutabilia cuncta fecit. AVGVSTINVS. Vt essent, inquit, ipsum enim quantulumcunque esse bonum est quia summe bonum est summum esse. Vnde fecit ex nihilo, quoniam quicquid & quantulumcunque species sit necesse est. Ita & si sit minimi bonum, tamen bonum erit: & ex deo erit. Nam quoniam summa species summum bonum est, minima species minimum bonum est: omne autem bonum aut deus aut ex deo est: ergo ex deo est & minima species. Sane quod de specie, hoc & de forma dici potest: & concludit. Id ergo est vnde fecit deus omnia quod nullam speciem habet nullaq; formam: quod nihil est aliud, q̄ nihil. nam illud quod in comparatione perfectorum informe dicitur si habet aliquid formæ quæ exigua, quæ inchoatum, nondum est nihil: ac per hoc id quoque in quantum est, non est nisi ex deo: quapropter & de aliqua informi materia factus est mundus. hæc autem ipsa facta est de omnino nihilo. Hæc Augustinus. AVCTOR. Vide ergo informem materiam factam esse de omnino nihilo: non de hoc nihilo vel illo, sed de omnino nihilo: & vt demonstratiue concludit Augustinus, illud vnde fecit deus omnia, sic nihil est q; nihil aliud est q̄ nihil. Quid iam dicis si idea est tale nihil quia est nihil in effectu, nihil extra deum: Nunquid idea non sit forma? Et Augustinus iam dixit, illud vnde omnia fecit deus, nullam habet speciem, nullamq; formam: & subdit causam, quia si ha-

bet aliquid formæ quæ exigua, nondum est nihil. Sed occurrit aliquis Vvitelessita dicens: illud vnde producitur creatura tanq; de materia nihil est simpliciter, nec habens aliqua formam vel esse. Esse intelligibile a quo creatura primo producitur non est tanq; materiale negocium. Cuius ergo causæ circumstantiam geret? Non formalis, quia illa præsupponit materiam secundum ordinem diuinæ fabricæ: ergo vbi materia non præcurrit, forma non præcedit. Non finalis, quia finis quæ sit in intentione primum, est tamen in executione post rem: nec etiam propter ideas finaliter deus condidit creaturas. Restat ergo vt habeat rationem causæ efficientis. Sed deus qui est omnium artifex se solo primarie omnia fabricfecit. Erit ergo idem dicere creaturam produci ab esse intelligibili, & produci a deo. Sed quomodo tunc de nihilo in effectu: nūquid deus est illud nihil? Hoc tota nouit ecclesia cuncta ex deo traxisse originem: & cum hoc ab omnino nihilo. Tu dicis non omnino de nihilo, sed de nihilo in effectu extra deum. Quid est hoc nihil? Augustinus inuestigat rationem nihili in libro de magistro & dicit AVGVSTINVS. Nihil quid aliud significat, nisi illud quod nō est? Si autem dixeris deum esse nihil sic saltem ipse non est: qualiter omnis creatura de nihilo est. AVCTOR. Er iam tu de schola eris insipientis, qui dixit in corde suo, non est deus? Et Augustinus de natura boni in principio. AVGVSTINVS. Tam omnipotens est deus vt possit etiam de nihilo & ex eo quod omnino nō est, bona facere & magna & parua, & cælestia & terrena, & spiritalia & corporalia. Quia vero & iustus est ei quod de se genuit ea quæ de nihilo fecit non æquauit. Er in eodem libro multum infra. Ideo non incommutabiles naturæ sunt quia nihil est vnde factæ sunt. Sacrilega enim audacia coæquantur nihil & deus: si quale est istud quod de eo natum est tale velimus esse illud quod ab eo de nihilo factum est. Hæc ille. AVCTOR. Hæc conditionem adimplet doctrina Vviteless, cum dicit: asinum simpliciter esse deū. Probauit ergo Augustinus hanc esse doctrinam sacrilegā: quæ nihil quoquomodo dicit ideas, vel aliquid quod est deus. Et vide qualis iniuria res in esse intelligibili, si asinus esset, non esset nihil: si lapis, si militum non esset nihil: quia autē deus est & nihil aliud quam deus, ideo est nihil sufficiens vnde creatio formæ exordium. Sed notandum puto quod hic

dicit Augustinus. Ideo non incommutabiles esse naturas quia nihil est unde factae sunt. Productio ergo de nihilo est mutatio prima sicut dictum est & ipsum nihil in aliquid commutatur. Deus autem vel idea non commutatur in aliquid. Deus ergo vel idea non est illud nihil in effectu, unde creatio inchoatur, maxime quia iuxta primaeuos patres ecclesiae illud nihil est simpliciter non esse & omnimode non existens. Sic enim intelligit Gregorius praedecessores suos, in Homilia. Cum esset sero die illo. GREGORIVS. Longe minus est deo reparare quod fuit q̄ creasse quod non fuit: aut quid mirum, si hominem ex puluere refecit qui simul omnia ex nihilo creauit. Mirabilius namq̄ est caelum & terram ex nullis existentibus condidisse, q̄ ipsum hominem ex terra reparare. Haec ille. AVCTOR. Modum loquendi Augustini habet hic Gregorius, qui in de verbis domini sermone ultimo dicit. AVGVSTINVS. Quid est amplius ex nihilo facere homines qui viuunt, an eos qui facti sunt atq̄ vixerunt reparare post mortem? Vt ipse plus est facere quod nunq̄ fuit, q̄ reparare quod fuerit. Quomodo ergo impossibile dicitis, vt deus qui hominem formauit ex nihilo reformet? Quomodo nos suscitare non potest conuersos in puluerem, qui si & in nihilum rediremus, facere poterit vt essemus: sicut & fecit nos esse cum nunq̄ antea fuissetis. Et consequenter post loquens de productione rerum ex causis suis seminalibus. Dic mihi vbi latitant antequam producantur, quae nusquam quidem videntur, sed tamen deus qui omnipotens est, & ea ex nihilo condidit secreta sua virtute producit. Haec ille. AVCTOR. Ecce ex nihilo deus ista producit etiam in nihilum rediremus adhuc facere posset deus vt essemus. Insanit ergo Vvitleff, dicens, q̄ potentia dei non se extendit ad nihil. Hoc autem nihil omnino nihil iam supra frequenter commemorat Augustinus ne ad glorie tuae latebras fugeres, dicens: hoc intelligi de nihilo in effectu, quod est tale nihil vel ad tantum non omnino, qualiter potest dici artifex fecisse domum de nihilo gemme vel stelle, vel propinquius de nihilo quod erat domus. De non domo enim in effectu, domum in effectu perfecit: quauis idea domus praecessit in arte. Quare ergo non simpliciter produxit domum de nihilo, & per consequens creauit domum sicut deus caelum? Quia inquis non produxit de nihilo in ratione materiae. Ergo nihil quod diuinam crea-

tionem ab omni inferiori productione distinguit non aliud negat nisi materiam praecedentem. Et quid hoc ad ideas? Ab esse enim intelligibili producit artifex domum, & a nulla domo in effectu: necdum tamen creat quod ex nihilo omnino non producit. Sed quia hoc destrueret prolixum esse quod ponis: idcirco nec sacrae fidei condescendis, vt cum ecclesia de omnino nihil creaturam ab aeterno confirmes. Sed vis dici quod asinus semper deus fuit, & idcirco asinus ante creationem sui non omnino nihil fuit. Sed hoc praedixi tibi, ex errore paruo prodire maiorem: fidelius esset negare asinum deum aut semper esse, vt creationis fidem, quam iam lesisti, ex omnino nihilo libere praedicares. Alligatus es: quere dissolui & esse cum Christo. Nec illud esse aeternum damnificauit tamen creationis articulum, sed etiam praedestinationis fastidium: quia non praedestinator res nisi antequam est, si enim iam est destinari quidem potest, praedestinari non potest. Vnde Origenes libro primo super epistolam Pauli ad Romanos tractans hunc texum. Quod ante promiserat per prophetas suos. ORIGEN. Quis, inquit, in latinis exemplaribus praedestinator soleat inueniri: tamen secundum q̄ interpretationis veritas habet destinatus scriptus est, non praedestinator, destinatur enim ille qui est, praedestinator vero ille qui nondum est. Sicut de iis de quibus dicit Apostolus. Quos autem praesciauit, illos & praedestinauit. Praesciri ergo & praedestinari possunt illi qui nondum sunt. Ille autem qui est & semper est non praedestinator, sed destinatur. Haec a nobis dicta sunt propter eos qui in vniuersum filium dei in pietatem loquuntur: & ignorantem differentiam destinati & praedestinati putant eum inter eos qui cum ante non fuerint praedestinati sunt vt essent, numerandum: qui nunquam praedestinator est vt esset filius sed semper fuit, sicut & pater. Qui ergo semper est destinatur, vt diximus, non praedestinator, qui autem praedestinator nondum erat, sed esse coepit ex tempore. Haec Origenes. AVCTOR. Vide iam quid concludit ex multis vnum. Qui semper est non praedestinator, quia non praecurrit eum diuina destinatio, sed ipsi concurrat. Et addit. Qui iam esse coepit ex tempore, cum ante non fuerit qui praedestinator: omnem ergo praedestinationem amputat semper esse.

QVOMODO VVITCLEFF PONIT
necessitatem absolutam omnium
futurorum: & qualiter contra
doctrinam ecclesiae.
Cap. XXI.

Vox patrum in primitiua ecclesia fuit ad dominum deum. Respexisti humilitatem meam, Ideo saluasti de necessitatibus animam meam. Sed non sustinet huic clamorem aspis haeretica furda, & tamen obturans aures suas ne audiat voces ecclesiae incantantis sapienter, immo reclamant per iniquos senes tentes in pomario. Non saluat deus de necessitatibus, animam cuiuscunque. Omnia quae euenient, inquit, de necessitate euenient quia sic sequitur ex praedictis cum omnia futura sint, & non potest deus aliter rem facere q̄ vt fecit, vel facturus est. Omnia ergo futura fixe & immutabili necessitate futura sunt quod sunt. Vnde primo Trialogi capitulo nono, VVITCLEFF. Quis rectiloquus, inquit, negaret hanc consequentiam, Deus intelligit hoc, ergo hoc est intellectum a deo: sed de quacunque creatura signata antecedens est absolute necessarium & aeternum: ergo & consequens. Et in barbarizatione cuiusdam euangelii seriae secundae hebdomadae quinta quadragesimae: Christus, inquit, multotiens dixit q̄ quicquid erit necessarium erit. AVCTOR. At cum quidam simulatae pietatis viri hanc haeresein illius & suam excusare conantur, dicentes eum intelligere de necessitate sequela quam conditionatam appellat ecclesia: erumpit statim fumus de clibanis haereseum vt ex ore proprio iudicetur seruus proteruus, vt dicit tertio Trialogi capitulo octauo. Recolo me dixisse in libro primo eo q̄ omnia quae euenient necessario absolute euenient. AVCTOR. Iam omnis ficta amicitia cedit retro, & omnis excusatio confunditur, quando ipse absolutam necessitatem futurorum omnium libere confitetur. Sed quid consequenter dicit in offensam fidei prosequamur, dicit enim ex his in secundo Trialogi ca. xiii. VVITCLEFF. Videtur, inquit, mihi probabile q̄ deus necessitat creaturas singulas actiuas ad quemlibet actum suum. Ex hoc enim pessimo fundamento eradicat omnem praescitum necessitatione diuina fore damnandum, & esse diabolum priusq̄ quicquid boni cognouerit siue mali. Vnde in barbariza-

tionem euangelii sabbati vigiliae palmarum dicit, q̄ ex quo Iudas fuit praedeterminatus ad peccatum, nunq̄ iuit cum Christo vt membrum eius: &c. omnis qui damnabitur est diabolus sicut Iudas erat. AVCTOR. Iam animaduertat fideles anne iste plus errauit q̄ dicit oēs praescitos statim ex aeterna dei praedestinatione anteq̄ sint in natura esse diabolos: an Origenes qui peccatores praescitos ponebat futuros esse diabolos in seculo post venturo. Hieronymus enim in epistola de erroribus Origenis ad Auitum sic recitat dixisse Origenem in libro Peri archon. ORIGEN. Qui omnes vicerit nequitia & penitus se terrae coaequauerit in alio mundo qui postea fabricandus est, fiet diabolus principium plasmationis domini, vt illudatur ei ab angelis qui exordia amiserunt virtutem. Quibus, inquit, dicitis HIERONYMVS, quid aliud conatur ostendere nisi huius mundi peccatores homines in alio mundo posse diabolos & demones fieri? Haec ille. AVCTOR. Quod si propter hoc q̄ praesciti futuri sunt diaboli Origenes damnatur: quo minus damnandus est Vvitleff, qui a praeterito, immo secundum prolixum fusi esse, ab aeterno omnem praescitum dixit esse diabolus? Ignoscat mihi deus, paratus sum hoc credere si sic velit ecclesia. Sed quia antiquus doctorum chorus quantum vidi sub poena infidelitatis inuulgum oppositum, idcirco timidus lapsus mei sequor antiquos. Nam & antiquus Ioannes Chrysostomus. Morali. xvi. super Ioannem dicit de diabolo q̄ nunq̄ fuisset de non diabolo factus diabolus nisi egrotasset morbo superbiae. CHRYSOSTO. Bene, inquit, dicebat sapiens, quoniam principium superbiae nescire dominum. Nequaquam cecidisset & diabolus factus esset diabolus non existens diabolus prius, nisi hac egritudine egrotaret, scilicet superbiae. Haec ille. AVCTOR. Nota ex hoc antiquo doctore duo contra Vvitleff, primo q̄ diabolus factus est diabolus, non existens prius diabolus: & sic non ab aeterno diabolus: secundo q̄ egrotatio eius in superbia, fuit ipsi causa vt fieret diabolus: non ergo fuit aliquanto diabolus ante superbiam actualem? & diuina praestitutio non facit quenq̄ diabolum. Et arguunt hic filii ecclesiae. Primo, si ex dei praedestinatione necessitaretur quae esse diabolus, tunc aliquis sanctus & innocens ab omni peccato esset diabolus & damnandus. Patet sequela de praescito baptizato ante tempus doli: quia inter tempus baptismi & doli forsitan per octo

vel decem annos seruat talis sibi innocētiā baptisimalem, cum tamen a dei ordinatione primū iste erat diabolus. Faciebitur Vvitleff. Christum habuisse per tantum tempus vnum diabolū innocentem, et si eo tempore decederet talis diabolus saluaretur. Non inquit posset sic decedere, sed necessario expectabit & ponet obiectionem. Vnde capitulo decimo tertio quarti Trialogi. VVITCLEFF. Cum inquit omnia quę eueniunt de necessitate eueniunt absolute necessarium est quod damnandus ponat obiectionem in peccando. Et inter conclusiones ter damnatas, conclusionem CCXLVI. Infans præscitus & baptisatus necessario viuere diutius & peccabit in spiritum sanctum: ratione cuius merebitur ut perpetuo damnetur: & ita nullus ignis potest eum comburere pro hoc tempore vel instanti. Hęc Vvitleff. AVCTOR. Horrenda doctrina & quę diuinę innocentie & infinitę clementie qua peccatores a perditione solet eripere inaudibilem obrudit infamiam. Ignoscite mihi fideles, non fero hanc læsę maiestatis diuinę iniuriam. Hanc summę generositate retributionem nequissimam: torqueor impatiētia, estuo sancta ira, serueo præ vincta. Conturbatus est in ira oculus meus: anima mea & venter meus cum psalmista. Aur quis amatorum dei hoc tolerat, hoc bene paritur dici de clementissimo domino nostro quod ipse nos necessitat ad peccandum, ut habeat ad damnandum: qui ipse per se ipsum spirat ad vitam, per angelicas officinas præseruat, per prophetas minatur, per patriarchas hortatur, allicit dulcibus, asperis excitat, postremo vnicum filium exinanitā maiestate ad nos misit, & citra mortem non pepercit: apostolos nobis reliquit, doctores: sanctos disponit, trahit per gratiam, roborat per exemplum: & quid amplius facere debuit ut saluaret a morte, ut vitę nos perpetuę copularet? & post hæc omnia dicitur, tanq̄ crudelis carnifex trahens & necessitas hominem tanquam bestiam ad macellū ab antiquo proposito reseruasse homines, ad mortem secundam. Vere sanctus Augustinus dicit dominum fore iniustum iudicem, & crudelem, si sic iubeat homines facere sub pœna mortis æternę, & ipsi ne sic facere possent, firmavit ab origine: in libro de questionibus noui & veteris testamenti capitulo quadragesimo. AVGVSTINVS. Si inquit nascuntur qui mali sunt & contrario qui boni sunt: frustra lex data dicitur,

et non solum hoc, sed & iniustus habebitur legislator. Qui enim lege data cogit homines contra id quod nati sunt facere, sciens non posse mutari naturam: ad hoc vtrique legem dedisse videtur, ut haberet occasionem qua crudelitatem suam de nece hominis satiare. Ut quid enim prohibet quod scit auerti non posse? aut quemadmodum damnat hominem qui non fecit quod facere non potuit? Si autem iniustum videtur, ut est, quia istud sentire de deo nepharium est, recte & salutari ratione legem dedit, sciens posse hominem continere se ab eo quod prohibet lex. Hęc Augustinus. AVCTOR. Optime demonstrauit sanctus pater, & quasi videtur taxasse Vvitleff, in omni verbo suo, ut quid, inquit, prohibet quod scit auerti non posse, aut quare damnat hominem qui non fecit quod facere non potuit? immo absolute non potuit. Sic enim dicit iste testis iniquus. Absolute, inquit, necessario damnatus ponet obiectionem & infans præscitus necessario viuere diutius &c. Et quo necessitate viuere ut peccet? quo necessitate ponet damnandus obiectionem? nunquid bono deo? nunquid clementissimo domino? Sic dixisti iam supra quod deus necessitat creaturas singulas actiuas ad quemlibet actum suum & non solum ad substantiam actus, sed etiam ad piaculum, vnde damnare eum posset propter utilitatem ecclesie. Sic enim dixerunt tecum falsarii Augustini quod quando incestant patres filias & filii matres: quando serui dominos occidunt ideo fit quia deus ita predestinavit ut fieret. At contra AVGVSTINVS. Si, inquit, diabolo obiceretur quod facinororum talium ipse auctor esset vel incensor: putaret quod aliqua ratione exoneraret se hac posset inuidia: & alium scelerum patratorem de sua ipsorum voluntate diceret, quia etsi deus delectatus est furore peccantium, probaret tamen se non intulisse vim criminum: quare ergo insipientia, quare dementia definitur ad dei referendum esse consilium quod nec diabolo in totum ascribi potest, qui in peccantium flagitiis illecebrarum adiutor non voluntatum credendus est esse adiutor. Nihil ergo talium negotiorum deus predestinavit ut fieret. Hęc Augustinus libro de causis sibi falso imputatis in satisfactione ad duodecimum articulum. AVCTOR. Et vbi est iam ille deus qui olim dixit. Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & viuat? Vbi apostolus eius qui dixit. Thesauri

Ionicensi populo peccatori. Hęc est voluntas dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii: sicut gentes quę ignorant deum. Qui tamen his & aliis notati erant quę dissuasit eis apostolus. Non enim eis ut perfectis, sicut Corinthiis scribit, sed ut infirmis inquit Hieronymus in annotationibus. Sed cur dixit Apostolus hoc esse voluntatem dei: & confirmat hoc subdens. Non enim vocauit vos deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Quomodo non vocauit eos in immunditiam, si ipse absolute necessitauit ad crimen tam fortiter ut impossibile fuerit eos tunc melius facere, quam fecerunt? Sic enim dicit Vvitleff, capitulo octauo Trialogi. Respondendo ad secundum argumentum. VVITCLEFF. Probabiliter, inquit, dici potest quod sicut deus non potest meliorem mundum facere, sic nemo posset melius facere quam facit: sed posset tamen si deus voluerit. Nam si melius faceret, quam facit tunc potentia sua se extendere ad contradictoria, in quę deus non potest. Hęc ille. AVCTOR. Non ergo potest peccator Thesalonicensis nec potuit melius facere quod fecit, nisi qualiter potuit simul contradictoria verificare: & hoc quia non voluit deus: quod si ille voluit ipse posset.

DE AVCTORIBVS ET FAVORIBVS huius hæresis a principio. Cap. XXII.

G



ror ultra modum audaciam istius viri & improbitatem hereticam quod tam plane renouat heresim antiquatam: nec de reprobatione fundato rum eius habet formidinem, nec de condemnantium auctoritate cautelam aut verecundiam de censura. Si namque libeat antiquitatem eius scrutari tempore sancti Iacobi pullulauit per quosdam pseudo in populo dispersionis Iudaicę tunc fideli. Dicebant enim deum necessitare homines ad peccandum per quasdam inspirationes priuatas, quas vocabant dei tentationes occultas. Contra quos sanctus Iacobus scripsit, dicens. Nemo cum temptatur dicat quoniam a deo temptatur. Deus enim intemptator malorum est. Ipse enim neminem tem

ptat, vbi BEDA in expositione super epistolas Canonicas. Hic, inquit, primo illorum destruit errorem qui sicut bonas cogitationes a deo nobis constat inspirari, ita & malas ipso instigante putant nostras in mente generari. Nemo ergo cum temptatur dicat quoniam a deo temptatur. Illa videlicet temptatione qua diues incedens in itineribus suis marcessit, id est nemo cum rapinam, furtum, falsum testimonium, homicidium, stuprum, vel quid aliud huiusmodi commiserit dicat quoniam deo cogente necesse habuerit hæc patrare: ideoque nullatenus horum effectum declinare potuerit. Hęc Beda. AVCTOR. Secundum hanc scripturam apostoli, confutauit Augustinus Pelagianos in Hypogostico versus finem. AVGVSTINVS. Videte inquit dilectam nostram semine laudum vestrarum concupiscentem dolorem, parientem peccatum, generantem mortem: cuius dum auctorem deum esse prædicatis sine dubio arguitis tantum apostolum & deus malorum dicitis esse temptatorem: quia ipse se creauit secundum vos vnde temptetur homines & illiciantur: ac per hoc ipse: vnde pareant fecit. Hęc Augustinus AVCTOR. Dicat iam qui scit quare non Vvitleff, æque contradicit apostolo qui æque est Pelagio, deum auctorem peccati constituit. Vere hæc omnia contra prohibitionem sancti Iacobi dicit Vvitleff, quod rapinam raptor committit, nec potest declinare rapinam melius faciēdo, eo quod necessitat eum deus, ad quemlibet actum: & cogitationem temptatorem ipse prius immittit. Nec dormiuit hic error sed ut linealiter perueniret ad Vvitleff, quidam periti post ea de gentilibus continuabant eum dicentes, Christum necessitate Iudam ad traditionem sui, si tamē deus erat: eo scilicet quod propheticę dixit, Nonne, xlii. vos ego elegi? & vnus ex vobis diabolus est. Quibus obuians antiquus pater Chrysostomus super Ioannem Homilia quadragesima septima dicit, CHRYSOSTOMVS. Denique que accusant Christum Gentiles frigide & insipienter: non enim necessitare & vim facere bonos assuevit deus. Neque electio eius violentia eorum qui vocati sunt, erat: sed conuersiua, id est hortatiua. Ut igitur discas quoniam non vim infert vacatio, multos contingit eorum qui vocati sunt, perire. Vnde manifestum est quoniam & in mente, id est voluntate positum est vestra, & saluari & perire. Hęc Chrysostomus. AVCTOR.

Multa satis notabilia iste pater inuoluit: quod scilicet praedestinatio dei non infert necessitatem, & quod in potestate nostrae voluntatis positum est ut saluemur ex gratia, vel pereamus ex culpa. Sed de his postea. Nunc autem fuisse gentiliū opinionem possumus intellegere de necessitate diuina. Demum vero non multo post, Manichaei hanc opinionem coeperunt defendere de necessitate peccandi dicentes de Iuda quod propter malam naturam non potuit seruare apostolatū suum, nec vitare peccatum. Contra quos arguit beatus Hieronymus quarens, quomodo ergo propter malam naturam potuit agere poenitentiam: Vnde super illud Matth. xxvii. Tūc videns Iudas qui tradidit eum &c. HIERONYMVS. Qui inquit diuersas naturas condantur inducere, & dictū Iudaei peccatorē malae fuisse naturae, nec electionem apostolatus potuisse seruare. Respondeant quomodo mala natura egerit poenitentiam. Haec Hieronymus. AVCTOR. Mitius tamen mihi videtur Manichaeos hic errasse quod Vvitcleff, eo quod originem necessitatis peccandi ponebant in homine malo, ipse in deo bono. Iouinianus autem circa illa tempora necessitatem induxit in bono, dicens hominem non posse peccare. Cui occurrens beatus Hieronymus simul & praedictis, in epistola ad Damasum papam de fide dicit. HIERONYMVS. Liberū sic cōstemur arbitrium, ut dicamus nos dei semper indigere auxilio, & tam illos errare qui cum Manichaeo dicunt hominem peccatum vitare non posse: quod illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vterque enim tollit arbitriū libertatem. Nos vero dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, ut semper nos liberi cōstemur esse arbitrii. Haec Hieronymus. AVCTOR. Haec igitur est fides recta secundum Hieronymum, potuisse scilicet Iudam melius facere quod fecit, quando dominū tradidit: & beatum Ioannem potuisse peius facere & peccasse, quādo meritorie super pectus Christi recubuit. Et notat hoc Hieronymus propter libertatem arbitrii secundum quam dicit & angelos, & sanctos posse peccare libro suo secundo contra Iouinianum. HIERONYMVS. Quid loquar inquit de sanctis viris & de angelis qui cū creaturē sint possunt utriusque recipere peccatum. Haec ille. AVCTOR. Inter haec surrexit haeresis Praedestinatorum in ecclesia, qui ut reor occasione sumpta quorundam verborum Augustini praesatam ne-

cessitatem firmabant, de quibus in chronicis Prosperi sub tempore Celestini papae. PROSPER. Praedestinatorum haeresis quae ab Augustino accepisse initium dicitur his temporibus serpere exorsa est. Haec ibi, AVCTOR. Nescio an propter istos seu propter quosdam falso sibi necessitatem praedictam futurorum euentuum imputantes coactus est Augustinus in libello vno per. xvi. articulos doctrinam illam damnare & anathema praefigere, cuius libri titulus esse solet, de quibusdam casibus ipsi Augustino falso imputatis quorū articulorum ut videamus quantum opinio ni Vvitcleff, conueniant, secundus est, quod deus noluit omnes saluare, & si omnes saluari velint. Tertius quod deus maiorem partem generis humani ad hoc creet ut illam perdat in aeternum. Septimus est, quod haec sit voluntas dei ut magna pars Christianorum salua esse nec velit nec possit. Decimus, quod adulteria & corruptele virginum sacrarum ideo contingunt, quia illas deus ad hoc praedestinavit, ut caderent. Decimus quartus, quod pars illa magna Christianorum quae ad ruinam & perditionem praedestinata est etiam si petat a deo sanctitatis perseuerantiam non impetrabit, eo quod mutari non potest diuina praedestinatio quae illos praedestinavit, preparavit, praeparavit ut caderet decimus sextus, quod magna pars illa fidelium, quae ad aeternam mortem praedestinata est: quando dicit, deo in oratione dominica, Fiat voluntas tua: nihil aliud agat quod contra se petat, id est ut cadant & ruant quia voluntas dei haec est ut aeterna morte pereant. Hos omnes praedicto loco colligit Augustinus. Non imputo ego Vvitcleff, articulos istos cum terminis infra scriptis, sed per ea quae supra colliguntur de libris & opusculis eius: quibus plura & forsitan deteriora dimissimus, videtur peritis catholicis quod per haec praedicta ipse non respiciet, nec euadet saltem in substantia falsitatem. Recedit ab eis scio in multis & accedit in pluribus, immo superat in quibusdam, ecce vna est radix erroris eius & omnium praedictorum, necessitas absoluta futurorum euentuum. haec est grata haeresis Manichaeis, Iouinianistis, Iacobitis, Praedestinatistis, Vvitcleffistis, & Paganis: sed propter necessitatem istam destruxerunt hi praedicti liberum arbitrium: quidam publice sicut Manichaei & Iouinianistae, quidam occulte, sicut Praedestinati & Vvitcleffistae: qui profitentur quidem liberum arbitrium saluare & saluant quidem exemplariter, sed

destruunt in effectu praedestinati quidem in hominibus & angelis quibus solis necessitatem praedictam ascribunt Vvitcleffistae in diuinis personis quibus & necessitatem praesatam indixit, & in hoc ipso superat omnes errores antiquos, quod necessitatem istā absolutā penes futuros euentus, nec in deo nec de deo causaliter audebat exponere Vvitcleff: autem omnium futurorum euentuum necessitatem primam & potissimam deo ascribere non formidat dicēs deum sic praescire, & ideo non aliter facere posse. Dicit tamē voluntatem humanā ad effectum meriti sui vel de meriti debere concurrere preces hominum & suffragia sanctorum elemosynas & pia vota, impressiones orbium & actiuitates causarum: quia haec omnia sic deus prauidit. Sed post haec omnia necessario absolute dicit hūc elegisse sic facere & necessario deum cum eo in illa determinata parte concurrere: quia sic prauidit deus & praouoluit & aliter quod fecit, vel facturus est, nec deus nec homo poterit facere: nec vnquam potuit ante illud. Cū autē quaeritur quomodo est voluntas diuina, vel creata, libera, si absolute necessiter hoc faceret. Quantum ad diuinam voluntatem respondet Vvitcleff, cap. xxviii, iiii. Trialogi. quod deus non illibatur quicquid facere licet absolute necessario illud fiat. Sicut non illibatur producere verbum vel spiritum sanctum licet absolute necessario illud agat. Haec ille. Cōformiter autem quo ad libertatem hominis exemplū reddit de libertate angelica cum praedestinatistis vel falsis imputatoribus Augustini, quorū articulus sextus erat ille: quod deus tale in hominibus plasmet arbitrium quale est demonum, quod proprio motu nihil aliud possit vel velit nisi malum. Minus dictum est iam pro parte Vvitcleff, sed diceret quod necessario absolute nihil aliud possunt velle nisi malum quod tamē necessitas par esse in vtriusque non potest, dicente Augustino in satisfactione eiusdem articuli, AVG VST. Quod hoc inter malos homines distat & demones, quod hominibus etiā valde malis superest si deus miseretur reconciliatio, demonibus autem nulla est in aeternum seruata conuersio. Haec Augustinus ibi, AVCTOR. Docuit ergo semper ecclesia quod quis praescientia dei est necessaria & infallibilis, non tamen sunt euentus futuri absolute necessario futuri sed contingentes, ita docuit ex alia parte: quod quauis effectus sunt contingentes & variis praescientia tamen dei propterea nulla tenus potest falli. Ideo sicut est abolenda ne-

cessitas absoluta effectuum praescitorum propter necessitatem praescientiae quā tenet Vvitcleff, ita est abolenda contingēs fallacia diuinae praescientiae siue prophetiae propter contingentiam futurorum quā Vvitcleff imputat Armacano. Vnde cap. ix, iiii. Trialo. VVITCLEFF. Dominus inquit Armacanus dicit se pro solutione istius euidētia viginti annis studuisse videlicet, Si Christus prophetauit vel asseruit hoc esse futurum: hoc est vel fuit vel erit. Sed antecedēs est necessarium, ergo consequens & sequētia. Nec scit doctor istam rationem in fine euadere nisi concedendo quod Christus errasse potuit, & ecclesiam deceptam se, sed quod catholicus haec dicit: Haec Vvitcleff. AVCTOR. Ille ergo fecit quod suum erat ad probandum complicem suum haeticum & a catholicis segregatum: haec tamen imputata in terminis suis in Armacano me legisse non meminisse, sed ex cōsuetudine, hoc habet sic imputare certe in aliū qualiter forsitan iam obruit hostis amicū. Sed ut tendamus ad hanc Vvitcleffistam prauiditatem de absoluta necessitate voluntatis humanae, passim ut superat suscitata iam tardis temporibus, sancti patres ecclesiae eam premere non tardabant: nec Ecclesiastici distaxat, sed ut scribit doctor profundus ipsam dānant omnes philosophi, exceptis paucis mathematicis, geomanticis, necromanticis ceterisque diuinantibus qui in ea parte nequaquam philosophi sed friuophili potius sunt dicendi quā etiā beatus Augustinus, vi. de Civitate dei, lib. xxxiii, questio. de doctrina Christiana, de questionibus noui & veteris testamenti, & multis aliis locis seruēti zelo condemnat: quam & omnis turba, inquit, catholicorum doctorum variis locis reprobatur & condemnat.

QVOMODO VVITCLEFF DECLARAT necessitatem suā, id est quā ponit: & quod clare ecclesia docet & docebat oppositū ab antiquo, Ca. XXIII.



Resequenda tamen est prima propositio partialis illius similitudinariē veritatis fidelis, quod non est absoluta necessitas ponenda effectuum futurorum propter diuinam praescientiam: quia huius oppositum videtur Vvitcleff, asserere, ii. Trialogi, c. xlii. VVITCLEFF. Deus, inquit, necessitatē crea-

ruras singulas actiua ad quemlibet actum suum: & sic sunt aliqui prædestinati, hoc est post laborem ordinati ad gloriam, & aliqui præsciti, hoc est post vitam miseram ad poenam perpetuam. Et infra, Si quaeritur quid complete causat dei ordinationem æternam antequam illud fiat, dicitur quod dei volitio & etiam ipse deus, cum necessarium sit ad completionem respectus huius modi effectum talem absolutum succedere. AVCTOR. Quid iam per hoc intēdit nisi sicut sectatores eius hæreseos prædicant quod diuina præscientia vel præordinatio est causa necessaria perditionis hominum vel salutis. Et probat hoc cap. ix. iiii. Trialogi. VVITCLEF. Nunquid creatura, inquit, potest impedire dei determinationem: & vt Iohannis excedunt veritatem æternam præcedentem ex dei proposito facere quod non erit, ac si ab illis penderet diuinum propositum & veritas æterna. Item misera creatura habet potestatem opus suum futurum proponere: & subductis impedimentis consideratione voluntatis & temporis foret determinate verum quod illud eueniet: ergo multo magis deus potest ad euentum futuri se determinare. Cum ergo in ignorantia dei in variatione sue volitionis vel rei impediens non potest obstaculum euenire: relinquitur quod propositum dei oportet necessario adimpleri: & sic omne futurum eueniet necessario. Hæc Vvitclef. AVCTOR. Attendere quid concludit oportet propositum dei necessario adimpleri: & ideo omne futurum eueniet necessario: & adhuc addit ibidē. VVITCLEF. Cum ergo propositum hominis vel eius determinatio faciat aliquale firmitatem in futuritione sui operis: videtur quod determinatio dei facit summam firmitatem in futuritione sui operis. AVCTOR. Sed quod ab antiquo docet ecclesia Iesu Christi in hac materia nisi quod ecclesiastici. xv. scribitur, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui: adiecit mandata & præcepta sua: si volueris mandata conseruare conseruabunt te. Apposui tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam: ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei dabitur illi: quoniam multa sapientia dei & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione & ipse agnoscit, omnem operationem hominis, Nemini mandauit impie agere & nemini dedit spatium peccandi. non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Quod

exponens in hypognoftico contra Pelagianos in expositione tertii articuli hæretici AVGVSTINVS. Quid est, inquit, reliquit eum in manu consilii sui, nisi dimisit eum in possibilitate liberi arbitrii sui. In manu enim possibilitas intelligit ipsa prima gratia qua primus homo stare potuisset si mandata domini seruare voluisset. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce quod Adam potuit melius fecisse quod fecit secundum possibilitatem liberi sui arbitrii. Ex hoc fundamento fidei clarum semper est apud ecclesiam, omnem hominem sine omni necessitate extrinsecus habere in potestate voluntatis suæ vitam & mortem, non obstante dei sapientia secundum quam cognoscit opera humana futura: nec ipsum prædeterminare voluntate sua numerum damnandorum, eo quod non concupiscit multitudinem filiorum infidelium cum tamen concupiscere sit actus proprius voluntatis dicente concorditer Augustino in lib. de definitionibus recte fidei cap. xxvi. in persona totius ecclesie. AVGVST. Nullum credimus voluntate dei perire, sed permissu pro electione arbitrii ne ingenuitatis potestas semel hominibus attributa ad seruilem cogatur necessitatem. Hæc ibi. AVCTOR. Vbi patet quod nec ecclesia nec Augustinus sciunt sustinere ingenuam arbitrii potestatem semel datam hominibus ad quod voluerint porrigendi manum suam si per dei determinationem ad seruilem cogeretur moriendo necessitate. Ideo per sanctum Hieremiam dixit dominus populo Iudeorum quod posset illi facere sicut potest figulus luto suo reparare scilicet dissipatum. Nunquid, inquit, sicut figulus iste non possum facere vobis domus Israel, dicit dominus! Super quo Hieronymus lib. iiii. super Hieremiam. HIERONY. Si figulus ait hæc habet potestatem vt ex eodem luto rursus faciat quod fuerat dissipatum: ego in vobis qui quantum in vobis est perisse videmini, hoc facere non potero? Et vt liberum significaret arbitrium dicit se & mala annunciare genti & regno illi vel illi & rursus bona, nec tamen hoc euenire quod ipse dixerit, sed contrario fieri vt bona malis eueniant, si egerint poenitentiam: & bonis mala si post reprobationes fuerint ad peccata conuersi. Et hoc dicimus non quod ignoret deus hoc vel illud, gentem aut regnum esse facturum: sed quod dimittat hominem voluntati suæ, vt præmia vel poenas suo merito recipiat: nec tamen totum erit hominis quo veniet, sed eius gra-

tia qui cuncta largitus est. Ita enim libertas arbitrii referuanda est vt in omnibus excellat gratia largitoris. Iuxta illud propheta. Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt &c. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Vbi duo notari possunt quia dicit deum dimittere hominem suæ voluntati, non obstante præscientia sua: Est enim deus causa determinata rerum factibilium, sed non immediata & præcisa: alioquin si non referuaretur causa secundæ aliquid qua operatio propria non esset opus eius aliquid, sed nec illi posset quicquam imputari, sed omnia primæ causæ. Secundo dicit, quod propter liberum hominis arbitrium aliqua dicit deus euenire genti vel regno que tamen non euenient, sicut ipse prædixit. Vnde signatur liberum arbitrium esse causam immediatam actuum humanorum, ita vt verititati electionis suæ firmum dei verbum siue decretum derogare non possit: quæ, inquit, non euenient sicut ipse prædixit, & tunc posset argumentum catholicum sic fundari, Non est aliqua dei prouidentia determinatio siue præscientia firmior vel necessarior verbo diuino, sed & si dominus aliquid prædixit oppositum, potest succedere in effectu, ergo & diuinæ determinationis potest oppositum euenire. Fundamentum huius & illius est Ezechielis trigesimo, Tu filii hominis dic ad filios populi tui, Iustus non poterit viuere in iustitia sua in quacunque die peccauerit: etiam si dixerio iusto quod vita viuat, & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur & in iniquitate suam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixerio impio morte morieris, & egerit poenitentiam a peccato suo, fecerit iudicium & iustitiam &c. vita viuet & non morietur. Hæc dicit ille. Vnde dicit Hieronymus. Quod his omnibus demonstratur nec peccatorem salutem desperare debere si poenitentiam agat, nec iustum confidere in sua iustitia si negligentia perdidit quæ magno labore quæserit. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Absit tamen vt fallacem dicamus esse dei determinationem: sicut nec fallibilem prophetiam. Sed hoc solum sequitur ex præmissis, quod diuina præscientia nullum arctat, nec eius prouidentia quæquam obligat ad sequelam. Præscit enim deus poenam si cadant: & prouidet. Præscit etiam premium si laborent:

& prouidet certe culpam: non prouidet ad ruinam, sed gratiam præordinat ad coronam: nec hic tamen necessitat nec ibi impellit. Vnde Augustinus in libro de casibus sibi falso imputatis satisfaciendo ad vndecimum articulum. AVGVSTINVS. Non casus ruentiumve malignitatem iniquorum neque cupiditates peccantium prædestinatio dei, aut concitauit, aut suauit, aut impellit: sed plane prædestinatum iudicium suum vnicuique retributurus est pro eo quod gessit siue bonum siue malum, quod iudicium futurum non esset, si homines dei voluntate peccarent. Erit autem manifestissime: & omnis homo quem discretio diuinæ scientiæ in sinistra constituerit parte damnabitur: quia non dei sed suam executus est voluntatem. Hæc ille. Et in satisfactione articuli sequentis habet hoc idem. Nec illam animam inquit nequiter turpiterque victuram ad hoc vt taliter viueret præparauit: sed talem futuram non ignorauit: & de se talibus iuste iudicaturum esse præsciuit atque ita ad prædestinationem eius nihil amplius referri potest nisi quod aut ad debitam iustitiæ retributionem aut indebitam pertinet gratiæ largitatem. Hæc Augustinus. AVCTOR. Iam potest videri quæ via dederit effectus necessario causatos a præscientia vel prædestinatione diuina: nec esse peccatum hominis vel meritum, sed retributionem vnicuique condignam. Et alibi dicit Augustinus, Deum ex præscientia sua non magis hominem cogere ad peccandum quam tu tua memoria cogis aliquid esse præteritum. Tertio enim de libero arbitrio, capitulo tertio. AVGVSTINVS. Non, inquit, quia dei præscientia est, necesse est fieri que præscit: sed tantummodo quia præscientia est, que si non certa præscit vtique nulla est quia nisi fallor non continuo tu peccare cogeres quem peccatum esse præscires. Neque ipsa præscientia tua peccare eum cogeres quis sine dubio peccaturus esset: non enim aliter præscires futurum esse. Sicut itaque non sibi aduersantur hæc duo, vt præscientia tua noueris quod alius sua voluntate facturus est, ita deus neminem ad peccandum cogens præuidit: tamen eos qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo non vindicet iustus quæ fieri non cogit. præscius? sicut enim tu memoria tua non cogis facta esse quæ præterierunt: sic deus præscientia non cogit faciendâ quæ futura

sunt. Et sicut quaedam quae fecisti, meministi: nec tamen quae meministi omnia fecisti. Ita deus omnia quorum ipse auctor est, praescit: nec tamen omnium quae praescit ipse auctor est. Haec Augustinus, AVCTOR. Iam dicat Vvicleff, deum praordinare perituum ad mortem: & quia oportet dei propositum adimpleri, ideo omne quod eueniet absolute necessario eueniet. Dum tamen fides catholica doceat nos fideles, diuinam praescientiam nullum necessitare ad peccatum: nullum pellere ad ruinam: & per consequens nec alapa Iesu necessario absolute euenit, quae nullus (saltem non Christus percussus) necessitauit percussorem ad faciendum ictum. Sic enim AVGVSTINVS generaliter dicit deum caeteros omnes qui iudicio iustitiae eius ab hac gratia efficiuntur expertes, praescisse vitio proprio perituros: non ut perirent praedestinasse: sed quos in opera impietatis & mortis praesciuit: non praordinauit nec impulit. Haec Augustinus libello de praedestinatione, circa medium, AVCTOR. Ple ni sunt Christianorum libri hac sententia doctrinali. Et iterum simile praedictorum habet idem AVGVSTINVS qui lib. De vera innocentia, proponit, xxxvii. Neminem, inquit, deus ad peccandum cogit, prauidit tamen eos qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo non vindicet iustus quae fieri non cogit praescius? Sicut enim nemo memoria sua cogit facta esse quae praeterierunt: sic deus praescientia sua non cogit facienda quae futura sunt. Et sicut homo quaedam facit quae meminit: nec tamen omnia quae meminit facit: ita deus omnia quorum ipse auctor est, praescit, nec tamen omnium quae praescit ipse auctor est: quorum autem non est malus auctor, iustus est vltor. Haec Augustinus, AVCTOR. Quis ergo necessitat peccatores ad malum, si deus non necessitat? nec tantum praescientia sed nec praordinatione vel generaliter voluntate. Respondent communiter Vvicleff quae trutinantes glossam istam prudentes catholici: obicientes eis metaphysicam Pauli dicentis ad Philemonem, Ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium: vbi patet quod simul non potuit bonum Philemonis ex necessitate fore

absoluta & libera voluntate. Sic enim capit eum Hieronymus in Annotationibus suis dicens, HIERONYMVS. Vt ostendat, quia bonum facere nostrum est. Et notandum quod neminem voluerit necessitate aliquid boni facere ne mercedem voluntatis amitteret. Haec Hieronymus, AVCTOR. Haec est ergo necessitas quae sic opponitur libertatis non autem coactio quae libertatem non tollit omnino, veluti dictamen probat spiritus sancti, primae Machabeorum secundo, dicens cogi Iudaeos ad sacrificandum per satrapas regis Antiochi, non tamen abstulerunt eis libertatem voluntatis, quo minus impunitabatur eis ad culpam qui coacta sacrificia compleuerunt. Christus etiam coegit discipulos suos ascendere nauim, Marci sexto. Non tamen ligauit voluntatem vt tolleretur meritum. Lucae quoque, xxxiii, discipuli coegerunt Christum dicentes, Mane nobiscum domine, quoniam aduerserunt. Quis insensatus diceret quod in hoc abstulerunt Christo arbitrium libertatis? Et Paulus dicit ad Galathas secundo, quod Petrus coegit Gentes iudaizare. Quem locum tractans Augustinus in libro contra mendacium, ad Consentium, circa medium, exponit quid sit cogi. AVGVSTINVS. Erant, inquit, qui hoc putabant atque praedicabant quantum recepto iam Christi euangelio, & eis simulate confenserant iam Petrus & Barnabas: ideoque cogebant gentes iudaizare. Id enim erat cogere sic ea necessaria praedicare tanquam recepto Euangelio nulla sine illis salus esset in Christo. Haec Augustinus, AVCTOR. Et tamen ista coactio non abstulit eis facultatem liberae voluntatis: quoniam simulate rie deliquerunt dicente Paulo, quod vidisset eos non recte ambulare ad veritatem Euangelii. Non est ergo coactio in causa vnde libertas prodatur, fons humani meriti vel delicti: sed vis illa necessitatis occulta, si iste sic dicendo non erret, quae sic voluntatem stringit ad effectum, vt nec aliter facere valeat.

Q. PRIMA RADIX PECCATI est voluntas, & ante eam nulla necessitas. Cap. XXIII.



Radix certe antiquitas Ecclesiae IESV Christi, originem actus humani mali & deformis esse voluntatem humanam in sua radice libera

rimam: & sine freno alicuius necessitatis distinctam. Eandem insuper voluntatem docet esse principium originale, & irigenium actus boni praueuiente cum gratia dei in ratione motiui. Nullibi tamen inferretur necessitas actui absolute dicta: sed necessitas tractionis vel inclinationis operantem praescit vel promouet aliquando. Dicamus ergo nos omnes fideles ecclesiae cum sancto Iacobo quod deus nullum necessitat: neminem temptat: ipse enim inemptator malorum est. Sed prima origo omnis temptationis, id est praeparationis humanae vel angelicae est ab intus a concupiscentia sua, a voluntate corrupta. Quod declarans sanctus Iacobus subdit, Vnuiquisque enim temptatur a concupiscentia sua abstractus & illectus, ac subiungens subtiles gradus rucendi per semitam delictorum, demum inquit: Concupiscentia cum conceperit parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Sicut ergo sunt tres gradus peccati, ita vt prima stirps eius sit corrupta voluntas, ex qua propagatur foeminea proles quae concupiscentia appellatur: ex qua per incestum paternum cum ipsa conceperit paritur peccatum forsitan in consensu: peccatum vero cum fuerit opere consummatum generat mortem primam: ita in bonis operibus perfectior est deus, in malis incensior est diabolus. In vtriusque vero originalis opifex est creata voluntas, quae ita potest ex se mala facere etiam renitente diuina clementia, vt non nisi deo praecurrente bona possit consummare. Ideo tractans praedictum Iacobi versus beatus Hieronymus libro secundo contra Iouinianum dicit, HIERONYMVS. Sicut in bonis operibus perfectior est deus: non enim est volentis neque currentis sed miserantis & adiuuantis dei vt peruenire valeamus ad calcem: sic in malis atque peccatis semina nostra sunt incentiua, & perfectio diabolii. Cum viderit nos super fundamentum Christi aedificare, fenum, ligna stipulam: tunc supponit incendium: aedificemus aurum, argentum, lapides preciosos & temptare non audebit. Haec Hieronymus, AVCTOR. Istis ergo scripturae sanctae principis sanctorum patrum haerendum est circa principia fidei: & dimittenda plane istius Vvicleff, straminea fundamenta, ex quibus satue dicit capitulo decimotertio, secun-

do Triologi VVITCLEFF, quod mali spiritus possunt temptare homines per species sensibilem nunc excitantium ad gulam atque luxuriam, nunc ad auaritiam, secundum concupiscentiam oculorum, nunc ad superbiam sicut diabolus Christum, Regulam tamen in omnibus istis oportet de beneplacito dei accipere: quoniam diaboli non possunt plus temptare homines quam de dei beneplacito permittuntur, AVCTOR. Ecce quod delirus iste semper imponit deo fomenta temptandi de mere beneplacito: cum tamen beatus Iacobus dixerit quod vnuiquisque temptatur a concupiscentia sua, abstractus & illectus. Vbi in expositione super epistolas canonicas, BEDA, Abstractus, inquit, a recto itinere, & illectus in malum, & bene infra. Temptatus est Iudas per philargyriam: & quia erat auarus, ab ipsa sua concupiscentia abstractus & illectus ad interitum consentiendo decidit. Temptatus est Iob multipliciter, sed quia non possessiones nec salutem corporis diuino amori praeposuerat, temptari quidem hostili suggestionem potuit: sed consentire vel saltem delectari peccato nullatenus valebat. Haec Beda, AVCTOR. Ecce temptatum Iudam & concupiscentia propriae voluntatis euictum. Ecce temptatum Iob: & proposito amoris dei saluator, in vtrunque temptator se ingerit, & nec in Iob deficit nisi per propositum voluntatis sanctificata a deo, nec in Iuda proficit nisi per auaritiam voluntatis a deo desertata. Nec deus portabit in Iudaica temptatione infamiam quod in temptationem confenserit: nec diabolus culpa notam, quantum plane dicat Euangelista quod diabolus misit in cor Iudae traditionis perfidiam: sed a principali denominatur vnumquodque, quod est truncus voluntatis insequentis vel praecurrentis maxime in peccato. Vnde de hanc ipsam radicem peccati quam Iacobus supra concupiscentiam appellauit: beatus Paulus auaritiam nominat, Radix, inquit, omnium malorum est auaritia. Quam beatus Augustinus exponit, esse plus velle quam satis in omni genere delictorum. Vnde tertio de libero arbitrio, capitulo vndecimo, quaerens, Adeodatus, quare sit radicalis causa peccati, ADEODATVS. Scire, inquit, vellem si fieri posset quare illa natura non peccet quam non

peccatam præciuit deus, & quare ista peccet quæ ab illo peccatura præuisa est. Non enim puto ipsa dei præscientia vel illam non peccare vel istam peccare cogi. Et subdit, Sed nolo mihi respondeatur, voluntas. Ego enim causam quæro ipsius voluntatis. Non enim sine causa vnquam vult illa peccare, nunquã ista non vult: quædam vero aliquando vult, aliquando non vult, responderet, AVGVST. Quoniam voluntas est causa peccati, tu autem causam ipsius voluntatis inquiris, si hæc inuenire potueris: nõne causam etiã eius causæ cum inuãta fuerit quæsiturus es? Et quis erit querendi modus, quis finis percunctandi ac disserendi cum te vltra radicem quærere nihil oporteat. An putas quiquam potuisse verius dici quàm id quod dictum est radicem malorum omnium esse auaritiã: hoc est plus velle quàm satis est. Tantum autem satis est quantum sibi exigit naturæ in suo genere conseruandæ modus. Auaritia enim quæ philargyria Græce dicitur, non in solo argento vel in nummis magnis, vnde nomen duxisse resonat: argento enim nummi, aut mixto argento frequentius fieri solebant: sed in omnibus rebus quæ immoderate cupiuntur intelligenda est. Vbi cunq; omnino plus vult esse quisque quàm satis est: hæc autem auaritia cupiditas est. Cupiditas potro improba voluntas est: ergo improba voluntas malorum omnium causa: quæ si secundum naturam esset, conseruaret vtrique naturam: nec ei perniciosa esset: & ideo non esset improba. Vnde colligitur radicem omnium malorum nõ esse fecundum naturam: quod sufficit aduersus omnes qui volunt accusare naturas. Tu autem si radicis causam quæraris, quomodo erit ista radix omnium malorum, illa enim erit quæ huius est causa quam inueneres, vt dixi. & ipsius causam quæsiturus es, & querendi nullum habebis modum. Sed quæ tandem esse poterit ante voluntatem causa voluntatis? Aut enim & ipsa voluntas est & a radice ista voluntatis non recedit, aut non est voluntas & peccatum nullum habet. Hæc Augustinus. AVCTOR. Videamus iam pro deo quid poterit istis argumentis Augustini a Vvitleuistis intendi. Peccat alius quis homo carnalis dicunt necessario absolute, quæ est causa prima radicalis huius peccati necessarii, nunquid deus qui necessitat creaturas ad omnes actus suos: & tunc radice omnium malorum non erit auaritia sed

dei beneuolentia. Si nihil prius voluntate, tunc in potestate voluntatis est etiam non peccare: & si tunc non erit absolute necessarium istum peccare & si peccet: melius quàm fecit peccando potuit facere: an non potuit iste peccator voluntate sua concurrente gratia dei vitasse peccatum? Non inquit. Ergo inuire peccauit. Dicunt non, quia voluntate sua necessario peccauit. Sed hoc est oppositum in adiecto, hoc est quod Augustinus in intelligibile existimat in hoc mundo. Quid autem sic necessitat voluntatē, oportet semper vt dicas vel voluntas ipsa, quod est improbabile: vel aliquid extra voluntatem, & prius ea, immo inquit deus. Vere, inquit Augustinus, tunc nulla sunt peccata quia nullus actualiter peccat in eo quod vitare non potest. Vnde in prædicto capitulo multum laboriose edisserit ista dicens AVGVSTI. Aut ergo voluntas est prima causa peccandi, aut nullum peccatum est causa peccandi: nec est cui recte imputeretur peccatum nisi peccanti. Non est ergo cui recte imputeretur peccatum nisi volenti, sed nescio cur aliud te querere libeat, deinde quacunq; illa causa est voluntatis aut iusta profecto est aut iniusta. Si iusta, quisquis ei obtemperauerit non peccabit, an forte violenta est & cogit inuitum? Nam eadem torrens replicatur sumus, reminiscere superiorum quæ a nobis tam multa de peccato & voluntate libera dicta sunt: sed si laboriosum est omnia mandare memorie, hoc breuissime tene. Quæcunq; ista causa est voluntatis si non ei potest resisti, si ne peccato ceditur: si autem potest, non ei ceditur & non peccabitur. An forte fallit incautum ergo caueat ne fallatur. An tanta fallacia est vt cauere omnino non possit: si ita est nulla peccata sunt. Quis enim peccat in eo quod nullo modo cauere potest? peccatur tamen, cauere ergo potest. Hæc Augustinus. AVCTOR. Sed annulus negabit hic consequentiam Augustini. Peccatur enim necessario & absolute, hoc cauere nõ potest: potest autem si deus voluerit, hoc est dictum omnino nõ potest: quia deus non potest velle: & tunc qua necessitate sic astringitur diuina voluntas: si quæratur sibilare forsitan poterit, sed loqui nõ poterit. Declinemus ergo positionē istã nimis hæreticã, & ne ascribamus deo causam inuitabile delinquendi, nec iniustitiam puniendi: quia scilicet dānet queng pro eo quod simpliciter vitare nõ potuit. Ne dicat quisquã insipies, Domine tu

magis eras causa peccati mei quàm ego qui peccauit: tu enim arctasti voluntatem meam, tu prouidisti media delinquendi. Vnde absolute necessarium fuit me & peccare & velle peccare. Et Augustinus iam supra docuit, si resistere non potui, sine peccato cessi. Quid autem dicendum est de necessitate contracta ex originali peccato cui iam resisti nõ potest nisi quod voluntate prima sic etiam peccatum est, peccamus enim & peccamus continue: & sic de necessitate. Omne enim quod est dum est, necesse est esse: sicut tamē peccamus originaliter in primo parente actualiter delinquente: ita tunc vitare potuimus originaliter in ipso eodem actualiter euitate. Sunt autem alia necessitates peccandi, non absolute quales sunt. De quibus dicit psalmista, De necessitatibus meis eripe me domine. Et Apostolus, Non quod volo bonum hoc ago: quæ non tam peccata sunt quæ peccata congrua peccatorum quæ vtiq; vitari possunt: & si vitata nunquã erunt. Mandat ergo beatus Ambrosius omnino in omni peccato quod nullum alium accusemus nec aliam causalitatem vel necessitatem quàm libera voluntatis propriam facultatē in Hexamero, homil. prima. versus finem. AMBROSIVS. Non, inquit, ab extraneis est nobis quod a nobis ipsis maius periculum. Intus est aduersari, intus auctor erroris, intus inquam clausus in nobismetipsis: propositum tuum speculare, habitum tuæ mentis explora: excubias ostende aduersus mentis tuæ cogitationes & animi cupiditates. Tu ipse tibi es causa improbitatis: tu ipse dux flagitiorum tuorum atque inuentor criminum. Quid alienam naturam accersis ad exculationem tuorum lapsuum? vtinam te ipse non impelleres, te nõ inuolueres aut studeas immoderatioribus, aut indignatione aut cupiditatibus quæ nos innexos velut quibusdam retibus tenent: & certe in nobis est moderari studia, cohibere iracundiam, coercere cupiditates. In nobis est & indulgere luxuriam, adolere libidines, inflammare iracundiam vel inflammanti aures accommodare: eleuari magis in superbiam, effundi in sauitiam, quàm reprimi humilitate: diligere māsuetudinem. Et sequitur, Illa cauenda quæ ex nostra voluntate prodeunt. Delicta inuitis, & irrationabiles corporis passionēs. Quorum ergo nos sumus domini, horum principia extrinsecus non quæramus: nec diritemus in alios sed agnoscamus ea quæ proprie nostra sunt. Quod enim possumus facere si

volumus, huius electionem mali potius debemus nobis quàm aliis adscribere. Hæc Ambrosius. AVCTOR. Ira est, sed nulla sunt talia dicit Ambrosius: quia nos actum nostrorum sumus domini, non fune necessitatis illecti: & ideo cum peccamus peccatorum nostrorum principia extrinsecus non quæramus. Non est deus, non natura communis, non dæmones, non mali homines, domini necessarii malorum nostrorum: sed ipsi nos & corrupta voluntas. Origenes vetus pater ab istis non dissentiens libro, viii. super epistolam Pauli ad Romanos tractans hunc textum, Quos prædestinauit hos & vocauit. ORIGENES. Hoc pacto, inquit, neque præscientia dei vel salutis, vel perditionis nostræ causa consistit: neque iustificatio ex sola vocatione pendebit neque glorificari de vestra penitus potestate sublarum est. Et subdit, Vt autem scias quia non in præscientia dei vniciuq; salutis causa ponitur, sed in proposito & actibus suis. Vide Paulum verentē ne forte cum aliis prædicauerit ipse reprobis efficiatur macerare corpus suum & subicere seruituti. Hæc ille. AVCTOR. Optime sumptum argumentum. Non enim timere debuit Paulus causam suam secundum Vvitleuistam, qui cecidisse non potuit. Non enim aliter potuit fecisse quàm fecit: non enim cecidit, ergo nec potuit cecidisse.

Q. NECESSITAS OMNIS AB
externo proniens & præcedens
rem, tollit ambulatoria ho-
minis voluntatem.

Cap. XXV.



ilitat nulli dubium necessitas ista Vvitleuistica aduersus arbitrii libertatē: nec potest in nobis saluari voluntariē electionis libertas vbi inuit ab extramercēdi vel demerendi necessitas. dicēte contra Iouinianum libro secundo. HIERONYMO. Liberi arbitrii nos cōdidit deus, nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur: alioquin vbi necessitas ibi nec corona est. Hæc ille. AVCTOR. Vide quod nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur: quia liberi arbitrii nos cōdidit deus. Sed & Vvitleuistam, responderet. Est

& libertas in angelis confirmatis, qui tamē ad hoc agendum quod agunt summa necessitate trahuntur. Iam dicat ecclesia istū non intelligere semetipsum: quia duo dicuntur esse status hominis secundum Apostolū, Vnus est status cursus, alius status termini, secundum illud, Omnes quidem currunt, & illud, Omnis qui in agone contendit. Et illud, Neque volentis neque currentis &c. Status viae, status termini esse non potest: qui sic distant qualiter mereri primum habendū, & primum iam habere. Et quo pede currimus ad brauium obrinendum, nisi pede libertatis incerte? Quo pede inheremus brauium iam percepto, pede certae libertatis, sed fixo. Non est ergo pes fixus pes meriti pes cursus nostri: nec similis est pedi comprehendentis, pes currentis. Sic libertas nostra pro statu viae est libertas sed mobilis: quam si aliqua necessitas extranea voluntati iam currenti teneret: non esset illa vel merendi vel offendendi libertas, quia non esset nostra, sed sic necessitatis vera potestas: cum tamen dixerit sanctus Ioānes, Quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, id est exclusit ab eis omnem necessitatem, ne per aliquid extraneum, rationē perderent meriti. Sic enim antiquus pater dixit Hilarius primo libro de Trinitate, in principio, tractans hunc textum Ioānis praedictum. HILARI. Recipientes, inquit, filii dei facti sunt, non ortu carnis sed fidei. Esse autē filios dei non arguit necessitatem esse, sed potestatem: quia proposito vniuersis dei munere non natura gingentium afferatur, sed voluntas praemium consequatur. Hęc ille. AVCTOR. Dicit esse filios dei potestatem esse quandam non necessitatem, id est potentia ipsi, conceditur, nulla necessitas interrogatur: quia necessitas talis auferret omnē vim meriti. Et sic omne praerogatum praemii aut da mihi necessitarum ad meritum, & dabo tibi inuite & sine gratiarum actione beatum. Sed ideo nunquā voluit deus aliquem necessario trahere ne vilesceret in retributione. Vnde propter hoc dicit sanctus pater Chrysostomus quod Christus magnis liberalitatis indicis volebat Iudam a traditione sua subtrahere: sed necessitatem ullam nolēbat imponere sed relinquere optioni, id est libertati. Dicit enim super Ioānem homil. lxx. tractās hunc textum, Ante diem festum Pasche &c. CHRYSOST. Videamus inquit ad discipulos, quid fecit, nunc autē magis & quid facit ad insidiatorem quem maxime omnium oportet

tebat odisse: quoniam discipulus existēs, & mēsis & sale comunicans, & miracula videns, & tantis dignis effectus honoribus, fecit difficiliora: lapides quidem non mittens neque coniciens, sed prodens eum & tradēs. Hunc ergo vide qualiter amabiliter suscipit lauas eius pedes. Etenim hac forma eum volebat a sua nequitia detineri. Et nimirum licebat si deum vellet & ficcare eum sicut & ficum & incidere sicut & petras scidit, & scidere sicut velum: sed nolēbat necessitate sed operatione ab insidiis eum abducere: propterea & lauat Christus ei pedes. Hęc Chrysostomus. AVCTOR. Nec mirum si Iudam non necessitavit, primum ut ipse angelum non necessitavit ad crimen sed dimisit proprię & pro tunc veritabili libertati. Vnde primo lib. contra aduersarium legis & prophetarum AVGVST. Si inquit ratio recta demonstrat rationabilem creaturam illam esse meliorem quę nulla in obedientia deserit deum, quę istam quę ita deserit: sciat quisquis hoc sapit nec illam deesse caelestibus rebus quę nunquā deserit deum, nec istam ita esse factam ut aliqua necessitate deserere cogeretur deum: & quia voluntate deseruit nihil ex hoc diminutum est sapientissimis dispensationibus dei qui & malis nuda & peruersis recte vititur. Hęc Augustinus, AVCTOR. Nulla ergo necessitate deum deseruit qui sua voluntate nullo cogente peccauit. Cōformiter dicit de quolibet peccatore in lib. de casibus sibi falso impuratis in satisfactioe ad arriulfū. xliii. vbi loquēs de deorum praesidio, AVGVST. Nemini inquit per hoc ut falli possit, aut necessitatem aut voluntatem intulit delinquendi. Si autem a iustitia & pietate quis deficit, suo in praerogatum fertur arbitrio, sua concupiscentia trahitur, sua persuasionē decipitur. Nihil ibi pater, nihil filius, nihil spiritus sanctus, nec tali negotio quicquid diuinę voluntatis interuenit. Cuius ope scimus multos ne laberentur retentos: nullos autē ut laberentur impulsos. Hęc Augustinus. AVCTOR. Ecce quod deus nulli infert necessitatem ut peccet, ut suo cuiusque arbitrio imputetur quod cadit: & nihil ibi pater filius vel spiritus sanctus habet quo talis delinquat, nihilque diuinę voluntatis interuenit. Quomodo ergo blasphemus iste ad diuinum beneplacitum nos pro certa regula peccandi demādat? Nec ergo dei voluntas vel praescripta quę ad peccandum necessitat: quia sic tollitur humana libertas, nec humana libertas diuinę praescripti aliquid admittit sicut

Cicero existimat, sed in deo est praescripta certa: & in homine non minus voluntas sine omni extranea necessitate libertas. Vnde Augustinus, v. de ciui, dei cap. x. ad liquidum ista determinans, enucleat primo necessitatum modos: supponens dici necessitatem ab extrinseco quę non esset in potestate nostra quā Stoici dixerunt esse necessitatem fati: & ista, dicit, tollit arbitrii libertatem: aliam assignat intra potestatem nostram quę libertatem non tollit, sed supponit. AVGVSTINVS. Sic enim inquit, cum dicimus necesse est ut cum volumus libero arbitrio velimus, & verū proculdubio dicimus & non ideo ipsum liberū arbitrium necessitati subiicimus quę admittit libertatē. Sunt ergo nostrę voluntates & ipsę faciunt quicquid volendo facimus: quod non fieret si nollemus, nam si voluntas tantum esset nec posset quod vellet potentiori voluntate impediretur, & tandem sic concludit. Quocirca nullo modo cogimur aut reuocata praescripta dei tollere voluntatis arbitrium, aut retento voluntatis arbitrio, futurum (quod nephas est) negare praescriptum futurorum. Hęc Augustinus, AVCTOR. Vbi plane pater necessitatem quam ponit Vvicleff tollere liberum arbitrium, quia extra potestatem hominis eam ponit penes deum: immo hominis furripit potestatem. Primam vero necessitatem omnes ponunt siue in deo siue in homine: etiam penes actum cogitingerent futurum. Quā utriusque geminam necessitatem, Anselmus secundo, cur deus homo, cap. xvii. vocat antecedentem & consequentem: & sumpsit ex Augustino hic supra, & sexto super Genesim ad literam, cap. xxii. ANSELMVS. Est, inquit, necessitas praecedēs, quā causa est ut sit res: & est necessitas sequens quā res facit: praecedens, & efficiens necessitas est cum dicitur coelum volui: quia necesse est ut coelum voluatur, sequens vero & quę nihil efficit, sed fit: est cum dico te ex necessitate loqui quia loqueris. Cum enim hoc dico significo nihil facere posse ut dum loqueris non loquaris, non quod aliquid te cogat ad loquendum. Nam violentia naturalis conditionis cogit coelum volui: te vero nulla necessitas facit loqui. Hęc Anselmus. Et idem habet de concordia praedestinationis dei cum libero arbitrio, capitulo quarto. Cum dico, quia si praescriptus deus aliquid necesse est illud esse futurum: idem est

ac si dicā, si erit ex necessitate erit: sed hac necessitas non cogit nec prohibet aliquid esse aut non esse. Ideo enim quia ponitur res esse, dicitur ex necessitate esse: aut quia ponitur non esse affirmatur ex necessitate non esse: non quia necessitas cogit aut prohibet rem esse vel non esse: nam cum dico si erit ex necessitate erit: hic sequitur necessitas rei positionem, non praecedit: idem valet, si sic pronuncietur, quod erit ex necessitate erit, non enim aliud significatur necessitas hac, nisi quia quod erit non poterit simul non esse. Hęc Anselmus, AVCTOR. Necessitas ergo praecedens non compatitur arbitrii libertatem, & ideo ipsa non conuenit humanis effectibus. Periculose ergo, ut mihi videtur, quidam magni viri necessitatem istam praecedentem ponunt in humanis operibus, etiam & quę fluat voluntate dei maxime cum antiquis ecclesię patribus nihil consonans reperire possunt cum conatur, & illud quod adducunt cor regis in manu domini: & quocumque voluerit inclinatur illud. Ipse textus exponit se intelligi de necessitate tractationis vel inclinationis: non autem de necessitate illa quę praecedit secundum Anselmum, & secundum quam voluntas necessario agit: nec potest aliter agere etiam si vellet secundum Augustinum. Quomodo isti non dicerent vna cum Vvicleff, quod Christus subiuit mortē necessitate cui obuiare ipse non potuit, quod est scandalum crucis inter gentes & hęresis Christianis. Ideo autem quia spontaneitatem Christi peremeret & veritatem illam euangelicam: potestatem habeo ponendi animam meam, omnes fideles dicunt eum non necessitate sed sponte mortem subiisse. Non necessitate scilicet praecedente, puta dei quę cogeret libertatem. Vnde Anselmus, cur deus homo, vbi supra. ANSELMVS. Hac sequenti & nihil efficiēti necessitate, quoniam vera fuit fides & propheta de Christo, quia ex voluntate non ex necessitate moriturus erat, necesse erat ut sic esset: hac homo factus est, hac fecit & passus est, hac voluit quęcumque voluit. Hęc ille. Et. xxiiii. Moralium, ca. primo. GREGORIUS. Quia veniens in carne dominus, non culpam nostram ex vitio, non poenam ex necessitate suscepit. Nulla enim peccati labe pollutus reatus nostri teneri conditione non potuit: atque ideo mortem nostrā omni ne-

cessitate calcata cum voluit sponte susce-
pit, & cetera. Hęc Gregorius, AVCTOR.
Ecce Gregorius abstulit omnem necessita-
tem, saltem extrinsecam, Christo cum do-
cuit mortem Christi fuisse spontaneam quā
abstulit ideo, quia hæc sibi obuiant & in-
ter se cōuenire non possunt. Certe ille qui
facit concordiam in sublimibus, non fa-
ceret illam concordiam inter necessitatem,
quā Augustinus appellat extrinsecam: &
Anselmus præcedentem, & liberum arbi-
trium: ambulans cū homine pro statu isto
quā Vviteless deierat bene stare, sed nusq̄
demonstrat. Dicamus ergo omnes cum ec-
clesia Iesu Christi, q̄ nec præscientia dei, nec
voluntas nec deus ipse, quomodo cōq̄ ne-
cessitat creaturam ambulatorie liberam, ad
quodcūq̄ opus suum quod voluntati ei⁹
supposuit necessitatē aliqua absoluta, nec
ex præscientia dei quicq̄ facere limitat quo-
minus possit, & non possit hoc facere quod
proponit. Hieronymus enim cum omnib⁹
supradictis plane sentiens dicit libro quat-
to super Hieremiam tractans hęc textum,
Noli subtrahere verbum, si forte audiant,
Ponderans hoc verbū forte, HIERONY-
MVS. Verbum ambiguum forsitan maie-
statī domini cōuenire non potest, sed de
nostro loquitur effectu vel affectu, vt libe-
rum homini seruet arbitriū ne ex præscien-
tia eius quasi ex necessitate facere aliquid,
vel non facere cogatur: non enim ex eo q̄
scit futurum aliquid, idcirco futurum est:
sed quia futurum est, dominus nouit quasi
præscius futurorum. Hęc Hieronymus,
AVCTOR. Ecce q̄ semper absoluunt pa-
tres necessitationem diuinæ præscientiæ, ne
si poneretur potestatem tollerent libertatis
humana. Idcirco quasi summarie conclu-
dens hunc processum beatus Augustinus
in Epistola ad Deogratias presbyterum in
responsione ad quartū dubium, AVGV-
STINVS. In voluntate inquit, propria me-
tietur bonus homo bona facta, & in ea me-
tietur ei beatitudo. Itēq̄ in voluntate pro-
pria metietur malus homo opera mala, &
in ea metietur ei miseria: quoniā vbi quis
que bonus est, bene vult ibi: etiam malus
cum male vult: ac per hoc ibi etiam fit, vel
beatus vel miser, hoc est in ipso suæ volun-
tatis affectu qui omnium factorum merito-
rumq̄ mensura est, ex qualitatibus quippe
voluntatum non ex temporum spatii siue
recta facta siue peccata mentiemur, Hęc il-

le. AVCTOR. Non ergo est voluntas dei
necessitata nec necessitata mensura fa-
ctorum nostrorum nec exclusa contingentia,
eorum dico quæ ad meritum vel demeri-
tum consequendum deus nostræ liberta-
tis arbitrio subrogauit.

Quæstiones implexæ de incerto fu-
tutorum, & solutiones earum.

Caput, XXVI.



AB initio vero nascētis es-
clesię homines plurima fa-
piētes de hac summa præ-
scientia dei mirabiles col-
legerunt quæstiones: & ni-
mirū multi defecerūt ser-
uantes scrutationes suas. Est enim in alti-
tudine diuinę sapiētīę hospitata cui⁹ sunt
inuestigabiles viæ: multo magis est inat-
tingibilis finis vitæ vbi latet hospes abs-
conditus & manna velatum. Prostratus
ergo ego inter ceteros inquisitores falli po-
tero, sed nouit deus, errare non volens, im-
mo cuncta faciens ne aberrem: veniam pre-
cor ne quisq̄ fidelis in me designationis
suæ multum effundat: si non singulas mē-
tis suæ dubitationes absoluam si eas quas
præterdam discutere correspondenter vo-
to suo non efferam: si non clare &lympi-
de cuncta pronunciem: dum tamen pauca
dicam de multis, faciens plana de mysti-
cis secundum antiquā fidem ecclesiæ quę
& per recentiores patres vsq̄ ad nos per-
uenit, & hoc si & quantum deus balbo lo-
quī prudenter, lippo videre subtiliter, &
manco ac mutilo concessit veraciter scri-
bere & dictare profunda. Ea vero maxime
conabor adducere quæ necessitatem illam
Vviteless olim iam hæreticam effodiunt
protinus: & antiquam fidem ecclesiæ cla-
rius administrant. Assit huic conatui spiri-
tus consilii vt digne possim communicare
fidelibus scriptis & verbis, hanc summam
præscientiæ fidem inter omnes materias fi-
dei maxime formidandam in verbis, quam
secundum spiritum fortitudinis audacissī-
ma fide & veritate amplector in cōceptib⁹.
Vere em̄ non mihi tam leue ac facile est si-
deliter dicere q̄ fideliter credere, & mente
tractare. Maxime em̄ est hæc materia per-
uia logicis, & æque metaphysicis stragui-
lis variata. Tenax ergo logicus de signis
caueat, & subtilis philosophus dicēdorū
naturas seorsum inspiciat, vt vterq̄ plano

sermone fidem astruat, & blasphemias &
perplexitates eliminet præinuentas. Sup-
posito communi intellectu terminorum,
præscientiæ & prædestinationis diuinæ.
Notandum est q̄ præscientia aliquid plus
dicit in scripturis q̄ vulgo concipitur, Nō
enim est præcognitio tantum rei futuræ,
quia sic parum distaret a notitia idealī: sed
est præcognitio rei cum applicatione odii
vel amoris, odii scilicet quando præscien-
tia cum reprobatione conuertitur: amoris
quando cum prædestinatione confertur:
secundum illud Apostoli, Quos præsciuit
& prædestinavit conformes fieri imaginī
filii sui. Ideo Origenes super epistolam ad
Romanos, libro octauo, ORIGENES. Nō
inquit secundum communem vulgi opi-
nionem putandum est bona malaq̄ præsci-
re deum, sed secundum scripturæ sanctæ
consuetudinem, & bene infra, Ideo in præ-
senti loco constat Apostolū secundum scri-
pturæ sacre consuetudinem cognoscendū
posuisse sermonem vt illos ostenderet. præ-
cognitos a deo, in quibus sciens quales es-
sent amorem suum deus affectumq̄ posuif-
set, secundum illud, Cognouit dominus il-
los qui sunt ei⁹. Hęc Origenes. Sic & AV-
GVSTINVS de bono perseuerantiæ, li-
bro secundo. Prædestinare dei est dispone-
re sua opera futura in sua præscientia quæ
falli mutariq̄ non potest. Et in libro de casi-
bus sibi falso imputatis in satisfactio ead
articulum duodecimū. Ad prædestinatio-
nem dei nihil ampli⁹ referri potest, nisi qd̄
aut ad debitam iustitię retributionem, aut
indebitam pertinet gratiæ largitionem.
AVCTOR. Sic ergo accipiendum est, in
dei scientia quemadmodum in nostra ali-
quid in ratione actus immanentis: scilicet
actus ipse scientiæ certæ futurorum euen-
tuum, & aliquid quasi consequens ex isto
& in ratione actus emanantis: scilicet præ-
paratio poenæ vel præmii correspondens,
supposito quod præponit & habent se or-
dinate ad deum sicut lucere & illuminare
ad solem, vel calere & calefacere ad ignem,
calefacere est rei calefactæ propinquius, ca-
lere autem inuariabiliter insitit igni, & ca-
lesactionem causat formaliter. Iam forsitan
dubitare de multis non erit inutile.

MQuæritur curiosi quidam quid sit obie-
ctum diuinæ præscientiæ adæquatam, vo-
lentes excludere contingēs futurum, hoc
medio: quia præscientiæ necessariæ & inef-

fabili solum præscitum infallibile & neces-
sarium correspondet: omne autem contin-
gens deficit ab hac necessitate: nullum ergo
contingens est præscitum: omne ergo
præscitum est simpliciter necessarium. Res-
pondet mater ecclesia, obiectum adæqua-
tum diuinæ præscientiæ esse futurū de cer-
to, secundum q̄ tale, id est quod est de cer-
to futurum, non vt est futurum solum de
possibili vel de modo contingenti: quali-
ter multa possunt esse futura quæ nunq̄ ea-
runt, & ideo nec ipsa præscita sunt proprie,
sed intrinseca sunt a deo simplici intelligē-
tia quæ non dicitur scientia vel præscien-
tia nisi forsitan abusu. Augustinus enim
sexto super Genesis ad literam, capitulo
xxii, dicit sic, AVGVSTINVS. Multa se-
cundum inferiores causas futura sunt, sed
si ita sunt, & in præscientia dei, vere futu-
ra sunt: si autem ibi aliter sunt, ita potius
futura sunt sicut ibi sunt, vbi præscit qui
falli non potest. Nam futura dicitur sene-
ctus in iuvene, sed tamen futura non est si
senecturem moriturus est, hoc autem
ita erit sicut se habent aliæ causæ, siue in
mundo contextę, siue in dei præscientia cō-
seruata. Nam secundum quosdam futuro-
rum causas moritur⁹ erat Ezechias cui de⁹
addidit quindecim annos ad vitā: id vtiq̄
faciens quod ante constitutionem mundi
se facturum esse præsciebat, & in sua volū-
tate seruabat. Non ergo illud fecit quod
futurum non erat: hoc enim magis erat fu-
turum quod se facturum esse præsciebat.
Hęc Augustinus. AVCTOR. Ecce pro-
bat quasi ad conuertentiam futurū esse ob-
iectum diuinæ præscientiæ. Et de concor-
dia præscientiæ, cap. quarto, ANSELMVS.
Si quis inquit, intellectū verbī proprie con-
siderat, hoc ipso q̄ præsciri aliquid dicitur
futurum esse pronunciat, Non enim nisi
quod futurum est præscitur, quia scientia
non est nisi veritas. Hęc ille, AVCTOR.
Inquirunt vterius curiosi prædicti, An nō
sit omnino necessarium necessitate præscien-
te, quo est obiectum præscientiæ, aliter em̄
si deus præsciat Thomam iturum Romā in
Pascha & possit non ire, falleretur diuina
præscientia. Docet ecclesia q̄ non sic sequi-
tur, sed ipsos falli qui sic miscnt de in esse
cum modalī. Diximus iam obiectum adæ-
quatam diuinæ præscientiæ esse futurum
de certo. Sciūt equidē omnes logicī omni-
no alterius naturæ esse propositionem de

in esse alterius propositionem de modo, & longe distantes vires in propositionibus obtrunc. Ne ergo fallamur confusionibus terminorum volo de cetero futurum de certo a solum de possibili futuro sua appellatione distinguere secundum illam legem Augustini supra habitam de spiritu & littera. Multa possunt deus & homines quae nunquam fuerunt, nec sunt, nec erunt, sicut in libro de perfectione iustitiae ipse concessit. Et hic approbat quod aliquis homo extra Christum, immo omnis homo viuens potest esse sine villo peccato, quod tamen nunquam erit, est vel fuit. Sicut & Chrysostomus Homilia quarta, de laude Pauli dicit omnes posse esse similes Paulo in merito & eiusdem gratiae participes. Quod tamen de certo non erit, & sic conceditur praedictum Thomam posse non ire Romam. Quo casu posito & admissio, si proponas mihi Thomas non ibit Romam, nego quia eius oppositum est de certo futurum, & a Deo praescitum. Est enim futurum de certo quod Thomas ibit Romam: nec hoc est illud certum & admissum, ad quod affirmatiue tenetur respondere. Sed vnum futurum de possibili, scilicet hoc Thomas de possibili non ibit Romam. Et ecce concordauimus de in esse cum modaliter: quia potest esse quod Thomas non ibit Romam: qui tamen de certo ibit Romam. Et iterum, Thomas poterit non ire Romam, quem deus determinate nouit iturum Romam. sed quod Thomas ibit Romam, non ideo minus falsum est de certo quous sit possibile verum. falsum enim est quia non est de certo futurum, & quia potest esse futurum conceditur esse possibile iuxta logicam magni Chrysostomi in imperfecto Homilia. lvi. tractantis hunc textum Christi, Omne regnum in se diuisum desolabitur, ubi probat fuisse possibile quod Christus in Beelzebub eiecit daemones, sed falsum tamen in facto. CHRYSOSTOMVS. Aliud est inquit impossibile, aliud falsum. Impossibile est quod fieri non potest, falsum autem quod fieri potest, sed factum non est. Quod autem Pharisaei aduersus Christum dicebant, possibile erat, falsum autem erat. Non enim Christus in Beelzebub daemones eiecit, possibile autem fuerat ut in spiritu diaboli daemones expellerentur: nunquid Pharisaei homines in malo docti hoc aduersus Christum blasphemassent, nisi fieri posse cogno-

uissent? Hae ille, AVCTOR. Vbi praeter alia patet quod false dixit Vviteless, tertio dialogo, capitulo secundo. Omne possibile est verum: hoc enim iam dictum Christo, fuit possibile & nunquam verum. Sic iam dico de terminato futuro illud fore verum & eius oppositum esse possibile quous falsum. Ad damus ergo in concessione possibilis falsi ut discerni valeat a veritate certi futuri: quia additio modi quous non exprimitur subintelligitur in omni casu. Nam quid aliud est dicere casu posito quod currant, concedo me currere nisi de possibili concedo me currere: non enim concederem me currere, si simpliciter proponatur: ubi ergo aduersitas terminorum exigit, tunc est necesse exprimere intellectum subintellectum. Et certe haec modica trusa coincidentiae vel acceptionis indistincte futuri de possibili, loco futuri de certo: est magnis viris in materia de praescientia dei causa disturbata. Postquam enim positum sit possibile, concedunt reliqua quae sequuntur quasi simpliciter de in esse. Sed dicitis posito tali possibili quod non est de facto futurum: nunquam concedam deum hoc praescire, non, sed praesintelligere simplici notitia. Sic enim dicimus deum non praescire nisi de certo futura: quod si de certo futura non sint nec ea praescita sunt. Et haec est antiquior logica sanctorum patrum & adhuc cautior. Audite namque Veterem Origenem super epistolam ad Romanos libro octauo dicentem consimiliter de prophetia. ORIGENES. Non inquit, quia Prophetae Christi dixerant, idcirco prodidit Iudas: sed quia futurus esset proditor, ea quae ille ex nequitia sua proposito gesturus erat, praedixerunt prophetae: cum utique Iudas in potestate habuisset ut esset similis Petro & Ioanni si voluisset: sed elegit pecuniam per cupiditatem magis quam apostolici consortii gloriam: & hanc eius futuram voluntate praecedentes prophetae, librorum tradidere monumentis. Hec Origenes. AVCTOR. Videte iam quomodo supponit casum possibilem contra id quod erat pro certo futurum, Iudam scilicet potuisse esse similem Petro & Ioanni: & non obstante illo possibili sic concessio, concedit doctor praeuisionem prophetiam non fuisse de illo futuro de possibili, sed de opposito eius quod fuit de certo futurum. Hanc, inquit, futuram eius voluntatem praecedentes prophetae. Sed dicitis,

nunquid ergo sicut conceditur hoc esse possibile futurum, cuius scilicet Deus praescit oppositum: ita & praescientiam dei posse falli, quia sequitur hoc praescit deus, hoc potest non esse, ergo praescientia dei potest falli. Nec sequitur in nobis: ego scirem scribere istum librum, sed potest esse quod nunquam scribatur, ergo potest esse quod nunquam scia vel sciam, & philosophia docet poteritiam non decipi nisi circa obiectum proprium. Non enim visus decipitur circa dulce: quous nisi gratum apparens dulce fuerit. Praescientia ergo dei falli non potest circa futurum solum de possibili: deciperetur autem si determinate futurum non veniret, quod multum longe exponens iuxta viam Origenis iam dictam, senex Chrysostomus tractans illud Matthaei, xviii. Necessesse est ut veniant scandala, CHRYSOSTOMVS. Non inquit, hic destruit libertatem arbitrii, neque necessitati aliquid rerum supponit, sed quod omnino futurum est praedicit. Neque enim quia praedixit propter hoc fit, sed quia omnino futurum erat, propter hoc praedixit. Sed dicit aliquis, si omnes corriganter & nullus sit qui scandala afferat, nonne mendacii arguetur hic sermo? Nequaquam. Quia enim vidit inemendatos futuros homines esse, propter hoc dicit, Necessesse est ut veniant scandala: si autem corrigeni essent non dixisset, Hae ille. AVCTOR. Videant iam magni illi qui necessitatem futurorum concedunt, quod praedicare vel praenudare dei non subinfert rebus praenudentem necessitate quacumque, sed solum futuritionem de certo. Secundo videant omnino futurum, id est determinate futurum solum esse praedictionis diuinae vel praenudationis obiectum. Et quomodo tertio ponit casum in terminis ne aliquis scandalizet in posterum: quo concessio dicit non ideo praedictionem diuinam fore mendacem: & subiungit causam, quia vidit inemendatos futuros de certo. Concedat ergo futuram emendationem de possibili cum opposita futuritione de certo, salua praenudatione diuina: cuius praenudationis vel praescientiae tota ratio infallibilitatis est certa futuritio contingentis, non quidem casualiter sed obiectiue. Quod si esset de aliquo non de certo futura, tunc esset praescientia falsa vel nulla. Sicut si dicerem, me scire rem fore: false dicerem si res non foret: vel fuisse, si non fuerit: vel esse, si non sit: &

hoc est praescire qualiter res erit scire. Qualiter autem res esse poterit praesintelligere. Sed dicitis, scientia humana est circa ea quae non possunt aliter euenire: quanto magis diuina. Non ita, quia scientia humana causatur a rebus quae cursu naturae falli non possunt: scientia autem diuina ab intus est & non a rebus, sed de rebus etiam contingitibus, & hoc est magni praenudationis in diuina scientia quod tam certa est & tam necessaria de rebus contingitibus sicut de summe necessariis: non sic in humana scientia, quae causis imprimentibus certior esse non potest. Et inde est quod sit tanta necessitas praescientiae diuinae: cum omnimoda contingitiae rei praescitae. Praescit enim deus infallibiliter qualitercunque res est futura contingenter, & qualitercunque sit res contingens, non est magis necessaria in se, nec minus necessaria in deo sciente, quia non alia praescientia quam necessaria speculatur, nec aliud quam quomodo contingenter res contingens ad vnam partem determinate perueniet intruetur. Ipse enim praescientia sua videt ex qua parte pondus in libra descendet: nec tamen ut necessitatem inducat alterutrius lancis brachio manum premit: immo sic pondus in libra sine omni aspiciente descenderet: ita per impossibile si deus rem non praesciret, sic tamen dicit iam futura est, futura foret. Ideo dixit Augustinus de libero arbitrio sicut supra habetur, quod non plus praescientia diuina quam mea infert necessitatem rei futurae, & didicit hoc forsitan ab Origene, de quo supra AVGVSTINVS. Et si communi inquit intellectu de praescientia sentiamus, non propterea erit aliquid quia id scit deus futurum, sed quia quod futurum est, scitur a deo antequam fiat. Nam & si (verbi gratia) fingeremus deum non precognoscere aliquid futurum, sine dubio erat quod est ita ut esse, ut puta Iudas traditor factus est, & hoc ita futurum prophetae praedixerant. Hec ille, AVCTOR. Futuritio ergo rei est verum obiectum praescientiae ut praescientia est: non dico hic quod praescientia non est respectu possibilis quod nunquam erit: sicut non intendo negare hominem esse sensibile quous dicam homo esse: non minus tamen est sensibilis in quantum animal est, sed non adequata: ita praescientia dei in quantum intelligentia simplex est, est respectu omnis possibilis. Adequate autem

est nisi respectu determinate futuri, scilicet in quantum praescientia est. Alioquin omnia illa quae supraposuit Augustinus esse possibilis sed nunquam futura, praeterita, vel praesentia, nunquam fuissent praescientia a deo esse possibilis: adducere scilicet mille legiones ne pateretur & alius sit redemptor, possibilis & nunquam futurus. Possibilitas etiam omnium hominum vniuersa cohibere peccata, abbreviatio exitus de Aegypto nunquam facta, Ecclesia sacra docet Deum praescisse omnes possibilitates istas & modos contingentia & aequae praesciuit de certo nunquam deducendas ad actum. Possibilitates autem praesciuit ratione simplicis intelligentiae, futuritiones vero certas ratione praescientiae sempiternae. Instat iterum curiosus iste, quia si peccatum finale praescitum sit contingens, tunc poterit non esse, & sic praescitum non damnabitur. Respondet ecclesia falsum esse, quod praescitum non damnabitur, immo damnatio eius est de certo futura, & sic peccatum eius finale, dicente propheta. In peccatis quae operatus est in ipsis morietur. Sed quia est contingens, & sic praescitum esse contingens & voluntarium & praescitum a Deo esse voluntarium: idcirco in potestate illius est vitare illud peccatum: sed quia de certo praescitum est cum hoc non velle quod potest, idcirco merito suo ad damnationem prouisus est & prauius. Sed dicis, ergo praescitum iste potest ordinari ad gloriam, si potest illud finale vitare peccatum, & per consequens esse praedestinatus. Equidem potest si laqueum sophismatis non abscondas in verbis. Nolo quod contrarias denunciations immisceas de re subiecta praescientiae est sermo si potest praedestinatio nisi esse subiecta, non autem quod praescientia possit esse praedestinatio, vel quod simul possit quis esse praescitum dum sit praedestinatus. Ad haec enim praecauenda didici inuenis quid sit compositio, & quid diuisio, & concessi album posse esse nigrum, im possibile tamen album esse nigrum. Sed ut fides adificetur in rebus excluso sophismate ab olim docebat ecclesia omnem damnatum aliquando potuisse saluari, & omnem damnandum adhuc posse saluari si velit. Vnde Augustinus in de casibus sibi falso imputatis in responsione ad quintum articulum, dicit primum hominem po-

tuisse vitare peccatum primum, quo damnauit se & totum genus humanum. AVGVSTINVS. Non, inquit, cuiusque peccatoris auctor est deus, sed naturae est creator: quae cum potestatem habuit non delinquendi sponte deliquit, & deceptorum suo propria voluntate se subdidit. Haec ille. AVCTOR. Ecce quod homo habuit potestatem non delinquendi: qui & habuit potestatem, quia & voluntatem habuit delinquendi: & sic qui fuit praescitum ut caderet potuit non cecidisse si voluisset. Idem AVGVSTINVS contra aduersarium legis & prophetarum, capitulo primo loquens de homine secundum speciem. Quibus inquit, videtur sic hominem fieri debuisse ut peccare noller: non eis displiceat sic esse factum ut non posset peccare si noller. Nunquid enim si melior esset qui non posset peccare, ideo non bene factum est qui posset & non peccare. Haec Augustinus. AVCTOR. Sic ergo factus est homo a prima creatione sui ut potest non peccare ad ruinam, quod tamen fecit & maxime finetenus. Alioquin rogo dicat qui scit si non frustra oret ecclesia in communi. A damnatione perpetua libera nos domine. Et illud in collecta post comferia quinta ante passionem. Coelestia dona capientibus quaesumus domine non ad iudicium peruenire patiaris, quod fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Prouidentia diuina enim quae est pars politica iustitiae distributivae, quae moralis proles prudentiae falli non potest, sicut nec praescientia. Si ergo prauidit hoc ad remedium seruorum fidelium, nunquam potest pati ut ad iudicium illorum vel eorum proueniat: illud scilicet iudicium quod in eodem euangelio noratur, Qui mala egerunt in resurrectionem iudicii: potest certe quia & illi sic mereri possint, & alii sic peccare poterant. Vnde AVGVSTINVS loquens de malis creaturis quas deus cum creasset erant casurae posterius. Praesciebat, inquit, quid eorum factura esset voluntas mala: praesciebat sane, & quia falli non potest eius praescientia, ideo non ipsius sed eorum est voluntas mala. Et tandem in sequenti capitulo. Sed posset, inquit, ipsorum voluntatem in bonum conuertere quonia omnipotens est: posset plane. Cur ergo non fecit? quia noluit. Cur non

voluerit, penes ipsum est. Haec Augustinus undecimo super Genesim ad literam, capitulo, xiiii. AVCTOR. Ecce quod deus potuit voluntates eorum malas in bonum conuertere, non dissimulat Augustinus, sed potuit plane inquit: & tandem subdit. Sed noluit, poterat ergo isti non peccasse qualiter etiam damnabiliter peccauerunt. Quare ergo non omnis homo adhuc potest damnationis suae complete vitare peccatum? Potest equidem sed non faciet: immo de certo non faciet. Rectius ergo damnari debet; & sic deus damnandum praescit, qui potuit omnino sed noluit saluari cum potuit.

¶ **CO** praescientia potest variari in obiecto, sine variatione sui in principio.

Caput. XXVII.

NED instat iam grauissimum dubium: quomodo non erit Deus in se mutabilis in praescientia sua fallibilis, & in prouidentia inconsultus: si posset iam praedestinare ad gloriam quem ab aeterno praesciuit ad lapsum & prouidit ad poenam. Hoc enim videretur super omnia mirabilia mirabile maximum. sic est, sed simile miraculo quing panum, de quo dicit Augustinus in Homilia, quod pauit deus semel quing millia de quing panibus, & omnes mirantur. Quoridie autem satiat de paucis granis innumera millia, & nemo miratur sed illud quia solitum, hoc quia rarum: ita quod deus praescire posset ad poenam quem olim praedestinavit ad patriam, quauis de certo non faciat, plures mirantur. Multi diffidunt cum tamen sine suae mutatione voluntatis, quem nunquam creauit iam creat ad praesens: & nemo criminatur deum mutabilem, & quem sua voluntate creauit ad esse, & sua eadem sua voluntate producere potest ad nihilandum ad non esse sine mutatione sui esse. Vbi ergo est mutatio, nonne in creatura mutata? Et creatura cum infirmatur usque ad mortem, nonne deus occurrit qui prius non occurrebat, & hoc per certa media ut spiret ad salutem? Quis facit hoc? nonne ille qui dixit, Ego deus qui non mutor. Beatus autem AVGVSTINUS in sententiis Prosperi propositione, cccclxxxii. Ut ars medicinae (inquit) cum eadem maneat, neque villo modo

ipsa mutetur, mutat tamen praecepta languentibus, quia mutabilis est nostra valetudo: ita diuina prouidentia cum sit ipsa omnino immutabilis, mutabili tamen creaturae varie subuenit & pro diuersitate morborum, aliis alia iubet aut negat: ut a vitio vnde mors incipit, & ab ipsa morte ad naturam suam & essentiam ea quae deficiunt, id est ad nihilum tendunt reducat & firmet. Haec Augustinus, AVCTOR. Ecce videtis quod non mutatur deus ad omnem vel aliquam mutationem creaturae: natura multo magis, si non mutabitur creatura a termino sibi praefixo, non deus mutabitur: & ab aequo si poterit creatura mutari, deus tamen mutari non poterit. Sed videamus principale quod inceditur. Nonne deus potest praerogare nobis gratiam praedestinationis in debitam, nobis inquam quibus debetur, damnationis iudicium est praescitum: & ne dominum meum importune praueciam, praecedit dominus meus Augustinus vexillifer ecclesiae dicens in libro suo de praedestinatione sanctorum qui incipit addere etiam haec propositione finali, AVGVSTINVS. Nemo inquit, gloriatur, nemo desperet: solus enim dominus scit qui sunt eius, in quantum enim possumus omnes homines ad bonum opus adhortemur: nulli autem desperationem demus: pro inuicem oramus, in conspectu nos humilitemus dei, dicentes, Fiat voluntas tua. Ipsi erit potestatis, iudicium in nobis debitum: mutare damnationis, gratiam praedestinationis in debitam praerogare. Haec Augustinus, AVCTOR. Iam ausus sum certe profiteri quod dixeram, deus scilicet posse gratiam nobis praerogare praedestinationis in debitam, & ut tibi intelligas numeratis praescitis praeposuit. Ipsi erit potestatis iudicium in nobis debitum: mutare damnationis, potest ergo mutare damnationis sententiam etiam aeternam: potest quidem sed non hoc facturum est. Audeo dicere ipse non erit qui sunt eius, quauis plures possint esse quam sint vel vniuersi futuri sunt: pro quibus nunquam orarem nisi sicut pro diabolo facerem, si eos agnoscerem. Sicut & me docet Augustinus in libro vigesimo primo de ciuitate dei, capitulo vigesimo quinto. Non quia boni finaliter & beati esse non possunt, sed quia de certo & verissimo futuro finaliter boni non erunt, & hoc quia boni esse non volent. Ideo distinguuntur

prudenter dicta doctorum in hac materia quid scilicet loquuntur de facto & certo futuro: quidq; de possibili. Augustinus enim in omni loco quo cum vidi secundum hunc modum distincte loquens propositiones suas affirmat vel negat. Attendamus adhuc propius & videamus in solertia per ordinem solem in se, secundo lucere vel lucem, actum eius primum & innatum, & tertio illuminare vel lumen, actum eius emanantem in quo ad mortalia ista pertingit. Ponamus ipsum solem semper stantem esse oculum mundi sicut finxerit poeta: visionemque fieri per extramissionem visualium radiorum, nonne sine mutatione solis vel lucis eius illuminatur aliquid, scilicet quod videtur a sole quod iam nouiter seipsum ponit intra solis aspectum quod nunquam ante videbatur a sole nunquam ante illuminabatur ab eo. Nonne & idem sol sine omni mutatione sui potest illud idem non videre vel illuminare si parumper se subtraxerit ab eius intuitu. Cur ergo non conformiter manere poterit immutabilis deus si oculo praescientiae suae viderit istum posse saluari & illuminandum lumine gratiae ultimatae, quoniam voluntarie se intra istud lumen constituit. Et iterum ipsum scire perendum in tenebris qui ab illo lumine se sponte subtraxerit. Et nonne idem sol eodem radio suo eandem haerbam madentem humore facit virescere, & eandem humore consumpto arefacit in saenum? Cur ergo non idem deus eundem hominem providere potest ad poenam, humore suae gratiae epotato: quem cum iunndaret rore gratiae prouidit ad gloriam. Inde beatus Augustinus probat hoc ipsum, quia idem sol sine mutatione sui oculis agris est asper, qui sanis est dulcis, vigesimo secundo de unitate dei, capitulo secundo. **AVGVSTI NVS.** Cum deus mutare dicitur voluntatem vt quibus lenis erat, verbi gratia, reddatur iratus, illi potius quam ille mutantur, & eum quodammodo mutatum in his quae patiuntur inveniunt sicut mutatur sol oculis sanis, & asper quodammodo existit, & ex delectabili molestus efficitur, cum ipse apud semetipsum maneat id quod fuit. Haec Augustinus. **AVCTOR.** Intellegamus igitur conformiter deum verum, verum solem, praescientiamque eius simpli-

cem actum primum, tanquam lucem: prouidentiam vero eius ad poenam vel praemia secundum merita singulorum tanquam actum secundum & emanantem: manet ergo eadem praescientia simpliciter inuariabilis in suo principio quae mutari videtur in termino, quod enim deus praescit istum ad poenam quem posset ad gratiam preparare non esset mutatio praescientiae in fonte suo, sed noua susceptio eiusdem lucis in termino: sic enim dicitur lumen lux emanans. Sed obiectis, ergo idem mutabile erit & immutabile, necessarium & contingens. Non sic, sed idem necessarium posset esse principium varii & oppositi contingentis: puta ad variationem medii, & ita discas illud logicale principium esse verum: quod ex mixtione necessarii & contingentis sequitur contingens varium: vt omnis benemeritus praescitur ad gloriam, & solus talis: Thomas erit benemeritus, ergo praescietur ad gloriam: & variato medio contingentis ex eodem necessario sequitur contingens oppositum. Vnde sequitur, omnis benemeritus & solus talis praescitur ad gloriam: Thomas non erit talis, ergo praescietur ad poenam. Anselmus autem videtur magis approbare quod dixi, idem scilicet esse mutabile in tempore, & immutabile in aeternitate. Vnde in de concordia praescientiae & praedestinationis, capitulo octavo. **ANSELMVS S.** Sicut, inquit, quis in aeternitate non fuit aut erit aliquid, sed tantum est, & tamen in tempore fuit, & erit aliquid sine repugnantia, ita quod in aeternitate mutari nequit in tempore aliquando per liberam voluntatem antequam sit esse mutabile probatur, absque inconuenientia, & infra capitulo, ix. Cum autem res aliter esse cognoscatur in tempore quam in aeternitate vt aliquando verum sit quoniam aliquid non est in tempore quod est in aeternitate, & quia fuit in tempore quod ibi non fuit, & erit temporaliter quod ibi non erit: nulla ratione negari videtur posse similiter aliquid esse in tempore mutabile, quod ibi est immutabile. Quippe non magis opposita sunt mutabile in tempore, & immutabile in aeternitate: quam non esse in aliquo tempore, & esse semper in aeternitate. Sequitur, Non enim dico actionem meam crastinam nullo tempore esse, sed hodie tamen nego eam esse, quae tamen semper est in aeternitate. Haec ille,

AVCTOR. Secundum hoc igitur praescientia Petri obiectiua potest mutari in tempore, quis sit certa in aeternitate. Non forsitan fatiantur, quidam his solidis, sed ad logicas inuentiones aures erigunt sitibundas. Si inquit Petrus praescitus ad poenam suo merito contingentis potest praedestinari ad praemium, potest ergo Petrus facere, vt Deus nunquam praesciuerit eum ad poenam cum tamen decerto deus ab aeterno praesciuerit eum ad poenam. Quamuis multi modum affirmant consequentiam, & consequens iuxta iam dictum Anselmi. Quod est immutabile in aeternitate, est mutabile in tempore. Mihi tamen salua fide maiorum videtur instandum ex multis. Primo quia est satis importuna deductio. Sic igitur arguatur paulatim: Petrus praescitus potest vitare peccatum suum finale: ergo potest facere vnde decedat cum venia: & placet quod inferitur, & tandem ultra. Sed non potest sine praescientia dei, deus ergo praesciet eum vitaturum peccatum & veniam habiturum. Sed ibi nego sequelam, quia infert futurum de certo loco vnus futuri de possibili. Concludat ergo cum modo deus qui praescit eum posse vitare peccatum finale: & verum est. Et tunc ultra potest esse ex parte dei, quod deus nunquam praesciuit eum ad poenam, quem tamen praesciuit de facto. Non sic, sed hoc debet concludi cum modo, ergo praescit deus istum posse non subire vitam aeternam, quem tamen praesciuit de facto subiturum eam pro merito. Et sic conceditur. Cadat ergo modus possibilis vel contingens super rem contingentem secundum quam est tota variatio. Infallibilitas enim & necessitas est ex parte praescientiae cum sit aeternus primus, & quasi immanens deitati. Contingentia vero est actus libertatis nostra & consequenter poenae vel praemii: secundum quod est terminus intrinsecus diuinae prouidentiae, vnde Hugo sic concipiens Augustinum dixit libro primo de sacramentis parte secunda cap. ultimo, **HUGO.** Dicunt quidam si prouidentia mutari non potest nec cassari: euentus autem impediri potest vt non fiat quod futurum est: si autem impediretur euentus rei, quod fieri potest, mutaretur vel cassaretur prouidentia: quod fieri omnino non potest. Sed nos respondemus quod si mutaretur euentus,

quod fieri potest, nec mutaretur nec cassaretur prouidentia, quia hoc fieri omnino non potest: sed potius nunquam fuisset praesitum quod nunquam fuerat futurum & constaret prouidentia in eo vt non fieret, sicut modo constitit in eo vt fieret. Haec ille. **AVCTOR.** Et concedatur ergo quod iste praescitus potest mereri beatitudinem, & deus praescit eum sic posse mereri, & nunquam sequitur quod deus praesciet aliquid cuius oppositum ab aeterno praesciuit, sed quod ab aeterno praesciuit eum sic posse, & non sic futurum. Et sic bene conueniunt. Si bene tibi aptentur propositiones modus cum modo & determinatum cum certo. Praescitus iste potest vitare peccatum, & deus praesciuit eum ab aeterno posse vitare peccatum, sed iste non vitabit peccatum quod potest vitare, & deus praesciuit eum ab aeterno non vitaturum peccatum quod potuit vitare. Insto & pro priori sequela: quia concludit Petrum posse facere deum praescire eum ad gloriam, quod ego non video, quia sic diuina operatio immanens dependet ex futuro opere creature, quod non admitto, licet hoc sapiat Armacanus de quaestione Armenorum & Virelef, quauis in hoc ipsi improperet, ipse tamen plene concedit capitulo decimotertio secundo dialogi. **Q** tempore est causa aeternae praedestinationis dei. Sed quid oportet hic dicere, quod tam est insipidum maxime cum causa illi mutata & necessaria cum effectu limitato & contingenti non coniungitur nisi per medium contingens. Dico ergo quod Petrus potest facere se irradiari a sole, sed non potest facere solem irradiare se, quia sol non est in potestate Petri, & haec dicit Iacob qui occurrit ipsi, vt volebat, potuit sic facere vt Iacob caperet ipsum. Et sic praescitus potest facere se cum gratia dei praegueniente vt praesciatur ad gloriam. Non autem potest facere deum praescire ipsum ad gloriam. De hoc enim est quod dicit Iob cap. vigesimo tertio. Ipse solus est & nemo potest auertere cogitationes eius. Super quo **GRIGORIUS.** Sicut enim immutabilis in natura est, ita immutabilis in cogitatione. Eius quippe cogitationes, nullus auertit: quia nemo resistere oculis eius iudicis praevalet. Nam etsi fuerunt, quidam qui deprecationibus suis eius cogitationem auertere viderentur, ita fuit aeterna eius

cogitatio vt sententiam illius auertere de precando potuissent: & ab ipso acceperit quod agerent apud ipsum: dicat ergo, & nemo potest auertere cogitationes eius, quia semel fixa iudicia mutari nequaquam possunt. Hæc Grægorius. AVCTOR. Vbi patet quod nullus homo potest facere deum, ne præsciat, potest tamen facere, vnde sic præsciatur, nec tamen mutatur præscientia dei: quia vt sic posset ipse præsciuit, & sic fixa iudicia non possunt mutari. Sic ergo corrigatur illa propositio magistralis. Præscitus potest facere quod deus nunquam præsciuit eum ad poenam & dicit, Petrus potest facere se dignum venia, & deus præscit eum posse coronari: vel sic propinquus, deus præscit eum posse nunquam subire poenam ad quam præsciuit eum ab æterno. Et hoc est quia non vitabit de factis: & hoc deus præscit. Sed si obiciatur quod non est passium sine actiuo, ideo qui potest se statuere, vt sic patiarur ab agente: ipse potest facere agens, vel sic agere vnde patiarur. Ego respondeo me audisse quandoque quod passio sit effectus, & illatio actionis. Audiui etiam quod quicquid est causa causæ, est causa causati. Fateor non audiui quod quicquid est causatum a causa, est causa causæ. Hoc autem in præcedentibus oporteret. quod ergo cõceditur si ne omni inconuenienti a quibusdam, mēs audire perhorret: & magis ideo quod non oportet, si logica tenaciter seruaretur cum naturis rerum, quod scilicet creatura potest impedire diuinum propositum, quod potest facere ne velit, quod ab æterno volebat & e contrario. Quod potest facere deus prædestinare eum ad vitam qui semper præsciuit eum ad poenam. Quod potest facere quod deus nunquam præsciuit eum ad poenam qui de facto sic præsciuit eum ab æterno: sine percunctatione declino, abnego & a procul deuoto. Sed istis concedo deum præscire istum posse saluari qui est præscitus: & præscitum ad poenam præscire posse ad vitam, & hoc de omnipotentia dei dicens super illud psalmi. Mutabis ea & mutabuntur: tu autem idem ipse es. Quod autem ego dico deum præscire hoc possibile, sic accipitur cum futuritione secreta quod deus præscit hoc fore possibile, vel esse vel fore possibile est partiale obiectum præscientiæ ratione futuritionis inclusæ. Simplicitate

tem possibile, sicut dixi est obiectum intelligentiæ.

Contra quosdam ponentes necessitatem præuenientem in futuris euentibus, consequentem tamen causas primas, sic quod non euenire non possint vniuersa futura.

CAPVT XXVIII.

Viget adhuc honor diuinæ præscientiæ vt aliquid de necessitate illius tractemus simul & infallibilitate diuinæ prouidentie, cum concursu contingentiæ futurorum euentuum. Non sunt pauci homines nec in scripturis sacris indocti, quorum aliqui non multum ante nos concesserunt ponentes in scripturis necessitatem futurorum euentuum: sed cauentes absolutam respectiuam esse dixerunt & præuenientem quemcumque futurum effectum: ne propter contingentiæ liberam rei futuræ necessitatem macula fallibilitatis cõcludi posset vel certissima prophetiæ. Alius vero famarus scriptor contingentiæ affirmat in futuris euentibus, sed tunc dei prouidentiam siue prophetiam fallibilem esse confirmat. Similes vt videtur Arrianis & Sabellianis, quorum priores ne dicerent deum temporaneum filium dei: deum naturaliter abnegabant. Secundi autem vt dei filium confiterentur, naturaliter deum esse, eundem deum deo patri personaliter affirmabant. Sic priores de prædictis ita ponunt: deum pro certo præscitum vt negent eum omnipotentem, dicentes rem sic esse futuram: ideo nec deum posse vitare ne veniat. Secundi ponunt deum sic omnipotentem circa contingentes effectus vt non vitent præscientiam vel prophetiam eius esse fallacem. Sed inter medium montium perransibunt aquæ. Isti montes erant fateor & magni doctoris, & vnusquisque suum duxit, non autem medium: sicut exponit prædictum versum beatus AVGVSTINVS. Quod, inquit, medium est commune est: Res communis vnde omnes æqualiter viuunt, media est: nec attinet ad te nec ad me. Audi aquas inter medium montium, quia communis illis fides erat, nec quisquam aquas quas proprias habebat. Et infra. Veritas nec mea sit nec tua, vt mea sit & tua. Audi istum

& ipsum montem. Siue autem ego siue ille, sic prædicamus, & sic credidistis, Securus dixit siue ego siue ille. Inter medium montium enim fluebant aquæ, nulla de aquis discordia montium, sed pax consensionis & societas charitatis. Si quis autem vellet aliud prædicare, iam de suo prædicaret, non de medio. Hæc ille, AVCTOR. An isti in medio pertranseant, id est in communi consensu ecclesiasticæ doctrinæ videbimus. Hauriemus enim aquas de fontibus saluatoris processus scripturæ & antiquorum scripta doctorum, quorum aquæ semper cum communi determinatione currebant ecclesiæ: & quorum aquæ cum eis emergunt, cum eis curremus & nos. Prius probat & necessitatem, etiam præcedentem in futuris euentibus, & impossibilitatem euentus oppositi per hoc quod dicit Balaam in libro Numerorum. Non possum aliud loqui nisi quod dederit mihi dominus. Et illud Ioannis duodecimo. Non poterat credere quoniam Esaias ait, Auditum audistis & non intelligistis. Et nauicula Petri turbari poterit: mergi non poterit. Et Augustinus dicit de fide ad Perrum. Quod ad vitam prædestinati perdi non possunt, & cætera his similia per quæ probare se putat quod omnia quæ euenient, simplici necessitate proueniunt, ita quod omnino impossibile sit ea non euenire vel aliter euenire quod vt euenit præuisa sunt de futuro. Subdit tamen quod ista necessitas libertati non repugnat arbitrii eo quod duplicem causam respiciat. Causam superiorem penes quam necessitatem suam habet, scilicet scientiam & voluntatem diuinam: & aliquam causam mediam respicit pro causa secunda: per quam prouidit deus rem talem esse futuram: sicut talem virum datam elemosynam prouidit deus ad releuandam talis inopiam. Et sic in secundis causis est libertas & possibilitas aliter eueniendi: non autem in primis. Sed quando arguitur contra eum quod efficiencia talis causæ secundæ est aliquis futurus euentus, & a causis supremis prouisus, scilicet scientia & voluntate diuina, quomodo ergo non effectus respicit eum ordinem necessario, & per hoc libero? Ibi luctatur cum argumento sicut Iacob cum angelo quousque emarcuerit neruus in femore & sua ipsius responsione succumbat,

Ibi autem venerabilis Anselmus & sanctus Thomas clarissimo ore dicunt non esse ibi necessitatem aliquam præcedentem, sed consequentem quæ nihil efficit: ipse omnino imponit eis necessitatem ponere præcedentem, quæ rem obliget ad euentum. Voluntas, inquit, diuina secundum Augustinum est necessitas in rebus vt sint. Et sic voluntate diuina præueniente & necessitante, peccatum contrahitur a peccatore & non peccare non poterit, quia sic præsciuit deus & sic voluit. In maius procedit error nõ dubium, & contra hoc quod Augustinus scripsit & doctores quicumque orthodoxi per vniuersam ecclesiam. Audistis supra Hieronymum dicentem, quod propter libertatem arbitrii, nec ad peccandum necessitate trahimur nec ad merendum. Sic Augustinus, sic Chrysostomus inducuntur planissime. Et Augustinus omnibus viribus elaborat contra prædestinatos hoc ipsum sectantes & tenentes execrabile documentum, vnde in libello de casibus imputatis sibi falso in satisfactione ad decimum quintum articulum. AVGVSTINVS. Nemini, inquit, deus correctionis admittit viam, nec quicquam boni possibilitate dispoliat: quia qui se a deo auerit ipse & velle quod bonum est, & posse, sibi sustulit. Non est ergo consequens sicut putant qui talia obiciunt, vt deus quibus poenitentiam abstulerit, & quos non leuauerit, alliserit: cum aliud sit in fontem in crimen egisse, quod alienum est a deo, aliud criminoso veniam non dedisse: quod de peccatorum est merito. Hæc Augustinus. AVCTOR. Quid planius, quid clarius, alienum est a deo agere insontem in crimen quomodo tu dicis: immo per voluntatem suam impellit & necessitat: & adhuc pertinacius dicis quod per præscientiam suam. Et AVGVSTINVS ibi dicit ad articulum decimum tertium. Neque est deo ascribere causas talium ruinarum, qui est ex æterna scientia præcognitum habet quod vniuscuiusque meritis retributurus est, nemini tamen per hoc aut necessitatem aut voluntatem intulit delinquenti. Hæc ille, AVCTOR. Immo inquit, quando obdurat & mittit in reprobum sensum, Aut nonne obduratio est actio diuinæ voluntatis. Nõ nisi sicut omisio, vel absentia nauis est causa naufragii.

Sic enim dicit Augustinus Iudæos obdu-
ratos super Ioannem Homil. liii. AVGV-
STINVS. Dicit enim propheta q̄ dedit il-
lis deus spiritum cōpunctionis, oculos vt
non videant, & aures vt non audiant: &
excæcauit oculos eorum, & indurauit cor
eorum. Etiam hoc eorum voluntatem me-
ruisse, respondeo: sic enim excæcat, sic ob-
durat deus deferendo, & non adiuuando,
quod oculo iudicio facere potest, iniquo
non potest. Et versus finem Homil. dicit.
Hinc excæcantur & indurantur, quia ne-
gante deo adiutorium non adiuuan-
tur, hoc de Iudæis qui excæcati & indurati
sunt deus præsciuit, atq̄ in eius spiritu pro-
pheta prædixit. Hæc Augustinus. AV-
CTOR. Vides ergo quomodo obduratio
fit deferendo & non adiuuando, id est ali-
quid conferendo vt induret, quemadmodū
perpetua humiditas desertione humor indu-
ruit in cristallum. Veruntamen fides cla-
ra est & lata q̄ sicut in actū bonum volūtas
humana nō tendit nisi voluntate præuēta
diuina, ita volūtas diuina consensum actū
malū vel humani delicti non præuenit, sed
solā peruersa voluntas est auctor culpæ:
vtrobq̄ tamen voluntas est libera: nec ad
vitam nec ad mortem specie necessitatis
obducta, vnde Ambrosius libro quinto su-
per Lucam capitulo vigesimoquarto, AM-
BROSIVS. Diuidit escas dominus Ie-
sus: & ille quidem vult dare omnibus: ne-
gat nemini: dispensator est enim omnium.
Sed cum ille panes frangit & dat disci-
pulis, si tu manus non extendas tuas vt
accipias tibi escas, deficies in via: nec po-
teris in eum culpam tuam deferre, qui mi-
seretur & diuidit, sed is diuidit qui cum
eo in deserto permanent, qui & primo &
secundo & die tertio non recedunt, & se-
quitur, Nolim ergo deficere a disciplina
domini, neque fatigeris cum ab eo incre-
paris. Non fatigeris nunc nec postea fati-
geris. Quid enim respondebis ei aut quo-
modo excusabis te, si eam virtutem quam
administrat amiseris? Non potes dicere,
quia escam non dedit, quia dat omnibus.
Non potes dicere, quia noluit te bonum
facere: ante quem posuit bonum & ma-
lum vt non ex necessitate bonum tuum
esset, sed voluntarium. Multum refert e-
nim inter eum qui necessitate innititur ali-
quid agit: & inter eum qui ex voluntate
bonam eligit. Hæc Ambrosius, AVCT.

Pleni sunt catholicorum libri his verita-
tibus: nullum nisi sua voluntate sine præ-
uia necessitate perendum. Quod si dicas
non necessitari necessitate coactionis: cer-
te si necessitantur ita vt motum suum co-
hibere non possint a coacto non distant.
Quinimmo nisi quis in plena potestate ha-
buerit se cohibere si velit, Augustino vi-
detur q̄ cogitur, vel si non cogitur, eius
esse tantummodo potestatis. vnde tertio
de libero arbitrio capitulo primo. AVGV-
STINVS. Credo meminisse te in prima
dubitatione satis esse compertum nulla re
fieri mentem seruam libidinis nisi propria
voluntate. Nam neq̄ a superiore, neque
ab æquali eam posse ad hoc dedecus cogi,
quia iniustum est, neque ab inferiori quia
non potest. Restat igitur vt eius proprius
sit iste motus, quo fruendi voluntatem ad
creaturam a creatore conuertit. Hæc Au-
gustinus. AVCTOR. Ecce argumentum
Si non cogitur, eius proprius est motus.
Postea autem deducit q̄ non est tantum
motus eius proprius, sed omnino volunta-
rius: alioquin non esset culpabilis, sicut
nec motus lapidis. AVGVSTINVS. La-
pidem, inquit, si quis dicat peccare, q̄ pon-
dere suo tendit ad infima: non dicam, ip-
so lapide stolidior, sed profecto demens iu-
dicetur. Animum vero peccati arguimus
cum eum conuincimus superioribus deser-
tere ad fruendum, inferiora præponere. Pro-
pterea quid opus est quarere, vnde iste
motus existat quo voluntas aueritur ab
incommutabili bono ad commutabile bo-
num: cum enim non nisi animi & volun-
tarium, & ob hoc culpabilem esse fatea-
mur: omnisq̄ de hac re disciplina vtilis,
ad id valeat vt eo motu improbatō atque
cohibito voluntatem nostram ad fruē-
dum sempiterno bono a lapsu temporalium
conuertamus. Hæc ille. AVCTOR.
Quam plane concludit & concludendo ex-
cludit deum & omnes causas superiores,
omnem præscientiam, omnem volūtatē
diuinam ab efficientia motus peccantis li-
beræ voluntatis dicens, cum eum non nisi
si animi & voluntarium, & ob hoc culpabi-
le esse fateamur. Procedamus adhuc vt vi-
deam⁹ quātū iste ab Aug. usū recedit & si
de ecclesiæ: quegebāt ab eo an peccator oīs
libere peccet stāte necessitate maioris, dicit
q̄ sic: quia in comparatione ad causas infe-
riores. Sed tunc dicebatur quo pacto li-

bere peccat qui cohibere peccatum suum
obstante necessitate non posset. Certe non
ego: Augustinus autem illi plane conclu-
dit q̄ si in potestate nostra non est, nec in li-
berrate erit tertio de libero arbitrio cap. ii.
AVGVSTINVS. Voluntas nostra vo-
luntas non esset nisi esset in nostra potesta-
te. Porro quia est in nostra potestate libera
est nobis: non enim est liberum nobis q̄
in potestate non habemus: aut si potest nō
esse liberum quod habemus in potestate il-
lud æque non est liberum. Hæc ille. AV-
CTOR. Ecce quomodo te circūdat Augu-
stinus ne fugias veritatē. Non est, inquit,
liberum nobis quod in potestate non habe-
mus, sed ne cauillari posses dicendo verum
est ideo in potestate nostra habemus quod
accipimus a causis inferioribus & inde li-
bertas. Non tamen est in nostra potestate
quod a superioribus causis est inditum no-
bis: & inde necessitas. Ideo copulatiuē ad-
didit Augustinus aut si potest non esse li-
berum quod habemus in potestate, illud æ-
que non est liberum: ergo vnde cūq̄ ab
extra intuleris necessitatem qua derogat
potestati statim præiudicas libertatē, vnde
post in eodem libro conclusionaliter ponit
q̄ nullus aliquantum peccat in eo quod
vitare non potest: & ideo capitulo decimo,
AVGVSTINVS. Lauda inquit creato-
rem, omnino ergo non inuenio, nec inueni-
ri posse, & profus non esse confirmo, quo-
modo tribuantur peccata vestra conditori
vestro deo, quando & in ipsis laudabilem
cū inuenio, nō solum q̄ ea punit, sed & q̄
tunc fiunt quando ab eius veritate recedi-
tur. Hæc Augustinus. AVCTOR. Mira-
bilis deus, quomodo iste iam inuenit quod
Augustinus dixit, se non inuenisse, & cōfir-
mauit inueniri nō posse, quomodo scilicet
peccata possint attribui deo & causis illis
superioribus & præsciētē & voluntati diui-
næ. Idē ergo Augustinus in hypognoſtico
contra Pelagianos per hoc describit liberū
arbitriū q̄ sit positum in hominis pote-
state posse agere vel reculare. AVGVSTI-
NVS. Cur, inquit, liberum arbitriū dica-
tur esse paululum differendum, arbitriū
scilicet ab arbitrando rationabili confide-
ratione vel discernēdo quid eligat quidue
recuset puto q̄ nomen accepit: vel ideo li-
berum dictum q̄ in sua sit positum pote-
state habens agendū, quod velit, possibilita-
tem, quod est vitalis & rationalis animæ

motus, Sed huius modi vt ante dixi fuit
in homine protoplasto cum ante peccati
maneret illæsus. Non enim per aliud cō-
traxit offensam, nisi q̄ potuit ne delinque-
ret resistere suadenti, Hæc Augustinus.
AVCTOR. Vides iam q̄ Adam non per
aliud contraxit offensam nisi per liberi ar-
bitrii potestatem: non ergo per necessita-
tem primarum causarum præscientiæ &
voluntatis diuinæ. Et iterum attende q̄
per potestatem illam potuit resistere sua-
denti: hoc contra te videtur, quia ab æ-
terno præsciuit deus istum non velle re-
sistere suadenti: & ab æterno deus vo-
luit q̄ non resisteret: ergo si resisteret pos-
set fallere dei præscientiam & eius voli-
tatem impedire. Deus enim non præsciuit
tantum effectum vltimum scilicet pecca-
tum Adæ, sed omnes coefficientias causa-
rum mediarum, ergo eadem necessitate re-
spiciunt causas primas causa: intermediæ
qua effectus vltimi. Sed nec præscientia
dei necessitat effectum culpæ, nec diuina
volūtio. Immo contra volitionem dei cri-
mina perpetrantur & non ex dei voluntate,
nisi sinente, vnde in Enchiridii capitu-
lo sexagesimonono. AVGVSTINVS.
Propterea nanq̄ magna opera domini ex-
quisita in omnes voluntates eius, vt miris
& ineffabili modo non fiat præter eius vo-
luntatē, quod etiam contra eius fit volun-
tatem. Quia non fieret, si non sineret: nec
vtrique nolens finit sed volens: nec sine-
ret bonus fieri malum, nisi omnipotens
etiam de malo facere posset bonum. Hæc
Augustinus. AVCTOR. Ita ergo quis
deus peccatis quoruandam vritur ad vti-
litatem multorum: sicut est vsus Adæ de-
lictō ad maiorem gloriam humanitatis no-
stræ redemptæ: non tamen catholice dicitur
q̄ deus a proposito & volitione dire-
cta præordinauit tale peccatum fore: ma-
xime cui non posset resistere auctor deli-
cti, vt exinde proueniat maius bonum.
Quia hoc exemplo hoc agerent homines
committendo furtum, vt inde parent elee-
mosynam: & perpetrando perurium, vt
redimant morientem: contra mandatum
illud Apostoli, Non faciamus mala vt e-
ueniant bona. Sed hoc certa fide creden-
dum postq̄ cōtra dei voluntatē peccauerit,
q̄s volente deo peccati ei⁹ in bonū muta-
tū alterius, aut forsitan ipsius. Plane ergo pa-
tet p̄ctm hoīs nō habere causas tales supra

riores, praescientiam scilicet & voluntate diuinam, sed committentis solū arbitriū: nec factum bonū habet aliquā necessitatē, sed trahentem gratiā & preuenientē, omnesq; actus libertati nostrae substratos, liberrimā potestati subiectos, tam in operatione causarum primarū, q̄ & secundarū causarū magis necessitari ad peccatū per causas mediā q̄ alias eis priores puta per voluntatem: vnde de vera religione cap. xxiii. AVG. Nunc vsq; a deo peccatum voluntariū malum est, vt nullo modo sit peccatum si non sit voluntariū: & hoc quidem ita manifestum est, vt nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare autem negandum est peccatum committi, aut fatendum est voluntate committi, Sequitur postremo si non voluntate male facimus, nemo obiurgandus omnino aut monendus est, quibus sublatis Christiana lex & disciplina omnis religionis auferatur necesse est. Hac ille.

¶ Soluuntur obiecta contra omnimodā contingentiā actuum humanorum: & declaratur logica catholici fundamenti.

CAP. XXIX. AVCTOR.

N Estināt iam scio qui inuoluit sententiā vt me interrogēt, vtrū nulla sit necessitas a deo in euētibus creature. Potest ne, si reus mutet vitā, & ipse praestare veniā, cum tamen semper praesciuerit ad poenam? Puta potest Aristoteles em̄ dixit oēm potentiā rationalem valere ad opposita. Quātomagis diuinā. Et ipsa quidē rationalis natura creata est secundū hanc potestatem libera ne necessitate non libera esset, sed serua vltima seruitute. Quantū autē hęc libertas ciuū habet in se preconij, Aristoteles docet, v. Politicorū. Et Augustinus de vera religione cap. xxv. dicit. AVGVST. Quoniā peccari dubij non est, nec hoc quidem dubitandū video, habere animas liberū voluntatis arbitriū: tales em̄ seruos suos meliores esse deus iudicauit si ei seruiret liberaliter: quod nullo modo posset fieri si non voluntate, sed necessitate seruirent: liberaliter ergo angeli deo seruiunt. Hac Augustinus, AVCT. Verum est, inquit, sed ideo dicimus & voluntate & necessitate ipsos domino famulari: & daemones & malos homines & voluntate & necessitate: non necessitate sine

voluntate peccare. Ita dicitis, sed Augustinus nō sapuit vnū & eūdē effectū vel actū & voluntariū & necessariū esse posse in rationali natura, immo probata voluntate sufficienter credidit necessitatē excludere: ideo sequitur ibidē cap. xxvi. AVG. Quasi a peruerso angelo homini peruersum dicitur, & ad hoc vtrūq; voluntate cōsensit. Nam si id necessitate fecisset nullo peccati crimine teneretur. Hęc ille, AVCTOR. Quomodo ergo ausi estis dicere, qd̄ et si necessitate fecisset peccati crimine teneretur? Sed addit potest esse qd̄ si praescius ad poenā credere velit, vel operibus bonis vacare, deum hoc illi praestare posse, si velit: sed non ne vult? Vult plane. Audite iterū Augustinum de praedestinatione dicentem. AVGVST. Non volens iniquitatem est deus, nec mandauit cuiq; impie agere: nec alicui dedit laxamentum peccandi: fecit enim vt essent omnia & sanabiles nationes orbis terrarum. Imitatur autem illum qui sunt ex parte eius. Nec dicimus vt fingitis, & si credere volunt, vel operibus bonis dei vacare: detur illis hoc nolle praestare cum huiusmodi velle donum dei sit. Si ergo ex deo est quod volunt, vult deus perfectum fieri quod donauit. Si autem ex deo non est, sed est de instantia propriae voluntatis, quia fe meritis deum existimant promereri, manifeste qd̄ vultis capere non possunt: quia non volentis (inquit Apostolus) neq; currentis, sed miserentis est dei. Hac Augustinus. AVCTOR. Procedit adhuc vltra noster logicus & agit argumentum quod Vvitlef dicit Armacanum viginti annorum studio non aliter soluere potuisse, nisi dicendo contra mores catholicos qd̄ Christus errare posset, & totam ecclesiam fallere. Argumentum autem est hoc, Deus praesciuit, prophetauit, vel asseruit hoc esse futurum: ergo hoc est fuit vel erit: ista consequentia est bona, antecedens est necessariū absolute: ergo & consequens. Omnia deus cuius est prophetia immensa & praescientia infinita, qui abscondis mysteria tua a sapientibus & prudentibus & reuelas ea paruulis, fac me de praescientia tua sic sentire, & scribere, vt nulla logica improuisa, non corrupta professio scandalizet, vel me vel per me aliquem de pusillis tuis, qui in te credunt. Fateor coram te mallem suspendi mihi molam asinariam circa collum & in profundum maris

demergi, quam vel semel asserere te posse falli vel fallere, prophetiam tuam posse esse mendacem, praedestinationem tuam mutabilem, vel praescientiam tuam variabilem & incertam: haeretica esse omnia ista proclamo omni corde, sacrilega & blasphemata. Aequae autem contemno quemquam posse facere qd̄ eum facturū nō praesciueris, vel posse facere te praescire eum ad gloriam postq̄ praesciueris ad poenam, vel te quenq; necessitare vel ad bonū vel ad malū: ad bonū te miseratione tua creatam voluntatem praenire conuictor, vt trahas per gratiam, non per necessitatē astringas, ita vt libera ipsi potestas permaneat te sequendi saluatorem vel insequendi iudicem. Quātū autem dedisti mihi sapere & de sanctorum patrum Augustini & Hieronymi, & ceterorum patrum ecclesiasticis disputationibus experiri: prior consequentia offenditur ex secunda, dicente illam esse absolute necessariam in antecedente. Primo quod non sit antecedens necessariū absolute, quia quauis diuina praescientia non dependeat a futuro: dicit tamen ad futurum respectum necessariū sicut omnes relationes tertij modi ad mensurabile suum: ex quinto metaphysica. Et ita iam supra dixerunt conconditer sancti patres praescientiam dei respicere futurum pro obiecto. Ideo inquit hoc praescit deus quia futurum est. Ideo et si antecedens foret necessariū, non tamen absolute necessariū, sed respectiue, independenter tamē omnino: veluti si sic arguatur. Iste est pater, ergo habet filium: consequentia est bona, & antecedens est necessariū respectiue, independenter tamen, quia pater nō dependet a filio. Iterū & logicus calumniaretur secundā consequentiam, nisi addat qd̄ totū antecedens est necessariū, quia tunc nō nisi necessariū sequi posset. Alioquin si antecedens esset partim necessariū, & partim cōtingens, bene posset se qui nō necessariū, sed cōtingens, puta sic: omne currēs mouetur, Petrus currit, ergo mouetur. In hoc autē casu stat ista prior consequentia. Antecedens em̄ explicite habet necessitatē, & implicite includit vnū contingens, ad quod dicit respectū necessariū: quae admodum solem illuminare omne sibi praesens includit lapidē, vel saltem aliquid esse in lumine eius qd̄ solum cōtingēter est praesens: & tūc sequit ex cōtingēti qd̄ illuminat ipsum: ita deum praescire hoc futurū, pura

poenam Petri finalem implicat Petri sic se esse habiturum, & inde puniendum. Ista ergo debet esse integra consequentia, deus praescit Socrate ad poenā propter peccatum futurū, & de facto sic peccabit, ergo punietur: iam consequentia est bona, & totū antecedens non est necessariū, sed partim cōtingens, ideo cōtingens bene sequit quod aut illud necessariū cōtingēs includitur in praescientia dei patet ad metaphysicos, quia nō esset scientia nisi vltra qualitatem absolutam, respectū diceret ad propriū scibile: nec esset pater nisi vltra suppositum absolutū diceret relationē. Sic & scdm̄ sanctos patres nō esset praescientia, sed absoluta intelligentia, nisi vltra intelligentiam diceret respectū necessariū ad futurū cōtingēs. Nec loqui potes tā breuiter dei praescientia, nisi loquaris futuritionē, nā dicēdo deus praescit hoc est dicere: deus praescit hoc certe fore: & iam dixisti dei praescientiam & certissimam rei futuritionem, contingētē tū: illud ergo contingēs necessariū implicat certa praescientia: & secundū illud implicitū potest cōcedi cū additione necessaria praescientia dei certā & necessariā posse se aliter habere secundū terminū. Sicut creatio dei est necessaria subiectiue, quis sit obiectiue cōtingens: sicut concedit Anselmus, iiii. de cōcordia, idem esse, est immutabile in deo, & in nobis mutabile: & sicut dictum est praescientiam dei ad poenā posse esse ad gloriā sine omni variatione sui per solam variationem Petri praesciti, quemadmodū sol potest arere facere gramen quod antea fecit virere sine omni variatione solis, per solam variationem obiecti: & si sol esset animal & oculus mundi per extramissionem sideris seu radii, videns iam sciret experimento sensus sine omni mutatione sui, hoc esse aridum quod prius fuerat humectum. Quare non sic deus, qui est oculus aeternitatis a nullo visibili extra se informatus vt videat: & sicut est de oculo dei quo ad praescientiam, ita de ore dei dicendum est, quo ad prophetiam. vnde quodcumque dicimus deum praescire hoc futurum vel prophetae, semper notanda est futuritio rei cōtingētis sub esse praescientiae & prophetiae, verbi gratia, Christus praesciuit & prophetauit Petri se negaturū, & cū hoc cōtingēter hoc futurū, ideo correspondebat in Petro talis futuritio negadi de certo, & cū ea possibilitas nō fiendi: nō est em̄ deus seu

micæus vel luscus, vt videat rei futuritio-
nem, & non eius contingentiã, & sic non
adictum eius de possibili. Hanc totam po-
sitionem addidici primum a sanctissimo &
differissimo philosopho Augustino de li-
bero arbitrio lib. iiii. cap. ii. dicente. AVG.
Sic deum præsciũ non negemus omnium
futurorum, vt nos tamẽ velimus quod vo-
lumus. Cum enim præsciũ sit, ipsa erit
voluntas: igitur voluntas erit, quia volun-
tatis est præsciũ, nec volũtas esse poterit,
si in potestate nõ erit: ergo & potestatis est
præsciũ: non igitur per eius præsciẽtiã mi-
hi potestas adimitur: an propterea mihi cer-
rior aderit, quia ille cuius præsciẽtia non
fallitur affuturam mihi esse præsciuit? Hęc
Augustinus. AVCTOR. Videtis quã Au-
gustinus me docuit intra præsciẽtiã dei
claudĩ, non tantum & quid velim de certo,
sed & quod possim sicut supra dixit vel recu-
sare vel facere: & quia deus præscit me sic
posse, ideo de præsciẽtia eius nulla mihi
potestas adimitur aliter faciendi quã sum fa-
cturus. Ita ergo combinat Augustinus fu-
turationem rei certam, & contingentiã
euentus ad factum meum futurũ & possibi-
litatem aliter eueniendi & sic contingẽter
futuri. Attendite etiã quomodo Augusti-
nus nos docet quod voluntas non erit si in po-
testate non erit, id est sic vel eius oppositũ
faciendi, directe contra istos qui dicunt re-
futuram faciendã libere a voluntate & cau-
sis secundis necessario tamen a præsciẽtia
diuina & voluntate, ita vt omnino non pos-
sit oppositũ, Augustinus enim appellat istã
positionem stultitiã singularem cap. iam
prædicto. AVGVSTINVS. Attendite,
inquit, queso quanta cæcitate dicitur, Si
præsciuit deus futurã voluntatem meam,
quia nihil potest aliter fieri quã præsciuit, ne-
cesse est vt velim quod ille præsciuit: si autẽ
necesse est non iam voluntate sed necessita-
te id me velle fatendum est. O stultitiã sin-
gularem, quomodo ergo non potest aliud
fieri quã præsciuit deus si voluntas non erit
quam voluntatẽ futuram ille præsciuit.
Omitto illud æque monstrifum quod pau-
lo ante dixi eundem hominem dicere neces-
se est vt ita velim, qui necessitate supposita
auferre nititur voluntatem: si enim ne-
cesse est vt velit, vnde volent cum voluntas
non erit? Hęc Augustinus. AVCTOR.
Planissime ecce fuscitat Augustinus argu-
mentum istorum capitale, quo probare vi-

dentur necessitatẽ præuenientẽ futurorũ
euentuum: sed fuscitat & contemnit: non
est ergo argumentum illorũ nouũ nec iam
primo contemptũ: quanta, inquit, cæcitate
sic arguitur: deus præsciuit voluntatẽ ad
hoc vel ad illud agendũ: sed nihil potest ali-
ter fieri quã præsciuit: ergo necesse est me vel
le quod ille præsciuit. Spernit argumentũ
quia a voluntate descendit ad necessitatẽ
propter præsciẽtiã, & supponit regulam
generalem, Quicquid necesse est fieri, non
iam voluntate, sed necessitate est futurũ,
& oppositum vocat ipse monstrũ, quia ne-
cessitate supposita, inquit, omnino auferre
nititur volũtatẽ: & hoc esse verũ de hac ne-
cessitate quẽ conuertitur cũ impossibili nõ
esse vbiq; etiã in angelis & demonibus: ni-
si vbi voluntas & productũ per eam sunt
eiusdem nature: sicut deus necessario vult
filium suum amore impossibili nõ esse. Nõ
sic angelus fruitor deo, nec demon detesta-
tur necessario necessitate illa quẽ conuertitur
cum impossibili omnino non esse, sicut
patebit infra: hoc ergo verum concluditur
ex præmissis quod in nostra positum est pote-
state & bonum facere & vitare peccatũ: quã
vtrũq; facturi sumus saltem deo iuuante, vn-
de dicit Homil. liii. super Ioannem. AVG.
Quosdam nimia voluntatis suę fiducia ex-
tulit in superbiam: quosdam nimia volun-
tatis suę diffidentia deiecit in negligentiã.
Illi dicunt quid rogamus deum ne vin-
camur temptacione, quod in nostra est po-
testate: Isti dicunt, vt quid conemur bene
viuere, quod in dei est potestate! O domi-
ne, o pater qui es in caelis, ne nos inferas
in quamlibet istarum temptacionum: sed li-
bera nos a malo. Audiamus dominum di-
centem, Rogauĩ pro te Petre ne deficiat fi-
des tua: ne sic existimemus fidem nostram
esse in libero arbitrio, vt diuino non egeat
adiutorio. Audiamus & euangelistam di-
centem, dedit eis potestatem filios dei fieri,
qui credunt in nomine eius, nec omnia
no existimemus in nostra potestate esse quod
credimus: veruntamen vt in vtroq; illius
beneficia cognoscamus: nam & agenda
sunt gratiã, quia data est potestas, & oran-
dum ne nostra succumbat infirmitas. Hęc
ille. AVCTOR. Sed quare non est diffi-
dendum vbi incumbit necessitas, quam
potestas data non tollit, quia potestas illa
est tantum ad vnã partem, vt scilicet il-
lud possim quod facturus sum: non autem

ad vitandum malum quod tracturus sum,
& est, potestas illa lapidea & ista qua potest
lapis descendere: sed non qua potest cohi-
bere descensum. Hanc ne potestatem irra-
tionabilem dedit deus hominibus filios dei
fieri, vt fieri nunquam possint? Quis vnq;
hanc potestatem intelligit? aut nonne hanc
potestatem dedit deus etiam diabolo? Di-
camus ergo secundum antiquam scholam ec-
clesiã & eis non obstantibus hucusque du-
rantẽ, quod Iudæ dedit deus potestatem veram
filium dei fieri: ipsum tamen videmus non
hoc fuisse futurũ, quã quidem futurationem
lympidissime deus præuidit & æque lym-
pi de potestate. Non igitur falleretur dei præ-
sciẽtia si hoc eligeret quod potuit elegisse:
quod nõ fuerat electurus de facto: quia vtrũ-
que scilicet futurationem de certo & potesta-
tem ad oppositum præuidit deus in seipso.
Ideo dicit Hugo de sacramentis libro primo,
parte secunda capitulo decimo septimo. HV-
GO. Quod futurum fuit ad hoc spectabat
quod futurũ fuit: quod esse potuit ad hoc spe-
ctabat quod esse potuit & futurum non fuit:
& currebant simul ab æterno duo hæc, quod
futurum fuit & quod esse potuit quod futurũ
non fuit. Hęc ille. AVCTOR. Nec tamen
si verborum quisquã casum posuerit, vt ita
fecisset quod potuit: ideo concedo eum, scili-
cet Iudam filium dei affuturum, quia hoc di-
xit mihi futurationem de vero, sed ponam si-
gnaculum super brachium eius vt fugiat a
facie arcus, noram scilicet possibilem qua di-
stincte cognosci possit futurum solum de pos-
sibili, a futuro de certo: & dicam, quod posi-
to quod Iudas elegisset viam vitæ concedo
eum filium salutis de possibili, & saluandum
de casu, & ita prædestinatum de possibili:
nullo modo tamen concedo eum fuisse filium
salutis æternæ. Sicque bene stare Antichri-
stum dammandum de facto & omnino per-
dendum, esse saluandum de possibili: & vtrũ-
que est deo præscitum nec repugnans. Et
propter inaduerentiam logicã, credo illos
esse deceptos qui necessitatẽ præuenien-
tem in omni futuro concedunt, putantes idẽ
esse hoc esse futurum solum de possibili: & de
certo futurum: & existimantes deum præsci-
re solum illud futurum, & non possibiliã-
tem concurrentem cum ipso ad oppositum.
Sed inspiciat qui vult & videbit Augustinũ
& Chryostomum hæc feriatim ponderare
quã dixi.

DE VARIIS MODIS DICENDI POS-
sibilis & impossibilis & necessariis: & de
modis essendi: & contra necessita-
tem prædictam. Cap. XXX.



Estat inquit aduersarius po-
testatis, vt scripturæ soluam-
tur, quẽ necessitatẽ affirmant
& impossibilitatem clamant
euentus oppositi. Ego sequor
agnum sine macula: nec veni
legẽ soluere sed adimplere, quod dicat. Pri-
mo omnium, medacis. Balaam auctoritatem
inducit cũ diceret, Nunquid possum aliquid
aliud loqui quã deus posuerit in corde meo: &
iterum, Prohibere benedictionem nõ valeo.
Et nonne aliud loquebatur quã deus posuit
in corde eius, quando dicente scriptura ipse
docuit Balac mittere scandalum coram fi-
liis Israel, edere & fornicari. Hoc ipse aliud lo-
qui poterat quã deus in ore eius posuit: vel pec-
catorum eius auctorem facies deum, vt er-
rorem cumules ad errorem. Addidit quoq;
Christus dixit in euangelio Ioãnis de Iudæis
pernacibus quod non potuerunt credere, quia
deus excæcauit eos. Augustinus autẽ soluens
hoc dubium dicit istud non posse, fuisse eorũ
non velle, vnde super Ioannem Homilia, liii.
AVGVSTINVS. Dicitur enim nobis, in-
quit, si non potuerunt credere, quod peccatũ
est hominis non faciẽtis quod nõ potest fa-
cere: Si autem non credendo peccauerit, po-
tuerunt igitur credere & non fecerunt: si er-
go potuerunt quomodo dicit euangelium,
Propterea non poterant credere: quia iterũ
dicit Esaias, Excæcauit oculos eorum & in-
durauit cor eorum, vt quod grauius est ad
deum referatur causa qua non crediderunt,
quãdoquidem ipse excæcauit oculos eorum,
& subdit, Audistis propositam fratres qua-
stionem. Nempe quã profunda sit cernitis, sed
respondeamus vt possumus. Nõ poterat cre-
dere quia hoc Esaias propheta prædixit. Hoc
autem propheta prædixit quia deus hoc fu-
turum esse præsciuit: quare autem non pote-
rant, si a me queritis: cito respondeo quia nõ
lebant, Malam quippe eorum voluntatẽ præ-
uidit deus: & per prophetam prænunciãuit
ille cui abscondi futura non possunt. Et infra
circa medium. Non itaq; mirum est quod nõ po-
terant credere quorum volũtas sic superba
erat, vt ignorantes dei iustitiã suam vellẽt
constituere: sicut de illis apostolus dicit iusti-
tiã dei nõ sunt subiecti. Sic autem dictum est

non poterant vbi intelligendum est quia volebant: quemadmodum dictum est de domino deo nostro. Si non credimus ille fidelis permanet, negare se ipsum non potest de omnipotente dictum est non potest. Sicut ergo quod dominus negare se ipsum non potest, laus est voluntatis diuinæ, ita quod illi non poterat credere, culpa est voluntatis humanæ. Hæc Augustinus. AVCTOR. Hæc igitur dolens audit auctor iste impossibilitatem magis ipse impossibilis, & quia saluare se cum istis non potest: magis elegit veritatem tradere & inficiari quam cum veritate saluari: & propositum commutare. Dicit enim Augustinum non recte exponere euangelistam & iuxta processum textus libræ commentum. Sed quia in ore duorum vel trium stabit omne verbum. Augustinus ut videtis testimonium perhibeat Augustino Chrysostomus pater & antecessor, qui utique exponens eundem textum super Ioannem Homilia. lxxviii. dicit CHRYSOSTOMVS. Quæ enim dixit propheta, ut omnino futura prædixit. Nisi enim omnino futura essent nequaquam prædixisset. Omnino autem debebant futura esse quia insanabiliter se habebant illi. Si autem positum est, non poterant, pro non volebant positum est. Et ne mireris, etenim alibi ait. Qui potest capere capiat. Ita nouit multis in locis potentia electionem dicere, id est voluntatem. Et rursus. Non potest mundus odisse vos, me vero odit. Hoc & in communi consuetudine custoditur. Vnde debet quis utique ut cum dicat quis: non possum amare illum: vehementiam voluntatis potentiam dicens. Hæc ille. AVCTOR. Videte nunc quo peruenit Chrysostomus: nonne in verba Augustini descendit dicens? Non poterant Iudei credere quia non volebant. Et per exempla subiecta declarat quomodo vehementiam voluntatis potentia dicitur: & non potentia, non voluntas ex consuetudine nominatur. Vterius & docti scripturatum nouerunt simpliciter dici non posse pro non posse pro tere dispositionis oppositæ. Vnde Ioannis. vi. Christus ait discipulis. Non potest mundus odisse vos: cum tamen Ioannis decimosexto ipse ait eisdem. Quia vero de mundo non estis propterea odit vos mundus. Non potuit tamen mundus odisse eos qui diu mundaliter sapiebant. Sic quoque Augustinus in prædicta Homilia. lxxxiii. exponit quod non poterant credere. AVGVST. Illi, inquit, non poterant credere non quia homines mutari in melius non possunt:

sed quandiu talia sapiunt non possunt credere. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quos dixit euangelista non potuisse credere, Augustinus bene dixit potuisse credere, & in melius commutari sed tamē ideo non potuisse quia quandiu sic sapiebant non poterant. Sic ergo posse & sic necesse variis modis in scriptura sumunt, nec non frequens est acceptio illa non posse pro simpliciter impossibili, vel necesse pro impossibili non esse simpliciter, in scriptura. Fallitur ergo scriptor qui statim ut audiat scripturam dicentem non posse hoc fieri, vel necesse sic esse si precipitanter statim affirmet, nec detum nec hominē posse oppositum talis euentus. Pilatus enim non sic atēbatur quis dicat euangelista: necesse habebat illis dimittere vincitum vnū. Sciūt enim populares necesse sunt pro oportet vel pro eo quod omnino faciendum est. Sic em̄ quod Christus dixit: necesse est implere omnia que scripta sunt de me: ipse alibi exponens dicit. Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloria suā. Et alibi. Sed quod implebitur scripturæ quia sic oportet fieri? Ita dicitur necessarium ad peccatum: hæreticum autem esset dicere necesse, illud fuisse impossibile non esse, sed oportuisse sic esse vel omnino futurum esse dicente Augustino in de fide ad Petrum cap. lviij. AVGVSTI. Firmissime tene & nullatenus dubites, primos homines Adam & mulierē eius bonos, rectos, sine peccato creatos cum libero arbitrio, quo possint deo semper humiliter bona voluntate seruire: quo arbitrio possint si vellent etiā propria voluntate peccare: eosque non necessitate, sed propria voluntate peccasse. Hæc August. AVCTOR. Ecce omnino fuit peccatum ad futurum: non tamen aliqua necessitate futurum quo minus saltem potuit non esse, sic econtrario dicitur non posse esse, pro omnino non fore, qualiter Augustinus dicit de fide ad Petrum cap. lxx. AVGV. Firmissime tene & nullatenus dubita, etiā iustos atque sanctos homines, exceptis iis qui paruuli baptizati sunt, sine peccato hic neminem viuere posse: semperque omni homini esse necessarium peccata sua usque in finē vite presentis elemosynis diluere. Hæc ille. AVCTOR. Ecce necessarium quod oportet, & non posse pro omnino non fore: non autem pro non posse absolute. Declaratione ipsius præhabita in lib. de spiritu & litera. Quod omnes homines etiā in vita presentis possent esse sine peccato: sed non fuisse esse vel fore. Propter hos modos dicendi possibilis, vel impossibilis & necessarium sunt varii modi essendi. Vnde a sūdameto euāgelii sumētes exordium, Mat. xix. Quod impossibile

est apud homines, possibile est apud deum. Ex hoc presumendum est ut puto quod impossibile est in natura inferiori, possibile esse in superiori natura. Lapidem quippe impossibile est vehere se in altum, hominem illum vehere non est impossibile. Sic in luminis nelegis dicit Apostolus ad Romanos octauo, Impossibile erat quod deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati de peccato damnaret peccatum: in lumine gratiæ non sic erat. Sic etiā virginem parere fuit impossibile in natura nostra: non autem erat impossibile apud deum dicit euangelista. Et per oppositum est de necessitate dicendum. AVGVSTINVS enim in epistola ad Deogratias in responsione ad primam questionem dicit. Corpus mortuum sine corruptione resurgere: apud nos impossibile: apud deum facile est. Quantum inquit attinet ad illam differentiam quod Christi corpus indissolubile a putredine die tertio resurrexit: nostra vero post multum tempus ex quadam quo soluta discesserant confusione, reparabuntur: humanæ facultati vtrunque impossibile: diuinæ autem potestati vtrunque facillimum. Hæc ille. AVCTOR. Quod igitur impossibile fuit ex parte hominis & necesse aliter esse: hoc possibile fuit ex parte dei, aliter esse: & contingens. Non ergo omne impossibile est vbique necesse: nec omne necesse est vbique necesse: sed alibi forsitan est contingens: quod hic est esse necesse. Interim etiam videndum est quod deus quadam facit per se sine nobis, quædam supposuit libertati nostræ. Vnde octauo super Genesim ad litteram capitulo tricesimo secundo, AVGVSTINVS. Deus bipertito prouidentia suæ opere præest vniuersæ creaturæ naturis ut fiant, voluntatibus autem ut sine suo iussu vel permisso nihil faciant. Hæc ille. AVCTOR. Hoc dixit de voluntatibus disunctiue quia aliter concurrat deus in bono, scilicet iubendo, aliter in peccato scilicet permittendo, quod faciūt. Naturis autem concurrat vtfiant quibus est incerta necessitas ex parte sui: & contingentiæ beneplacitiæ ex parte dei, ut fiant igitur, non ut quicquid faciant suo motu. Sic utique vnus & idem homo aliquid habet in potestate sua ad libertatem, quædam ad necessitatem. Ad libertatem quidem bonum & malum: benefacere & peccare. Ad necessitatem vero & ultra potestatem habet facta nature, puta staturam: de qua dicit saluator in euangelio Lucæ. Quis vestrum cogitatio potest adlicere ad staturam suam cubitum vnū. Si er

go neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis? Vbi Beda in expositione. Si ergo, inquit, neque quod minimum est potestis, minimum est hoc (sed deo) corpora operari. Hoc est ergo minimum deo de omnibus possibilitatibus eius, quod tamē est homini maximum: immo impossibile. Sic & de morte de qua dicit Ecclesiastes, viii. Non habet potestatem in die mortis homo. Ibi ergo inscribit necessitas: ex parte vero dei est potestas. Sapientie, xvi. Tu es dñe, qui vitæ & mortis habes potestatem. Discernendum est igitur cum inferatur necessitas ne statim concludatur omnino necessitas, & impossibilitas ad oppositum: quia idē potest esse necessarium ex parte passi & impossibile aliter esse: contingens tamen & possibile aliter esse ex parte principii. Sicut homo non habet necessitatis potestatem, sed necessitatem omnino dā, & ex se impossibile aliter esse: ex parte vero dei contingentiæ & possibile non esse. Nisi late ergo expanderent necessitatem suam qui omnia vnde quaque dixerunt necessario euenire: quia videntur Augustinum dicere, vi. super Genesim. Hoc non erat in conditione creature, sed in placito creatoris: cuius voluntas rerum necessitas est. Certum est quod voluntas dei rerum condendarum necessitas est: quia conditio creature non est in propria libertate, sed in placito creatoris: & quia non est in propria libertate, necessitas est: non tamē omnimoda necessitas, sed ex parte volentis est contingens: quia est in placito creatoris. Non tamē res condenda habet ex se istam necessitatem, sed a dei voluntate, quæ utique necessitati imponit rebus ut fiant. Sibi ipsi referuans liberam potestatem. Sicut & deducit ibi Augustinus de senectute, Fortassis inquit mundo est, ut necesse sit istum hominem senescere, hoc est ex aliqua causa secunda. Si autē nec in mundo est in deo est. Hoc autē necessario futurum est quod ille vult: & ea vere futura sunt que ille præsciuit. Senectus enim non subest libere hominis potestati: sed nec prolongatio vite. Ezechias: sed computatur inter res que a deo in homine præter hominē fiunt: ideo ex parte factorum habent necessitatem a voluntate dei: non tamen sine possibilitate ad oppositum: ex parte eiusdem voluntatis libere contradicere operantis. Sunt ergo isti euentus & necessarii & contingentes: ex parte principii liberi. Taceant ergo isti necessarii sine omninecessitate magistri, si generalem necessitatem suam non habeant vnde probent, nisi per naturas partim necessarias, partim contingentes.

Nec gemant Petri nauiculam submergendā ante finale iudicium: quā (vt dicunt) turbasari potuit, mergi non potuit: ab vndis dico & spiritibus procellarum mergi non potuit: ex nautis suis vel deo supremo mergi valebat. In inferiori enim natura fuit ligata necessitas, & in superiori laxa potestas. Mergi tamē adhuc ab vtroq; nō potuit, quia omnino nō debuit. Nec ipsi gemant cum imponant omnino catholicis præscientiam dei variabilem & incertam: aut prophetiam eius fallibilem quod catholici omnino detestantur audire, & ipsi probare nō possunt: sed super seipos fiant & super filios suos dum fatentur deum impotentem & improvidum: & cum mille legionibus angelorum per omnipotētiā suā hodie pulcem illum mortificare non posse, qui cras me mordebit. Quia hoc ipsi se dicere non abnegant. Formosior ergo & verior omnino est antiqua doctrina ecclesie ponentis omnia quæ libere voluntati subiecta non sunt, necessario futura ex parte sui: contingēt tamē ex parte principii. Forfan creati, quia quod impossibile est apud homines possibile est deo: quæ autem libertati subiecta sunt, omnino sunt contingentia, si intra nos sunt. Alioquin autem cum prædictis necessaria in se si sint extra nos. Vnde licentiam potestatis humani arbitrii, sic moderanter intelligo, sicut Augustinus exponit in Hypognoftico contra tertium errorem Pelagii. AVGVSTINVS, Est fatemur, inquit, liberum arbitrium omnibus hominibus: habens quidē iudicium rationis non per quod sit idoneum quæ ad deum pertinent sine deo, aut inchoare aut agere, sed tamen in operibus vitæ presentis tam bonis quæ malis. Bonis dico quæ de bonis nature oriuntur, vt velle laborare in agro, velle bibere, velle māducate, velle habere amicum, velle habere indumentum, velle fabricare domum, vxorem ducere, pecora nutrire, artem discere. Diuersarum rerum bonarum: vel quicquid bonum ad presentem pertinet vitam quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt: immo ex ipso & per ipsum sunt & esse coeperunt. Malis vero vt est velle idolum colere, velle blasphemare, velle turpiter viuere, velle maleficia dicere, velle inebriari, & luxuriose viuere, velle quicquid non licet, vel non expedit operari. Sed non ista pertinent ad substantiam vitæ presentis, quia non sunt a deo: immo mala desiderata maculant vitam quæ est a deo. Hęc Augustinus, AVCTOR. Ecce omnia ista tam bona


presentis vitæ quam mala presentis vitæ & futura, quia ad deum directe non pertinent de se efficere, & tractare potest humana libertas sine denominatione dei: nō tamen bona sine consueto concursu, nō enim denominatione deus vxorem ducere sed homo: omni modā ergo contingentia habēt ista: ex parte cause, id est libere voluntatis: necessitatē tamē habēt ex parte effectus. Quia necessario ager colit, si homo colere velit, nō impeditur: nō tamen homo necessario colit, sed libere contingenter. Sūt ergo res tripliciter differentes. Aliquid enim necessario euenit tā ex parte obiecti quæ ex parte principii, vt deū præscire futurū & futurū præsciri a deo. Aliquid necessario euenit in effectu, quod tamen libere fit ex parte principii, sicut est dñi pordinare me tūc nasci vel mori. Aliquid & libere contingenter euenit tā ex parte principii quæ ex parte finis, sicut ex prouidentia dei euenit quod ego merear gratiose. Nimis ergo cōfuse loquuntur qui de euentibus nō distinguunt. Sed in primum chaos cuncta trahentes omnia dicit de necessitate futura. Verū vt ad ea quæ adhuc retro sunt, aspiciamus, sciāt quod nec actus nostri liberi aliquanta necessitate ligantur, vt sint, per causas illas supremas præscientiā & voluntatem: præscientia tamen falli non potest. Ita vt me præscitū ad gloriā, potest deus, sine omni variatione sui præscire ad poenā per solā variationē libere voluntatis: nec enim præscitū tamen quid fierem, sed & quod fieri possem. Nec timeas tamen quod in casu iam posito concessurus essem quod deus præscit me poenā: sed solum hoc, quod præscit me poenā de possibili: nec iam repugnant: præscit ad poenam de possibili quæ de certo præscit ad gloriā, alioquin Iudas non esset dicitus a Christo filius perditionis certe, sed filius perditibilitatis omnimodæ. Et si audias quantum doque scripturam, aut ecclesie patres Augustinum & alios dicere, quos deus prædestinavit ad poenam omnino saluari non posse: intellige saluandos de certo futuro non esse, quia scilicet saluari omnino non volunt. Sicut Augustinus & Chrysostomus exponunt Iudæos credere non posse. Deo enim semper manet vitra quod futurum est gratis & immēsa pietas, vnde in Hypognoftico dicit AVGVSTINVS. Summus deus habet potestatem si velit, tam per indebitam gratiā malos saluare, quæ iusto iudicio futuro gehennę supplicio referuare. Hęc ille. AVCTOR. Quod autem per chimerinam glossam suā putat euadere, cū dicunt: potest deus si vult,

potest homo si vult: sed negat omnino quod possunt: iam supra per Augustinum & Anselmū iter illorum est obstructum. Quia autem imponunt catholicis dicere, quod homo cogitationis suæ ictu potest impedire præscientiā etername: dicant ergo ipsi qui faciunt deum cęcū, vt solum sciat ea quæ futura sunt, nō aut quod de possibili sunt futura maxime, quæ possibilitatem ipse deus dedit, vnde possit saluari si vellet: secundum illud. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Et vide quod iam impedimētum iste facit diuinæ præscientiæ qui peruersa voluntate facit quod potest vt pereat: & hoc præscit deus ipsum facturum esse, & potest tamē facere vt viuat, & hoc æque deus, præscit. Sed tunc sciāt istum præstare obstatulum diuinæ præscientiæ, si deus præscit eum de certo facturum vt pereat, & ipse nō sic facturum est, sed semper vt viuat: quod non concedunt catholici, sed solum quod possit. Dicant & ipsi impediri posse humana libertate præscientiam dei fixam, qui eam ponit actiuam & naturaliter & libere actiuam humanorum, quod totum Augustinus, Chrysostomus, Hieronymus, Origenes & reliqui præsci patres ecclesie fixe negant.

SEQUITVR SECVNDVS ARTICVLVS, qui est de compositione hominis.

Contra trinitatem, spiritus immortalis, corporis corruptibilis, & animationis mediæ, quam ponit Vitaleff in compositione hominis.

Cap. I. quod est Cap. XXXI.



R VIA de Christo loqui proponimus auctori salutis nostræ laborum vias impendimus, si quod Vitaleff de eo falsum prædicat corrigamus. Infert ipse magister errorum exemplariter intulit, sed quod tam abundanter errauit. Error paruus in principio fit maior in fine. Aliquantum errauit de compositione hominis: sed periculosus de Christo in duabus naturis. Suffecisset catholico credere quod sicut anima rationalis & caro vnus est homo:

ita deus & homo vnus est Christus. Bene enim manuducitur Christianus credere quid est Christus in hoc quod deus & homo, si bene cogitet de seipso. Ideo AVGVSTINVS, Homilia. xlvii. super Ioannem. Homine, inquit, interroga, & de ipso fac gradū ad ea quæ super te sunt, & si nondum intelligenda saltem credenda: quomodo est enim vnus homo anime & corpus, sic vnus Christus verbū & homo. Videte quid dixerim & intelligite. Anima & corpus duæ res sunt, sed vnus homo: verbum & homo duæ res sunt, sed vnus Christus. Hęc Augustinus, AVCTOR. Vtinam hoc ipso, fuisset hostis si dei Christiane contentus. Sed excessit modum quādo excessit Athanasius, quando excessit Augustinus. Athanasius & Augustinus verbum & hominem no tant in Christo: animam & carnem in homine vero, duo diuersa vnum Christum dicunt & duo distincta vnum hominem. Vitaleff, aut contraria distinguit in Christo homine vt nouo philosophandi genere tria distincta reperiat in quolibet homine. Retorta forma, docens in Christo quid homo est, non vt prædicti sancti tradens per hominem quid Christus est. Vnde in libello suo de compositione hoīs loquēs de spiritu rationali in cap. vi. in fine. VITALEFF. Conceditur, inquit, quod ille spiritus est duæ forme vel nature, sed vna anima. Sicut & verbū diuinum est duæ forme & duæ nature sed vnus filius: sicut enim verbum est tres nature separabiles: sic homo est tres nature, scilicet spiritus, corpus, & animatio corporalis. Sed quod hic dicit duæ forme sed vna anima, pœnituit eū. Ideo postea in secūdo Trialogi cap. v. hoc retractans dicit. Videt mihi quod oīs homo habet in se duas maneries animarū, vnā spiritū immortalē, & aliā corruptibilem similem bestiāri aīe. AVCTOR. Quid vobis videtur viri fideles nonne quod ille sufficētiā partium hominis improbat quā Christus astruxit: certe Christus dixit. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. De animatione Vitaleff, non dixit quod apostolus etiā Christi spiritu, & non ab homine doctus, interiorē hominē & exteriorē tamen agnouit: hominē spiritualem & hominē animale, sine animatione alia prædicatur: & si spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis: cut non dixit animatione vel animationis facto: Caro & enim etiam cōcupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem: miror quod animatio Vitaleff, medians inter partes nō facit cōcordiā, cū tamen Cypria

nus dicit i epistola de oratide dñica, sicut allegat eñ August. lib. ii. cōtra Iulianū cap. iiii. q̄ nihil facit cōcordiā inter sp̄m & carnē nisi dei gratia. CYPRIANVS p̄ Augustinū: Doct. inq̄. perēdū illud potius a dño q̄ de propriis virib⁹ p̄sumēdū: vt iter carnē & sp̄m non humana virtus, sed gratia diuina faciat concordiam. Hæc illi. AVCTOR. Videat iā Vvitcleff. si animatio sua sit aliqua virtus humana. Hic ergo fons est, hic puteus abyssi: de quo plurimas errorum suorum solet emittere locustas. Hęc capitalis est eius peruersitas & conclusio principalis, pene in qualibet re suam phantasticam insculpere trinitatem: vt quia in Christo comperit tres distinctas naturas in vno supposito, idcirco inuenire cogit tres naturas distantes in humano composito. spiritum scilicet rationalem, corpus corruptibile aggrauans animam: & animationem mediam. Si autē huius nouæ philosophiæ queramus auctorem timet seipsum prodere, ne pro nouitate, contempnus nouus auctor, nouam perderet disciplinam. Ideo ad foetum suum adulterinum, patrinum qui est baptizet inuocat Augustinum. vnde in prædicto libro cap. vii. Sic habet VVITCLEFF. Aliqua nomina significat essentia animæ, sine cōnotatione actuationis corporis vt spiritus, intelligentia, mens, animus, & similia. Alia autem cum connotatione vnionis corporis vt anima, vita, aſatio, act⁹ corporis &c. & hinc dicunt vere doctores q̄ mens vel animus & anima distinguuntur. Vnde AVGVSTINVS epistola. xl. ad Dardanū. Quæro, inquit, quomodo dicant hæretici verbū dei & carnem hoc esse sine anima humana: vt verbum esset carni pro anima, vel secūdo accipias verbum dei & carnem, sed sine mēte humana: non vtriq̄ sic accipit hominem Christum. Sed sicut superius locutus es vbi aisti Christum omnipotentem, deum ea de ratione credulitatis accipere, vel deum non credere nisi perfectum factum, & hominem credidisses: profecto cū dicis hominem perfectū, totam illi naturam humanam vis intelligere. Non est autem perfectus homo, si vel anima carni, vel animæ ipsa mens humana defuerit. Ex istis plane patet Augustinum distinguere, inter mētem & animā ad sensum expositum. Hęc Vvitcleff. AVCTOR. Nō ad sensum expositū, sed ad sensum exponendū. Non sic distinguitur animus & anima vt spirituale & corporale: vt duę nature, perpetua & corruptenda, sicut tu dicis. Hoc enim sa-

piebat hæreticus quē Augustinus induxit: ideo posuit vnam sine altera separatas esse in Christo: animā scilicet nō animū siue mētem sed deitatem verbi, suppleſse posuit officium animi. Augustinus autē & ceteri orthodoxi eas in eodē supposito vniuocā: & eundē tm̄ sp̄m animū & animā siue mentem affirmāt. vnde si tibi videretur Augustinus distinxisse inter mentem & animam, quia hæreticū sic distinguentē induxit, videatur & tibi Augustinus vnire mentem animę, quādo sine hæretico loquēs inter mētem & animā nō distinguit. Vñ sup̄ Ioānē Homil. xlvii. AVGV. Quid, inq̄, est Christus? verbū & homo, nec sic homo vt sola caro: sed quia hō constat ex carne & aīa, totus autē homo in Christo. Non em̄ partem deteriorē suscepisset, & partē meliorem deseruisset: & pars pp̄e melior anima q̄ corpus, quia ergo totus hō in Christo. Quid est Christus? verbū inq̄a & hō. Quid est verbum & homo? verbum aīa & caro. Tenete hoc quia non deseruunt hæretici &c. Apollinaristę hæretici dicti sunt qui ausi sunt dogmatizare q̄ Christus non sit nisi verbum & caro. & animam humanam non eum assumpſisse contēdunt. Hęc Augustinus. AVCT. Et aīam humanā spiritum illū rationale separata ab animatione intelligas secundum hæreticū: quia animationē illā, quā & cū eo ponit Vvitcleff. formis bestiarū vniuocā a Christo nō negauit dicere Augustino ibidē statim post AVGVST. Videre absurditatem & insaniā nō ferēdā animā irrationale eñ habere voluerūt rationale negauerunt. Dederūt illi animam pecoris, subtraxerūt hominis. Sed illi abstraxerūt Christo rationale nō intelligentię rationē. Absit, hoc autē nobis in fide catholica nutritis atq̄ fūdatis. Hęc August. AVCT. Ecce q̄ plane sibi cōueniunt Vvitcleff & Apollinaris in distinctione spiritus & animationis corporalis. I tātū vt animationē illā Christo tribuerit, spiritū rationale amouerit. Nō sic eis cōuenit Augustinus: qui aīam rationale quā Apollinaris negauit in Christo partē dixit hominis meliorem: illū scilicet spiritū rationale, quē vt audietis in sequētib⁹ Vvitcleff negat partē hominis esse, sed hominem. Animationē autē illam quam Apollinaris dedit Christo bene posuit Vvitcleff partē hoīs eē, sed Christ⁹ nō suscepisset partē deteriorē dicit August. relinquēdo partē meliorem. Anima em̄ pars melior est q̄ corpus: quæ pars melior est relicta aīa, quæ anima: nūquid aīatio? Nō quia illam habebat Christus, animam irra-

tionalem, animam pecorinam, animam quæ secundū Vvitcleff ponit in specie animalis. Alia ergo est anima, alia pars melior: spirit⁹, scilicet rationalis quæ secundū hæreticum a Christo foret relicta. Illam partē meliorem nō deseruisset Christus, dicit Augustinus suscipiendo partē deteriorē scilicet corpus, ergo recolite quomodo Vvitcleff, contradicturus est Augustino, cum partem hominis negauerit spiritum rationale: sed de animatione dicit intelligi, Augustinus enim illum spiritū rationale partem hominis prædicat meliorem: quā non reliquisset Christus suscipiendo partem deteriorē, id est corpus: & vbi iam est distinctio mētis & animę, bone mi Vvitcleff, quam dicis Augustinū docere? Hic duę partes hominis inferuntur pars quā Christus suscepisset, scilicet corpus: pars alia quā non reliquisset, scilicet anima: plures partes hominis ab Augustino non habes. Si vero nondum credis iterum tibi dicit Augustinus Homilia. xlii. super Ioānē, super illud Propter ea vos non auditis quia ex deo nō estis. AVGVSTINVS. Non naturarum merita discernit aut præter suam animam aut carnem aliquam naturam in hominib⁹ quæ peccato viciata non esset inuenit. Hęc ille, AVCT. Nō enim tertiam naturam ruam sapuit Augustinus quæ & fuisset viciata peccato, sicut & caro vel anima si fuisset. Sed ostendamus deinceps patronos huius scholę in qua ponit Vvitcleff, trinitatem naturarum in vno supposito hominis, spiritum, animam, & carnē. Vnum enim veterem comperi Didimum in hac sententia reprobaturum. Vnde AVGVSTINVS de definitionibus rectę fidei cap. decimonono, & assumit Rabanus de naturis rerum libro quarto capitulo decimo. Duabus, inquit, substantiis constat homo, anima tm̄ & carne: anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis, quos tamen absq̄ animæ societate non mouet caro. Anima vero & sine carne rationale suum tenet. Non est tertius in substantia hominis, spiritus, vt Didimus cōtendit, sed spiritus ipsa est anima, pro spiritali natura vel pro eo q̄ sp̄ret in corpore spiritus appellatur. Hęc Rabanus & Augustinus. AVCTOR. Ecce q̄ plana verborū serie trinitas Vvitcleff, damnabatur in Didimo: quia vltra animam & carnē tertiam ab vtraq̄ naturam spiritum assignauit. Quia etiam Iacobus & Syrorū aliqui in Trinitate prædicta subuerſi sunt. Vnde AVGVSTINVS, & Rabanus ibidem. Neque

duas animas esse dicimus in vno homine sicut Iacobus & alii Syrorum scribunt, vnam animaleam qua animatur corpus & quæ immixta sit sanguine: & alteram spiritualeam quæ rationem ministrat: sed dicimus vnam eandemq̄ esse animam quæ & corpus sua societate viuificet, & semetipsam sua ratione disponat habens in se libertatem arbitrii vt in sua substantia legat cogitatione quod vult. Hęc ille ibidem. AVCTOR. Ecce q̄ plane negat Rabanus aliam animationem esse, aliam rationale spiritum: distidens a Vvitcleff tm̄ in appellatiōe duplicis aīę, quā Vvitcleff, non binam animam, sed bene binam formam nuncupat, & binam naturam. Sed pater ille sanctus: non binam, sed omnia in vnam & eandem quæ & corpus viuificat & se ratione disponit, sine omni naturæ distinctione definit. Sed tamē pro præſidio trinitatis suæ phantasticę volat Vvitcleff, ad Basilicam sancti Pauli, Scriptura, inquit, sacra dicit q̄ anima est personaliter ipse homo. Apostolus tamen specificat q̄ est homo interior, tertio Trilogi capitulo. xviii. Ad hunc etiam eundem locū apostoli fugit Vincentius quidam: sed vtrumq̄ vna disputatione de sanctuario scripturarum extrahit Augustinus. Posuit enim iste Vincentius trinitatem Vvitcleff, in secūda verborū beati Pauli, exteriorē hominem ponens interiorē & intimum. Exteriorē quidem carnem: interiorē animam, & intimum spiritum. Vnde de origine animæ contra Vincentium libro secundo mox post principium sic AVGVSTINVS. Incedit, alloquens Vincentium & in eo Vvitcleff. Sicut ego video, inquit, interiorē hominem vis esse animam, intimum spiritum, tanquā & ipse interior sit anima: sicut illa corpore, ita fit vt quemadmodum corpus per interiora caua recepit alia quod corpus quod est anima, sicut putas: sic & anima credenda sit habere interiora in anima qua corpus tertium receperit spiritum: atque ita totus homo constat ex tribus: exteriorē, interiorē, intimo. deinde dic mihi, quis eorum renouabitur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit eum: interior an intimus? Apostolus quidem præter interiorē & exteriorē nō video quōd sciat alium interioris interiorē, id est totius hominis intimum. Hęc Augustinus. AVCT. Ecce quomodo communis trinitas Vincentii & Vvitcleff cōfunditur & ad binarium carnis & animę interioris & exterioris

hominis commassatur. Iterum tamē ad Apostolum Paulū recurritur propter hoc quod orauit pro Thessalonicensibus, dicens: Integer spiritus vester & anima & corpus sine querela, in aduentum domini nostri Iesu Christi seruetur, ad Thessalonicenses, v. Vbi plane trinitas predicta recolitur & distinctio spiritus & animae confirmatur. Sed AVGVST. contra predicta Iacobitas dicit ibidē. Dicit spiritum spiritus sancti gratiam. Anima, inquit ex eo vocatur, quod dat ad viuendū vel ad viuificandum animum & corpus. Tertiū vero qui ab apostolo est anima & corpore inducitur gratia spiritus sancti intelligamus: quam orat Apostolus vt integra perseveret in nobis, nec nostro vitio aut minuatur aut fugetur a nobis. Hęc Augustinus de definitionibus recte fidei capitulo. xx. & habet Rabanus lib. iiii. de Naturis, AVCTOR. Beatus Augustinus eundem textum eripiens de manu Vincentii non dicens oppositum Rabano, sed aliter exponens, dicit spiritū & animam non res ibi diuersas esse sed nomina, vt statim videbitur infra: Non est ergo beatus Augustinus, pater Vvicleuistica trinitatis, cum sic propter hanc fidem ab eodem patre violetur Vincentius: sed nec aliquis orthodoxus. Sed iam audistis parronum eius Apollinarem qui animā a spiritu distinctit in Christo. Audistis Didimum, audistis Vincētium. Audietis & Petrum: audistis & Iacobum & alios de Syria. Vbi iam ad Barbaros ritus Christi ecclesiam, talium patronorum perfidia condensauit. Hi sunt dii tui o Vvicleff.

CONTRA DUALITATEM FORMARUM, spiritus scilicet & animae, ponendam in homine secundū Vvicleff, Cap. XXXII.

Ost trinitatem Vvicleff, abolitam secundum totalitatem sui ternarii: de primo binario ternarii illius vtrum bene placeat fidei patribus videamus. Exponit enim cas. iiii. Trialogi cap. xxviii. dicens, VVITCLEFF. Anima humana dupliciter potest intelligi, vel personaliter pro illo separabili spiritu a corpore secundum rationem qua animat, vel simpliciter pro illa anima ratione qua est actus primus corporalis illius spiritus: & alia animatio est eiusdem rationis cum aliis formis materialibus, & infra ad pri-

um obiectum. Anima humana potest intelligi simpliciter vt pars qualitativa hominis, vt est de aliis formis materialibus & personaliter pro illo spiritu cui accidit taliter actuare. Hęc Vvicleff, AVCTOR. Eandem animam dupliciter intelligens dicit propter logicam, Non minus tamen vult secundum predicta spiritum & animationem distinctas esse formas per naturam: & cum frequenter vnam materialem & corruptibilem, alteram immaterialem & incorruptibilem profiteatur eandem tamen animā, vtrūq; ponit esse, nec in officio animandi posse distare: quasi dixerit in secūdo primum esse spiritum calcitrū. In quo possit corpori suo consisti: quod sine illo mediante non posset. Vnde in de compositione hominis cap. vi. VVITCLEFF. Spiritus ille creatus non componit cum corpore secundum eius esse primum, sed secundum quod est actus primus compositi, qui est anima corporalis. Vnde sicut verbū non potest, assumere corpus humanum nisi per animationem, sic nec ille spiritus nisi secundū animā potest corpori hypostatice copulari. Hęc ibi. AVCTOR. Et ibidē dicit spiritum illum incorruptibilem & immaterialem fieri aīam corruptibilem, & per consequens corpus eodem modo per identificationē, sicut dei verbum est facta forma ferui. Hanc ipsam aīam tuam quam dicis carni insertā magister tuus Manichæus inuenit. Vnde AVGVSTINVS decimo super Genesim ad litteram cap. xiiii. Secundum hanc, inquit, sententiam, nec rem absurdissimā quod caro sine anima concupiscat: nec Manichæis consentimus, qui cum viderent non posse carnem sine anima concupiscere, aliam quandā animā ex alia natura deo contrariā carnē habere putauerunt: vnde concupiscat aduersus spiritum. Hęc ille. AVCTOR. Superfluitatem autē talis secundae animae resecidit Augustinus ibi, dicens eundē spiritū per delectationem carnis concupiscere aduersus seipsum aliter delectantem. Vnde ibidem cap. xii. AVGVSTINVS. Carnem itaque concupiscentem aduersus spiritum dicit Apostolus, carnalem procul dubio delectationem quam de carne & cum carne spiritus habet aduersus delectationem quam solus habet. Hęc Augustinus, AVCTOR. Non est ergo alia anima immixta corpori nisi spiritus hominis tm. Hanc quoque tuam sententiam habebat vnus inconsultus. Contra quem fortiter militat pater Augustinus. Primo quia illa anima esset efficacior, quae potest immo-

diare viuificare corpus adiectum: si ergo spiritus sine anima illa materiali nō informat, efficacior igitur spiritu anima talis erit. AVGVSTINVS. Per animam, inquit, corpus subsistit, & eo ipso est quo animatur, siue vnuer saliter vt mundus, siue particulariter vt vnū quodq; animal intra mundū: quapropter cōsequens erit, vt anima per animā corpus fiat: nec omnino aliter posset, quod quia non fit: manente quippe anima in eo quod simplex est, commutari in corpus anima nō potest. Hęc August. lib. suo De immort. animae. AVCTOR. Sic iuxta Vvicleff, anima per animā corpus fieret: quia spiritus ille creatus quē dicit animam personaliter per animam simpliciter dictam corpus esse stendum, vel scilicet corpus illud carnei vel animationē suam: quae cum sit forma corporalis aliis formis materialibus vnuiocum est quid corporeum. Qualiter contra eundē Vincentium lib. ii. in princip. probat per processum. AVGVST. Primo, inquit, scire vellem corpus quid esse definiat: si enī nō est corpus nisi quod membris carnalibus constat, nec terra erit corpus, nec celsū, nec lapis, nec aqua, nec sidera: nec quicquid huiusmodi est. Si autē corpus est quicquid maioribus & minoribus suis partibus maiora & minoris spatia locorum obtinentibus constat: corpora sunt illa quae commemorauit: corpus est aer, corpus est lux ista visibilis, & omnia sicut dicit Apostolus, Corpora caelestia & corpora terrestria. Hęc August. AVCTOR. Potest ergo toruus quilibet Vvicleuista videre quod anima sua materialis, vel animatio erit verum corpus ratione extensionis vel materialitatis suae, quā non ratione carnis corporeae: quod forsitan Vvicleff ipse nō negabit: sed tūc eruat se & magistrum suum Vincentium ab argumentis Augustini. Quomodo dicis animam indiuisibilem fieri animā illam corporalem, & corruptibilem per identificationem inquit: hoc non potest fieri dicit, Augustinus: quia manente anima secundū quod simplex est, in corpus omnino commutari non potest. Verrum est, inquit, in esse suo primo, sed potest tamē in actu secundo: ergo est actus primus spiritualis & indiuisibilis secundum aliquid sui: & secundū aliud corporalis & corruptibilis forma in eadē natura singulari & substantia animae. Concedo inquit & hoc etiam concessit magister tuus Vincentius. Sed audi quid iterato obiciat AVGVSTVS. Quo pacto corpus est anima, cū & eius spiritus sit vna eademque natura: Quid quod ista tua ratione & spi-

ritū corpus esse cogere dicere, alioquin si spiritus corpus non est, non sunt spiritus & anima vnus eiusdem substantiae. Tu autem quasi vtrūq; quīs duo quaedam sentias vnā fatentis habere substantiā, ergo & spiritus corpus est: si autē corpus est. Neque enim aliter possunt vnus eiusdemque esse naturae. hęc August. vbi iam supra, contra Vincentium. AVCTOR. Dicas Vincenti ne defende magistrum: Duo quaedam sunt spiritus & anima: sed vna substantia vtriusque nostrū: hoc placet, ergo spiritus ille corpus est, spiritus dico immortalis. Non, inquit, est bona predicatio: quia proprietates extremorum repugnant, potest ergo esse quod tu fallaris in logica: quia Augustinus qui nō fallitur, sic cōcluit, Spiritus corpus est si anima corpus est, & sunt eiusdem substantiae per identitatem tuam: & anima corpus est per superiorē probationem: spiritus ergo immortalis & indiuisibilis erit corpus: si tamē hoc ipsum p vero habueris, quid est quod pro impossibili hoc solum contra vos arguit Augustinus: an hoc satis possibile est apud vos quod apud Augustinum impossibile censetur. Certe hoc opinor: sed hęc est fides bestiae habentis cornua tanquā agni, sed quae loquebatur vt draco: nos autē eo relicto Augustinū audiamus qui huic semper bestiae loquitur opposita. AVGVSTVS. Anima, inquit, & spiritus idē sunt in homine: quīs anima aliud notet, & aliud spiritus. Spiritus namque ad substantiam dicitur, & anima ad viuificationē: eadē tamē est essentia, & proprietates diuersae. Nam vnus & idē spiritus ad seipsum dicitur spiritus: & ad corpus dicitur anima. Spiritus est inquantū ratione predicta est substantia rationalis. Anima inquantū est vita corporis, de qua dictū est, Qui perdidit animā suam in hoc mundo, in vitā aeternā custodit eā, id est quisquis propter deum hanc vitam quae nūc in viuificatione corporis ex anima temporaliter mortalis constat, libetē dixerit: in futuro eandē corporis non solū animae vitam aeternā immortalē recipiet humana anima: quia in corpore habet esse & extra corpus, anima patietur & spiritus vocari potest. Hęc August. libro de spiritu & anima, ca. viii. AVCTOR. Ecce quas tu dicis naturas diuersas & formas distinctas, Augustinus dicit diuersas tantum proprietates eiusdem essentiae, & quod spiritus ille secundū vnā proprietatem suam, rationes distribuat, secundum aliam, corpus subiectum viuificet. Sed forsitan arguis. Quomodo hoc fiet, vt immortalis spiritus abyssis carnis suae

ne medio se immergat. Hoc re vera de spiri-
tu rationali verū est: & eius potestatis & per-
fectionis est signū. AVGVSTINVS enim,
Eo, inquit, melior est anima quo sumit pro-
pinquius corpus, supple: tam propinque au-
tem & corpus sumeret si nō per animam su-
meret pura aliam: etenim nullo interposito
corpus propinque utiq; sumeret: nec inue-
nitur aliquid inter summā vitam quæ sapiē-
tia & veritas est incōmutabilis, & illud quē
vltimum viuificatur, id est corpus nisi viuifi-
cans anima. Hæc Augustinus libro de im-
mortalitate animæ, versus finem, AVCT.
Iam habes sententiam Augustini & causam
sententiæ quid vltius calcitras contra sti-
mulum? Nihil enim inquit inuenitur inter
summā vitam domini & corpus vltimo su-
mens vitam nisi viuificans anima, quam crea-
dis esse hanc animam, animationē tuam cor-
poream: an spiritum illum tuum in actu se-
cundo? Melior tunc esset animatio corporalis
aut spiritus in actu secundo, quā spiritus ille im-
mortalis in suo esse primo. Quia animatio il-
la corpus immediate sibi assumit nullo inter-
posito, & hoc ipso forsitan in arcto conbitu-
tus, socios tibi coacervas in pœna dicens. Sic
ergo omnes plurificantes formas fidei repu-
gnabunt & Augustino dissentient. Non sic
ipsi formas plurificantes qui singulis gradi-
bus naturę disponunt corpus ad susceptionē
spiritus immortalis, tu disponis spiritum im-
mortalem vt intrare possit ad spelūcam cor-
poris. Ipsi imperfectum perficiunt, tu perfe-
ctum imperfectis: quia dicit quod spiritus crea-
tus minoratur quādo fit corpus anima, & na-
tura corporea in. vi. cap. de compositione ho-
minis. Ipsi animant carnem, tu incarnas ani-
mam, immo & animam animas, quia ibi di-
cis spiritū rationis, spiritum animatū quem
iam secundum te vocauit spiritū calcematū. Ve-
re omnes ante te plurificantes formas magni
chaos inquirunt inter nos & vos, quia primā
essentiā spiritus rationalis acū angelus es-
set absolutis a cōsortio carnis & animādī of-
ficio: nos autem fideliter ipsum spiritum sic
corpori iungimus, vt semper in eius essentiā
remaneat apertitudo ad eius coniugium quæ
sine alio interius disponēte est sufficiens me-
dium rationis spiritui ad animandū actu cor-
pus dispositum. Omnem enim illam massam
quæ cum formis eam aptantibus aduentum
animæ rationalis expectat, corpus & carnem
dicimus, & spiritum rationālē cum perficiat
nullo alio adiuncto, animā hominis nūcupa-

mus. Et si adhuc quantum plures animas po-
nimus, tamen ab Augustino non recedimus
dū nihil inter corpus viuificatū & primā vi-
tam ponimus nisi spiritum rationis, quāuis
secundū id quod intelligentia est est spiritus,
& secundū id quod corpus viuificat, magis ani-
ma quā spiritus appellatur, vnde AVGVST.
de spiritu & anima. ca. ix. Anima est spiritus
intellectualis, rationalis, semper viuēs, semp
in moru: bonę malę quę voluntatis capax secū-
dum benignitatem creatoris atq; sui corpo-
ris officium, variis nuncupatur nominibus.
Dicitur enim anima dū vegetat, spiritus dū
contēplatur, sensus dum sentit, animus dum
sapit, mens dum intelligit, ratio dum discer-
nit, memoria dum recordatur, voluntas dum
vult. Ista tamen non differunt in substantia
quemadmodū in noībus: quoniam ista omnia
anima vna est: proprietates quidem diuerse,
sed essentia vna. Inter spiritum tamē & ani-
mam potest esse differētia: quia omnis anima
spiritus, sed nō omnis spiritus est anima. hæc
ille. AVCT. Pondera hoc quod Augustinus nō
perpendit differentiā collateralē spiritus &
animę, tanq; diuersarū formarum in eadē es-
sentia animę, sed vel appellationum tantum,
vel tanq; magis cōmunis ad minus cōmune:
& tantū distare dicit spiritū a sua intelligen-
tia, voluntate, vel memoria: quātum ab ani-
ma: quia omnes istas differētiās æque recitās
tandē concludens AVGVSTINUS. Ista, inquit,
non differunt in substantia, quēadmodum in
nominibus. AVCT. Hoc idem etiā August.
latius disputans cōtra magistrū tuū Vincen-
tium vocatē aliud spiritū, aliud animam, &
totū constās ex spiritu & anima mentē, a quo
tu nō multū discrepas, ostendit palā quō ani-
ma secundū quod intelligentia est, & non secundū
se totā dicitur spiritus: & secundum aliquid sui
anima noīatur: secundū aliud dico cōsidera-
tione non naturarū multitudine. AVGR.
stat, inquit, ostēdere quēadmodū quis pprie
dicatur spiritus, nō vniuersa anima, sed ali-
quid ipsius sicut Apostolus dicit: & integer
spiritus vester & anima & corpus: vel illud
multo expressius in libro Iob, Absoluti isti ani-
mam meā a spū meo: cum & vniuersa anima
appelleret hoc nomine: quāuis multo magis
hęc quæstio nominū videatur esse nō rerum.
Cū enim cōstet aliquid esse in anima quod pro-
prie spūs noīetur: quo excepto pprie noīe-
tur & anima: iam de reb? ipsis nulla cōrētio
est, præsertim quia illud & ego dico proprie
vocari spū quod tu dicit, id est quo ratiocia-

namur & intelligim? quādo ita distincte ista
dicitur quēadmodū Apostol? ait: & integer
spūs vester & anima & corpus. hunc etiā spi-
ritū mentē videtur appellare, cū dicit, Mentē
seruio legi dei, carne vero legi peccati. Nam
ipsius sentētia est, Caro cōcupiscit aduersus
spū, & spūs aduersus carnē: vt quod ibi dixit
mentem, intelligatur hic spiritum dicere: nō
sicut existimas vniuersam mētem vocari quē
constat ex anima & spiritu: quod vbi legeris
nescio. Mētem quippe nostram nisi rationale
& intellectuale nostrū dicere non solemus, &
infra. Multis enī modis atq; in diuersis signi-
ficationibus scripturæ diuine spiritū nomi-
nant, sed de quo nunc agimus quo ratiocina-
mur. Intelligimus, sapimus, constat inter nos
sic eum spiritum proprie etiam nūcupari vt
nō sit vniuersa anima sed aliquid eius, tamē
& animam spiritum esse si propterea negas:
quia eius intelligentia distincte dicitur spi-
ritus: poteris negare vniuersum semen Iacob
appellari Israel: quoniam excepto Iuda etiā di-
stincte appellatus est Israel in tribub? de cem
quæ in Samaria tunc fuerunt. Sed quid opus
est & hic diutius immorari? Iam nūc vnde fa-
cilius ostendamus: attende, etiam quę anima
est: & spiritū dici cum audis vel legis domi-
no moriente quod scriptum est, Et inclinato ca-
pite emisit spiritum. Ita vis intelligi tanquā
a parte totum signauerit non quod ea quæ ani-
ma est eius possit spiritus nuncupari. hæc Au-
gustinus lib. iii. cōtra Vincētium. Et tandem
versus finē concludit dicens. Remotis igitur
omnis dubitationis ambagibus, generale ani-
mæ nomen esse intelligimus spiritum: cuius
quidem animę significatio tam late patet vt
etiā deus vocetur spiritus. Hęc Augustinus.
AVCTOR. Longe iam ab Augustino secer-
nitur Vvicleff, in distinctione spirit? & ani-
mę, quos Augustinus eundē spiritum nomi-
nat, sed appellatione distare dicit: eadē quoq;
substantiam animę sed suam intelligentiā di-
stincte dici spiritū & secundū aliquid sui ani-
mā: nō animā a spiritu rationali distinctū tanq;
mortalē ab immortalē & incorpoream
formā a forma corporea & materiali: sed to-
tam animā immortalē dicit: & totā generali
nomine spiritū appellandā: quēadmodū si
deus theologi modo diuidit in diuisibile spi-
ritum in duas portiones nō naturas: superiorē
rem portionem eius, secundum quā copulatur
diuinis principiis intelligentiā appellantes
scilicet: inferiorē vero portionē animā, se-
cundum quam carnī confinis est vt & sentit

ex eius contractū contagium: quēadmodū do-
minus Lincolnensis in de cessatione legalitū.
LINCOLINENSIS. Anima inquit cōsistit
mediā inter spiritum & carnē sibi inuicē ad-
uersantes: habens in sua potestate bonum &
malum, velle & nolle: & habens in sua pote-
state vt cum carnī consenserit & opera eius
fecerit, rursus per pœnitentiā se remordens
spiritui copuletur. Hęc ille. AVCT. Non est
hęc animatio Vvicleff, forma illa materialis
& corporea quę nec p pœnitentiā se remor-
dere cognouit: nec habēs in sua potestate vel-
le & nolle vt spiritui copuletur: sed bene hæc
est quā Augustin? supra docuit: fuisse spū,
quē Christus moriēs tradidit, & quē Aposto-
lus intulit vt integer spiritus vester & ani-
ma & corpus sine querela seruet: spiritus scia-
licet superior vis, secundū quē dicitur, Men-
te seruio legi dei &c. Anima vero sã vis eius
inferior & carnī coniuncta: secundū quā dicitur.
Carne vero legi peccati: eadē tamen ani-
ma sine omni diuersitate naturæ. hæc & illa.
Vnde AVGVST. sup quasdā propositiones
epist. ad Rom. super hęc textū, Prudentia car-
nis inimica est deo. Eadē quippe animę natu-
ra & prudentiā carnis habet cū inferiora se-
cretatur: & prudentiā spiritus cū superiora eli-
git quēadmodū aque natura & frigore cōge-
lascit & calore resoluit. hæc Augustinus.

Q. SPIRITVS RATIONALIS NON
est completa persona hominis.

Caput XXXIII.
AVCTOR.



RINitatis ergo phantastica?

Vvicleff, spiritus & animæ
binarius mōstratur infamis.
Iam ad vnitatem eius & solitu-
dinē ei? spiritus veniamus,
vt tota trinitas illa secundo
deperat quādo omnis pars eius imaginaria
retro cessit. Dicit primo spiritū immortalē
quē nos animā intellectuā ab animandī ta-
men officio separatā vocamus esse cōplete &
per se personā hoīs: animationē vero & cor-
pus carnē de quāto spirit? iste attraxerit ea
sibi participare quodāmodo nomen hominis
& personā. Vnde sic habet. ii. Trialogi. c. vii.
VVICLEFF. Nō debes, inq; credere quod pxi-
ma materia hoīs foret brutum, aut quod ex illa
parte materiali qualitatiua, & ex spū creato
naturali intelligentiā tanq; ex parte altera for-
mali qualitatiua, tanq; oīno distinctis cōponit
vnus hō, sed quā vtrūq; vel vtrāq; natura sit

idem homo numero vel persona spiritus per se & natura corporea participatione. AVCT. Incedamus simpliciter & pedetentim, pateat quod erravit: ex spiritu illo creato, inquit, & ex parte materiali tanquam partibus qualitatibus distinctis, non componitur vnus homo. Da mihi definitionem hominis simplicem, si quidem definitionem non ex additamento dones corporeitas non intrabit illam, nisi de per se prima ratione hominis fuerit: & tunc erit homo absolute definitus solus spiritus par angelis, contra scripturam dicentem ad questionem quid est homo. Minuisti eum paulominus ab angelis, inquit, & secundo quo ad virtutes animae describens, Gloria & honore coronasti eum. Et tandem ab officio exteriori, Constituisti eum super opera manuum tuarum. Si autem minuatur nisi paulominus ab angelis in essentia sua: rogo dic illud an spiritus est & vere nondum minorabitur ab angelo: vel corpus est: & erit tunc corpus de essentiali ratione veri hominis & non per participationem quasi quid extrinsecum, propter hoc perperdit Augustinus magnus metaphysicus definitionem hominis constare ex utroque simul dicens, xv. de Trinitate cap. vii. vel. xiiii. de paruis. AVGVST. Si sic diffiniamus, vt dicamus: homo est substantia rationalis constans ex anima & corpore: non est dubium hominem habere animam quae non est corpus: & habere corpus, quod non est anima: ac per hoc illa duo non homo sunt, sed hominis sunt, vel in homine sunt. Haec ille. AVCTOR. Vide quid Augustinus ponat, & quid deducat. Non est dubium inquit hominem habere corpus, quod non est anima: & animam quae non est corpus: ac per hoc illa duo non homo sunt. Quid tu dicis contra, quod homo sunt. Caro homo est dicitis, & anima homo est in persona. Et ego tibi argumentor cum Augustino: ergo caro anima est & anima caro est: quod si in persona hominis, corpus anima non est, nec anima corpus: ergo utraque natura nullomodo est eadem tertia persona: vel fallitur Augustinus & contra bonam logicam est ponere individuum communicare aliis nomen & essentia: quia ex individuatione sua habet rationem oppositam. Vnde DAMASCENVS in logica ca. iiii. dicit ad propositum individuum principaliter dicitur quod diuiditur quidem: non saluat autem post diuisionem priorem speciem, quae admodum Petrus diuiditur quidem & in animam & corpus, sed neque anima secundum seipsam est homo perfectus vel Petrus perfectus, neque

corpus: & ibidem. c. ii. Petrus diuisus in animam & corpus neque animae tribuit nomen & definitionem ipsius neque corpori. Haec Damascenus. AVCTOR. Et hac vtens logica Ambrosius super hunc textum, Omne regnum in se diuisum desolabitur. Individue, inquit, rei non potest esse diuisio: multum ergo legis logicam ecclesiae in hac parte, tam ratione individui, quam in definitione hominis iam dicta Augustini. Sed dicis non hanc definitionem asseruit doctus quia nisi sub conditione supposuit: vere si processum attendas, non conditionem sed causalitatem eius: & si pro quia dictum esse cognosces vnde & alibi lege est si vnquam poenituerit eum definitionis ibi signate. Sed & definitionem istam verissimam & precisissimam approbat in lib. de quantitate animae, dicens, AVGVST. Diffinitio nihil minus, nihil amplius continet quam quod susceptum est explicandum: aliter omnino vitiosa est. Vtrum autem huiusmodi vitiositas careat conuersione exploratur: quod his exemplis tibi fiet aperius. Si enim me interrogares quid esset homo, & eum hoc modo diffinirem. Homo est animal mortale: non continuo, quia verum dictum est, & diffinitionem probare deberes: sed superposita ei particula, id est omnis conuertere illam & intueri vtrum etiam conuersa esset vera, hoc est vtrum quemadmodum verum est. Omnis homo animal est mortale, ita omne animal mortale est homo: quo aliter inuenio improbabis diffinitionem propter illud vitiosum quo aliena comprehendit: propter enim solus homo animal est mortale, sed & quatuor bestia. Haec ergo hominis diffinitio perfici solet cum additur mortali rationale: nam homo est animal rationale mortale. Itaque vt omnis homo animal rationale mortale est: ita omne animal rationale mortale homo est. Plus contineo ergo superior diffinitio erat vitiosa: bestiam enim cum homine continebat. Ista perfecta est, nam & omnem hominem, & nihil plus quam hominem tenet. Tenendo autem minus vitiosa est, si addas grammaticam, quam quoniam enim omne animal rationale mortale grammaticum homo sit: plures tamen homines qui grammatici non sunt, hac diffinitione non continentur: & ob hoc, ista per primam illam propositionem falsa est. Cum autem conuertitur vera, falsum enim est. Omnis homo est animal rationale mortale grammaticum: sed verum est omne animal rationale mortale grammaticum homo est. haec Augustinus. ibidem. AVCTOR. Iam potes videre quod non euasit eum hominis diffinitio


propter humanam speciem quam notissimam habemus: eo quod credimus eum hominem fuisse: non utique alioquin non est quem diligamus: quando quidem homo iste iam non est: anima enim eius a corpore separata est: sed illud quod in illo amamus etiam nunc viuere credimus: amamus enim animum iustum. Haec Augustinus. AVCT. Iam habes ex Augustino quod anima separata homo non est, quia a corpore separata est: nisi quid animationem tuam intelligit. Certe non, quia de anima separata dicitur quae nec in corpore est, nec animationi coniuicta. Spiritus ergo tuus homo non est, verum est: dicitur secundum quod homo dicitur, ad aptitudinem corpoream actualiter existentem: sed secundum quod dicitur creaturam rationalem simpliciter & absolute: vel saltem sub aptitudine corporea de possibili: sic enim aequiuocat de homine vbi eum supra notauimus. Sed quid simplicius, quod absolutius potest esse homo quam in ratione specifica hominis: & illa in principio remouet Augustinus a spili tuo. Nihil propter humanam speciem, quia homo fuit inquit. Alioquin nunc non est, qui homo non est, de specie humana non est: quare, quia anima sola superest a carne separata est, ideo homo non est, nec per se aliqua persona de specie humana. Argumentum vero istius populari, quod plerumque facit vnde simplices inducat concipere quod anima hominis sit homo: iam publicum habet solutionis locum: sanctus Petrus, inquit, est in caelo & non nisi homo secundum animam: anima ergo eius est homo in caelo. Solutus Augustinus. dicens hic enim non esse hominem in caelo: sed animam eius hoc est simpliciter verum: dicitur tamen homo in caelo, per synecdochem a parte totum, vnde AVGVST. sup. Ioan. homil. c. v. sup. hunc textum, Dedit ei potestatem carnis. Omne carnem dixit, omne hominem a parte totum: quem admodum rursus a parte superiori signatur est homo totum vbi ait Apostolus, Omnis anima potestibus sublimioribus tradita sit. Quid enim dixit omnis anima nisi omnis homo: haec Augustinus. AVCT. Quid ergo singulis nouam metaphysicam in locutione vulgaris? Caro pars est hominis & non totus homo: anima & pars hominis est non homo. Anima inquam non animatio secundum glossam tuam sed illa quam iubet Apostolus potestatis sublimioribus tradit. Non est ergo haec anima aliud quam pars hominis. sic enim dicit Augustinus totum hominem non esse sed signari a parte sua inferiori, id est carne, sicut a parte superiori, id est anima. Et attendat fideles an te non multum fatigauit poenuria fundamenti istius quando hoc solus poteris obrinere, quod Augustinus exponit, se

propter humanam speciem quam notissimam habemus: eo quod credimus eum hominem fuisse: non utique alioquin non est quem diligamus: quando quidem homo iste iam non est: anima enim eius a corpore separata est: sed illud quod in illo amamus etiam nunc viuere credimus: amamus enim animum iustum. Haec Augustinus. AVCT. Iam habes ex Augustino quod anima separata homo non est, quia a corpore separata est: nisi quid animationem tuam intelligit. Certe non, quia de anima separata dicitur quae nec in corpore est, nec animationi coniuicta. Spiritus ergo tuus homo non est, verum est: dicitur secundum quod homo dicitur, ad aptitudinem corpoream actualiter existentem: sed secundum quod dicitur creaturam rationalem simpliciter & absolute: vel saltem sub aptitudine corporea de possibili: sic enim aequiuocat de homine vbi eum supra notauimus. Sed quid simplicius, quod absolutius potest esse homo quam in ratione specifica hominis: & illa in principio remouet Augustinus a spili tuo. Nihil propter humanam speciem, quia homo fuit inquit. Alioquin nunc non est, qui homo non est, de specie humana non est: quare, quia anima sola superest a carne separata est, ideo homo non est, nec per se aliqua persona de specie humana. Argumentum vero istius populari, quod plerumque facit vnde simplices inducat concipere quod anima hominis sit homo: iam publicum habet solutionis locum: sanctus Petrus, inquit, est in caelo & non nisi homo secundum animam: anima ergo eius est homo in caelo. Solutus Augustinus. dicens hic enim non esse hominem in caelo: sed animam eius hoc est simpliciter verum: dicitur tamen homo in caelo, per synecdochem a parte totum, vnde AVGVST. sup. Ioan. homil. c. v. sup. hunc textum, Dedit ei potestatem carnis. Omne carnem dixit, omne hominem a parte totum: quem admodum rursus a parte superiori signatur est homo totum vbi ait Apostolus, Omnis anima potestibus sublimioribus tradita sit. Quid enim dixit omnis anima nisi omnis homo: haec Augustinus. AVCT. Quid ergo singulis nouam metaphysicam in locutione vulgaris? Caro pars est hominis & non totus homo: anima & pars hominis est non homo. Anima inquam non animatio secundum glossam tuam sed illa quam iubet Apostolus potestatis sublimioribus tradit. Non est ergo haec anima aliud quam pars hominis. sic enim dicit Augustinus totum hominem non esse sed signari a parte sua inferiori, id est carne, sicut a parte superiori, id est anima. Et attendat fideles an te non multum fatigauit poenuria fundamenti istius quando hoc solus poteris obrinere, quod Augustinus exponit, se

dixisse non secundum proprietatem verbi, sed tantum figuratim more vulgari. Dicit enim, inquit, Augustinus de Christo super Ioan. homil. xlvii. Caro Christus, & anima Christus, & verbum Christus: nec tam haec tres Christi sed vnus Christus, & in tract. de composit. hominis, c. vii. Ipse audacter dicit non esse ibi locutionem synecdochicam, nec tam sanctus logicus ut est Augustinus, diceret quod anima est homo secundum locutionem illam, quia quodlibet illorum concedit esse Christum pro tempore tridui. Sed audistis dicere Augustinum a parte totum signari hominem, a parte scilicet superiori cum dicitur omnis anima potestatis superioribus tradita sit: omnis anima, inquit, id est omnis homo a parte totum. Item, xlii. de Ciuitate, ca. xxiiii. AVGVST. Homo, inquit, non est corpus solum, vel anima sola: sed qui ex anima constat & corpore. Hoc quidem verum est quod non totus homo sed pars melior hominis anima est, nec totus homo corpus, sed inferior pars hominis est: sed cum est vtrumque coniunctum, simul habet hominis nomen: quod tamen & singula non admittunt etiam cum de singulis loquimur. Quis enim quotidiana quadam lege sermonis prohibetur dicere homo ille defunctus est: & nunc in requie est, vel in poenis, cum de anima sola possit hoc dici: & in illo vel illo loco homo sepultus est: cum hoc nisi de solo corpore possit intelligi, haec Augustinus. AVCTOR. Ecce dicit animam esse meliorem partem hominis, & non totum hominem: & ne aequiuocare quam partem animam diceret hominis subiicit in Exod. dicit vulgariter quod in requie est vel in poena: quae anima nondum animatio est sed spiritus tantum, spiritus ergo hominis pars hominis est, & non totus homo: quomodo ergo possit esse completus homo: quinimmo quauis hominis nomen habet, hoc tamen non nisi tropice dicere Augustino quod quotidiana quadam lege sermonis dicitur homo ille defunctus est. Et de natura animae ad Renatum, parte prima, in fine, dicit idem, AVGVST. Tropice ex vno sanguine totum signatur a parte, id est totus homo qui ex anima constat & carne, nam & ex parte totum, & ex toto partem diuina eloquia significare consueuerunt. Ex parte enim totum signatum est ubi legitur, Ad te omnis caro veniet: quia ex carne intelligitur totus homo. Ex toto autem pars cum dicitur Christus sepultus est, cum sola eius caro sepulta sit. Haec August. Et idem August. in dialectica, cap. de eadem origine translatione & declina-

tione. Translatione, inquit, voco cum vel similitudine vnum nomen sit multis rebus: ut Tullius & ille in quo magna eloquentia fuit & statua eius dicitur. Vel a toto cum pars cognominatur ut cum cadauer illius, Tullius dicitur potest: vel ex parte totum ut cum lecta dicimus totas domus. Haec August. AVCTOR. Ecce quod cadauer Tullii non est Tullius nisi per translationem a parte totum quae est synecdoche: Peccat ergo in logica qui extra synecdochen hoc concedit. Quid ergo laudis est tali philosopho qui fingit sibi metaphysicam in tropis grammatice? Maxime cum tropus non res sit sed dictio sola translata a significatione propria ad non propriam, similitudine, ornatus necessitate rativae causa, secundum Bedam de tropis: qui ibi sub tropo describens synecdochen dicit. BEDA. Synecdoche est pleni intellectus causa, cum plus minusve pronuntiat. Aut enim totum a parte ostendit: ut verbum caro factum est: & eramus in nauis vniverse animae. cc. lxxv. Aut e contrario ut ibi propter pariter uenit Iudaeorum, quia iuxta monumentum erat, posuerunt Iesum, id est corpus Iesu: sicut iam dixit Angelus ubi posuerunt eum. Haec Beda. AVCTOR. Quid ergo murras contra istos doctores figuratim secundum synecdochen intelligentes Christum sepultum. Quid & Augustinum non audis, qui totum hominem semper ex anima constare & carne, iam nescio quomodo dixit: sic etiam idem. AVGVST. Priusmo de doctrina Christiana, cap. xxxi. de paruis. Si te totum intelligas, id est animam & corpus & proximum tuum, scilicet animam & corpus eius: homo enim ex anima constat & corpore, nullum rerum diligendarum genus in his duobus praetermissum est. Haec illic Augustinus. Et iterum, xliii. de Ciuitate, cap. liii. Ab anima quippe & carne quae sunt partes hominis potest totum significari quod est homo. Et iterum infra. Siue quisque secundum carnem aut secundum animam siue secundum totum hominem qui ex anima constat & carne, Haec illic, AVCTOR. Vel ergo spiritus tuus totus & completus homo non est, aut fallitur, Augustinus, qui non nisi ex eo & carne totum hominem dicit subsistere: saltem si spiritus tuus completus homo sit sine consortio carnis, hoc aliquando proba teste fidei.

Q. VVITCLEVISTAE A SANCTIS
patribus non habent fundamenta sua,
sed a Gentilibus & a philosophis
reprobatis. Cap. XXXIII.



V tamē cauendum est ne forte dicant sectatores Vviticleuistae prauitatis beatorum Augustino nondum pro palata esse sanctorum via, quo modo scilicet spiritus hominis est perfectus & completus homo: sed haec philosophia praecipue Vviticleuistae, consequenter innotuit quod peritus Augustinus non nouit: & idcirco hominem non posuit nisi ex anima constare & carne cum tamē aliter res se habeat. Sed re vera fallitur qui sic dicit, Diu enim ante tempora Augustini famosus erat error iste de humanatione animae inter seculi sapientes, Plotinus enim Platonice quod in libro, cui, tit. est quid homo, quid animal, sicut allegat cum Macrobius libro, ii. de somno Scipionis, PLOTINUS. Verum, inquit, hominem animam ipsam esse restatur. Igitur qui videtur, non ipse verus homo est, sed verus homo ipsa anima a quo regitur quod videtur sic cum morte animalis discesserit animatio cadit corpus regere viduatum: & hoc est quod videtur in homine mortali. Haec Plotinus. AVCTOR. Ecce hic habes hominem: animam & animationem Vviticleuistae, quae in libris Augustini reperire non poteris. Sed quid moratur & non statim concedit etiam esse deum animam sapientis: sicut concessit Scipio Tullianus ibidem: ratione cuius dicti inductum est illud Plotini, dicit enim, Scipio. Nec enim tu is es quae forma declarat: sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura quae digito demonstrari potest: deum igitur scito te esse. Quod exponens ibi Macrobius, Africanus (inquit) pene exutus hominem & defecata mente iam naturae suae causa hic apertius admonetur ut esse se deum nouerit: & sit praesentis operis consummatio ut animam, non solum immortalē sed deū esse clarescat. Bene & satis alte errauerunt isti philosophi a quibus non longe semotus est Vviticleuistae, qui animam esse hominem totum perfectum & completum approbat: & non hoc ipso contentus, spiritum immortalem dicit animatum: quare non similiter incarnatum & parē sibi non inuenit: quousque ad diuinum verbum peruenit. Sic est inquit omnis homo duae naturae in vna persona & earum quaelibet. Sicut diuinum verbum est corpus & anima in vno supposito & quolibet earundem. Et sicut verbi fuit ante hominem & iam est homo post assumptionem: sic essentia corporea fuit ante hominem, sed iam assumpta ex anima in eius cessit personam. Talia plurima fabulatur, nunquam scies ratione ponere vel comparatione laudabile in philosophia pra-

bata fundare: sed deo semper aegparat animam. Vnde deo & animae facit iniuriam. HERMES quoque trimegistus assertor fuit istius opinionis iniuste: loquens enim ad Asclepium dicit, Auus tuus, o Asclepi medicine prius inuentor cui templum consecratum est in monte Libyae: circa litus cocodrillorum in quo iacet eius mundanus homo, id est corpus. Reliquus enim vel potius totus homo in sensu vitae, melior res meauit in caelum. Haec Hermes ut recitat cum August. viii. de Ciuitate, de ca. xxviii. AVCTOR. Iam statim perpedi potest quod positio ista humanationis animae non latuit Augustinum & cum hoc quod nec placuit Augustino, quia vidit eam & praeteriit. Non fuit forsitan philosophia fidelis ipsi visa nec in sensibus Christiana, ideo quasi doctrina fecerit periculis abiicit indignam, & philosophiam Varronis accepit quae utique Varro trina disputata doctrina saltē praecedat ecclesiam. Vnde AVGVST. xxi. de ciuitate, ca. iiii. recitas disputantē Varronē quid homo est an corpus solū, an anima tantum, an ex vtroque compositum dicit. Scire, inquit, in eius natura scilicet hominis duo esse quaedam corpus & animam: & horum quippe esse melius animam longēque praestabilius omnino non dubitat. Sed vtrum anima sola sit homo ut ita sit ei corpus ut equus equi. Equus enim non homo & equus, sed homo solus est: ideo tamē equus dicitur: quia aliquo modo habet se ad equum. An corpus solum sit homo aliquo modo se habens ad animam sicut poculum ad portionem, non enim calix & portio quam continet calix simul dicitur poculum, sed calix solus: ideo tamen quod portio continēde sit accommodatus. An vero nec anima sola, nec solum corpus, sed simul vtrumque sit homo cuius sit pars vna siue anima siue corpus: ille autem totus ex vtroque constat ut homo sit sicut duos equos iunctos bigas vocamus: quorum siue dexter siue sinister pars est bigarum: vnum vero eorum quoquomodo se habeat ad alterum bigas non dicimus sed ambos simul. Horum vero trium, hoc elegit tertium, neque animam solam, neque corpus solū, sed animam simul & corpus, esse hominem arbitrat, pinde summum bonum hominis quo sit beatus ex vtriusque rei bonis constare dicit & animae, & corporis. Haec August. ibidem de disput. Varr. AVCTOR. De qua Varronis conclusione non multum laudata qua ponit summum bonum hominis in bonis constare animae & corporis quod in contemplatione dei fidelius posuisset praecipua positionis collaudat: hominem, nec corpus solū nec animam tantum, sed ex anima &

corpore quid coniunctū: quod quidē in aliis suis libris semper psequitur, velut in. xv. de trinitate. In. viii. eiusdem in de Ciuita. super Ioannem. de natura animę, de quātitate animę sicut in locis recitatis plane visū est. Miror ergo qua fronte impudica Augustinum dicit patronū istius erroris in. iii. Trialogi. c. xxviii. VVICLEF. Considero, inquit, q̄ in multis extraneis a modernis sed cum multis sanctis antiquis & specialiter Augustino conuenio: hoc dicit p doctrina animationis suę. Et forsā hac audaci pompa confisi sui discipuli vocabant eum famoso & elato nomine Ioannem Augustini: sit in aliis si poterit, sed in humanatione sui spiritus immortalis, vidistis q̄ plane non fuerit Augustini: planissime vero est Ioannis, hermetis trimegisti, Scipionis, Tullii, Platonis, vel Macrobi aut deliri Plotini. Isti enim sponte ipsi consentiunt. Augustinus aut nec tractus. Traxit enim eū vt saltem in vultu verborum cōmodaret assensum, & tamen quotiens trahitur plus confundit q̄ fundat propositum. Vnde de compositione hominis cap. vi. AVGVSTINVS inquit ad Volustianum, Sicut in vnitāte personę anima vnitur corpori vt homo sit, ita in vnitāte personę deus vnitur homini vt Christus sit. AVCTOR. Vera est hęc sententia Augustini: etiā & illud quod sequitur. In illa ergo persona est mixtura animę & corporis. In hac persona mixtura est dei, & hominis. Sed quid pro te in vnitāte personę anima vnitur corpori vt homo sit: placer vt homo, homo sit: nō q̄ anima homo sit. Et sic in vnitāte personę deus vnitur homini vt Christus sit. Non enim deus solus nec homo solus, sed deus & homo vnus est Christus. Ideo in vna persona deus vnitur homini: vt Christus sit. Sic in vna persona anima vnitur corpori vt homo sit nō vt anima sola, nec vt corpus solum, sed vt ex anima & corpore vnus sit homo. Ideo AVGVSTINVS ad Dardanum vbi & tu allegasti eum loquēs contra caput tuū. Non est, inquit, homo perfectus si vel anima carni vel animę ipsa mens humana defuerit. Et iterum cap. ii. ibidem Augustinus inquit super Ioā. homil. xlvii. de homine quære, vbi est Paulus: si dicat in requie, cū Christo verū dicit si dicat Romę in sepulchro, verū dicit: hoc de anima, hoc de ei⁹ carne dicit, & sequitur. Aliud anima, aliud corpus: sed ex quo cōsortium carnis & animę hominis natura accipit, iam & simul & separatim hominis nomen retinuit. AVCTOR. Verum dicit Au-

gustinus: q̄ verumq̄ hominis nomē retinuit: retinuit enim secūdm locutionis figurā nō secūdm proprietatis naturā. Vnde. xiiii. de ciuitate cap. iiii. AVGVSTINVS. Ab anima quippe & carne quę sunt partes hominis, potest totū signari quod est homo, siue quisque, secūdm carnem siue secūdm animā, siue secūdm totum hominem qui ex anima consistat & carne. Hęc Augustinus. AVCTOR. Vbi palam dicit totum hominem nō nisi ex anima & carne cōstare, nisi per synecdochen ambidextraliter: nam sicut iam supra deduxi Augustinum fere secūdm eundem processum verborū. xiii. de Ciuit. cap. xxiiii. Hoc vbi necessarium superaddidit: Quis quotidiana quādam lege sermonis prohibetur dicere, homo ille defunctus est, & nunc in requie vel in pœnis: Ideo cū loqueretur populo dixit secūdm figuram quotidiani sermonis Apostolum esse in celo: & eundem Romę in sepulchro. Econtrario eundē Apostolum negat hominem esse in celo, vbi scilicet non secūdm figuram sed secūdm rei naturā visus est temperate sermonem. Nō, inquit, iam homo est, quia anima eius sola ibi est: & quia a corpore separata. viii. de Trinitate. cap. ix. AVCTOR. Ecce in quibus vnitur homini vt Augustino, & tamen planiora fundamenta doctrinę illius nunq̄ vidi. Sed miror q̄ Augustinum nunq̄ induxit nunq̄ doctorem fidelē ponentem in claris terminis vnq̄ suum spiritum humanatū. Aut ergo deinceps aliquis fidei pater perhibeat tibi testimonium: aut dicet constās quilibet Christianus. Tu de te ipso testimonium perhibes, testimoniu tuum non est verum:

Q̄ DVPLICI RATIONE FIDEI
li spirit⁹ hominis immortalis nō
est per se completus & totus
homo. Cap. XXXV.



Impudenti tamen forsā cō X
passione p̄motus aliquis vir
doctus dicit, & quę cura est
aut in quo fides leditur si ho
minē esse sp̄m teneat. Olim
enim vt recitat Origenes vtrū anima homi
nis ex feminis traduce p̄dret an ex deo creā
te forinsecus impune disputauit ecclesia. Euse
bius quoq̄ Cęsariensis & Pāphilus martyr
Basilii quoq̄ & Gregorius discipulus eius
Didimus atq̄ Rufinus doctores omni splen
dore præclari quando factę sunt animę ho-

minum: vrum olim simul an nunc per singulos nascentium, nihil dixerunt esse periculi. Quanto magis an spiritus immortalis, homo sit: maxime cum apostolus Paulus hominem interiorem appellet. Vtrum etiam animatio vitalis corporea spiritum disponat: Vtrum caro corrupta de necessitate totalitatis hominis non fuerit, quę cura fidei, quę vtiq̄ quæstiones pene sunt p̄miscuę, ita vt quātū noceat tantū profunt, aut nec obsint nec cōferant catholicę disciplinę. Et Sapiēs dicit, de ea re quę te nō molestat ne certaueris. Audio quidē & recte. Et nonne in eodem cap. Sapientis, Vox est docēs ne omnem hominem inducas in domum tuam! Multę sunt insidię dolosi, & quomodo ab vna scintilla auget ignis & ab vno doloso augetur sanguis! Et si modica videatur scintilla Vvicleff, dicentis & docentis q̄ spiritus hominis immortalis sit homo perfectus, nonne tibi modica visula erit flamma Manichæorum dicentium q̄ Christus nō vere fuerit, sed perfunctorie incarnatus! Nō inquis, immo grandis. Audi ergo quid dicit VVICLEF hæreticus, Ex parte materiali hominis & naturalis intelligentia spirit⁹, tanq̄ omnino distinctus non sit vnus homo: sed vtraq̄ natura est idem homo numero vel persona spirit⁹ per se & natura corporea participatiue. Et iterum. Nec foret similitudo illa in symbolo ad propositum fidelium, sed in hæreses plurimas inductiua, nisi ille spirit⁹ immortalis foret per se & complete ille homo secūdm trialogi cap. septimo. Si logicam noueris, q̄ est per se non includit omnino quod est per accidens, & quod est completum alterius accessu non eget, vt sit plenum. Si ergo Christus assumpsisset spiritū hominis immortalem, abiecta carne corruptioni obnoxia, adhuc per se fuisset & completissime homo in humana natura Christus: cū de⁹ sit nihil operatus frustra: carnem ergo hominis non assumpsit cum ad veritatem humanę naturę hoc non oportuit, vides iam quanta sit hęc confirmatio hæresis abolēda: ita dixerunt Manichæi, Christus ad redimēdū hominem homo fuit: sufficienter autē redemit hominē si redemit animā: animā ergo sine carne debebat assumere. Tāto tamen fortius est motiua a principiis Vvicleff, contra fidem incarnationis: q̄to principia sunt interiora suppositi, præcedens autem sumitur, a causa finali non as-

sumptę natura, sed propositi assumentis. Iam gaudeant Manichæi se in tantum temporis partibus habere fauorē, qui tam occultis viis marcidam hæresim & arentem vt rutius cresceret inseruit furculo rediuiuo. Recitemus inquit, argumentorū fortissimum. spiritus immortalis hominis est per se & cōplete homo: caro non nisi participatiue. Christus ergo solum spiritum assumendo totum hominem & perfectum & completum hominem assumpsit, quīs corruptam carnem repudio iudicaret, quę nihil ad necessariam integritatem pertinēs, sed propter adhesionem nomen participat, hoc est q̄ emulus vester Augustinus vos affirmasse vere tradit in libro de hæresib⁹ cap. xlv. vbi inter cętera summatim tacta. AVGVSTINVS. Dicunt, inquit, supple hæretici Manichæi, Christum venisse se nouissimis temporibus ad animas non corpora liberanda: nec fuisse in carne vera, sed simulatam speciem carnis iudificandis humanis sensibus præbuisse, vt non solum mortem verum & resurrectionem simpliciter mēiretur. Hęc Augustinus ibidē. AVCTOR. Postremo cum ex parte fidelis allegaretur eis illud apostoli ad Romanos, Qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem. Responderunt apostolū reuocasse illud verbum ad Corinthios vbi dicit, Et si cognouimus secundum carnem Christum, iam nunc non nouimus, velut recitat Augustinus Faustum Manichæum in propriis terminis sic dicentem. Interrogante catholico Apostolum accipis. Respondeo maxime. Cur ergo non credis filiū dei ex semine Dauid natum secundum carnem? Respondeo Faustus, Siquidem hęc verus videatur esse & antiqua opinio Pauli de Iesu: cum eum & ipse Dauid filium putaret vt ceteri: quod tamen vbi falsum didicist interpollat & infirmat scribens ad Corinthios. Et si cognouimus secundum carnem Christum iam nūc nō cognouimus. Et infra, Quod si ita est: quid igitur & nos indignum facimus si nouam & meliorem Pauli tenentes cōfessionem, veterem illā ac deterrorem proiciamus! AVGVSTINVS, cōtra Faustū, li. xi. Succesit Marcion magister præco huius perfidie, Succesit Basilides & vti aptius perueniret ad tpa nostri Vvicleff, cōtinuata est p̄ Butichen, & Dioscorū Alexandrię episcopos, qui vtiq̄ humanam in Christo domino carnem negabant secundum

dum Bedam, ii. de tēporibus. Sed quorū ista! Non negat iste carnem Christi cū Manichæis: potest esse: sed quia cōcessit hominem completum sine carne audaciam præstitit Manichæis & fauorē donauit. In Sardicensi concilio vnum nomen essentia patris & filii peremptū est, quoniam occasione præstitit errandi, quod innascibilis deus, vel portio eius, de Maria virgine nascebatur: secundum Hylarium in expositione symboli eiusdem concilii contra Fortinū, Manichæus forte non negauerit Christum hominem secundum spiritum: negauit autē secundum carnem. Quid est igitur nisi, quod Christus sine carne verus homo & cōpletus esse potuit: concedit Vviteless, quia per assumptionem humani spiritus qualiter fuit verus & completus homo in inferno. Apostolus quoque Paulus verus homo & cōpletus in celo. Iam videtis quantum non distat Vviteless, a Manichæo: quale fœdus amicitie percussit cum Fausto. Sed certe Augustinus dicit, ut verbum esset homo, accessit illi anima rationalis & caro. Non anima sola sed & caro vnde dicit AVGVSTINVS, in Enchiridion, cap. xxiii. Proinde Christus Iesus est deus & homo: deus est ante omnia secula, homo est in nostro seculo, deus, quia dei verbum: homo autem, quia in unitate personæ accessit verbo anima rationalis & caro. Hæc ille, AVCTOR. Periculū ergo non vacat positio, quod homo cōpletus est anima, si figura non includitur: aut quod spiritus hominis immortalis sit homo cōpletus Augustino non placet, ecclesiasticè displicet, vnde AVGVSTINVS, ideo notās quid ad totum & completum hominem pertinet, dicit certe quod caro & anima. Video inquit fuisse sine anima humana verbum. Sed cum in principio erat verbum & verbum erat apud deū & deus erat verbum. Ex quo enim verbum caro factum est, ut habitaret in nobis, & susceptus est, a verbo homo, id est totus homo anima & caro: quid fecit passio: quid fecit mors, nisi corpus ab anima separauit! hæc Augustinus super Iohannem Hemi, xlvii. AVCTOR. Nec habet locum hic siluestris illa distinctio de homine & natura rationali simpliciter, & cum aptitudine corporea quia beatus Augustinus nesciuit quomodo Christus assumpsisset totum hominem nisi modo illo quo se exposuit: totus homo inquit anima & caro: immo nec totus nec completus ut cedam tibi in verbis, dicente

ipso decimo de ciuitate cap. xxix. AVGVSTINVS. Quid incredibile est si aliqua vna intellectualis anima modo ineffabili quodam & singulari pro multarum salute suscepta est: Corpus vero animæ coherere, ut homo totus & plenus sit natura nostra ipsa teste cognoscimus, hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce quod natura humana est testis quod non sit completus homo sine corpore coherente. Secunda autem ratio catholica confirmatoria præcedentis sumitur a verbis Christi in euāgelio Lucæ vltimo vbi Iesus post resurrectionem stans in medio discipulorum dixit. Pax vobis. Conurbati vero & conterriti existimabant se spiritum videre: & dixit eis. Quid turbati estis & cogitationes ascendunt in corda vestra: videre manus meas & pedes meos. Palpate & videre quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Ecce Christus intendebat affirmare discipulis suis: quod ipse Christus homo esset, & idem homo Christus qui ante resurrectionem erat qui & in vera humanitatis integritate resurrexit: existimantibus eis quod spiritus rationalis erat Christus, ergo cum Christus non intendebat eos aliquo modo turbare plus quam oportuit, cognoscere eum hominem secundum spiritum, non fuit cognoscere eum completum hominem nisi etiam cognoscerent eum hominem secundum carnem. Nisi enim periclitarentur, circa articulum humanitatis eius ignorando carnem eius, non tam sollicitè exhiberet eis carnem suā palpabilem in signum veri hominis, quæ certantes secundum spiritum solum semihominem iudicarent. Quid enim nocuisset fidei illorum quod solum rationalem spiritum eum crederent, si spiritus rationalis esset homo cōpletus! Sic dicit Manichæus qui solum spiritum dicit Christum, sed se delirat. Vnde BEDA, tractans hunc locum libro sexto super Lucam capitulo decimo. Quod hæretici Manichæi de Christo suspicantur & credunt: quod non erat vera caro, sed spiritus erat. Hæc prima cogitatio surrexit in cordibus apostolorum: & illi quidē Manichæi nunquam credunt Iesum fuisse hominem: discipuli autem nouerant hominem: cū quo tanto tempore fuerat cōuersari, sed postea quod mortuus est quod nouerant, quādo crederet hoc potuisse refuscitari, quod potuit mori. Apparuit ergo oculis eorum talis, qualis eum nouerant illi & non credē

tes tertia die potuisse veram carnem de se pulchro resurgere, putauerunt se spiritum videre. Error iste apostolorum secta est Manichæorum. Solent autem quādo illis hæc obiciuntur, ita respondere: quid mali credimus quia Christum deum credimus: spiritum fuisse credimus: carnem non credimus. Melior est spiritus quam caro, quod melius est credimus, quod deterius est credere nolimus. Si nihil mali est in isto sermone, dimittat Iesus discipulos suos in isto errore quid mali crediderunt & discipuli crediderunt Christum spiritum. Non enim esse putauerunt nullum, sed spiritum, paruo morbo putas te periclitari! Hæc Beda, AVCTOR. Huc ergo accedit totū hoc euāgelicum argumentum: non sufficit discipulis ad expiationem erroris circa resurrectionem istius hominis, credere quod homo esset spiritus, nisi crederet quod etiam corpus esset, igitur non spiritus tantum est homo perfectus, nisi habeat carnem apte coniunctam: cum res sic se habeat ad esse sicut ad cognosci. Quod si planiora verba desideras credere Christum fuisse creatum spiritum fuit hæresis, quā hoc loco damnauit Christus in persona sua corā cœtu apostolorum. Quod & tantum vitauit in aliis puris viatoribus ut ammoneret psalmista de eis ne diceret spiritus vadens sunt & non rediens, quousque præponeret quia caro sunt, & recordatus est inquit, quia caro sunt: & tunc in sermone vadens & non rediens. Sed dicit aliquis non crediderunt apostoli Christum fuisse spiritum hominis: sed aliquem alium: sed nec hoc valet ad fugam vestrat: ratio Christi fuit ne crederent quemcumque spiritum esse personam suam secundum quod homo: quia spiritus inquit carnem & ossa non habet sicut me videtis habere: ergo nullus spiritus est persona Christi secundum hominem quia secundum hoc carnem & ossa habebat, dicere ergo quod spiritus hominis sit homo Christus cum spiritus ille carnem & ossa non habeat, est paruipendere rationem Christi, & dicere, argumentum tuum non valet, quia spiritus tuus immortalis est persona tua secundum hominem quæ carnem & ossa non habet. Quin immo quidam reprobos posuit hominem totum qui iam ex corpore constet & anima secundum totum mortuam esse in spiritum adducēs illud Apostoli. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale ut AVGV

stinus reprobat eum in epistola ad Conuentum inter epistolas, lxxiii. Nonnulli arbitrantur tunc fieri corpus spirituale cum iam & ipsum corpus mutatur, in spiritum & quod homo erat ex corpore & spiritu vtrunque ac totum, spiritus erit, quasi dixerit apostolus seminatur corpus surget spiritus: dixit autem seminatur corpus animale surget corpus spirituale. Proinde sicut animale corpus non est anima sed corpus, ita spirituale corpus, non spiritum debemus putare sed corpus. Quis porro audeat opinari vel Christi corpus non spirituale resurrexisse vel si spirituale resurrexit non iam corpus fuisse, sed spiritum, cum hanc opinionem discipulorum refellat vbi cum eum videntes existimarent se spiritum videre, ait, Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Hæc Augustinus, AVCTOR. Ecce qualiter redarguit istos Augustinus, qui scholasticam tenebatur, pro vita futura tantum, quod scilicet totus homo erit spiritus: vtrunque inquit ac totum spiritus erit, & tu ponis cum eisdem reprobis hoc idem de præsentī, totum scilicet hominem esse corpus simul & animam, & quodlibet singillatim: & sic reprobe cū eis, ponis totum hominem esse spiritum simul: & cū huiusmodi spiritus non possit intelligi nisi humanus non bene induceret Augustinus Christum reprobasse opinionem eorum cū diceret Palpate &c. Nisi discipuli errassent de spiritu taliter reprobaro.

Quod Christus non fuit animatus animatione quam posuit Vviteless, nec talis est natura separata a spiritu: sed portio eius inferior.

Caput. XXXVI.



ERrio arguunt fideles, sumentes motum ab animatione Christi pro tempore mortis eius. Aut enim illa anima quam ponis etiam substantiam mediam inter carnem & spiritum immortalem, fuit cum spiritu saluatoris in inferno, aut cum corpore in sepulchro, aut mansit separata aut fuit corruptioni obnoxia. In inferno poni non potuit, quia cum sit eiusdem speciei cum aliis formis materialibus non potuit separari a corpore & materiali suo principio maxime cum etiam secundum te pro

cedat de potentia materiæ eius, fuit & tunc spiritus immortalis animal quia per te nõ aliud est anima q̄ rem animari. Sed in libro de definitionibus recte fidei cap. vigesimo secundo dicit, AVGVSTINVS. Animalium animæ non sunt substantiæ sed cum carne ipsa carnis viuacitate nascuntur & cum carnis morte finiuntur, & ideo nec ratione reguntur vt Plato & Alexander putant sed ad omnia incitamenta ducuntur nature. Hęc Augustinus. AVCTOR. secundum hanc regulam fidei anima ista non comitabitur, spiritum separatum sed potius corpusculum mortuum. Quod tamen non mansit cum corpore in sepulchro, si des obuiat: quia cum animæ sit subiectum animare, corpus Christi non fuisse ibi vere mortuum. vnde AVGVSTINVS, super Iohannem Homi. xlvii. Sepultum Christum esse non negas & tamen sola caro sepulta est: si enim erat ibi anima, nõ erat mortuus: si vera mors erat vt eius vera sit resurrectio, sine anima fuerat in sepulchro: & tamen Christus erat sepultus: ergo Christus erat etiam sine anima caro quæ nõ est nisi sepulta caro. Hęc Augustinus AVCTOR. Tertium dari a spiritu separata seorsum, & a carne, quia huiusmodi formæ materiales non sunt substantiæ secundum prædictam regulam fidei, quam Augustinus edocuit: quia de illa anima dictum est, spiritus pertransibit in illo & non subsistet. Et qualiter tu doces in terminis. v. Trialogi cap. v. & iterum beatus Augustinus inquitens vbi potuit beatus Iatro fuisse cū Christo in illo hodie, non inuenit vbi potuisset esse cum eo, nisi cum corpore in sepulchro, vel cum anima in inferno, vel cum diuinitate, quæ vbiq̄ est, in paradiso. Potuit autem esse cum animatione tua in vacuo infinito si sic separata mansisset. AVGVSTINVS. Est (inquit) multo expeditior sensus si non secundum illud quod homo erat, sed secundum illud quod deus erat, Christum dixisse accipiatur. Hodie mecum eris in paradiso. Homo quippe Christus illo die secundum carnem in sepulchro, secundum animam in inferno futurus erat, deus vero idem ipse Christus vbiq̄ semper est, & infra. Sicut ergo recte potuit dici dominus gloriæ crucifixus cum ad solam carnem illa passio pertineret, ita recte dici potuit, Hodie mecum eris in paradiso, cum iuxta humanam humilitatem

per carnem in sepulchro, per animam in inferno illo die futurus erat. Iuxta diuinam vero immutabilitatem nõquam de paradiso, (quia vbiq̄ semper est,) recessisset. Hęc Augustinus, AVCTOR. Et nota quod Augustinus ibi nesciuit tertiam naturam in humanitate Christi a spiritu & corpore, vnde Augustinus, ibidem infra In homine inquit, duo sunt, anima & caro, secundum animam tristis fuit vsq̄ ad mortem: secundum carnem passus est mortem. In epistola ad Dardanum vbi dixisti Augustinum ponere tria, mentem, animam, & corpus: etiam tantum duo ponit: forsitan tertium metu tui obtinuit. Quartum autem membrum huius diuisionis primæ elidit quod scilicet anima illa foret corruptioni obnoxia. Sic enim dicit sanctus Petrus in Actibus apostolorum. Quod deus pater non dedit sanctum suum videre corruptionem: etiam nec in aliqua parte carnis suæ, multo magis nec in anima sua: quæ est natura multo eximior. Itē tradit fides quod Christus nunquam dimisit quod semel assumpsit: animam vero semel assumpsit, non ergo per corruptionem eam amisit, vel per mortem ipsam. Item AVGVSTINVS, ad Orosium questione. xxvi. Mors itaq̄ domini nostri Iesu Christi non fuit in anima, sed in carne sola. Mors vero nostra non in carne solum, sed & in anima. In anima propter peccatum, in carne propter poenam peccati. Ille vero qui peccatum non habuit in anima, non est mortuus nisi tantum in carne, & hoc propter similitudinem carnis peccati quæ de Adam traxerat. Igitur simpla mors eius profuit duplici nostræ: & simpla eius resurrectio profuit duplici nostræ. Hęc Augustinus, AVCTOR. Et alibi probat Augustinus quod solum corpus domini potuit mortificari, causa sumpta a scriptura, AVGVSTINVS. Iam in morte inquit sola caro a Iudæis occisa est: si enim discipulis dixit, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: numquid in ipso potuerunt plus quod corpus occidere? Hęc Augustinus super Iohannem Homi. xlvii. AVCTOR. Probatisimo ergo argumento ducto per principia fidei Christianæ, patet Christum nunquam habuisse animationem Vvitelessi, quæ nec cum corpore habuit in sepulchro nec cum spiritu in inferno: non per se stantem sine subiecto corpore non resolutam etiam morte, vel det

quintum ab his modum indifferentiæ. Sed forsitan instat adhuc aduocat Vvitelessi. Igitur ponere spiritum animam & corpus in vno singulari supposito hominis, foret hæresis. An ignoras quod positio ista est apud doctores scripturæ famosa? Nõ ignoro positionem sanam doctorum in sua substantia, sed additionem tuam criminor, quam vltro ingeris sine causa. Vere enim assertio nem verissimam Augustini, per appositionem falsi iam feceras esse tuam, iuxta illud iocosi ethnici, Quem recitas meus est, o si dentine libellus. Sed male cum recitas incipit esse tuus. Ponit Augustinus mentem, animam & corpus in vna persona hominis, fautor: ponis & tu, sed tu mentem, siue vt tuis terminis vtar, spiritum illum immortalem: aliam naturam ponis ab animatione: substantiam variam animam & formam distinctam si Augustinus vsquæ affirmat ostende: non sunt idem Michael & Lucifer, & si ab vno celo fluxerunt: nec Augustinus & hæreticus quia similiter incipiunt quia multum dissimiliter desinunt. Habet enim AVGVSTINVS, in libro octogintatium questionum questione sexagesima septima, Omnis creatura in homine est: quia intelligit spiritum, & sentit animam, & corpore localiter mouetur. AVCTOR. Et ibi questione septima distinguit modos sumendi animam. Aliquando dicitur anima secundum totum ambitum illius spiritus tam secundum mentem qua intelligit quæ secundum bassum eius, quo corpus viuificat. Alio modo sumitur tantum secundum bassum illud quo officium tenet animandi communiter cum aliis animalibus bestiarum. AVGVSTINVS. Anima, inquit, aliquando ita dicitur, vt cū mente intelligatur, velut cum dicimus hominem ex anima consistere & corpore: aliquando ita vt excepta mente dicta ex his operibus intelligamur, quæ habemus cum bestiis communia. Bestiæ namque carent ratione quæ mentis propria est. Hęc Augustinus. Et idem Augustinus in libro de Agone Christiano capitulo sexto. Inuisibilis & incommutabilis veritas per spiritum animam, per animam corpus suscipiens, toto homine assumpto, ab omnibus eum infirmitatibus nulla sua cõtaminatione liberauit. AVCTOR. Ecce nolo putes quæ ista me lateant, plura sunt talia quæ trinitatem spiritus siue mentis animæ & corporis quodammodo instruat, sed

nondum ad manum veniunt animæ illæ vel naturæ quas tu distinguendo plurificas, & plurificando distinguis. Vis iam addiscere quid catholicos studentes Augustinus edocuit? Hoc accipe per rato quod eadem est simplex essentia quæ corpus viuificat, & spiritus immortalis qui mente discernit, sed mens & anima ita in ipsa simplici differunt essentia, vt dissent officio, non natura: secundum mentem intelligit quæ portio est suprema, secundum animationem suam vegetat in portione extrema & molli carnis contermina. Sic ex eo dictum est supra per Augustinum quod anima & spiritus idem sunt in homine quibus anima aliud nocet, aliud spiritus: eadem est essentia & proprietas diuersa, capitulo octauo. de spiritu & anima: & iterum capitulo nono. Anima dicitur dum vegetat, spiritus dum cõtemplatur. Ista tamen non differunt in substantia: quemadmodum in nominibus, quoniã istæ proprietates sunt diuersæ, sed vna essentia. Et in epistola ad Nebridium quæ est epist. lxxx. Palam dicit intelligentiam siue mentem non esse nisi partem animæ, quæ componit cum corpore hominem. AVGVSTINVS. Vnde inquit cõstamus: ex anima & corpore. Quid horum melius? videlicet animus. Quid laudatur in corpore? nihil aliud video quod pulchritudinem. Quid est corporis pulchritudo? congruentia partium cum quadam coloris suavitate. Hęc forma vbi vera melior quam vbi falsa quis dubitet, & vbi vera est esse meliorem: vbi ergo vera est? In animo scilicet, animus igitur magis amandus quam corpus: sed in qua parte animi est ista veritas? In mente atq̄ intelligentia. Hęc Augustinus, AVCTOR. Ecce quomodo ab anima quæ est pars qualitatiue componens hominem, ordinate deuenit vt diceret mentem eius in qua residet maxime veritas. Item in Genesi contra Manichæos libro secundo capitulo vndecimo. AVGVSTINVS. Ideo dicitur, Non est bonum esse hominem solū: adhuc enim erat quod fieret, vt non solū anima corpori dominaret, quia corpus seruilem locum obtinet, sed & virilis ratio subiugaret sibi animale partem suam, per quod adiutorium imperat corpori. Hęc ille AVCTOR. Ecce nõ solū dominatur anima corpori, sed & ratio, quæ prius hic dixit intelligentiam siue mentem, dominatur animali parti suæ, quam Vvitelessi

eleff animationem appellat, per quod adiu-
torij præstat corpori, dicit Augustinus,
Quid ergo fugis & fingis? Fugis veritatē,
& fingis mendacium. Docēs mentem siue
spiritum non esse partem hominis secun-
dum doctores sed completum hominem si-
ue totum, & eos intelligere dicis de anima
ratione tua, non de spiritu quorians dicunt
animam partem hominis, iam tu videris
vtrum spiritus immortalis siue mens de-
beat esse pars hominis cum certum sit eam
esse partem partis. Et idē AVGVSTI-
NVS, contra duas epistolas Pelagianorū
libro primo capitulo sexto, quomodo dictū
Pauli possit intelligi, Scim⁹ enim, inquit,
quia lex spiritualis est, ego carnalis sum.
Non ait fui, sed sum. Nunquid ergo Apo-
stolus cum hæc scriberet carnalis fuit? an
secundum corpus hoc dicit? adhuc enī erat
in corpore mortis huius nondum facto qđ
alibi dicit feminatur corpus animale sur-
get corpus spirituale, tūc em̄ ex toto id est
ex vtraq; parte qua constat spiritualis ho-
mo erit quādo spirituale etiā corpus erit
Neq; enim absurdum est vt sit in illa vita
etiā caro spiritualis si potuit esse in hac
vita in iis qui adhuc carnalia sapiunt etiā
spirit⁹ ille carnalis. Hæc ille. AVCTOR.
Et hic audisti, quomodo Augustinus dicit
ex vtroq; constare totum hominem corpo-
re & spiritu, spū in quā qui hic carnalis effi-
citur in iis qui carnaliter sapiunt: non au-
tem carnaliter sapitur nisi a spiritu immor-
tali. Bernardus & bonus & docilis discipu-
lus Augustini & conscius mentis eius di-
cit mentem & animam vegetantem eius-
dem animæ portiones, cum tamen nescio
an aliquid referat in eadem essentia simplici
inter portiones & partes, BERNAR-
DV S. Cum me nomino, inquit, excellen-
tius quod in me est & quo sto per gratiam
dei, mentem rationemq; intellige. Cum lo-
quor animam meam hoc inferius accipe,
qđ carni animandę vides accommodatum.
Et infra. Et ideo nō me quidem sed meū cū
dixerim quod in me carnaliter sapit idque
nō aliud dico qđ ipsam animam. Reuera enī
animæ portio est carnalis affectus & vita
quam administrat corpori. Hæc Bernard⁹
super cantica Homi. xxx. tractans hoc ver-
bum apostoli Pauli. Act. capitulo vigesimo.
Non enim facio animam meam preciosio-
rem qđ me.

CO superflus est ponere animatio-
nem naturā distinctam a spiritu im-
mortali.

Caput. XXXVII.
AVCTOR.



MNIS inquisitio sapientia
Z
tum pro adinueniēdis re-
bus quas sensus nōh sta-
tim docet sed intellectus
excogitat, est inuestigate
vt rūs res huiusmodi pro-
pter necessitatem an propter decorem po-
nūtur. Verbi gratia, Cutis est in capite ad
necessitatem: crinis ad decorem. quid ergo
necessitatem inducit ponēda talis animæ
bestialis maxime, vt in eodem homine alia
sit animatio in natura alia spiritus immor-
talis ī natura, immo anima alia hæc & alia
hæc: vel quid auget ad decorē: beatus nā-
q; Augustinus, xxii. de ciuitate dei capitu-
lo vigesimo quarto, humana fabrica orna-
tus multos eliquat, vt artificium creatoris
qđ sit magnum & mirandum exponat ipse
inquit incorpoream corporeamque natu-
ram illam præpositam: istam subiectam mi-
ris modis copulans atq; connectens animā
tem facit: & tandem in ferens insignia men-
tis in qua quantum est boni inquit. Q; mi-
rabile opus omnipotentis! quis efferat aut
cogitet præter artes bene viuēdi, quot per
eam inuentæ artes & quo ingenio vestimē-
torum edificiorumq; in agricultura, in na-
uigatione, in fabricatione valorum, quot
præsidia, quot munitiones, quot instrumē-
ta bellorū, quomodo perita in literis, sub-
tilis in scientiis, exquisita in numeris. Po-
stremo in ipso corpore quanta inq; dei bo-
nitas, quanta apparet prouidentia creato-
ris! nam sunt in eo loca sensuum, membra
disposita, species, figura, statura ita modifi-
cata vt ad ministerium animæ rationalis
se iudicet esse factū. Recitat ibi officia ma-
num exercitia pedum, perplexitates ner-
uorum, commoda iuncturarum, situm &
reuerentiam cordis, arterias, venas & ner-
uos, a quibus fontibus deriuētur: quorum
vias & retroagos cursus atonomatīci cū
viderint nesciūt, vel quod nesciūt admirā-
tationis tuę laudes vel p̄mittūt vel ne-
sciūt: qđ cū esset natura corpe celsior, pl⁹ in
ea possent inuenire p̄conii, plus laudis, ex
quo in honorē factoris pinguescerēt labia
laudatoris, Tollatur igitur stibium mere-

triciū quo Vitcleff, pponit decorare ho-
minis vultum vitalem: quia non est hoc co-
lor eius naturalis, sed spiritus poti⁹ immor-
talis quem spirauit deus in faciem eius spi-
rāculum vitæ, quo factus est homo in ani-
mam viuentem, hic totus ornatus est vitæ
hic splendor humanae personæ: non tantū
in via mortaliter viuentium sed & in pa-
tria beatorum dicente Augustino, xxii. de
ciuitate capitulo decimo quarto, vbi quasi
admirando interrogat. AVGVSTI-
NUS, Quale inquit erit corp⁹ quod omnino
spiritui subditū & eo sufficienter viuifica-
tum nullis alimonis indigebit! hæc Au-
gustin⁹ AVCTOR, Breui & sentētia ple-
na de corpore loquens glorioso dicit futu-
rum corpus omnino spiritui subditum spi-
ritui immortalī, spiritui qui secundum deum
viuit, spiritui contra quē in hac poenali vi-
ta caro cōtinue cōcupiscit, sed vbi erit per-
fecta quies, corp⁹ erit spiritui omnino sub-
iectum quia erit ibi prima & natūa tran-
quillitas & ab eo spiritu sufficienter viuifi-
catū p̄ bono deo nūquid aliquid quod est
de necessitate hūanæ personę in illa gloria
deesse poterit, vbi capillus de capite nō pe-
ribit, si spiritus immortalis sufficienter cor-
pus viuificat necessitate animationis tuæ
secundę, aut deus suspendit, aut ipsa super-
fluit. Sed produc rogo qua necessitate hæc
aīatio mediā ponitur. VITCLEFF. Quia
inquit, spiritus ille creatus non cōponit cū
corpore secundum esse eius primum, sed se-
cundum qđ est actus prius compositi qui est
animatio corporalis. Vnde sicut verbū nō
potest assumere corpus humanum nisi per
animam, sic nec ille spiritus nisi secundum
animā pōt corpori hypostatice copulari.
hæc Vitcleff, de cōpositiōe hominis cap.
vi. dicit, non probat. AVCTOR. Quic-
quid autē sit de potestate verbi quo ad car-
nem assumptam, quam vt certum habem⁹
ex fide si voluisset sine anima sumere po-
tuisset, tamen de spiritu hominis immorta-
li securos nos facit ratio naturalis, & fi-
des ad hoc accedit non præiudicans ratio-
ni. Naturaliter enim vnum quodq; petit lo-
cum suum, & quodlibet perficiēs suum per-
fectibile. Quid oportet addere lapidi, vt de-
scendat, instrumentum vel formam? Quid
igni vt sursum ascendat, scalam instituis!
Remoue prohibens & petent loca sua celer-
time. Ideo dico tibi: locus naturalis spirit⁹

rationalis est corpus signatū. Nec tam in-
uicem delectantur pondus & centrū, ignis
& sursum, sol & orbis, lucifer & ort⁹, piscis
& aqua, aer & auis: qđ corpus & spiritus im-
mortalis in tantum vt Iacobus apostolus
dicat qđ corpus sine spiritu mortuum est.
Iacobi. v. Quid ergo facit animatio tua, si
nec vitam præstet sed spiritus: sed instrumē-
tum est spiritus inquit. O cur non bene vi-
disti quid dicit tuus Macrobius. Ad motus
inquit exercitiū instrumenta quærantur,
quando aliud est quod mouet aliud quod
mouetur: cum ignis licet ex causa intra se
latente moueatur: nullis tamen instrumen-
tis ad superiora conscendat, multo minus
hæc in anima quærenda sunt, cuius mo-
tus essentia sua est. Mot⁹ igitur animæ ad
suum corpus naturalis est: & complacētia
genitalis, quid ad celebrādū nuptias vnio-
nis secundam animam interponis. Quę in-
terpositio si fiat vt cōueniant eo magis nō
conueniunt quo animam interponis, sed
non conueniunt inquis nisi in tertio ergo
cōueniētia non est inter ipsa sed in illo ter-
tio. Quid ergo factas, quid clamitas de de-
lectatione spiritus ad carnem: quando nec
spiritus carnem diligit sed animationem,
nec caro spiritum sed animam mediā, si
enim se inuicem maxime diligere se maxi-
me vnirent: possent autem magis se vnire
qđ per animam interceptam! quod si probare
postules ecce qđ fide dicente flamma ignis
grossi spiritum hominis damnati sic crea-
mabit vsq; ad grauissimam poenam sensus
& torturā perpetuam: & hoc sine interpo-
sita forma substantiali, tertio vel medio in-
strumēto. Quoniam ergo illapsum iste est poe-
nalis & per hoc violētus, quanto magis si-
ne omni forma substantiali mediā disponē-
te spiritum immortalem, potest ipse spiri-
tus dilectę & cognatę carni se immergere
& indissolubiliter maritare. Ecce contra
te fides murmurat, natura te deridet. Ideo
bene dixit Augustinus vt in superioribus
recitatur, nihil inter deū & corpus vltimo
viuificatum mediare, nisi viuificatē ani-
mam, hoc dixit in libro suo de immortalita-
te anime. Sed in libro. lxxxiii. quæstionum,
quæstione secunda clarissime hoc disserit
& diffuse. AVGVSTINVS Rursum in-
ter corpus & animam quod melius sit cor-
pore deterius anima, nō inuenitur. Si quid
enim esset medium aut viuificaretur cor-
h iiii

respondeat ab aia, aut viuificaret animā aut neutrum, aut viuificaret corp⁹ aut viuificaret a corpore aut neutrum. At quicquid viuificat ab anima est corp⁹. Si quid autem viuificat animam, melius est, q̄ anima: rursus quo viuificatur corp⁹, anima est: quod viuificat a corpore nihil est. Neutrū vero, id est nullius vitæ indigēs nullaq̄ vitā tribuens aut omnino nihil est, aut aliud corpus est, aut aliquid & corpore & anima melius: nunc ratio cōperit nihil inter corpus & animam esse quod sit corpore melius, illa deterius, qd̄ autē est om̄i anima meli⁹ id deum dicimus: cui quisquis deum intelligis iunctus est. AVCTOR. Iam ecce concludit innuens quā animā dixit. AVGVSTINVS. Deo inquit iunctum est q̄ intelligit deum. Intelligit autem anima rationalis deum. Et infra. Nec quicq̄ est melius anima rationali nisi de⁹. Hęc Augustinus ibidem. AVCTOR. Planissime dēminat vniuersa, q̄ inter animam rationāle & deū nihil est, nihil quoq̄ melius nisi de⁹: hoc intellige in homine: angeli enim sunt aliores sed extra hominē meliores. Inter animam rationāle & corpus viuificatum nihil est quod est ipsa anima deterius & melius corpore. Explosa ergo est animatio tua corporalis, quæ deberet esse quid deterius spiritu, corpore melius si foret presens. Nō inquis, sed dicit Augustin⁹ nihil inter animā & corpus mediū, qd̄ sit corpore melius anima deteri⁹: animatio enī alia est forma a spiritu, nō alia aia. immo & alia aia, q̄a spiritus immortalis & animatio duæ animæ sunt. Sic enī secūdo dialogi cap. v. VVITCLEFF. Videtur mihi, inquis, q̄ omnis homo habeat in se duas materies animarum: vnam spiritum immortalem quæ est eadē persona cum homine: & aliam corruptibilem similem animæ bestiarum: quæ anima non est res quæ per se probatur existere, sed est actualis ac substantialis animatio: secūdam quam corpus est animal in tali specie vel in tali, tua sunt verba. AVCTOR. Facis ergo vnam animam corpore meliorem, anima rationali deteriorem: animationem illam scilicet bestialem contra Augustinū. Aliquid etiam ponis anima melius citra deum, animam scilicet rationalem spiritū immortalem meliorem anima bestiali contra eundem. Adhuc, inquis, nihil ponitur melius anima citra deum, quia & ipsa anima est. Non ita sophista: sed dicas nihil me-

lius animabus, duæ enim sunt animæ, duæ formæ, duæ nature per te. Aliquid ergo, quia aliqua forma est, anima rationali deterius, quæ iuncta est deo: & hoc est corpore melius: & hoc conclusiue destruit Augustinus. Et reuera in ipso iam prædicto passu Augustini satis efficaciter diuisa sunt fundamenta Vvitcleff, ponentis animam seipsa animari, animatione quoq̄ esse actum absolutum suppositi: & plura talia adinventionum suarum: quæ omnia iam conferere vt appareat q̄ vana sunt, per rursus fidelis: iam videre non optat, nec tales moras tempus indulget. Sed restitit quidam Vvitcleuista, mihi inuolens sententias magistras. Quid est, inquit, quod post egressum spiritus immortalis mouet corpus? Oportet enim motum omnem causatum ab intrinseco ab anima alia, habere principium. Vidimus enim in homine inperfecto, quandoque motum cordis pulsare lacertos: & linguam hominis etiam in abscisso capite quodammodo fabulari: q̄ si spiritus ille iam decessit, quid efficit talem motum: si non animatio corporalis relicta paulisper post spiritum? Cerrum est motum talem humani corporis esse animæ argumentum. Sic enim ratio naturalis duxit priores philosophos in notitiam animæ per binium motus & sensus: & tangit Aristoteles primo de anima. Nō est tamen motus in abscisso capite productus ab anima tunc præsentē, sed ab anima paulo ante mouente & ex feruore mouentis ad huc relicto ibidem post decessum spiritus: quemadmodū forte odoriferum relinquitur fumum & intentionē odoris in medio post decessum suum! & quemadmodū rota fortiter mota gyrat seipsam post omnē actum motoris remittendo vniiformiter motum suum sicut perdit virtutem quam indidit ipsi motor cum moueret per contactum. Qualiter etiam imaginabantur quidā philosophi calū adhuc moueri virtute influxa sibi a primo motore q̄ in principio tēporis tantummodo mouebat cœlum per cōtāctū virtutis vnitę. Ita in homine qui est minor mundus, spiritus creatus mouet efficaciter radices vitales per gyrum, idē enī humana vita vocatur rota. Ecclesiastes ultimo. Et Iob dicit se totum factum in circuitu: & ex feruore motus sic concepti, iam expirante morrice relicta virtus mouet vltterius aliquantum remittendo continue

motum illum. Sic putant quidam dictum ad literam illud Ezechielis primo. Quocirca que ibat spiritus illuc, eunte spiritu, & rota pariter leuabantur sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Et iterum Vvitcleuista. Sed eadem sunt accidentia & idem color eadem figura: & omnes partes homogenię consimiliter mouentes sensum post discessum spiritus: quo modo ergo non manet eadem forma? Immo eadem forma corporis quanti & qualis, sed non eadem forma vitalis, hoc duntaxat q̄ iam est forma completa quę prius fuerat incompleta: quemadmodum linea secta per medium iam habet punctum suum finalem qui prius fuit punctus intrinsecus: & ideo iam est tota linea quæ prius non fuit nisi pars. Sic forma substantialis corporis mortui, iam complet informationem sui suppositi, quæ prius cessit in completionem animæ rationalis: & ideo illa caro quę tunc fuit pars suppositi iam est totum eius suppositum: & non hoc quod prius erat, quia non sub illa forma est: tamen eadem quæ prius erat pars, & iterum esse potest. Et iterum Vvitcleuista, ergo ponis aliam formam in homine præter spiritū? Pono quidem: ergo, inquit, & ista forma mediat inter spiritum & corp⁹ suum. Nequaquam. Est enim tunc primo corpus cum habeat istam formam, vnde etsi ponerentur plures animæ, dummodo tamen disponunt corpus & aptat ad susceptionem spiritus, inter corpus non mediant & spiritum, quia hoc ipsum quod componunt & aptant etiam eis annumeratis, corpus est ad futurum spiritum capiendum: animatio autem tua cum sit dispositio spiritus: & secunda anima vere mediat & causat spiritus ingressum: & est quodammodo corpus ligamentum: quod nusquam exigit natura, vt bene probat octauo metaphisicę Aristotelis, ad finale commentum.

Q̄ est quoddam vinculum naturale, & ligamentum animæ ad corpus suum: vnde non potest extranea corpora informare ex sua potentia.

CAPVT XXXVIII.

Onit equidē ligamentū Vvitcleff qui ponit animationē distinctam a mente: sed hoc denegat in sermone. Verūtamē quia est homo maxime vari⁹,

successiue recitanda sunt quæ dicit, & continue cancellanda quæ deprauat. VVITCLEFF. Non, inquit, concipimus q̄ sit aliud quod vinculum alligans illum immortalem spiritum, & illam naturam corpoream faciens ex illis ambobus tāq̄ partib⁹ vnum, secundo dialogi capitulo septimo. Iam dicit AVGVSTINVS sanctus antristes sententiā suam. Cum homo, inquit, interior, & homo exterior nō sint vnum, neq̄ enim eiusdem naturæ est homo exterior, cui⁹ est interior, quia & exterior cum corpore nūcupato dicitur homo. Interior autem in sola anima rationali intelligitur, vt rursus autē simul nō homines duo, sed vnus dicitur, quāto magis pater & filius vnus deus est? Et sequitur. Vnus homo interior & exterior, & non vnum: & tamen propter cōnexionem vinculi naturalis, simul vtrūq̄ nō duo, sed vnus homo. Hac Augustus, episto. contra Palcantium Arrianum de fide trinitatis quę incipit, Volueram quidē, AVCTOR. Ecce q̄ Augustinus ponit vinculum naturalis connexionis spiritus rationalis ad corpus humanū quod Vvitcleff negat. Et DAMASCENVS in sententiis capitulo vicesimo octauo de hoīe loquens ex corporea & incorporea naturis composito dicit. Oportuit equidē ex ambobus mixtionem fieri ad sapiētie cognitionē maioris: & eius q̄ est circa naturas largitatis, vt ait diuinorū annūciator Gregorius, velut quoddā vinculum visibilis & inuisibilis nature. Hęc Damascenus. AVCTOR. Et vt terminos ponderemus, audiamus q̄ Vvitcleff si cut & vinculum, ita denegat ligamentū: nō ligamentū mediū positū, quod negat Aristoteles, sed ligamentū naturalis contingētię quod approbat vera fides. VVIT. Ad tantū, inq̄t, deuenit Aristoteles q̄ sufficit forma in materia, sic q̄ ad informationē nō requirit aliud ligamentū, quia vt apparet illius ligamentū foret aliud ligamentum, & sic in infinitum: hoc dicit in frenesi lib. ii. dialogi capitulo xxviii. & hoc approbat. AVCTOR. Verūtamē scriptura sacra vocat illā iūcturā harmonicā cōtinationē corpis ad animā, sunē argenteā, & vtrinūq̄ ad primū principū vittā aureā. Ecclesiast. ultimo, & funem & vittam ligamenta esse quis dubitat. & AVGVST. de spiritu & aia cap. xxvi. Anima, inq̄t, presētia sua corp⁹ viuificat: & sic colligata est ei, vt nec cum velit se inde segregare possit, nec retinere cōiūctū.

tionem creatoris audierit. Hæc ille, **AVC**. Ecce q̄ anima colligata est corpori, nescio tamen an sine ligamento poterit colligari. Item **DAMASCENVVS** cap. xviii sententiarum. Anima colligata est corpori, tota toti, & non pars parti: & non continetur ab ipso, sed continet ipsum: sicut ignis ferum & in ipso existens proprias operationes operat. Hæc **Damascen⁹**. Et **August. xxi. de ciuit. dei cap. iiii. AVGVST.** Si enim tantummodo animæ essemus, id est sine villo corpore spiritus, & in celo habitates terra animalia nesciremus nobisq̄ futurū esse diceretur, vt terrenis corporibus animā dis, quodā vinculo neceremur, nōne multo fortius argumentaremur id credere recusantes & diceremus naturā non pati, vt res incorporea ligamēto corporeo vinciretur: & tamē plena est terra vegetantibus animabus. Hæc mēbra terrena miro modo cōnexa sibi & implicita. Cur ergo eodē volente deo qui fecit hoc animal non poterit terrenū corpus attollī si anim⁹ omni corpore ac p̄ hoc caelesti corpore p̄stabiliōr terreno corpori potuit alligari? & infra, Cur em̄ nō vehemētī⁹ admittamur incorporeos animos caelesti corpore potiores terrenis alligari corporibus, q̄ corpora licet terrena, sed dibus q̄uis caelestibus, tamen corporeis sublimari? Hæc **Augustinus, AVCT.** Vide quoties dicit spiritum immortalem, incorporeum animum alligari corpori terreno, & de vinculis eius commemorat. Et cum dicit eum sic alligari corpori terreno, animationē suā plane proscrispit, cui spiritus ligatus esse nō dicit, sed corpori sine medio interuallo. Magis tamē cēseo istam formidandā esse doctrinā propter suā sequelam, quia em̄ naturale vinculū spūs hoīs ad materiā tollit carnis, facile in errorē Platoniciū de vagatione & circuitu aīarū p̄ diuersa corpora assensum p̄cipitat. Et ecce quod verebar iā accidit. In dicto em̄ libello, de cōpositione hominis ca. x. **Vvitleff** sic desipit. Sicut eadem essentia materialis manet continue, sed nūc ignis nūc aqua, & sic de ceteris. Sic idem spiritus qui est eadem essentia vel persona hominis, potest nūc materiari isto corpore, nunc illo: manens continue idem nūero. Et secundum hoc principium ponit ipse casum satis familiarem: catholiciis admirandum in secūdo trialogi cap. vii. **VVITCLEF.** Posito, inquit, de dei potentia q̄ hinc vsq̄ ad Romā figantur naturæ

corporeæ, quæ ad organizationem intellectus humani successiue disponantur: & q̄ idem immortalis spiritus successiue cum talibus corporibus hypostatice copuletur, patet q̄ homo idem successiue mouebitur ab vno loco ad alium, & non corporaliter, cū omnia corpora stabunt fixa. Hæc **Vvitleff**. Et in decōpositione hoīs cap. finali renouat istā causam. Quid dicit iste iam nisi doctrinā Platoniciā fore bene possibilē, & si dei christianæ non incōgruā? sic namq̄ **Porphyrius** temperauit Platonis errorē, vt nō in quolibet corpora bestiarū sed hominū, & noua corpora nō antiqua animas hominū reuersuras deliret. Vnde **AVGVVS. x. de ciuitate cap. xxx.** Platonem animas hominū post mortem reuolui vsq̄ ad corpora bestiarū scripsisse certissimū est. Hanc sententiā **Porphyrii** doctor tenuit & **Plotin⁹**. **Porphyrio** tamen iure displicuit. In hoīem sane non sua quæ dimiserant, sed in alia noua corpora redire humanas animas arbitratus est. Et sequit. Quāto inquā honestius creditur q̄ sancti & veraces angeli docuerūt, q̄ propheta dei spiritu acti locuti sunt quod ipse quē venturum saluatorē p̄miffi si nunciū prädixerunt, quod missi **Apostoli** qui orbem terræ repleuerūt: quanto inquā honesti⁹ creditur reuerti animas semel ad propria corpora q̄ reuerti tories ad diuersa? Hæc ille. **AVCTOR.** Quid ergo dicit **Vvitleff** spiritū rationalem posse materiari, nūc isto corpore, nūc illo, nisi vt renouet hæresim **Porphyrianā**, quæ in hominū corpora nō illa quæ dimiserāt, sed in alia noua corpora redire humanas animas arbitrat. Sed multo honestius creditur secūdū **Augustinū**, cū angelis, cū prophetis, cū Christo nostro & apostolis eius, falli **Vvitleff** in suo principio, vt magistrū ei⁹ **Porphyriū**: principū quoq̄ ei⁹ impossibile, vt nō ad extranea corpora, sed ad sua propria spiritus hominū reuerti credam⁹, quid tamē ad casum positū respondem⁹ de corporib⁹ fixis hinc vsq̄ ad Romam: & vno spū animatis: vbi sicut dicitur in dialogo **Hieronimi** & **Augustini** de ratione animæ, qui epistolis **Hieronimi** insertus est: vbi casus ille sub pulchris terminis recitatur. **HIERONYMVS.** Inter theatrales p̄stigias qui vnū eundēq̄ hominē personarū varietate mutata in **Martē Venerem⁹** producunt: vt qui prius rigidus & truculentus incesserat, postea soluat in mollitiem formina

ri. Hæc ibi **Hieronimus, AVCTOR.** De casu **Vvitleff** hoc est possibile si inter cetera corpora ibi fixa interponantur corpora **Martis** aut **Veneris** aut cetera corpora fecerunt, vt sit forma qui pri⁹ vir erat eadem simplex persona corporib⁹ alternatis. Ecce quantū malū de primo malo processit vt quia vinculū denegat naturale spiritus immortalis ad carnē ipsi connatam, vagos eius circuitus admittit in cadaueribus alienis: longe tū errare ista positio & satis infusa clericis orthodoxis visa est. Ipsi enim concorditer cum scripturis spiritum humanū ita ex conditione sua corpori suo proprio autumat sociatū vt apte aīamādi nesciret officū si alteri donaret. Non tamē hic qui escit vesanus **Vvitleff**, sed ex infano principio per mediū condēnatum in cacumen surgit hæresis altioris. Postq̄ namq̄ dānauit vinculū naturale spiritus ad corpus suū, & larga frenā sibi dedit animandī multa corpora successiue. Iam a natura hominis societate carnis excludit, & perfectionē spiritus & per hoc homines crescere asserit per depositionē corporis imperfecti. **VVIT.** Nō em̄ debemus concedere, inquit, q̄ defuēte carne ab homine tēpore senectutis deficit vel diminuitur propter hoc perfectio hoīs. Sed potius accedendo ad naturā spūs magis perficit. Et sequit in fine capituli. Non igitur propter depositionē carnis vel corporis imperficatur, sed potius alletuatur, vel perficitur iste homo, vt loquitur fides scripturæ. Hæc it. trialogi cap. vii. **AVCTOR.** Si ista diceret de carnis corruptela sustinuissem vtq̄: sed iam video q̄ designat societatem lutī, qd̄ deus manu propria finxit in hominem. Qui ne exponi posset q̄ hoc dixit de carnis morbo non de substantia, ipsemet vbi tractat de compositione hominis secundum naturam dicit, q̄ sicut verbum minorauit seipsum faciendo se esse hominem, sic persona hominis & spiritus creatus minoratur eum sit corpus anima & natura corporea, cum tam animatio q̄ natura corporea sit minor illo spiritu secundum vitam: qua viuūt simul cum angelis dei. Hæc cap. vi. de cōpositione hominis. **O mi Vvitleff, AVGVST.** dicit in libro de destinationibus rectæ fidei cap. xliii. Bona est caro nostra, & valde bona, vt pote a bono deo & solo condita: & non est mala, vt vult **Echianus** & **Offianus**: nec malī causa, vt docuit **Flauius**: nec ex bono

& malo compacta, vt **Manicheus** blasphematur: sed cum creatione bona sit arbitrio anime efficitur, nobis vt bona vel mala sit, non in mutatione substantiæ, sed executionis mercede, ipsa est enim quæ stabit ante tribunal Christi. Hæc **Augustinus, AVCTOR.** Si igitur q̄ te imperficat vis proficere illud malum, depone animā tuæ arbitrium, quo solo modo carō tua mala & imperfecta tui esse sentitur: sed ad hoc tendere video doctrinam eius in omnibus quæ prädixit spiritum scilicet hominis personam eius esse perfectam & completam, vt corpus solum participatione hominem, & cetera talia, ne pateretur carnē sociam humanæ naturæ. At quātum istud derogat rationis articulo, dicit q̄ spirit⁹ ille beatus imperficatur in resurrectione corporis sui. Er nunquid de minoratione perfectionis suæ dolebat, & dolebit videns se delusum, dū ad maiorationem gloriæ, id est tam intensiuā q̄ extensiuā diu desiderauit amantissimum corpus suum sibi fore coniunctum, & **Christus** tunc bis minorauit seipsum in suscipiēdo scilicet spiritū, & tandem corpus post spiritum per te, & sic non paulominus, sed duplominus minorauit se ab angelis, immo triplo postq̄ rediuuam carnē assumpsit surgēs a mortuis. In omnibus, vt video, coheret ipse magister suo **Porphyrio**, qui vt **Augustinus** ait. x. de ciuitate cap. xxxix. Omne corpus esse fugiē dum crebro dixit vt anima possit beata permanere cum deo: illud accipiens a **Platone** secundum recitatum **Augustini xlii. de ciuitate capitulo xix.** dicentis. **AVGVSTINVS.** Optime cū hominibus agi arbitratū idē **Plato**, si tamen hanc vitam pie iusteq̄ peregerint, vt a suis corporib⁹ separati in ipsorū deorum qui nunq̄ sua corpora deserūt, recipiant sinum, **AVCT.** Quo contra beatus **Augustin⁹** ex parte fidelis dicit animas multū diligere corpora pro vita ista quāto magis pro futura, dicēs. **AVGVST.** Si em̄ carnē suam nō oderint, quādo eā suę mentis firmitati resistētē spiritū tali iure coercerant: quanto magis eā diligunt, & ipsam spiritalem futuram? **Ibidem capitulo xx.** **AVCT.** Omnes tamen periti sciunt q̄ nunq̄ naturali dilectione diligūt, si natura nō erret qd̄ naturā imperficat. Quō igit anima naturaliter ita feretur ad amandū corp⁹ qd̄ eā imperficat in natura? Periti

or ergo isto erat sapiens cum dicit, Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: ne diceret corpus simpliciter. Et quanto cauti-
 or Paulus cum dixit, Quis me liberabit de corpore mortis huius? propter hoc quod ipse dixit, Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Hoc dicit substantiam carnis laudans non infirmitatem extollens. HIERONYMVS autem rigidus pater in carnem suam dixit, Non contemno carnem in qua Christus natus est & resurrexit. Non despicio lorum quod est excoctum in testā purissimam regnantem in caelo: & tamen miror cur carnem detrahentes viuant carnaliter, & inimicam suam foueant & nutriant delicate. Nisi forte implere volunt scripturam dicentem, Amate inimicos vestros & benefacite iis qui persequuntur vos. Amo carnem castam, virginem, ieiunantem, amo carnem non opera, sed substantiam. Amo carnem quae iudicandam se esse nouerit: amo illam quae pro Christo in martyrio caditur, exuritur, laniatur. Haec ille in epistola ad Pamachium & Oceanum, quae incipit, Sedulae quas misistis. AVCTOR, Ecce senior noster pater non spreuit carnem suam: immo amat actu dilectionis elicitio: quemadmodum anima Augustini carnem suam diligit amore indito ex natura. Beatus quoque Bernardus in sermone de omnibus sanctis quae sic incipit Aduertitis, ni fallor. BERNARDVS, Stola, inquit, prima illa est quam diximus, foelicitas & requies animarum: secundum vero immortalitas & gloria corporum. unde & dicit vindica domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est: non tanquam vindictae cupidus: nec de propriae vitionis zelo, sed ex desiderio refurrectionis & glorificationis corporum suorum, quae nimis vsque in die iudicii differenda esse non dubitant. Sed unde hoc o caro misera, o foetida, o foeda: unde tibi hoc, Animae sanctae quas propria deus in signum imagine, quas redemit proprio sanguine, te desiderat, te expectat, & ipsarum sine te compleri letitia, perfici gloria, consumari beatitudo non potest, adeo siquidem viger in eis desiderium hoc naturale, ut necdum tota eorum affectio pergat in deum, sed conturbat quodammodo & ruga facit dum inclinatur desiderio tui. Haec Bernardus. AVCTOR, Causam autem huius iam supra docuit in principio eiusdem sermonis. Neque, inquit, prestolari decet integram bea-

titudinē donec sit homo interger, cui desit, ut pateret quoties Vitale desipit, & decipit: quando dicit animam hominis, completum & per se hominem, quando dicit corpus excoctum ut perficiatur anima, quoniam non audit in laudem humani corporis dicere Apostolum: Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti? Et iterum. Glorificate & portate deum in corpore vestro: sed ipse e contrario clamat, Alleenimini & perficiamini in depositione corporis ut accedatis propius ad naturam spiritus. Et nunquid spiritus sanctus templum elegit ad inhabitandum prophana, quae inhabitatores suos imperficiant: unde squaleant in sentina: vere sic non esset spiritus sanctus deus honestus, & tamen deus est. Dicit enim AVGVSTINVS, Neque enim spiritus sanctus si aut deus, aut deus verus non esset, templum eius essent corpora nostra. Nescitis inquit quomodo corpora vestra templum in vobis est, spiritus sancti, quem habetis in vobis a deo. Et ne quisquam spiritum ipsum negat deum continuo sequutus ait, & non estis vestri. Empti enim estis precio magno, glorificate ergo deum in corpore vestro: eum scilicet cuius templum corpora vestra esse praedixerat. Haec Augustinus epistola ad Pascetium Arrianum. AVCTOR, Male ergo agit iste lanista, quod sic templum spiritus sancti violauit in verbis, lacerauit in iuriis. Patres sancti palpones carnis non erant, nec assentatores improvidi: quod consules humanae naturae laudauerunt substantiam, scientes aliunde eius damnare prurium, spernere corruptelam. Ego autem in fide orthodoxorum patrum morbum solum carnis fateor habere contagium. Caro tamen hominis secundum id quod est, spiritum non imperficit immo magis perficit per accessum. Et ut breui dicam, corpus humanum est plus quam alia corpora, vel sol vel caelum, vel gemmae rutilae, reuerendum, beatitudinis capax, amulum paradisi, & supplementum gloriae spiritus immortalis coniunctio eius in integritate naturae, & in constitutione humanae personae portio socialis.

¶ Tertius articulus de Christo qui est deus & homo.

¶ Christo in humanitate sua continet tantum duas naturas, corporis scilicet & animae, nec est alterum eorum, nisi per synecdochen.

CAP. I, quod est XXXIX.



CGE parauimus via domini, rectas fecimus semitas Iesu Christi. Monstrauimus enim quomodo anima rationalis & caro vnus est homo: moxque recta via est, secundum Athanasium & Augustinum ad sciendum quomodo deus & homo vnus est Christus. Exasperauit Vitale via ista difficultatibus eam sapiens inauditis dicens in suo trialogo ca. vii. Quod non foret similitudo illa in symbolo ad propositum: sed in haereses plurimas inductiuā, nisi ille spiritus immortalis foret per se & complete ille homo: & applicans spiritum animae in homine ad spiritum diuini verbi in Christo in vi. cap. de compositione hominis. VITALE, Conueniunt, inquit, in tribus. Primo quod ex vniuersa illa sit vterque vnus spiritus idem personaliter cum corpore & anima: & cum natura integra ac singulis eorum, ut patet per Augustinum super Ioannem Hom. xlvii. Secundum in hoc quod ille spiritus creatus non coponit cum corpore secundum esse eius primum, sed secundum quod est actus primus compositi qui est animatio corporalis, unde sicut verbum non potest assumere corpus humanum nisi per animationem: sic nec ille spiritus nisi secundum animam potest corpori hypostatice copulari. Et tertio sicut verbum minorauit seipsum faciendo se esse hominem: sic persona hominis & spiritus creatus minoratur quodammodo quando fit corpus anima, & natura corporea cum tantum animatio quae natura corporea fit minor illo spiritu secundum vitam qua viuunt similes angelis dei. Haec hereticus. AVCTOR, In Christo iuante in cuius iure certabimus erit praua in directa & aspera in vias planas. De duobus his ultimis dictum est, ut oportuit, ubi supra de anima tractatum est, ubi quantum de trinitate illius superstitiosa differendum nobis deus tribuit. Est enim tam vaga quam incerta: & quia non in maiori parte se habet, idcirco non potest inde esse scientia. Dicit enim quoadmodum ex duobus esse hominem, scilicet ex anima rationali & carne: quoadmodum explicat tertium, ut dicat spiritum, animam & carnem esse hominem: & haec est trinitas eius vulgaris. Sicut, inquit, verbum est tres naturae separabiles, scilicet spiritus, corpus & animatio corporalis. cap. vi. de compositione hominis. Quoadmodum vero annumerat naturam corpoream ultra corpus, ut hic & supra: & sic phrenetico quodam spiritu ductus

laborat in quatuor. Poenitentia tamen dei deus corrigit seipsum semper in posteris, cum tamen correctiones oporteret interdum magis corrigere quam poenitere de correctis decimo cap. de incarnatione verbi, explicans quae tres naturae sit Christus: Christus inquit, est tres naturae incomunicantes, scilicet deitas, corpus & anima, & earum qualibet. Adde quod iam dixit: sic homo est tres naturae separabiles, scilicet spiritus, corpus & animatio corporalis & earum qualibet. Primo videtur vtraque trinitas volutarie fabricata, sine necessitatis ductu subiectae naturae, Christus est, inquit tres naturae, & homo est tres naturae: & nonne Christus ratione qua homo, est ille tres naturae separabiles hominis, scilicet spiritus creatus, corpus & animatio corporalis? Si dicas sic: Christus erit quaternitas, scilicet deitas, spiritus intellectualis, animatio corporalis, & corpus, ut quid tacuisti in Christo animationem tuam? nonne illa inest Christo, ut sit per omnia similes fratribus, eiusdem speciei & vniuersae homo cum eis? Quod si sit pars qualitativa cuiuslibet hominis, erit & Christi, quia Christus est homo & e contrario: si non sit pars Christi hominis, nec erit pars necessaria cuiuslibet hominis, eo quod ipse nihil in natura nostra plantauit quod non assumpsit. Unde DAMASCENUS in sententia cap. i. Nihil enim eorum quae plantauit in natura nostra deus, verbum a principio plasmans nos, dereliquit: sed omnia assumpsit corpus & animam intellectualem & rationalem & horum proprietates. Totum enim totum assumpsit me, & totus totus vnus est mihi, ut totum totum salutem tribuat, quod enim inassumibile & incurabile. Haec Damascenus. AVCTOR, Vide iam Christum faciente quaternitate, si homo faciat trinitatem, & quid facis hominem trinitatem, quando fides facit eum dualitatem, forsitan ut animatio tua per te moueri possit ad beneficium hominis cuius conuersionem inexpertam habent & fides, & doctores: fides dicit. Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita deus & homo vnus est Christus: de animatione tua non dicit, Damascenus etiam dum totum hominem Christo toti conuinctum dicit, de animatione tua non recolit, sed forsitan absconditam eam dicit in nomine animae, sicut & in nomine hominis anima rationalis intelligitur, sed miror quod semper manet in latibus

lo, & nunquam per fidem vel doctores finitur aspirare, etiam cum ea quæ sunt de perfecti hominis integritate enucleati distinguunt, vnde fides, perfectus deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, nusquam dicitur ex animatione, Et AVGVSTINVS decimotertio de trinitate cap. xlv. Necessaria est fides vt beatitudinem consequamur, omnibus naturæ bonis id est & animi & corporis. Hæc Aug. AVC. Perfectus ergo hominē fides symboli & oīa naturæ hominis bona Augustinus enumerat: nec tñ cauernā maceris penetrauit, vbi abscondita est animatio tua, forsitan ista est in limo profundi, vbi nulla est substantia, sed & propter hæc & talia trinitatē istā quā Vvicleff sibi proprio fabricauit ingenio, non a deo vero diximus exortā, sed a Vvicleff sculptam imaginariū idolū, & phantasticam trinitatē: multo deteriorem illa quā spurii quidam theologi finxerunt sibi viri coniugis & communis prolis imaginem reprobam trinitatis inuictæ secundū Augustinum .xii. de trinitate cap. vii. Quia hic origo est & quota certa partium trinitaris. Iam quid de trinitate dicit Christi, quod Christus est illa trinitas naturarū & earū quælibet, id est ille tres naturæ coniunctim & diuisim est humanitas sua creata, natura est caro: est & anima sua dicente Augustino super Ioannem Homil. xlvii. AVGVSTINVS. Si inquit caro animam posuit, quomodo Christus animā posuit: nunquid caro Christi? ita plane & caro Christi, & aīa Christi, & verbum Christi. Nec tamen tria hæc tres Christi, sed vnus Christus. AVCTOR. Iam prodidit se doctor iste quod doctor grammaticus est plus quā philosophus vel theologus, qui ad tantum solennitatē grammaticam vt solidos tropos conuertat in articulos solidos & subriles fidei orthodoxæ, non legat aliquis metaphysicā subtilis Aristotelis non theologiam Platonis, non libros altisonos Augustini, Hieronimi, Ambrosii, de sanctissima trinitate, sed tropos & figuras grammaticæ, & vbi doctores vel scriptura propter imbecillitatem auditorii secundum eos loquentur, applaudat & erigat statim machinam nouellæ doctrinæ: ecce inquit scriptura mecum est, doctores mecum sunt. Sic enim iste dicit. Augustinus dicit, Caro Christus, & anima Christus: & verbum Christus nesciens vel nolens aduertere quod in prædicto li-

bro tropis multis vititur condescendendo capacitati plebis indoctæ vtens propriis regulis secundum quod dixit AVGVSTINVS. Qui docet vitabit omnia verba quæ non docent et si pro eis omnia alia quæ intelligantur integra potest dicere, id magis eligat, si autem non potest, siue quia non sunt, siue quia in præsentiarū non occurrunt, vtatur & verbis minus integris, dum tamen res ipsa doceatur atque discatur integre, & homo quidem non solum in colloctionibus siue ant cum aliquo vno, siue cum pluribus, verum etiam multo magis & in populis, quando sermo promitur vt intelligantur instandum est, quia in colloctionibus est cuius interrogandi potestas: vbi autem oēs tacent, vt audiatur vnus & in eum intentata ora conuertunt, ibi vt requirat quisque quod non intellexit, nec moris est nec decoris: ac per hoc debet maxime tacenti subuenire cura dicentis quarto de doctrina christiana cap. x. AVCTOR. Ibi enim vititur Augustinus synecdoche intelligens totum in sua parte eū dicit, Christus caro, id est Christus secundū carnē: ipse enim posuit animā suam. Nam quis insensatus diceret quod caro pars qualitatiua compositi hominis potestatem haberet expirandi animā ad suum arbitriū, sicut nec habet potestatem iterū sumendi eā, & quātum est ex parte carnis ipsa est in Christo & in nobis eiusdem rationis, & eiusdem virtutis. Quātū est ex parte persone quæ illam habet vnitā longe maioris virtutis in Christo quā in nobis. Christus ergo caro animā suam posuit quādo Christus incarnatus vel in carne existens, animā suā posuit: quēadmodū Christus in euāgelio, Caro & sanguis nō reuelauit tibi. i. homo aliquis carnē sequens & sanguinē, Et ibi, Omnia ossa mea dicent, id est ego secundum numerū omnium ossium meorum: & Apostolus Paulus, Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ &c. Vbi AVGVSTINVS. xiiii. de ciuitate cap. ii. Cur hæc omnia & his similia doctor gemitium in fide & veritate opera carnis appellat, nisi quia eo locutionis modo, quo tortū signatur arte, ipsum hominem vult nomine carnis intelligi. Hæc ille. AVCTOR. Sed Vvicleff in tractatu de compositione hominis cap. septimo, & de incarnatione cap. quarto, & frequenter alibi quasi anathematizans hūc modū dicit: Augustinus

nō loquitur tibi synecdoche quia quælibet illorum concedit esse Christum pro tempore tridui quo sunt ab inuicem separata, & indubie tam sanctus & subtilis logicus qui tantū cauet de mendacio & assertionē falsā, quia omne tale dicit peccatum sapere: nō relinqueret ad perpetuam rei memoriam in præcipua materia fidei captiosissimis hereticis verba impossibilitatis tam inculcata: non enim firmat, sed infirmat fidem catholicā dicendo impossibilia propter deuotionem vel fidem delucidādam. Ideo absit a nobis ignaris quod istam maculam imponamus sanctis doctoribus. Hæc Vvicleff. Iam autem restat probare quod Augustinus sic intellexit verba prædicta, nō tamen est hoc facile sic conferre verba doctorum, vt a longinquo producatur ad manus expositio pertinens: sed ipse AVGVSTINVS. xiiii. de ciuitate cap. secundo dicit ad propositum. Sæpe ipsum hominem, id est naturam hominis carnem nuncupat scriptura diuina modo locutionis a parte totum quale est. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quid enim voluit intelligi nisi omnis homo? Et tandem post multa exempla. Sicut enim a toto pars accipitur, vbi Maria Magdalena verba in euāgelio leguntur dicentis, Tulerunt dominum meum & nescio vbi posuerunt eum, cum de sola carne Christi loqueretur quam sepultam de monumento putabat ablatam: ita & a parte totum carne nominata intelligitur homo. Hæc Augustinus. AVCTOR. Iam ecce quomodo Christus est caro sua secundum Augustinum Homilia quadragesima septima super Ioannem: immo sola caro sine anima, Homil. lxxv. Potes videre ex eo ipso in hoc comperto libro de ciuitate dei, Vbi iam peritis, peritro stilo declarat tropos suos quibus est vsus ad populum hominilizando & sermocinando Ioannis euāgelium. Aut nunquid id dixit Augustinus, dicendo Christus caro: & Maria dicendo dominus meus caro: & nunquid eundē dominū Christum secūdū eandē carnē dixit vterque? Synecdoche ergo vsus est Augustinus si Maria fecit Synecdochen. Et bene deus, Nōne hoc est magna macula in Maria: aut si Maria dixit impossibile propter deuotionē, aut nō satis cauebat de mendacio dicendo impossibiliter inculcata? Absit hæc glossa cū ceteris fidelibus quæ & posituri sūt maculā in

gloria sancti Ioannis, qui voluit dicere verbum caro factum est: carnem ponens pro homine a parte totum. Vnde AVGVSTINVS secundo de trinitate cap. vii. Caro pro homine posita est in eo quod ait verbum caro factum est, sicut caput & illud, Videbit omnis caro salutare dei. Non enim sine anima vel sine mente: sed ita omnis caro ac si diceretur omnis homo. Hæc ille. Item Augustinus in Enchiridio capitulo vigesimo secundo. Ita quippe verbum caro factum est a diuinitate carne suscepta: non in carnem diuinitate mutata. Carnem porro hic hominem debemus accipere a parte totum significante locutione, sicut dictum est ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, id est omnis homo. Hæc ille. Et Augustinus de ciuitate dei, vbi iam supra loquens de synecdoche, Secundum hoc, inquit, intelligitur & verbum caro factum est, id est homo. AVCTOR. Et quid iam dicis, Nunquid vir tam sanctus & tam subtilis logicus potuit istam locutionem relinquare ad perpetuam rei memoriam in præcipua materia fidei captiosissimis hereticis, cum ex rei veritate ex isto fundamēto Ioannis, Apollinaristæ finxerint suam hæresim, Christum scilicet carnem tantū assumpsisse, & non spiritum: eo quod non dixerit, Ioannes verbum spiritus factum est, sed verbum caro factum est, sed si liberabitur Ioannes in quo ergo criminabitur Augustinus, qui vsus est tropo in articulo sepulture Christi: sicut Apostolus in articulo eiusdem incarnationis? Sed reuertamur ad primum: & ingruat bellum contra Vvicleff ex multiplicatione fidelis testimonii: Probemus adhuc Christi carnē fuisse Christum tantum sedm synecdochen pro tempore sepulture. Adducamus scriptum Augustini ex illis locis vbi sine tropis oportuit vti verbis propriis & præcis propter insidias æmulorum. AVGVSTINVS enim in libro primo disputas, de origine animæ ad Petrum versus finem dicit, Verbum caro factum est cum legimus, non vtique carnem solam, sed hominem tantum intelligimus: nec contra illos qui propaginem animarum destruant illa profertenda: vbi non pars hominis, sed totum commemoratur: quia potuit ibi scriptura a toto partem significare: sicut sepultum consistemur Christi: cum caro eius sola se-

pulta sit. Hæc Augustinus. Item idem Augustinus de natura animæ ad Renatū parte prima in fine. Si, inquit, verum est quod totus homo ex toto homine propagatur, ibi proprie dictum est in quo omnes peccauerunt: hic autem tropice ex vno sanguine totum significatur a parte, id est totus homo qui ex anima constat & carne. Nam & ex parte totum, & ex toto partem diuina eloquia significare consueuerunt. Ex parte enim totum significatur vbi legitur. Ad te omnis caro venit: quia ex carne intelligitur totus homo. Ex toto autem pars cum dicitur Christus sepultus: cum sola eius caro sit sepulta. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce quod dixit Christum totum & sepultam carnem eius non totum Christum, sed partem Christi: & ideo esse synecdochen dicere Christum esse sepultum. Nescio quid potuit contra te dici apertius. Noli ergo amplius imponere Augustino, quod caro sola sit Christus, nisi figuram intelligas: sic enim dante Christo Augustinus exposuit, cum tamen non doctor tantum catholicus, sed nec scriptura canonica possit certius exponi nec verius, quam per dicta similia alibi in præsentis loco inuestigare, quod velis ut dicat idem Augustinus tertio de doctrina Christiana.

¶ Vvitlef in fauorem sui male describit synecdochen: & quod figuratiua locutio non sit loco proprie exprimenda.

CAPVT XL.

STE tamen dominus volens arcere compedes nostras scipit describere synecdochen: ne tantum quantum de iure posset per campum grammaticæ gressus suos dilataret ecclesia. VVITCLEF. Nō valet, inquit, dicere quod locutiones istæ sint synecdochicæ, quia constructio synecdochica est, quando partii quantitatiue attribuitur primo denominatio accidentalis, & consequenter toti secundum illam partem, ut homo est albus secundum faciem, & sanus secundum thoracem: cum ergo nec corpus nec anima Christi sit pars eius quantitativa: sequitur quod hic non est constructio synecdochica: Christus est anima, sicut nec hic, homo est tibia. Hæc Vvitlef cap. quarto de incarnatione verbi. AVCTOR. Si hic non sit synecdoche, fallimur: quia ab

antiqua grammatica non solum quando a parte totum, sed & quando pars a toto denominatur est synecdoche. Ideo HIERONYMVS qui melior est grammaticus quam sit Vvitlef, describens synecdochen dicit, Synecdoche est conceptio cum a parte totum vel a toto pars intelligit significatio pleni intellectus capax. Hæc Hieronymus libro in interpretationis triformis. AVCTOR. Quia etiam Vvitlef dixit describendo synecdochen eam tunc esse, quando parti quantitativa attribuitur denominatio quedam accidentalis, & consequenter toti: & videtur per hoc iuste excludere partes qualitativas & partes quidditativas cum suis totis. Occurrit illi magnus statim ISIDORVS quilibet, primo Etymolog. cap. lxxix, describens synecdochen dicit, Synecdoche est conceptio cum a parte totum, vel a toto pars intelligitur ea & per speciem generis, & per genus species demonstratur, sed species pars est, genus autem totum. Et explicans: a toto inquit pars intelligitur, ut quæ multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus trans pontum fugat: non enim totus annus frigidus est, sed pars anni, id est hyems: at contra a parte totum, ut flammæ cum regia puppis extulerat, vbi non solum puppis, sed tota nauis: & non nauis, sed qui in ea: & non omnes, sed vnus flammæ extulit. Hæc Isidorus. AVCTOR. Vides iam priorem tuam descriptionem tenuem nimis esse quæ tam stricte incedens consueta solas partes quantitativas vel integrales admittit cum sola denominatione accidentali partis huiusmodi attributa toti, soliusque partis ad totum & non predicationem conuersam: nos autem meliores imitantes grammaticos Hieronymum, Isidorum, Bedam, Augustinum, & magnum Gregorium, dicimus esse synecdochicam figuram conceptionem cuiuscunque partis de quocunque suo toto etiam si transumpta quacunque denominatione dante plenum intellectum totius in sua parte vel e contrario. Et per hoc Christum fuisse carnem sepultam, veram esse synecdochen & non appropriato sermone sic dictum, Quemadmodum beatus Augustinus supra dixit sanctam Mariam Magdalenam fecisse synecdochen quando dixit, Tulerunt dominum meum, id est corpus domini mei sepultum: non enim poterant abstulisse totum Christum quæ vbiusque dominum deum esse agnouit, Ideo GREGO-

RIVS Homilia. xxv. tractans hæc ipsa verba Mariæ. Notandum autem est, inquit, iuxta historiam quod mulier non ait, Tulerunt corpus domini mei, sed tulerunt dominum meum: vsus namque sacri eloquii est, ut aliquando ex parte totum, aliquando vero ex toto partem significet. Ex parte enim totum significat sicut de Iacob filius scriptum est quia descendit Iacob in Aegyptum in animabus. lxx. Nec enim in Aegyptum animæ sine corporibus descendunt: sed per solam animam totus homo signatur quia ex parte totum exprimitur: & solus domini corpus in monumeto iacuerat, & Maria non corpus domini, sed sublatum dominum quærebat, videlicet significas ex toto partem. Hæc Gregorius. AVCTOR. Ex quo patet Gregorium sentire corpus domini Christi non fuisse Christum dominum sed partem eius: & esse synecdochen conceptionem totius in parte: & non hoc tantum, sed & partem in toto. Sed dicit Vvitlef, doctores famosi dicunt ibi esse synecdochen, sed melius est dicere sepultam carnem totum Christum. Quid iam dixisti: vides ne doctores magni dicunt carnem sepultam non esse Christum sed partem eius: sed ego melius dico inquis dicendo esse plenum Christum. Hæc est præsumptio tuæ vesaniæ, præferre te sacris doctoribus patribus approbatis. Vbi est iam quod Augustinum dixerat tantum logicum, tam subtilem! & absit (dixisti) quod tantam maculam tam sanctis patribus imponamus. Iam imponis & non abesse sed adesse desideras. Et ut erres liberius in scriptura præsupponis errorem in grammatica. Verum tamen grande periculum est, imitari talem magistrum qui quocunque pergat aberrat. Sed quare inquis dixerat Augustinus Christum caro, animam posuit, & anima Christus ad inferna descendit: & verbum Christus latrone glorificauit. Nōne ergo caro Christi est Christus? Non est Christus quantum ad rei naturam, sed secundum locutionis figuram, sed pars Christi est qui animam suam posuit: quia sic dicit Augustinus ibi, Christum non deposuit quod semel assumpsit: ideo concludit ibi quod caro animam posuit, & hoc secundum synecdochen secundum quod ipse exponit seipsum in eodem loco dicens. AVGVSTINVS. Caro ponit animam suam: & caro iterum sumit eam, non tamen sua potestate caro sed potestate inhabitantis carnem. Et iterum versus finem Homiliae. Cum caro animam posuit, Christus animam posuit: & cum caro ut resurgeret animam assumpsit, Christus animam assumpsit. Nec

tamen potestate carnis hoc factum est, sed eius qui & animam & carnem vbi hæc adimplerentur assumpsit. Hæc Augustinus ibidem scilicet Homilia. xlvii. super Ioannem. AVCTOR. Iam potes videre Augustinum dixisse carnem Christi pro toto Christo habente carnem, vel verbo incarnato, quod est mere synecdoches & non hoc loco tantum sed vbiusque locorum vbi tu allegas eum. Prudens lector videbit quod vel sic loquitur vel sic se exponit. Vnde AVGVSTINVS super Ioannem Homilia. lxxv. Sicut inquit vnus est homo rationalis anima & caro, sic vnus Christus deus & homo, Christum in omnibus istis & singulis consistemus. Nam quis est per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma dei. Quis sub Pilato crucifixus? Christus Iesus sed in forma serui. Quis dicitur in inferno? Christus Iesus sed in anima sola. Quis iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne sola. AVCTOR. Secundum hæc verba dicit quod Christus est trium naturarum incommunicantium quilibet. Ego autem dico quod non, sed Christus est in trium naturarum incommunicantium quilibet, quia hic non dicit Augustinus Christum Iesum esse omnia ista & singula: sed in omnibus & singulis. Christum in anima in inferno, Christum in sola carne in sepulchro: Christum in forma serui crucifixum sub Pilato: sicut totum est in sua parte. Quemadmodum psalmista, stetit in directo secundum pedem non tamen fuit pes. Et sapiens vigilauit in corde dei ipse dormiret: non tamen fuit ipse cor suum. Hoc fuit ergo quod Augustinus supra dixit, Christus caro, & anima Christus. Quod iam magis proprie loquendo dicit Christus in carne, Christus in anima. Vident ergo aduersarius veritatis se necessario capiendum descendit quodammodo ad committendum facili, cui se tam difficilem exhibebat. Dicit ergo in tertio, se non curare si sit locutio figuratiua, dum tamen sit vera. Vnde, iii. cap. de incarnatione VVITCLEF. Quomodo dicitur scriptura vel alii doctores catholici hoc intellexerunt siue figuratiue, siue aliter suppono me intelligere sic tamen quod maneat verum de virtute sermonis, & sic oportet me concedere: alia quæ sequuntur. Et sequitur, veritas testatur omnimode sibi ipsi nec aliquid ex veritate consequens offenderet piæ aures. Quicquid ergo ex hoc principio perfectus philosophus sciret deducere debet concedi tanquam catholice cum & oppositum abici tanquam fidei diffusum. Hæc ibi. AVCTOR. Placet mihi & fidei quod

figuram admittis, Sed forsitan potest displicere si figuram extendas, vt iam puteretur veritas non figura nisi vt sit vera figura. Dicis intelligere te figuram cum doctoribus, & oportere te concedere alia quæ sequitur. Sed vide vt sequela tendat in figuram & vt ere figura vt figura sit. Et tropice dictum in tropo suo retineas: ne facias de tropo proprietatem. Nā quid rogo anthropomorphitas fecit hæreticos, nisi quia membra humana figuratim dicta realiter prædicabant de deo dicentes, eum habere veras manus, veram faciem: quia scriptum est, faciem tuam illuminata super sertum tuum: & manus tuæ fecerunt rem. Quid etiam Faustum fecit hæreticum, nisi quia carnem hominis secundum naturam exclusit a cælo: quia Apostolus exclusit eam a suo tropo. Caro inquit & sanguis regnum dei non possidebunt. Caro, id est carnis corruptela, secundum Augustinum. Sic Patristiani humanas passiones asseripserunt diuinæ naturæ, quia tropice dixit Psalmist. Domine ne in furore tuo arguas me. Et AVGVSTINVS dicit tertio de doctrina Christiana capitulo secundo. In principio cauendum est ne figuratam locutionem ad literam accipias: cum enim figurate dictum sic accipitur, quasi proprie dictum sit, carnaliter sapitur neq; vlla mors animæ congruentius appellatur q̄ cum id quod in ea bestiis antecellit hoc est intelligentia carni subiicitur sequendo literam. Qui enim sequitur literam, translata verba, sicut propria tenet. atq; illud quod proprio verbo signatur, refert ad aliam significationem. Hæc Augustinus. AVCTOR. Iā te terigit Augustinus, dicendo q sequitur literam, translata verba, sicut propria tenet. Tu igitur sequeris literam quæ occidit quia translata verba Augustini secundum verbalem synecdochen posita sicut propria tenuisti, & ædificasti tibi vnam Christeitatē communem ad tres naturas conuictim & diuisim. Vere nescio in quo peccauit Faustus aut alius hæreticus: si & tu non peccas faciens de locutionibus tropicis metaphysicas veritates. Sed dicis: licet loqui verba scripturæ & doctorum, ac nonne verba illorum sunt optima? Sunt quidem si non verba illorum feceris verba tua. Veruntamen Augustinus dicit patres non semper imitandos in verbis quia pares eis gratias non habemus. Vnde dicit quarto de doctrina Christiana capitulo tertio. AVGVSTINVS. Nos etsi de literis illorum canonicorum, sci

licet sanctorum & doctorum quæ sine difficultate intelliguntur, nonnulla sumamus elocutionis exempla, nequaquam, tamen putare debemus imitādos eos nobis esse in iis quæ ad exercendas & eluminandas quodam modo mentes legentium & ad rumpenda fastidia, atque acuenda studia volentium discere, ad celandos quoque vt siue ad pietatem conuertantur, siue a mysteriis seculantur, animos impiorum vtili ac salubri obscuritate dixerunt. Sic quippe illi locuti sunt vt posteriores qui eos intelligerent recte & exponerent, alteram grammaticam disparem quidem veruntamen subsequentem in dei ecclesia reperirent. Non ergo expositores eorum ita loqui debent vt tanquam se ipsi hos exponendo simili auctoritate proponant, sed in omnibus sermonibus suis primis ac maxime vt intelligantur elaborent. Hæc Augustinus. AVCTOR. Quid ergo sub colore diuinorum verborum secundum modos loquendi, modos existendi metiris: cum secundum Hylarium quarto libro de Trinitate. Intelligentia doctorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Quid ergo magnum facis domino deo fingendo falsam reuerentiam verbis eius & intelligentiam verborum deprauas? Nō hoc est officium docti viri (vt secundum Augustinum dicam) scripturæ foenis quasi consecratis inseruire, & sub hoc furore subiectam omittere veritatem. Ideo Paulus Apostolus iam ductus spiritu, dux verbi erat non ductus a verbo.

Q̄ HUMANITAS CHRISTI NON
est totus Christus, nec Christus
est sic creatura.
Cap. XLI.



RObato iam quod humanitas Christi quantum ad singulas partes qualitativas non sit Christus diuinus: restat clarum facere quod nec ipsa tota natura ex his compacta sit plenus Christus, sed ad modum loquendi Augustini & Damasceni pars Christi est, eo quod perfectus Christus Iesus non est nisi qui simul est deus & homo. Humanitas vero assumpta non est simul, persona assumens & assumpta natura: sed assumpta natura distincta, sicut Auicenna dicit quod equinitas est tantum equinitas. Ideo dicit AVGVSTINVS

in Enchiridio capitulo vicesimo tertio. Proinde Christus Iesus est deus & homo: deus est ante omnia secula, & homo in nostro seculo, deus quia dei verbum: homo autem quia in unitate personæ accessit verbo anima rationalis & caro. Hæc Augustinus. AVCTOR. Non ergo est anima rationalis & caro totus homo Christus: sed cum accedunt ad verbum. Et DAMASCENVS in sententiis capitulo xlix. Christum inquit nomen hypostaseos dicimus, non vniuersim dictum, sed duarum naturarum existens significatiuum. AVCTOR. Sed vnde est ab ista fide alienus, dicit Christum non esse de necessitate duarum naturarum, sed vnam naturam dicit totum Christum. Non est inquit maior color quod sit creator quia secundum diuinitatem quin per idem sit creatura, quia secundum humanitatem specialiter: cum sit illa completa humanitas primo capitulo de incarnatione verbi. Vere & specialiter enim hoc tuum est in ecclesia dei. Sed audi paruulam rationem iuxta communes animi conceptiones. Nunquam est pars sum totum maxime vbi totum non est omne quod habet quod solum inuenitur in deo priuilegium speciale. Alibi enim per singulas creaturas omne totum est maius sua parte: ergo humanitas Christi est pars eius. Quis non delirus diceret totum Christum? Ideo Damascenus dicit quod Christus in quantum totus Christus non est eiusdem substantiæ cum deo patre nec cum virgine matre: sed secundum diuinitatem patri, secundum humanitatem matri. DAMASCENVS. Ratione inquit qua differunt ab inuicem naturæ Christi, hoc est ratione substantiæ aimus copulari ipsum extremis: secundum humanitatem autem & matri & nobis. Consubstantialis enim est idem secundum diuinitatem quidem patri & sancto spiritui, secundum humanitatem autem & matri & omnibus hominibus, qua autem ratione copulatur naturæ ipsius, differre ipsum aimus & a patre & a spiritu & a matre & a reliquis hominibus: copulatur enim naturæ ipsius hypostasis vnā hypostasim compositā habentes secundum quam differt a patre & spiritu, & a matre & a nobis. Hæc ille, ca. xlix. AVCTOR. Iam vides hypostasim Christum, id est illam personam in coniunctis naturis disparibus subsistentem differre substantialiter a matre sua: humanitatem animi eius in eadem substantia substantialiter conuenire: patet igitur lege oppositorum quod illa humanitas non est illa

persona. Intellectus enim non capit quod idem ad idem comparatum secundum idem conueniat & differat sophismate circumscripito. Secundo vitatur a catholicis, dicere Christum humanitatem ab eo assumptam: ne daretur ex fide via ad perfidiam: iubete Christo in via gentium ne abieritis. Viam enim facit frequens hominum transitus: ita vt quisque vbi incessum solitum pragat de terre planicie viam efficiat. In via igitur gentium abimus, quotiens erroribus veteranis fauoris pedem imponimus. Vis omnem viam fricando nouam doctrinam ab hæresi esse desertam, a longe salutes illam: quia quantum appropinquas tantum vt alii ibi inceperant & latam viam perficiant donasti principii. Ecce dixit Arrius Christum esse creaturam & creatam naturam. Tu quoque hoc dicis nonne cum Arrio conuenisti? Dixit Arrius diuinitatem creaturam, tu dicis eum vilissimam creaturam: quia materiam primam. Ibi viam Arrii superasti quia hoc dicere verebatur. Sed dicis ego dico Christum esse deum in natura quod Arrius non fecit, sed dixit Christum pure creaturam: quod ego non facio. Vere iam vi deo doctrinam tuam non esse tutam quia a fortissima hæresi solo distat aduerbio pure. Ita quod si tollatur gracillius duarum syllabarum diuinitio id ipsum sine variatione sentiretis utriusque, nec talis est Christi nec positio Christiana quod dicit hæreticis. Quod sicut exaltati sunt cæli a terra ita exaltantur via meæ a viis vestris. Sed probe ego logice quod nec distatis aduerbio quod Christus est sua humanitas: humanitas est pura creatura, ergo Christus est pura creatura. Negas rationem, sed confirmo quia Christus est aliqua pure creatura. Ergo est pure creatura, quia ex opposito non est pure creatura ergo non est aliqua pure creatura, igitur non est ista pure creatura, scilicet humanitas. Sic enim aliquis astutus logicus dato tuo principio statim induceret simplicem Christianam in Arrianam perfidiam. Idcirco ecclesia quæ ponit in via spatiosa pedes suos longe ab ista positione recedit. Vnde HILARIVS libro duodecimo de Trinitate sic contra hanc dictionem laborat multis rationibus. Nō inquit dominum Christum creaturam, quia neque est: neque facturam quia facturarum omnium ipse est dominus: sed deum nouimus, dei patris propria generationem. AVCTOR. Et postea ponit rationes. Prima ratio est quod creatura creatori comparabilis non est: Christus est creator, ergo non potest esse creatura. vnde dicit HILARIVS. Nō inquit aut factus aut non

natū prædicamus: quia neq̄ creatorē creaturis cōparamus: neq̄ natiuitatē sine generatione nemētimur. AVCT. Secūda ratio est, q̄ Christus creauit oīa nō aut̄ seipsum: igit̄ non est creatura. HILA. Per dñm inq̄r̄ Christū creata sunt oīa: & idcirco propriū ei nomē est vt creator sit: non cadit in eū efficiētē suā & natura & nūcupatio. Et sequitur. Quid operis nomē opifici imponimus: quid dei cognominamus: creator noster est, creator oīs militiæ celestis est, hæc cū ad filiū per quē facta sunt oīa apostolica atq̄ euangelica fide intellegenda referantur: quōd iis ipsīs q̄ gessit equabitur & in ea nature erit nūcupatione qua cūcta sunt. AVCT. Tertia ratio est. Si Christus esset creatura esset vanitati subiectus, corruptioni subditus &c. HILARIVS. Primum inquit quidē humanā intelligentiē sensus hoc respuit vt creator creatura sit: quia creatio per creatorē est. Quia si creatura sit & corruptioni subditus est, & obnoxius expectationi est, & seruituti subiectus est. Ait enī beatus Apostolus Paulus: Et enim lōginqua expectatio creaturæ reuelationē filiorum dei expectat. Vanitati enī creatura subiecta est, nō sponte sed ppter eū qui subiecit in spe: q̄ & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatē claritatis filiorum dei. Si igitur Christ⁹ creatura est necesse est sub spe lōginque expectationis incertus sit: & longa eius expectatio nostrā potius expectet & expectās eā vanitati subiectus sit, & per necessitatis subiectiones, non sponte subiectus sit. Subiectus autē cū sponte non sit, necesse est & seruus sit: seruus autem cum sic maneat & in corruptione nature. Hęc enim oīa creaturæ propria esse Apostolus docet. AVCT. Quarta ratio capitalis est. q̄ summus honor negabitur Christo, si sit creatura etiā patri suo, vel dabitur creature. HILARIVS. Nūq̄ inquit diuersitas rerū nisi etiā in honore diuerso est. Res enim eadē, venerationis eius dē sunt, quia aut summus honor indigne inferioribus deferretur aut cōtumelia superiorum inferiora iis equabuntur in honore. Filius autem si creatio potius q̄ natiuitas sit per venerationē exæquabitur patri, nulla nobis religio honoris ad patrē est, cum tāta nobis eius veneratio imposita sit quanta est creaturæ. AVCTOR. Quinta ratio est. Nūq̄ se docuit Christus creaturam, ergo nec nos sine temeritate hoc possumus asserere: & hoc deberet te ligare cum aliis qui frequenter sic arguis & dicis. Christus nō prætermisisset fun-

dare religiones priuatas si voluisset eas esse de ecclesia sua: nec dotare ecclesiam suam, si fuisset bonum, iam & dico tibi Christus non omisisset dicere se humanitatē suam & creaturam si fuisset verum: omisit autem. Vnde dicit HILARIVS. Cuius nos temeritatis exemplo, deum creaturam & filium facturam. & dicimus & existimamus, cum nusq̄ hoc de se & magister & dominus seruis & discipulis suis locutus sit? Neque natiuitatem suam aut creationem aut facturam docuerit, sed pater nihil aliud ynquam filium testatus sit, & filius nihil aliud quam proprium sibi deum patrem professus sit. Natus est itaque ac non factus aut creatus sicuti ait. Omnis qui diligit patrem diligit & filium. Hęc passim Hilarius vbi supra. AVCTOR. Sed dicis, hæc dicta Hilarii & omnium talium intelligere quōd Christus non sit pure creatura: verum est, nec quōd sit creata natura sed in creata duntaxat: creatum tamen suppositum dici potest sicut Hilarius ibi post dicit eum creaturam secundum humanitatem assumptam. Et Hieronymus hoc proclamatur audacter, & multi moderni fideles hoc scribunt ad communicationem idiomatum: sed quōd Christus sit aliqua creata natura nullus intelligit. Omnes docti derident nisi Arrius & Vitellius in hoc discipulus eius. Ideo Hilarius magis appropinquet tibi in libro prædicto arguens q̄ si Christus sit deus & Christus forma serui creata, tunc deus non distabit a creatura: quod ipse putat inconueniēs. HILARIVS. Christus, inquit, in forma dei manens formam serui accepit: & qui in forma dei est, si creatura est deus non aberit a creatura quia in forma dei sit creatura: esse autē in forma dei non alia intelligenda est, quam in dei manere natura per quod & deus creatura est, quia in natura eius sit creatura. Hęc Hilarius. AVCTOR. Et concludit hoc tanquam vltimum inconueniens quod tamen Vitellius sine dilatione concederet. Nonne audis quid concludit deducendo ad inconueniens quōd si Christus in forma dei sit creatura tunc manens Christus in dei natura etiam creatura est in sua natura. Nonne iam te tetigit & tantorum te verborum turbæ non comprimunt? Idem HILARIVS. Etiam plene dicit homini adquiebat ut vt deus esset, nunquid deitati eius, nunquid animæ vel carnis? non vtiq̄ sed homini constanti ex vtroque. Hęc ille. AVCT. Quōd ergo caro Christus erit si deus non erit, vel

anima vel humanitas partialis. Tertium modum ecclesia Christi q̄ humanitas Christi non sit Christus est: quia tūc Christus esset vnus in cōfusione substantiæ cōtra illud principium fidei. Vnus omnino non confusione substantiæ, sed vnitate personæ, nā si Christus sit sua humanitas tūc Christus secundū suā humanitatē est deus insensibilis: & iterū secundū suā deitatem est homo: patet quia ipsa humanitas est deus. Quicquid igitur est ipsa humanitas, secundū illā est deus: Christus est humanitas, ergo secundum illā est deus. Sed negas forsan formā quia mediū est extraneū & per accidēs ad vtiendū extrema. Cōtra homo est albus secundū faciē, si faciēs eius sit alba, cū tamen faciēs eius sit solū per accidēs alba: quare nō pari ratione Christus secundum humanitatē est deus si aliquo modo humanitas eius sit deus. Beatus igitur AVGVSTINVS, negat humanitatē Christi sensibilem fuisse deū sermone tertio super Ioānem. Ipse inquit dominus noster Iesus Christus totum quod videbatur & tenebatur & crucifigebatur totū hoc ipse est. Ipse est quidē sed non totus. Illud quod viderūt Iudei non hoc totus Christus, & quid est? In principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & quale verbum, & deus erat verbū. Hęc Augustinus. AVCT. Vbi sagax lector statim intelligit Augustinum dicere humanitatem Christi quam viderunt Iudei, non hoc esse Christum & quare: quia inquit Christus erat verbum: & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: & hoc non erat humanitas quam viderunt Iudei. Sed ANSELMVS. Inquit Vitellius ita dicit in libro suo de incarnatione. Testetur ergo Anselmus de se palam dicat quid scripserit. Cum profertur homo inquit Anselmus natura tūc quæ communis est omnibus hominibus signatur: cum vero demonstratiue dicimus istum vel illum hominē, vel proprio nomine Iesum: personam designamus quæ cum natura collectionem habet proprietatū, quibus homo communis sit singulis, & ab aliis singulis distinguitur. nam cum ita designatur non quilibet homo intelligitur, sed qui ab angelo est annūciatus: qui deus & homo, filius dei & filius virginis est. Hęc ille. AVCTOR. Ecce iam distinxit tibi Anselmus hominē, vel acceptum simpliciter pro natura vel pro persona. Primo modo non est Christus homo, vel humanitas sua, sed solū homo persona qui est filius dei est & verbum incarnatum. Vnde post declarat quæ dixit.

ANSELMVS. Cū inquit verbū caro factū est, naturā assumpsit quæ sola hominis noīe designatur & semp est alia a natura diuina: non aliā assumpsit personā quoniā eandē habet cū assumpto hoīe proprietatū collectionem, non cū idē est homo & assumptus a verbo. Homo, id est Iesus quoniā in hoīe, hoīe sicut dictū est, sola intelligitur natura. In assumpto vero homine vel in nomine Iesu intelligitur cū natura, id est cum hoīe collectio proprietatū quæ est eadē assumpto homini & verbo. Hęc Anselmus. AVCTOR. Nihil ergo tibi & Anselmo qui dicit naturā quam Christ⁹ assumpsit nō esse Christū, nisi quā ponitur cū collectione proprietatū personalitū in eadē persona verbi, & tūc est iste homo, id est Iesus nō natura abstracta cōposita sic em dicit, Nō est enim, inquit, idē homo & Iesus homo. Iesus homo persona Christi est: homo vero simpliciter natura est quæ assumpta est, cū verbum caro factū est, & iste homo & ista natura est de qua dicit Damascenus: Christ⁹ suscepit hominē à Atomo. Individuata quodammodo fuit ista humana natura & de cōmunitate sua aliquantū contracta non tū vltima cōtractione signata quousq̄ in collectionem proprietatū veniret secūde personæ diuinæ.

Q. CHRISTVS NON EST TRIPERITUS, sed est deitas anima & caro coniunctim: & nulla harum naturarum plenus Christ⁹ diuisim.
Cap. XLII.

Donit igitur antiqua fides ecclesiæ tres naturas, deitatem scilicet, carnē & spiritū esse Christum coniunctim, nullā harū diuisim. Nō em̄ tūc existimo vt homo separet quos deus cōiunxit. Et Ioānes in epistola sua prima cap. iiii. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis quoniā venit & nūc iam in mūdo est. Et quomodo dicit sanctus Ioānes q̄ Antichristus iste iā nūc in mūdo est? Nunquid aliquis ante istū Vitellium sic soluit Iesum & tripartiebat eū dicens Christum esse triū naturarū, quālibet singillatim & eas oēs coniunctim? Loquitur magnus HILARIVS aliquid de huiusmodi viris lib. x. de Trinitate. Inter impias infirmas hæc sententiās ecclesiæ fides imbuta apostolicis doctrinis nouit in Christo natiuitatē sed ignorat exordium: scit dispelationē sed nescit diu-

tionem: nō assumit filii dei in filii hominis: neq̄ tripartita fide Christū scindit cuius desup cōtexta vestis incisilla est vt Iesum Christū, & in verbū & in animā & in corpus non cōcidat. Neq̄ rursum deū verbū i aīam & in corpus domini assumat. Totū & deus verbū est, totū & homo Christus est, xerines hoc in sacramēto cōfessionis suae vnū, nec Christū aliud credere q̄ Christū nec Iesum aliud prādicare q̄ Christū. Er bene infra in eodē libro, Vos nūc vel tripartietes Christū in verbum & animā & corpus, vel totū Christū deū verbū in solum generis cōmunis hoīem cōtrahētes hoc vobis maxime pietatis sacramentum quod in carne manifestum est reuelate quē tradidit spiritum Christus, & qui in manus patris suum commendauerit spiritum, Hæc Hilarius, AVCTOR. Accipis ne quod iam dixit Hilarius, Vos inquit tripartietes Christum, in verbum & animam & corpus & tu ipse cap. vi. de incarnatione, Suppono, inquis, tertio, q̄ persona verbi sit corpus aīa & deitas singillatim: igitur tripartitis verbum aliter q̄ antiqua ecclesia quæ ista tria dixit esse Christum solum cōiunctim, Hoc est verum dicis tu in optimo suo esse & excellentissimo cap. primo in fine, Et abit mihi & omni catholico quicq̄ de Christo asserere nisi quod melius quod excellentius dici potest: displicet autem q̄ cadaver mortuum dicis dei filium, q̄ eum prædicas morticinum: quid sic Christum prædicas tripartitū & audis apostolum dicentem: nūquid Christus diuisus est? Melius autumo & magis catholice dici, hæc tria vnus Christus sunt: & non horū trium quodlibet est vnus Christus. Vnde BOETIUS in libro cōtra Eūthicē & Nestorifū Q̄ magnum inquit q̄ nouum q̄ semel & nullo alio seculo posset euenire, vt ea quæ solus deus est cū natura humana q̄ ab ea diuersissima erat cōuehiret: atq̄ ita de distantibus naturis vna fieret copulatione persona. Hæc Boetius, AVCTOR. Iā pœnitēt te audisse, Christum de distantibus naturis vnā fieri copulatione personā: & non vnā disunctione personā. Sed dico tibi nūq̄ hoc audies dicere doctorē catholicū. AVGVSTINVS enim, & habetur, xiii. de Trinitate cap. xli. Cum lego, inquit, verbum carō factū est & habitauit in nobis, in verbo intelligo verū dei filiū, in carne agnosco verū hominis filium. & vtrunq̄ simul in vnā personā dei & hominis ineffabili gratia largiente cōiunctū. Hæc August. AVCTOR. Ecce q̄ vtrunq̄ cōiunctim vna

efficitur verbi persona non dicit singillatim Et idem Augustinus sermone, xxx. de verbis apostoli tractas hūc textū. Oīs spūs qui cōfetur Christum Iesum in carne venisse dicit. AVGVST. Qui Iesū Christū plusq̄ hoīem nō nouerunt, Iesum Christū vtiq̄ non nouerunt: si enim tm̄modo homo est & nihil amplius, nō est ipse Iesus Christus. Sequitur, Iſgere enī debes vtrunq̄, qd̄ de se dixit Christ⁹ & qd̄ de Christo Petr⁹. Quid de se Christus? Quē me hoīs dicunt filiū hoīs esse? Quid de Christo Petr⁹? Tu es Christ⁹ filius dei vni. Vtrūq̄ cōiūge & venit Christ⁹ in carne. Hoc de se Christ⁹ qd̄ min⁹ est, hoc de Christo Petrus qd̄ mai⁹ est. Hæc August. AVCTOR. Plane definit Augustinus hic fidē ecclesię vt nūq̄ diuidam⁹ Christū si Christū q̄ram⁹ agnosce re. Iūge inq̄ hæc duo vel nō habes Christū. At cōtra Vitellē distinge inquit hæc duo & ad vtrunq̄ habes Christū. Et idē. AVGVSTINVS, vi. de Trinitate, cap. viii. Verbum, inq̄ cū patre quod simul deus est, caput est Christi quī Christus hō, nisi cū verbo quod caro factū intelligi nō possit. Hæc ille, AVCTOR. Ecce q̄ Christus non potest intelligi nisi sit hō cū verbo, qd̄ caro factū est: & quod tu de Augustino pducis cōtra Felicianū hæreticū, nō nisi cōtra te dicit testimoniū. AVGVSTINVS. Non alius homo corpus, inquit, alius animus: quis aliud corpus, aliud animus: vn⁹ tamen atq̄ idem homo corpus dicitur & animus: sic in mediatore dei & hoīm. Aliud dei filius, aliud hoīs filius, vnus tamē Iesus Christus ex vtroq̄ sit: aliud inquā pro discretionē substantiæ, nō alius pro vnitatē personæ. AVCTOR. Ecce q̄ vnus sit ex vtroq̄, qm̄ es auditurus q̄ vn⁹ Christus diuisim sit vterq̄ & vn⁹ homo corpus dicit & animus: qm̄ audies, distinctiue dici q̄ vnus atq̄ idē homo corp⁹ dicit vel animus: Certe nisi aliquū tale testimoniū duxeris, sine causa testes signasti iudicio. Sed testibus derelictis eo q̄ nō est conueniens producēti suū testimoniū, pgit ad acie rationū. VVITC. Humanitas, inquit, Christi est risibilis, ergo homo. Itē est indiuiduū substantiæ animarē & corporeę & hoīs, igit̄ est homo & animal. Er iā supra audisti Anselmū dicere hominē pro natura dici & hominē p persona. Nō inquit idem est hō & assumptus a verbo homo, idest Iesus, q̄ in hoīs noīe sola itelligit̄ natura & de hac paulo supra cū verbū caro factū est, naturā assumpsit, q̄ sola hominis noīe signatur. Et sequit̄, in assumpto vero homine vel in nomine Iesu intelligitur

cum natura, id est cū homine collectio pprieturatū que est eadem verbo & assumpto homini, ergo natura a verbo assumpta signata solo hoīs nomine nō est ille assumpt⁹ homo, id est Iesus qui est ex collectione proprietatū idē verbo, sed argumentaris. Nonne est indiuiduum hominis? Respōdeo q̄ sic: quia aliud est indiuiduū esse, aliud hypostasim vel personam: dicente Damasceno cap. lviii. sententiarum. DAMASCENVS. Idem est dicere naturā verbi & eam que indiuiduo est naturam. Neq̄ enim indiuiduū hypostasim proprie & solum ostendit: neq̄ cōmunem hypostasim sed cōmunitatē naturam in vna hypostasim consideratā & inuestigatā. Hæc Damascenus, AVCTOR. Placet ergo esse humanitatē Christi de se indiuiduū hoīs, non tamen vltima indiuiduatione, quia tūc esset persona eo q̄ vltimate indiuiduatē a pprietate personalis verbi: citra illā tamē indiuiduatē aliis proprietatibus incōplete, & in ordine ad illā & hanc vltimā dicit Anselmus semper esse personā hominis: nō aut̄ aliquā indiuiduationē priorē, & secundum illā dico cū Damasceno humanitatē Christi distinctā a Christo, indiuiduū hominis esse non aut̄ hypostasim, vel personā: quia tunc in vnitatē non cederet psonę verbi: sed Christus esset biceps mōstrū & bina persona. Er tūc quēro a meipso aliqd̄ magis. Si est ergo indiuiduū hoīs & per hoc homo, sicut iam dixit Anselmus. Nonne idē homo an alius a Christo: si idem homo, habetur propositū q̄ Christus est sua humanitas: si alius homo, Christ⁹ est duo homines, vel i persona eius sunt duo homines. Sed mihi videtur taliter sophisticanti a vero theologo respondendū q̄ Christi humanitas non sit alius homo a Christo: quia tunc esset alia psona hominis dicente Augustino iā supra. Aliud p discretionē substantiæ: nō alius p vnitatē personę: est ergo aliud & aliud itrali tiue, sed non alius homo. Sic & de animali & de corpore est dicēdum. Est enim corpus vel caro altera pars compositi quæ non est tota cōposito est caro vel corpus dictū totū compositum ratione suę speciei in genere substantiæ: & tale corpus est Christus talisq̄ caro: nūq̄ aut̄ inuenies q̄ sit sua caro partialis nisi per synecdochen: sic nec humanitas sua partialis, nisi per synecdochen potuit esse Christus, quæ vtiq̄ humanitas secundum suum modū dicta est homo, secundū August. Homil. lxxv. sup Ioannē, de quo dicit AVGV. Videbat eū plane mundus carnis oculis in

carne cōspicū, non aut̄ videbat qd̄ in carne verbum latebat. Videbat hominem non videbat deum. Videbat indumentum non videbat indutum, Hæc ille. AVCTOR. Vbi semper inferitur illud indumentum hominis, id est humanitatē nō fuisse deū indutū, & p hoc idē verbū Augustini satisfacit aliis tuis infantilibus argumentis, vbi supra cap. x. Sic dicis eo q̄ eadē numero est quantitas & qualitas & motus & statio Christi & humanitatis eius: ergo humanitas Christi est Christ⁹. Itē humanitas Christi creuit a puerili quātitate vsq̄ ad senilem ergo augmentabatur, & hoc non est nisi suppositi ergo est homo: & per hoc homo esset digitus suus quia creuit cum ipso a pueritia sua vsq̄ ad senium, & sic Christus fuisse tunica sua inconfutillis, si verum prodāt historię q̄ extendebatur cū corpore eius continue a pueritia eius vsq̄ ad lignum crucis. Vere magis distat deus verbum ab humanitate sua, q̄ humanitas eius distabat a tunica vel a digito eius. Christus tamē secundū humanitatē suā non erat tunica nec digitus, quīs multis accidentibus vniococabatur, quia eadem quandolitate, eadem distantia a polis, eadem continentia primi cæli, eiusdem matris partu vel actū & similibus. Sed ista sic lusimus: in rei veritate autē eidē accidentibus denominantur corpus altera pars compositi & totum compositum. Ego enim non alio vado gressu q̄ corpus meum altera pars mei distincta cōtra animā: similiter nos comedim⁹ & nutrimur: simili genitura in orbem processimus: similem procellam patitur domus & tectum: & idē sonus immutat singulas aures nostras: nec tamē auris mea est tua, nec domus est tectum, nec ego sum corpus meum distinctū extra animam, Sed nec Christus est sua humanitas distincta contra verbum. Vel proba mihi q̄ ipsa securis est artifex quia eodem actū simplici dolant lignum: & ego concedā tibi Christum esse naturam assumptam, quia in factis suis pariter incedebat. Audisti ne Aristotelem dicere animā non intelligere nisi sicut edificare vel texere? Certe anima non intelligit sicut nec textit vel edificat sed suppositū: quid ergo facit qd̄ alibi argumentaris in eodem cap. decimo. Quicunq̄ duobus natæ sunt inesse denominationes & vni non nisi per reliquum, tūc illi reliquo primo inest denominatio illa: cum ergo prius prædicauit & cæteros humanos actus fecit illa humanitas quam Christus, sequitur q̄ humanitas primo fecit actus hu-

manos quod Christus. Ecce iam monstrat se patenter sentire esse unum de tripertentibus Christum, de quibus loquebatur Hilarius in principio capituli. Sed audi quid iterato respondeat recitans illud Apostoli: non enim iudicauit me scire quicquam in vobis nisi Christum Iesum & hunc crucifixum, HILARIUS. Aliud inquit Apostolus non scit, neque aliud scire se iudicauit: nos autem infirmi ingenii & infirmioris fidei Christum Iesum scidimus, diuidimus duplicamus arbitri mysteriorum, & occulti sacramenti calumniatores. Alius enim nobis est Christus crucifixus, alius dei sapientia, alius sepultus, alius ad inferna descendens, alius filius hominis, alius filius dei: haec Hilarius. AVCTOR. Certe alii praedicas humanitatem Christum & alium Christum. Si Christus non ita prius ambulauit vel esurii, sicut eius humanitas. Multo melius dixisti supra cap. ix. quod non humanitas sed Christus ambulauit, secundum humanitatem esurii, creuit in virtute perfectum, secundum deitatem suscitauit seipsum, Panes multiplicauit, Lazarum resuscitauit & similia: non haec deitas, haec humanitas, sed Christus utrumque secundum alterum praedictorum, vnde DAMASCE, cap. xvi. Operatur Christus secundum utrumque ipsius naturam & operatur utrumque natura in ipso cum alterius communicatione, verbo quidem operante quae sunt verbi, propter auctoritatem & potestatem deitatis quae cum sunt principalia & regalia: corpore autem perficiente quae sunt corporis ad voluntatem uniti ipsius verbi: cuius & factum est proprium. Haec ille. AVCTOR. Christum dicit operantem utrumque in ratione agentis suppositi, utrumque quoque naturam in ratione formalis principii: a quo longe distas qui per humanitatis actum probas ipsum esse suppositum. Vnde AVGVSTINVS de verbis domini sermone, lix. Licet unam personam in Christo credamus, duas tamen substantias, id est naturas esse fatemur, deitatis & humanitatis, assumptricis & assumptae, creatricis & create. Et infra, In tantum haec duae naturae sibi in unitate sunt atque cohaerent, ut unus atque idem Christus deus & homo, aliquando res ut agat aut loquatur humanitas, aliquando vero diuinitas, sicut est illud quod dormiuit in nativitate, & quod imperauit ventis & mari: aut quod esurierit, & quod quinque milia hominum de quinque panibus & duobus piscibus saturauit: postremo quod moritur, quod Lazarum quadriduanum auctoritate diuina iubet a mortuis reuocari. Haec ille. AVCTOR. Ecce non humanitas

Christi communes actus personales exercuit, sed Christus in humanitate, vel corporaliter inhabitans & incorporata diuinitas. Argumentaris iterum, Si Christus aliquid est post incarnationem quod ante non fuit, quid aliud quam humanitas? Possit dici si esse hominem sit Christo esse aliquid: quod post incarnationem est homo, quod ante non fuit. Sed magis consonanter iuxta logicam Augustini non est aliud post incarnationem, sed alius, vel aliter se habens: quia persona hominis simul & dei aliud quidem & aliud copulatum propter naturas, vnus tamen in persona. Vnde in Enchiridio cap. xxix. AVGVSTINVS, Vtrumque inquit, substantia diuina simul & humana filius est vnicus dei patris, de quo procedit spiritus sanctus: vtrumque vnus, sed aliud propter verbum & aliud propter hominem. Haec Augustinus. AVCTOR. Adhuc argumentaris, VVITCLEFF. Nec de iudicio nec de iustitia Christus fuit ab aeterno: & inde deitas erat qua & temporalis erat & est: quare non humanitas quia deitas rationem subsistendi largitur ad hominem, non autem humanitas deitati. AVCTOR. Ecce albus homo est homo propter humanitatem, non tamen sic est albedo propter albedinem, sed albus tamen. Expergiscere ergo aliquando de somno erroris tui, cui toto conatu libenter incumbis, Christus ab aeterno fuit deus, sed temporaliter fuit Christus Iesus: non enim sine concordia diuinitatis in assumpto homine, deitas fuit Christus, multo magis humanitas nisi cum deo coniunctum fiet vnus Christus: & ratio est. Christus enim non est nisi christumate vnctus: nec est vnctus sine vnctuente, nec vnctuente sine vncto: connexionem enim perpetuam ex utroque praedicat mihi Christus. Nec est ergo humanitas vnita verus Christus, sed nec deitas humanitate sublata. Vnde DAMASCENVS, libro sententiarum cap. lxxi. Non ut quidam mentiantur ante eam quae facta est ex virgine incarnationem intellectus vnitus est deo verbo, & ex tunc vocatus est Christus. Hoc enim est Origenis deliramentum inconueniens praesentiam animarum dogmatizantis. Nos autem Christum & factum esse & vocatum esse aimus filium, & verbum dei ex quo in ventre sanctae semper virginis habitauit, & caro inuertibiliter factum est, & vnita est caro deitati. Vnitio enim ipsa est deitas, ut ait theologus Gregorius, sed sacratissimus Alexandrinorum episcopus Cyrillus ad imperatorem Theodosium scribens haec dicit,

Oportere enim ego quidem aio: neque quod ex deo est verbum sine humanitate, neque vtrumque qui ex muliere est, natum hominem non vnitum verbo Christum Iesum nominari. Humanitatem enim & secundum vnionem dispensatam etiam ineffabiliter coniunctum, quod ex deo est verbum intelligitur Christus. Et sequitur. Quando enim factum est caro verbum, tunc & nominatum esse dicimus Iesum Christum. Et ibi post inducit Athanasium dicentem, quando deus factus est homo hoc nomen Christus per carnem inducitur. Haec ille. AVCTOR. Semper ecce clamant doctores solum verbum humanitati vnitum esse Christum, vel semel inducas aliquid quem dicentem humanitatem vnita verbo esse se Christum. Non habes aliud ergo quam debile fundamentum dicere Christum esse creaturam: quia sit humanitas eius creata natura: nec Hieronymus quem tu tibi attraxisti illam causam tibi testatus est, sed propter communicationem & incidentiam proprietatum vtriusque naturae, vnde ratio potest hoc donare, quod cui insunt proprietates debet inesse subiectum: quia ergo passio, mors, crucifixio, vulnus, fames, sitis, & vigilia, risibilitas, & huiusmodi passiones creatae insuerunt Christo: creatum esse quod est primum fundamentum necessarium omnium talium necessario debebat inesse: quod qui hoc modo sobrie dederit a recta fide non exorbitat: maxime si instet necessitas haec dicendi propter hereticorum proteruitiam: in quo casu tunc cum haec dixit fuit Hieronymus, dicentibus quibusdam Christum non esse dei sapientiam, quam secundum Salomonem creauit dominus in initio viarum suarum: sed hanc dixerunt sapientiam huius mundi: vnde audiendus est in verbis. HIERONYMUS. Quia semel ad nomen creaturae venimus, & sapientia in prouerbis Salomonis dicit, Dominus creauit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret, &c. Multi quoque timore concussi ne Christum creaturam dicere compellatur totum Christi mysterium negant, ut dicant non Christum in hac sapientia, sed mundi sapientiam significari: nos libere proclamamus non esse periculum eum dicere creaturam, quem verum & hominem & crucifixum tota speciei nostrae fidenter possidemus. Haec ille in commentis, super epistolam ad Ephesios, lib. i. super textum. Ipse enim sumus factura creati in Christo Iesu. AVCTOR. Ecce pro palauit se Hieronymus quomodo diceret Christum creaturam, sicut verum mem, inquit, hominem, & crucifixum: non dixit adhuc passiones istas esse Christum ut Christi

stus esset creatura quia crucifixio sua erat ut vermis natura, sed nec hoc tecum dixit quod humanitas sua erat: sed homo & crucifixus & vermis.

CHRISTVS NON ERAT HOMO in triduo excepta figura loquendi: fuit ramus Christus in triduo: & respondetur ad argumeta.

Caput XLIII.



In his & aliis principii fidei non sequitur Christum fuisse hominem in triduo, excepta figura loquendi. Nam quod propter synechocchen loquendi grammatice volebat Vvitleff, fabricare sibi de sola carne Christi sepulta totum & verum hominem, hoc fecit inopia loquendi non scripturae necessitate. Et ponitur pro fundamento: quia quod est tale per participationem cum aliquo, remoto eo non est tale: sicut quia aer est lucidus per participationem cum luce, ideo amota luce aer non est lucidus: sed corpus est solum per participationem spiritus rationalis, homo: amoto ergo spiritu illo per sepulturam & mortem caro illa non est homo. Veritas minoris si qua tibi sit est tua in Trialogo, sicut iam supra dictum est, de compositione hominis. Sed ideo dicit Augustinus oportere necessario mixturam esse animae & corporis ut esset persona hominis. Vnde epistola ad Volusianum sic dicit. AVGVST. Quidam reddi rationem sibi flagitant quomodo ergo deus homini permixtus sit, ut vna fieret persona Christi, cum hoc semel fieri oporteat: sed quae ratione reddet ipsi de re quae quotidie fit quomodo miscetur anima corpori ut vna persona fiat hominis? Nam sicut in vnitate personae anima vnitur corpori, ut homo sit: ita in vnitate personae deus vnitur homini ut Christus sit. Haec Augustinus ibidem. AVCTOR. Iuxta hoc fundamentum Augustini dicit ecclesia mixturam & copulationem naturarum esse necessariam in utroque, humanitatis scilicet cum deitate, ut Christus sit, animae rationalis cum carne ut homo sit. Sed instat Vvitleff. Nunquid Christus pro sancto triduo fuit verus Christus? immo verus Christus. Igitur dicit, fuit deus & homo pro sancto triduo coniunctum, & ultra ergo anima rationalis & caro coniunctum erat ille homo pro illo triduo: & sic Christus non fuit vere mortuus, quia anima non distabat a carne. Iam supra dixit Anselmum hominem

dupliciter accipi pro natura & pro persona. Dicitur ergo salua fide tā in homine pro natura accepto, coniunctionē animę & corporis requisitā, q̄ in homine pro persona: sed in natura hominis sufficit q̄ vniantur in denominabili tertio & sic in sancto triduo anima vni ta erat verbo, & caro conformiter: & per hoc erant deus & homo, id est humanitas, vnus Christus: non autem erant tunc vna persona hominis, quia ibi requiritur actior & immediatior vnio, animę scilicet & carnis inter se tanq̄ formę vltimę & materię proximę: & in ista actissima vnione animę & carnis in persona hominis surgit communicatio proprietatū vtriusq̄ partis vnionis quasi in vnum angulum communis incidentiæ. Vnde AVGVSTINVS in dialogo ad Feliciā nūm, Sicut ex anima & corpore vnusquisq̄ hominum docetur esse perfectus, nō alius homo corpus, alius animus: quantum aliud corpus aliud animus, vnus tamen atq̄ idem homo corpus dicitur & animus: quia ex vtroq̄ homo perfectus est. Non enī aut substantias cōfundit in vnitate personę aut personas geminat diuersitate substantiæ, quando ex his quidam homo noscitur extitisse non perdūt propria: sed quia in vnum atq̄ inseparabiliter conuenerunt, ex propriis videntur facta communia. Afficitur in corpore mens, doloribus corporis fatigatur corpus cogitationibus mentis: & vnum enim horum proprium est corporis, alterum mētis: quod autem vni homini accidit & corporis videtur esse commune & mētis. Hęc Augustinus, AVCT. Ecce vbi cūq̄ Augustino occurrit de constitutione Christi & hominis partes dicit debere vni ad hoc vt alter utrum tale fiat: miror si veritas tecum sit quare nunq̄ veritatem tuam scripserit Augustinus, q̄ scilicet humanitas diuinitati accepta sit Christus, & spiritus immortalis singillatim: & caro sit homo verus. Arguit iterū VVICLEFF. demonstratiue ducendo ad inconueniēs cap. iiii. Si Christus desit esse homo pro sancto triduo, & in resurrectione iterum fuit homo, igitur bis factus est homo. AVCTOR. Nō displicet qd̄ concludis: & quomodo aliter iuxta fidē apostolicam fuisse Christum primitiā dormientium si nō sicut & ceteri dormiuerunt vsq̄ ad non hominem? Ceteri enim homines corrumpuntur secundum hominem, & resurgunt finaliter incorrupti. Ideo bene dixit Augustinus de Trinitate vt supra diximus, q̄ anima Apostoli in cælo, vel corpus eius in tumulo

non homo sunt vel in specie hominis, sed hominis sunt, scilicet partes hominis. Cōformiter ergo dormiuit Christus cū fratribus suis vsq̄ ad nō hominem inclusiue, ita scilicet vt nec spiritus eius nec caro homo essent sed hominis & Christi partes: corpus enim Christi est qd̄ iacer in tumulo, & anima Christi quę spolia fecerat in inferno, manus eius & pedes eius & cetera membra in tumulo eadem forma corporis cadauer informās quod informauit reponēs in specie corporis quādo fuit viuum: præter hoc quod tunc fuit completa, non de se sed per additionem superueniētis animę immortalis: iam autem complet corpus ex se ipsa quemadmodū supra dixi de p̄cto intrinseco lineę post sectę, ideo de identitate corporis Christi viui & mortui: quid inquit Augustinus, potentius, quā refurgere a mortuis, & in cœlum cum ipsa carne in qua est occisus ascendere, xliiii. de Trinitate, cap. xxxi. Nec fugiat aliquis causando carnis similitudinem vbi Augustinus cum ecclesia idēprietatem denunciat. Nec est inconueniēs quod adducis, bis scilicet hominem assumptum si saltem intelligas in vnitate personę Christi bis vnionem Christi corporis ad aiām celebrari. Sic enī dicit magn⁹ ATHANASIVS. Maledictum esse qui totum hominem quem assumpsit dei filius denuo assumptum tertia die a mortuis resurrexisse nō cōfiteretur. Hęc ille, AVCTOR. Denuo assumptum, id est assumpti hominis animę denuo corpori copulatam, hic est enim verus homo & non aliunde nisi ex corporis cum anima cōiunctione completus, & dicit VVICLEFF. Sic intelligit Augustinus totum hominem ex corpore & anima compositum, Et quando dicit corpus non esse hominem, vel animam intelligit non esse perfectum hominem & completum ex corpore & anima compositū, cap. ii. de incarnatione. Et sic male fateris te & false dixisse in Dialogo. Q̄ spiritus hominis immortalis est per se & complete homo. Quia iam Augustinum glossas non esse hominem completum sine corpore. Sed & si hic adhuc recte iā philosophis nescio nisi q̄ hucusq̄ inauditum est substantiā in natura sua suscipere magis aut minus. Quid ad tantum infatuarius: vt contra omnem auctoritatem velis hominem dicere secundum naturam & hypostasim hominis magis completum & minus completum: Minus completum in spiritu rationali vel in parte qualitatiua hominis: magis completum autem in vnione earum.

Omnis philosophia theologorum præcedentium dixit aut statim esse hominem in esse suo completissimo aut non esse hominem. Species sūt sicut numeri dicit Aristoteles in indiuisibili sunt perfectæ: tolle trinario vnitatem non est ternarius: adde vnitatem non erit ternarius: ternarius ergo in partes diuisibilis, secundum speciem sui numeri indiuisibilis est omnino: ita certe est species hominis ex animali & rationali cōiunctim, vt si vni torum aliquem soluas vel auferas vnionem: non erit homo cōpletus nec incompletus: secundū q̄ disputat Augustinus venando definitionem hominis secundum superfluum, diminutum & essenziale in libro de quãtitate animę. Et bene dixi q̄ animal & rationale non perficiunt hominem nisi addatur q̄ sint vnita. Sicut tres dualitates quacunque non sūt sex. Et Aristot. dicit ex Metaph. Ter tria non sunt nouem sed nouē sunt nouem, scilicet nouem vnitates, cū forma copulandi. Sic vtiq̄ simul coniunctæ anima rationalis & caro vnus est homo: non dicit Athanasius sunt cum VVICLEFF. & ita deus & homo vnus est Christus: nō sunt vnus Christus. Tolle ergo vnionem corporis ad spiritum immortalem & tulisti hominē. Tolle & Christo & iam nec Christ⁹ est homo. Quid ergo causaris Christum in triduo fuisse verū hominem qui tūc verū animal nō fuit nec corpus iam extinctū prius per animam viuificatū est quomodolibet sensitivum. Scio Christum dixisse in cruce, Deus meus vt quid dereliquisti me quem texite præter illos qui tractant eum allegorice de corpore ecclesię, quidam doctores exponunt ad literam de deo verbo & assumptio homine. Vnde HIERONYMVS super illū textum Marc. Verba, inquit, propria filii hominis. & super Matth. libro vltimo, Non mireris verborū humilitatem & querimonias derelicti, cum formam serui sciens, scādalum crucis videas. Hęc Hiero. AVCT. Secundum quę dicta diuinitas Christi relinquit filium hominis, dereliquit formā serui. Et AMBROSIVS lib. vlti. super Lucā: tractās eundē textū, Deus meus, deus meus vt quid me dereliquisti? Ergo inquit nec ego erubescā fateri quod Christus non erubuit voce magna profiteri: clamauit homo diuinitatis separatione moriturus, nam cum diuinitas mortis libera sit vtiq̄ mors esse non poterit nisi vita discederet: quia vita diuinitas est. Hęc ille, AVCT. Quero iam quid dereliquit. Diuinitas negans vitam: filium hominis dicit Hieronymus: &

clamauit homo diuinitatis separatione moriturus dicit Ambrosius hominem ergo & filium hominis deseruit in sancto triduo: deus verbū: quō tu dicis q̄ nō dereliquit, quia tūc homo erat quē hominē deseruit deus verbū, nunq̄ carnē hominē: non quia tūc caro Christus, & in carne Christus fuit in sepulchro. Nunquid animā hominē: nō, quia tūc anima Christus & secundū animā Christus fuit in inferno. Aut humanitatē hominē, id est hoīs naturā: certe non, quia humanitatē semel acceptā nunq̄ deseruit gratus deus. Sed assumptum hominē & hominis personā: tunc diuinitas dereliquit quę per separationē spiritus a carne & toti⁹ a supposito verbū & i se vna, & deo desinit veri hominis esse persona. Deus ergo tunc separatus erat ab homine secundū Ambrosiū qui homo in persona desinit esse. Quod interim cōfirmant verba Christi dicta per Prophetā pro tempore mortis in sancto triduo, Ego sum vermis & nō homo. Vbi p̄ nomen primę personę quod de ratione suā: certā semper significat personam negata homini, demonstrat Christū veri hominis tunc nō habere personā. Christus tamē tunc fuit Christus in persona quia in duabus naturis dei & hominis substitit verbi persona: & ista persona Christi tunc in anima spoliavit infernū, non anima p̄ se, vt tu argumētaris. Et Christus in corpore prius vnctus postea mortuus iacebat in sepulchro, & tandem Christus resurrexit tertia die spiritum corpori alligās, iā secundū personā hoīs denuo factus homo.

Q̄ HUMANITAS CHRISTI SEPARATA nō est adoranda latria: & qualiter verbū potuisset assumptū esse aliam naturā.

Caput XLIII.



Resumit incessatē mēs mea, H & me nō aduertēte vigilāter psallit illud Athanasii. Sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita de⁹ & homo vn⁹ est Christus. Hęc cōcorditer p̄ omēs doctores ecclesię Iesu Christi est & totius incarnationis processus epilogus, hoc cōtra omnes hereses est decretū cōpedit. Dicamus igitur q̄ sicut anima rōnalis & caro vnus est homo, ita deus & hō vn⁹ est Christus. Vere orthodoxis patrib⁹ adiectis nō est q̄ cōiunctionē istā bispiritā conatē effringere: imo ipse a sanctis distigū ḡq̄s cōiunctionē in disunctionē vertere nō veret. Et q̄ nō aliū Christū & aliū & sic duos Christos, aliud

tamen Christum, & aliud: & Christum simplicem in duplicem contra sanctorum patrum canones paralogizat. Vnde magnus Cyrillus & totum concilium Ephesinum in epist. symbolica ad Nestorium haereticum, quae incipit, Cum saluator noster, CYRILLVS. Non enim est duplex vnus Christus & solus, quia ex duabus diuersis rebus ad vnitatem cognoscitur indiuiduam conuenisse, sicut homo quoque ex anima confans & corpore non duplex sed potius vnus est ex vtroque. Haec ibi, AVCTOR. Sed forsitan quaeritur vnde hoc mihi occurrit in dictis eius, vbi dicit sine figura loquendi carnem solam verum Christum & verum hominem. Nam si caro sola a carne distincta est verus homo: sed sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita deus & homo vnus est Christus: ergo si de potentia maiestatis humanitas Christi esset a verbo distincta: humanitas illa esset adhuc verus Christus, & tunc non esset verus deus: esset ergo Christus alius & aequiuocus Christo nostro, qui deus est & homo. Quicquid ad casum dixeris non potest habere calumniam, immo in scriptis tuis confirmationem praualidam: vbi dicit in cap. x. Quod si per impossibile humanitas Christi foret dimissa propria personalitate conuersans nobiscum vt proximus, diligeret eum vt saluatorem & redemptorem tuum, adorare eum latra, sicut prius: quia nulli alteri hominum a deo poteris obligari. Si ergo ille esset saluator & redemptor tuus, iam dimissus iam esset Christus. Nullus enim alius a Christo foret redemptor tuus: quod si digne adoras eum latra esset deus tuus. Sicque pure creatura esset tibi Christus & verus deus. Procul absit illa logica ab ecclesia sancta dei quae est mere idolatriae tam affinis. Sed audiendus est Augustinus qui carnem Christi dicit scabellum pedum pedum Christi: & quanuis iam vnita non tamen nisi propter deitatem cui adiungitur aliquatenus adoranda: quia caro & humanitas illa in se nihil prodest dicit: sed spiritus deitatis praedictis eidem, tractans enim AVGVSTINVS huc versiculum, Psalm. lxxviii. Adorate scabellum pedum eius &c. Videre, inquit, fratres quid nos iubeat adorare, in alio loco scriptura dicit, Caelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum: ergo terram nos iubet adorare, quia dixit alio loco, Quid sit scabellum pedum dei, & quomodo adorabimus terram cum dicat aperte scriptura, Dominum deum tuum adorabis, & hic dicit, adorate sca-

bellum pedum eius! Exponens autem mihi quid sit scabellum pedum eius, dicit, Terra est scabellum pedum meorum, anceps factus sum. Timeo adorare terram, ne damnet me qui fecit caelum & terram. Rursus, Timeo non adorare scabellum domini mei pedum: quia Psalm. mihi dicit, Adorate scabellum pedum eius. Quaeo quid sit scabellum pedum eius. Et dicit mihi scriptura, Terra est scabellum pedum meorum. Fluctuans, conuerto me ad Christum quia ipsum quaeo hic & inuenio, quomodo sine impietate adoretur terra, sine impietate adoretur scabellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram, & de carne Mariae carnem accepit. Sequitur, Nunquid autem caro viuificat? Ipse dominus dixit cum ipse de commendatione eiusdem terrae loqueretur, Spiritus enim est qui viuificat: caro autem nihil prodest. Ideo & ad terram quam libet cum te inclinas atque prosternis non quasi terram intuearis, sed illum sanctum cuius scabellum pedum est quod adoras: propter enim ipsum adoras. Ideo & hic subiecit, Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Quis sanctus est? In cuius honore adoras scabellum pedum eius, & cum adoras illud, ne cogitatione maneat in carne. Haec Augustinus, AVCTOR. Iam Vitaleff, prohibete Augustino in carne Christi cogitatione maneat: quando illam iam actu per casum suum a verbi persona suspendit & sic adorat etiam adoratione illa qua scriptura dicit, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias, & ideo Augustinus timet adorare terram illam nisi dum sit scabellum pedum domini, ne damnet eum qui fecit caelum & terram. Sed in hac ergo positione qua nudam Christi carnem adoratione latrae se Vitaleff, adorare promittit: quid aliud quam sectatorum Pauli Samosatani, & Fotini haereticorum se spondet esse possibile. Augustinus enim palam ista determinans de verbis domini sermone, lxx. super hunc textum, Non turbetur cor vestrum. Inducit Arrianos interrogantes eum, AVGVSTINVS. Illi, inquit, replicabunt & dicent, quid est quod carnem eius quam creaturam esse non negas simul cum diuinitate adoras: atque ei non minus quam diuinitate deferuis. Ego dominicam carnem, immo perfectam in Christo humanitatem propterea adoro quod a diuinitate suscepta atque deitatem vnita est, vt non alium atque alium sed vnum eundemque dominum & hominem dei filium esse confitear. Denique si hominem separaueris a deo

vt Fotinus vel Paulus Samosatenus, illi ego nunquam credo nec seruius, velut si quis vestrum aut purpuram aut diademata regalia faciens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? Cum vero ea rex fuerit indutus periculum mortis incurrit si ea simul cum rege adorare quis contempserit. Ita & in Christo domino humanitatem non solum aut nudam sed diuinitati vnitam, vnum dei filium deum verum & hominem verum si quis adorare contempserit, aeternae mortis poenam incurrit. Haec Augustinus, AVCTOR. Hic casus tuus in nudis terminis tuis damnatur. Tu dicis si humanitas Christi dimitteretur tibi, adores eam latra. Augustinus dicit nec crederet, nec seruiret: humanitatem vero non nudam aut solum sed diuinitati suae vnitam, quisquis Christianus est, sub poena mortis adorat. Quasi consimile habet Damascenus in sententis cap. lxxviii. DAMASCEN. Timeo, inquit, tangere carbonem propter ignem ita vt concorditer ad doctores omnes catholicos adorandam non fenderit humanitatem Christi nisi Christo dei verbo vnitam in superposito, & vnica veneratione vt nunque tunc adorant deum & hominem. Vnde & CYRILLVS in epistola symbolica ad Nestorium. Vnicus intelligitur Christus Iesus filius dei vnigenitus vna seruitute cum propria carne venerandus. Haec ibi, AVCTOR. Iste ergo error vnde tibi alius irrepit, succellit quod humanitatem Christi realiter verbo absolutam adores adoratione, & cultu diuino nisi quod adhuc Christum crederes puram creaturam simpliciter separatam consequenter dicens hoc, Sicut corpus ab anima separatum verum hominem damnabili opinione confirmas. Hoc enim est humanitas in Christo deo quod est corpus in homine: & quantum in hoc toto nil distat ab idolatra: nunc enim & olim Ecclesia desinuit idolatram illum esse qui cultu diuino adoratur simpliciter creaturam. Alia quaedam documenta circa humanitatem recenter inducit & doctoralibus casibus responsa noua & satis peregrina supponit. Vbi enim quaeri solebat antiquitus vtrum Christus aliunde potuit vel aliam humanam naturam quam illam quam assumpsit sibi vnire, ipse celeri pede negationis omnes difficultates eius excussit dicens casum impossibilem & dei verbum humanitati isti tam fortiter colligauit vt putetur posse dici de eo quod alligauit regem caeli in compedibus & nobiles Christi

partes scilicet corpus & animam in manicis ferreis. Vnde dicit capitulo sexto de incarnatione, VVICLEFF. Secundo sequitur quod nullam humanitatem aliam verbum potuit hypostatice assumpsisse quod patet quia aliter Christus potuit fuisse alius homo, & per consequens alia persona: consequens est impossibile ergo & antecedens, AVCTOR. Sed beatus Augustinus qui melius nouit quam Vitaleff, quomodo diuina sapientia per omnipotentiam suam attingit a sese usque ad finem fortiter, habens scilicet vtrosque fines contradictionis puta illam suscipere & illam non suscipere, intra metas propriae libertatis non dubitat quoquomodo de possibilitate casus. Vnde decimotertio de Trinitate, cap. xxxviii. de paruis, AVGVSTINVS. Poterat enim vtrique deus hominem aliunde suscipere, in quo esset dei mediator & hominum: non de genere illius Adam qui peccato suo genus obliuiscit humanitatem, sicut ipsum quem primum creauit, non de genere creauit alicuius: poterat ergo vel sic vel alio quo vellet modo creare vnum alium de quo vinceretur victor prioris: sed melius iudicauit & de ipso quod vinctum fuerat genere assumere hominem deus. Haec Augustinus, AVCTOR. Ecce quod tu dicit, deus non potuit, Augustinus affirmat quod potuit & contra rationem tuam etiam aliam & aliunde assumens naturam hominis potuit fuisse alius homo, quia aliam naturam singularem hominis alius proprietatibus circumseptam accipiens alius esset homo quis non alia persona: sed aliter persona hominis cum radice personalitatis nullo modo in natura susceptrice firmeretur. Quod si leui digito coneris amouere casum possibilem Augustini dicens vt soles, potuit deus si voluit. Certe hoc iterum tibi dico verbum: & si voluit non potuit hoc: si non potuit, tu ergo male dicit quod non potuit si verum est quod si vellet potuit. Offendit tamen Vitaleff, ecclesiam Iesu Christi quando defendit quod inani ter posuit & ipse hoc imputat ecclesiae suscitatos scilicet esse tales casus inaniter de humanatione Christi ad arbitrium voluntatis. Vnde in Dialogo capitulo vigesimo septimo, VVICLEFF. Omnes, inquit, tales casus inaniter positi, sunt simpliciter impossibiles: & ista sententia habet colorem ex dictis quod omne possibile est verum: & quod non oportet in deo seruare potentias infinitas formaliter loquedo quarum nulla praedit in actu: vt quod potest

assumere naturam tuam & alias infinitas. AVCTOR. Intelligit in hac ppositione sicut patet ex prolixo passu eiusdem capituli, quod casus positi de humanitatis Christi dimissione vel de assumptione alterius differentis. Naturæ sunt omnino impossibiles, eo quod non sunt veri: quia omne possibile est verum dicit: nec oportet in deo esse potentiam quæ non iam reducitur ad actum, & sic nescio videre quin ipse philosophus dixisset ante incarnationem Christi: quoniam fuit impossibile eum incarnari: quia non fuisset in eo potentia seruata ante actum: veruntamen quia dicit casus istos inanimiter introductos: ecclesia declarabit se sustinuisse hæreticos: quorum ut orthodoxi scholastici talia disputabant & non propria sponte talia induxerunt. Vnde Augustinus decimotertio de Trinitate, cap. xxii. de quibusdam talibus loquens qui induxerunt huiusmodi nouitates subriles quibus non debuerunt fideles esse pastores muti, dicente Apostolo, Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem, primæ Petri tertio dicit. AVGVSTINVS. Eos itaque qui dicunt, ita ne desuit deo modus alius quo liberaret homines a miseria mortalitatis huius ut vnigenitum filium deum sibi coæternum hominem fieri vellet induendo animam & carnem mortalemque factum mortem perpeti: parum est sic refellere, ut istum modum quo nos per mediatorem dei & hominum, hominem Iesum Christum deus liberare dignatur: asseramus bonum & diuinæ congruum dignitati, verum & ut ostendamus alium modum possibilem deo non desuisse, cuius potestati cuncta æqualiter subiacent: sed sanæ nostræ miseriæ cõuenientioremodum alium non fuisse nec esse oportuisse. Hæc Augustinus, AVCTOR. Ecce iam potest Vitcleff, videre qua via inducti fuerint in ecclesiam dei casus tales subtiles: quos tamen Augustinus dicit esse possibiles, & non solum Christi factum esse bonum & deo cõgruum: & quod ideo deus id elegit: sed quod & alius modus ipsi non desuit faciendi possibilis: & subdit rationem. Cuius potestati, inquit, æqualiter subiacent vtraque scilicet contradictoriorum extrema, ut supra diximus. Quod autem parumpendit possibilitatem dimissionis humanitatis Christi, non multum existimo ponderandum: maxime cum ratio eius præpotens careat potestate. Tunc, inquit, optima creatura puniret maxima poena sine suis demeritis: & nos ex fide scimus

humanitatem Christi optimam creaturam: & quamuis in similitudinem peccati factam sine tamen omni peccato progeneram: & ipsam ipsumque Christum agnum sine macula nouimus poenas acerbissimas quas nunquam ipse cõmeruit esse passum, sed peccata nostra ipse portauit: & beata dei genitrix mater eius sine omni crimine suo passa est transitum gladii per animam suam: quia hoc grata fecit sententia Christi ut alter alterius onera portaremus, ita ut nullo dimisso foramine vacui adimpleremus intra ecclesiam legem Christi. Alias difficultates complures iste Vitcleff, excitat: quas vel in nube sua dimittit vel amplius difficultat. Quibus omnibus intemptare scripturas: credo esset incidere in manus sapientis consulētis, Non litigare cum homine linguato: & non struere in ignem illius ligna. Ecclesiastici, viii.

Finis libri primi.

PROLOGVS EIVSDEM IN SECVNDUM LIBRUM QUI EST DE CORPore Christi, quod est Ecclesia, & de membris eius variis. AVCTOR.



Ves Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Matth. decimosexto. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris æterni, quando migraturus a seculo sicut Ioannem carum suum gloriose matri virgini voluit commendare tutorem: Ita sponsæ suæ ecclesiæ fidißimū Petrum curatorem exhibuit. Bene duobus primis inter Apostolos duo prima subiungens pietatis officia illi matrem virginem, huic sponsam virginem deputauit in curam: gratus in vtrique Iesus Christus filius, atque sponsus. At ut vberiora viderentur gratitudinis fœdera & curatorum ad commendatitias suas iunctura cognatorum, tam secundum personam quam vocabulum seipsum transtulit in vtrunque. De primo dicens matri, Mulier ecce filius tuus: & accepit eam discipulus in suam. De secundo eidem principi, Tu es petrus, & super hanc petram &c. Petra autem erat Christi

stus: & matris filius erat Christus. Filius ergo Ioannes erat Christus: & petra Christus Petrus, Tu es, inquit, Petrus & super hanc petram, non super arenam fugacem & tremulam, sed super firmam petram, ædificabo ecclesiam meam: quæ cum venti hæreticorum perflauerint, & iruerint in domum illam non cadit: quia fundata est super firmam petram. Ambrosius de Petro dicit libro de incarnatione verbi. Sic est, inquit, Petrus qui respondit pro ceteris apostolis, immo pro ceteris, & ideo fundamentum dicitur: quia non uult non solum proprius sed & commune seruare. Huic astipulatus Christus, reuelauit, inquit, tibi pater: fides ergo est ecclesiæ fundamentum. Non enim de carne Petri sed de fide dictum est: quia portæ mortis ei non preualebunt. Hæc Ambrosius. Ita est quod portæ mortis fidei Petri præualere non possunt: flumina enim sunt sed Petrus fundatur in Petra: sed & hæreticorum ventium flauerint, blasphemando plus Petram solidant quam confundunt. Venti enim illorum per portas inferorum aspirant: sed portæ inferi non præualebunt. Hieronymus in Comment. Matt. xvi. libro suo secundo. Ego, inquit, portas inferi vitia reor atque peccata: vel certe hæreticorum doctrinas per quas illecti homines ducantur ad tartara. Hæc ille. O Christe Iesu quæ vnquam portas contigit inferorum & horrendæ doctrinæ Vitcleff, blasphemias non gustauit: quis sic draco flumina scandalorum post peccatam mulierem euomebat ecclesiam. Legite Christi sacerdotes qui mihi non creditis vos ipsi legite in libris eius, Antichristinos papas, pseudo cardinales, Cæsares clericos, pontifices & prælatos, filios diaboli, & diabolos incarnatos, diabolos laruatos, diabolos non domesticados in filios. Legite in libris Vitcleff, mendacia fratrum & necromantica monachorum. Legite ibi perulos clericos & laicos, armigeros, Luciferinos fraudes: & infestus diaboli glomerationes & fœdera, merdas & stercorea. Breuiter nusquam legis Gentilis, & Satrazeni, vel fabulantis Iudei, Talmud aut alicuius execrabilis scriptoris volumina cum tanta nausea, horrore vel cholera: quæ ideo quantum Christianæ benignitati repugnât quis fidelis ignorat? Sed ideo noui in petra domum tuam fundari domum Iesu ut patiens sit doloris. Et reuera quilibet fidelis & constans de domo tua dicit ad te. Dum anxietur cor meum in petra exaltasti me. Anxietas est manere constanter

in petra in ecclesia sed palea ventilata granum exaltatur cum gloria. Anxietatis autem nostræ & disputationis assidue pro Christi membris & ecclesia: capitula subsequenter præsumpti textus secundum verba ordine conseruato.

Primus articulus scilicet libri est de Petri episcopatu & eius eminentia inter Apostolos, cuius hæc sunt capita.

Cap. i. Petrus Apostolus fuit omnium Apostolorum princeps & caput ecclesiæ.

2. Quod omnes Apostoli erant honore & potestate pares, & tamen Petrus caput omnium auctoritatis potestate, & honore præcellens.

3. Ad rationes Vitcleff, de scripturis in quibus Paulum Petro non inferiorem redidit, Responso.

4. Quod Petrus præferri debeat Iacobo Hierosolymorum episcopo.

5. Petrus fuit vniversalis magister & caput ecclesiæ post Christum.

6. Petrus est fundamentum ecclesiæ post Christum, & petra super quam fundatur ecclesia: & primus Romæ episcopus fuit.

7. Petrus Romæ fuit, quo etiam tempore & quanto præsal Romanus.

Secundi articuli qui est de ecclesia in cõi, de qua est fides in symbolo. Capita.

8. Quid sit ecclesia catholica iam præfens.

9. Quod vniversi electi non sunt intra ecclesiam militantem, nec omnes reprobi extra eam.

10. Quod tres partes sunt militantis ecclesiæ catholicæ.

11. De mixtione & concursu membrorum maioris ecclesiæ.

12. De tribus ordinibus vel partibus tam cõmunis quam electorum ecclesiæ secundum diuisionem ministrantium.

13. Quod monachi & ceteri professi claustrales tenent in ecclesiis Christi statum continentium.

14. De diuisione operantium in ecclesia, per quam diuiduntur perfecti viri ab imperfectis.

15. Quod ecclesia Christi est vna & multiplex: & in ea variæ fidelium regulæ in vna regula Christiana.

16. De vera vnitatem corporis Christi & indiuisione ecclesiæ iam currentis.

17. Quod ecclesia nostra symbolica est ecclesia catholica.

18. Quod ecclesia symbolica est necessario Apostolica & vna.

19. Quod authoritate ecclesiæ symbolicæ sunt dubia omnia definienda.

20 Q^u auctoritas ecclesie symbolice fundatur ab antiquo: & q^u secundum ipsam taxatur numerus librorum scripturæ canonicæ.

21 Q^u auctoritas vniuersalis ecclesie subdita est auctoritati scripturarum tam noui q^u veteris testamenti.

22 Quod ecclesia sancta taxauit numeri articuloꝝ, nec potest creare nouum: & q^u veritas q^u sita fidei est reperienda quatuor viis.

23 Quod necesse est ad inueniendū veritatē fidei præter scripturas rimari dicta maiorū.

24 Quod citra scripturam canonicam & auctoritatē vniuersalis ecclesie dicta prælatorū & patrū ecclesie sūt reuerēter suscipienda.

25 Adeundē sunt concordēs sententię patrū & consuetæ expositiones ad cognoscendum fidem catholicam.

26 De auctoritate generalis cōcilii in ecclesia Christi.

Articuli tertii qui est de membris ecclesie Iesu Christi secundum professiones suas & officia seriatim. **Capita.**

27 De utilitate generalis concilii.

28 De membris ecclesie symbolice.

29 Q^u ex Petro post Christū tota successione fluxit ecclesia, quasi mēbrum de mēbro secundum Apostolum.

30 De regulari & publica successione summorum pōtifficum tam in lege veteri quā in noua.

31 De serie venerāda Romanorum antistitū succedentium sancto Petro.

32 Quod Romana sedes tenet primatum suū per omnes ecclesias.

33 Quod præminētia potestatis papalis est in Christi lege fundata, & non ex potestate Cæsarea diriuata.

34 De præminētia potestatis papæ iurisdictionaliter coactiuæ.

35 Q^u omnis Romanus papa rite ingrediens in potestatem & præminētiā ecclesie succedit cum Petro.

36 Quod papa fideliter appellatur sanctissimus pater.

37 Quod papa sit pater beatissimus.

38 De hoc nomine Papa, q^u non sit per Cæsarem introductum.

39 De electione papæ per cœtum introductum cardinalium.

40 Ad obiecta Vvitcleff. contra electionem papæ per cardinales. Responsio.

41 De sede papæ Romę constituta.

42 De præuilegijs papalibus & fundatione eorum.

43 Respōdetur ad expugnatores præuilegioꝝ papalium.

44 De obedientia Occidentalis ecclesie ad papam, & similiter Orientalis.

45 Quod obediētia orbis debetur simpliciter & vniuersaliter Romano pōtiffici: nec obstant schismatica interualla.

46 Qualiter Vvitcleuistę cum alijs hereticis ipudēter deobediūt monitis Romani pōtiffici ne iudicet in casu hereticę prauitatis.

47 Papa habet ab antiquo potestātē infringibilem ad determinādum fidei veritates, ad debellandū & cancellādum omnes falsitates hereticas.

48 De prærogatiua perpetuæ immunitatis Romanæ ecclesie in fide Christi, & ab omni contagione hæresis illibata.

49 Respondetur Papam non esse Antichristum propter quinque argumenta Vvitcleff.

50 Declaratur q^u papa non sit patulus Antichristus secundum quatuor proprietates Antichristi.

51 Respondetur ad argumēta, q^u oportet esse papam quīs per pēdiculariter Christus reſideat in cælo super omnes iustos.

52 Quod papa non sit Antichristus propter citationes suas ad sedem, vel propter patriam monium crucifixi.

53 Respondetur ad argumentum Vvitcleff. molientis probare non expedire esse papā, & q^u nō sequitur Petrum fuisse papam ex Christi verbis.

54 De cardinalibus Romanæ ecclesie.

55 De p̄sarchis, primatib⁹ & archiepiscopis.

56 De episcopis.

57 De necessitate episcoporū in Ecclesia dei ppter cōfirmatiōes, cōsecratiōes & ordines.

58 Quod a solis episcopis consecrari possunt episcopi, altaria vel basilicæ aut sacræ vestes aptæ, vel virgines benedici & deo dicari.

59 De benedictionibus episcopalibus.

60 Quod non omnino idē est episcopus cum inferiori sacerdote, sed sunt gradus distincti in eodem ordine.

61 De electione & institutione episcoporum vt sint digna membra corporis Christi.

62 De archidiaconis, officialibus & decanis.

63 De pastoribus secūdi ordinis & institutione eorum per ecclesias locorum.

64 Q^u liceat pastoribus locorum exigere decimas p censuras tanq̄ res dominicas nō suas & ad bonum & meritum populū decimatis.

65 Quod seculares decimas dent & offerant apud pastores delinquentes in ecclesia.

Q^u PETRVS APOSTOLVS fuit omnium apostolorū princeps & caput ecclesie, Articuli primi. Cap. I.



PEATISSIMI principis apostolorum Petri cū intercessione cōmunis ecclesie conemur laxare cathenas, & vice Christi capiti nostro vices reddamus secūdi hui⁹ libelli post Christū ipsi dedicātes exordiu. Hui⁹ nāq^u seculi Herodes Vvitcleff cū occidisset Iacobū, rotū scilicet cœtū paparū supplantatiū hæreses exurgētes, vidēs q^u placeret Iudæis, cōfessoribus sectæ suæ, p̄posuit apprehēdere & Petrū. Recte vero vt ficut primus Herodes tot occidit innocentes, vt tandē veniat ad Christū: ita secundus Herodes Iacobum percūtit, vt tandem vicarium Christi proscribat. Porro iam tertius Herodes Vvitcleff omnem cœtum paparum exterminat, vt tandē recta linea Petrum decollet: sed quid est decollat, si Petr⁹ illæsus currit a carcere: quia non vitat reatum, qui totum complet conatus. Sed quid interest si Petrum non decollet qui eum rationem capitis habere non finit, sed abnegat, & non Petrum solum, sed totam istam decollat ecclesiam? Q^u dicit hoc in libello suo de Christo & Antichristo cap. quinto. VVITCLEFF. Incipiendo a radice, supponendum est vt fides q^u Christus fuit caput istius ecclesie, vt saepe dicit Apostolus, sed de primatu apostolorū est apud modernos dissensio. Primo tñ videndū est vtrū fundari possit in fide scripture, q^u Christus fuit caput ecclesie, & videtur q^u nō. Decursis autem motiuis quæ soluentur in posterum, tã dem definiendo concludit, si ergo Augustinus timuit vocare Christum hominem deum, ex hoc q^u eius sensus non est patulus ex scriptura: quanto magis timendum est vocare Christianum aliquem caput ecclesie, ne forte blasphemetur in Christum, cū hoc nomen ex trinitatis consilio tanq̄ illi proprium est seruatum. Videtur autē modernos philosophos phisocaptos esse frontosos ex hæretica cœcitate: quia ponunt Petrum & papas generaliter (quorum quosdam verisimile est esse diabolos) esse caput

FINIS.

ecclesie totius militantis, immo precipie
do angelis esse caput ecclesie triumphan-
tis. Hec Vvitleff. AVCTOR. Audio istu
primo de primatu Petri vt videtur, agre
ferre, sed feruemus ordinē Christi & ex cō-
fessione eius primaria primatum Petri di-
scamus. Ego, inquit, dico tibi, quia tu es Pe-
trus: & quid hoc est ne aliquid magni pre-
cii esse Petrum, remunerasti ne dñe Iesu Pe-
trū cōstitentē nudo vocabulo te filii dei, &
primo omnīū apostolorū te totum sinceriter
proficientem, & existimant aliter oues
Petri oues singulæ gregis tui: scilicet vt
supra omnes coapostolos prim⁹ a petra pri-
matū teneat in cōgregatione q̄ prim⁹ fuit
in cognitione. AVGVSTINUS nāq̄ dicit in
de verbis dñi sermone xiii. Tu es inquit,
Petrus, & super hanc petrā quā confessus
es, super hanc petrā quā cognouisti dicēs,
Tu es Christ⁹ filius dei viui, adificabo ec-
clesiā meā, Sequitur. Ideo ergo Petrus a pe-
tra cognominatus beat⁹, ecclesie figuram
portans apostolatus principatū tenēs, cōti-
nuo post paululū, audito iam q̄ beat⁹ esset
iam audito q̄ Petr⁹ esset, iā audito q̄ supra
petrā adificat⁹ esset: Postq̄ audiuit futurā
dñi passionē expauit, Et bene infra. In illo
ergo vno apostolo, id est Petro i ordine apo-
stolorū primo & precipuo, i quo figurabat
ecclesia vtrūq̄ gen⁹ significādū fuit, id est
firmi & infirmi, quia sine vtroq̄ non est ec-
clesia. Hec Augusti. AVCTOR. Iā audisti
de primatu Petri vt cognominatus a petra
Petrus eo ipso claruit principatu apostola-
tus eo ipso in ordine apostolorū prim⁹, nō
quidē tēpore quē Andreas frater eius pre-
cessit vocatione: nō ergo primus, nisi aucto-
ritatis praelatione primus: qd̄ etiā manife-
stauit qd̄ compellat⁹ princeps. Sic em̄ sancti
patres ecclesie singulos apostolos ecclesie
rum principes: solū autē Petrū principem
apostolorū vel praelatum appellant, Hec il-
le. Vnde HIERONY, libro de vitis illustri-
bus, cap. primo, Simon Petrus filius Ionæ
puicię Galilæe, vico Bethsaida, princeps
apostolorū, post episcopatu Antiochēsis ec-
clesie p̄ vii. annos, & prædicationē dispo-
nis eorū q̄ de circūcisione crediderāt, i Pon-
to Galatia, Asia, Cappadocia, & Bythinia
secūdo anno Claudii Neronis ad expugnā-
dū Simonē Magū pergit Romā. Hec ille,
CHRYSOSTOMUS, lib. 2. Dialogorū, cap. 1. al-
loquēs Basilium dicit, Ito nūc & ambigito
vrrū te bene seductū debeas arbitrari q̄ cō-

stitued⁹ es sup oia bona dñi tui? & hęc ad-
ministrans in qua Petri cernis assumptū q̄
cū i hoc ministerio eligeret, ceteris praelat⁹
apostolis est. Petre q̄ppe ait, amas me pl⁹ his?
Hec ille, AVCTOR. Vbi habes apostolū Petrū
ex electiōe sua careris apostolis esse plarū.
Itē ISIDO, in lib. de obitu & ortu sanctorū
patrū cap. de Simone Petro. Simon inqt. fi-
li⁹ Ionæ frater Andree, ort⁹ vico Bethsai-
da puicię Galilæe q̄ est iuxta stagnū Gene-
sareth. Et infra nō immerito apostolorū prin-
ceps est, & cōfessor prim⁹ filii dei & discipu-
lus pastor hūani gregis, petra ecclesie, cla-
uiculari⁹ regni, amator dñi atq̄ negator: cō-
fitēdo laudat⁹, negādo laps⁹: lachrymādo
purificat⁹, cōfessione pbat⁹, passiōe corona-
tus: cui nomen ex ope dat⁹, titul⁹ ex merito
potestatis imponit. Hec ille, AVCTOR. Videat
hic tergiuersator Vvitleff, q̄ dicit Petrū ita
esse praelatū apostolis quasi seniore, non
quasi ex hoc potestate habētē, q̄ Isidor⁹ hic
dicit: titulus ex merito potestatis imponit
quis titul⁹ nisi quē docuit in principio di-
cēs nō immerito est princeps apostolorū: sed
de hoc statim lat⁹. EVSEBIUS quoq̄ Ce-
sariensis lib. 2. ecclesiasticæ historiæ, cap. 15.
de principatu Petri super apostolos ceteros
ait. In ipsis Claudii tēporib⁹ clemētia diu-
næ puidentie pbatissimū omnīū & aposto-
lorū maximū fidei magnificētia & virtutis
merito primū & principē Petrū ad urbem
Romā velut aduersus humani generis cō-
munē perniciē repugnantiū deducit, du-
cē quendā & magistrū militie sue, sciētē di-
uina prælia gerere, & diuina castra dūctare,
Hec ille, AVCTOR. Vide q̄tū senior iste pater
magnificauit Petrū Apostolū: & eū nō solū
primū & principē, sed Apostolorū maximū
& probatissimū sublimauit. Expectat scio
aduersarius Petri vt caput ecclesie Petrum
esse pbem⁹: sic em̄ limitauit vt primo dice-
rem⁹ de capite, VVITCLEFF. Primo, inqt,
vidēdū est vtrū posset fundari in fide scri-
pturæ q̄ Petr⁹ fuit caput ecclesie: & videt⁹ q̄
nō: quātū inqt ad tria noia Petri patet secu-
dū interpretationē Hierony, q̄ nō sonāt q̄
Petr⁹ sit caput ecclesie alicui⁹. Petr⁹ em̄ di-
cit agnoscēs siue discalcias. Simō dicit obe-
diēs, Cephias vero ē nomē tertiu a Christo
ipsi ipositu, Ioā. 1. Et interpretat⁹ potēs siue fir-
mitas, nomē syrū nō hebreū: sed rogo qd̄ so-
nat interpretatio alicui⁹ istorū nomū vt Petr⁹
sit caput ecclesie? Hec Vvitleff, iā supradic-
to, AVCTOR. Expediam⁹ fragile argumētū

monstrando ei quomodo ab vsurpata scri-
ptura præceps cecidit in peccatū grāmatis
cē. Nā vt de nose Petri cephas dicam⁹ ma-
gnus sanctus pater Isidor⁹ Erymologiarū
suarū libro vii. cap. ix. De apostolis dicit de
Petra Cephas dicit⁹ est eo q̄ in capite sit cō-
stitut⁹ apostolorū. Cephalē enim Grece ca-
put dicit⁹, & ipsum nomē in Petro syrū est.
Hec ille, AVCTOR. Ecce qd̄ iam in Si-
mone Syro nesciuisti Cephas dicit⁹ caput,
cur neglexisti Grēcū consulere, & tū cū sis
grāmatis famosus, miror si nō audisti ace-
phalon dicit⁹ capite destitutū: & rē cephalicā
inter alias capitalē. ISIDORUS etiā in libro
de ortu & obitu sanctorū patrū cap. de Si-
mone Petro, exponēs tria nomina Petri di-
cit eius prima vocatio nominis Bariona le-
gis directā generatio est. Petrus in Christo
ecclesie fundamentum est Cephas corpo-
ris Christi principatus, & caput est Simon
Ioānis virginitatis generatio incorrupta.
Hec ille, AVCTOR. Ecce q̄ Cephas est Pe-
trus, quia caput est & principat⁹ omnis mi-
litantis ecclesie quia omnis Christi corpo-
ris: vide tu si sumpisti hoc argumētum ex
fundamētō scripturæ, & habe ex scriptura
cephalicū Petrū caput ecclesie. Nec obuiat
sed pdest q̄ Cephas syro sermone dicitur
firmus. Idcirco em̄ vulgariter dicit⁹, cui⁹ ca-
put infirmū cetera mēbra nutāt quasi to-
tum robur corporis sit firmitas capitis. Ex
abundanti vero inferamus q̄ Petrus nō ca-
put solū sed & caput erat ecclesie: secundum
optimā partem capitis, puta vertex ei⁹ vbi
capilli colligunt⁹ & versant⁹, secundum Iu-
dorū, CHRYSOSTOMUS em̄ Homilia fi-
nali super Ioannē dicit tractans hūc textū,
Simon Ioānis diligis me plus his? Eximius
inquit, apostolorum erat Petrus & os disci-
pulorū & vertex collegiī, propterea & Pau-
lus a scēdit eum tunc videre pre aliis simul
& ostendens ei quoniam oportet eum au-
dacem esse de reliquo, & negatione delecta
comittit ei prædientia fratrum. Hec ille.
AVCTOR. Hic habemus Petrum verticē
collegiī apostolorum & ei commissam præ-
sidentiam super illos. Item idem Chryso-
stomus Homilia lxx. super eodem euangelio
Ioannis, Exprobat ideo Iudam q̄ ante Pe-
trum elegit discubitu probās hoc ex textu
dicēte, quādo autē venit ad Petrū, CHRY-
SOSTOMUS, Mihi, inquit, videtur proditorē
lauasse, deinde ad Petrum venisse: nam q̄
& alium aliquem ante ipsum lauit, mani-

festum est: ex eo qd̄ dicit, quādo autē venit
ad Petrum: sed nō est vehemens accusator
euangelista, Sequit⁹. Si vero Petrus primus
erat decuit primū recubuisse, videmus ta-
men proditorē stultum existentē ante ver-
ticē recubuisse. Hec ille, AVCTOR. Ver-
tex ecce erat Petrus ecclesie quādo Pau-
lus in complementū debiti ascendit videre
magistrū: & Iudas infamatur stultitię q̄ su-
pra caput suum locū legit in cœna, tamen
coapostolus eius erat. Idē quoq̄ Chryso-
stomus in Dialogo lib. ii. cap. primo ad verticē
quippe apostolorū loquēs, Petre, inqt Chri-
stus, amas me? qd̄ professio eo addidit: si dili-
gis me, pacse oues meas. Hec ille, Et idem
Chrysostom⁹ in vocabulo capitis, q̄ tu tā-
topere detestaris ipsum Petrū laudat in li-
bro suo de laude Pauli Homilia vi. Paulus
inquit, cum mortē timeret, nec ipsam qui-
dem recusabat, gehēnam propter desiderū
Christi: & cum formidaret interitum, tamē
cupiebat resoluī. Non autem hic solus talis
fuit, sed ille quoq̄ ipse qui fuit apostolorū
caput q̄ sæpe dixerat se esse p̄ Christo para-
tū animā tradere, & tamē mortē vehemē-
ter horruerat. Audi qd̄ ei Christus loquit⁹,
Cū senueris cingent te & ducent quo non
vis. Hec Chrysostomus. AVCTOR. Vbiq̄
sancti patres Cephas esse Petrum libenter
sicut Christus eum ordinauit admittunt
caput apostolorū & ecclesie verticem: quē
procax Vvitleff & eius clientes ab officio
capitis damnabili temeritate propellit. Et
putas ne q̄ in pœnam perfidie sue coact⁹
est Vvitleff per occultas venas primarię
veritatis alibi fateri qualiter mētē est hic
cine recte in libello suo nefando de dota-
tione quē supplementum trialogi alias ap-
pellauit plane affirmat ab institutiōe Chri-
sti fuisse Petrum caput ecclesie? Dicit enim
Christ⁹ Ioā. vlt. Petre amas me? pacse oues
meas, qd̄ quia Petr⁹ perfecit excellēt⁹ fuit
cōstitut⁹ caput ecclesie. Hec ille, ibi cap. v.
circa mediū, AVCTOR. Quid putas ergo
eum indubie veritatem habere, qui talis est
verborū ppriorū tam apertus falsarius, qui
in forma discipuli traditoris false fatur
testari in Petrū, Peccauit tradēs, inquit, san-
guinem iustum!

¶ Omnes apostoli erant honore &
potestate pares: & tamen Petr⁹ caput
omnium auctoritatis potestate & ho-
nore præcellens. Caput. II.

NON SISTIT acriter contra primatum praedictum Petri eius aduersarius capitalis in loco iam tacto cap. vi. VVITCLEF. Vide inq. p. babile q. oibus apostolis Christ. dedit plenitudinem potestatis ad ligandum & soluendum & faciendum quodcumque praelati officium in ecclesia militate, vt patet Matth. xviii. & Ioan. xx. Et recapitulando subiungit. Erubescat ergo haeretici dicentes, q. Petrus habet caeteris apostolis excellentiorem potentiam, quia est episcopus Romanorum. Hec Vvitcleff. AVCTOR. Non casualiter hoc sed associatiue dicit nisi ideotice sapiat cum tota distinguat ecclesia primatum eius papalem a praesulatu Romano. Cum ante Romanam se defuerit Petrus primas & verum caput ecclesiae: intelligit ergo simpliciter haesim esse q. Petrus habeat caeteris apostolis excellentiorem potentiam. Sic enim concludit in fine capituli. Vanum ergo est vobis ex talibus verbis Petrum simpliciter anteferre. Hec ibi. Addamus & nos qd. Cyprianus dicit omnes apostolos pares fuisse & potestate & honore. Addam & qd. Hieronymus dicit super omnes apostolos ex aequo fortitudo soliditas ecclesiae. Et quid inde concludis? ergo omnes simpliciter sunt aequales. Nullus maior, nullus minor: sed omnes pares & potestate & honore. Scio quid conaris ulterius q. omnes etiam sacerdotes ecclesiae sunt aequales, quia aequaliter cum Petro non Petrus solus, sed clauis dominicas tota suscepit ecclesia, vt Augustinus exponit super Ioanem Homilia vltima. Et suscitasti haesim Iouinianum iam mortuam contra quam insudat Hieronymus versus finem libri q. eius nominis titulum portat, contra Iouinianum, ex multiplici loco scripturae probans in ordinibus ecclesiae vera distantia gradualis. HIERONYMVS. Quid inquit sibi voluit in descriptione templi, vii. & viii. gradus? Quid rursum in Psalterio post elementa C. xviii. Psalmi, quibus mysticum eruditur alphabetum per xv. gradus quousque illuc peruenimus vt possimus canere, Ecce nunc benedicite dominum, omnes serui domini. Qui statis in domo domini, in atriis domus dei nostri. Sequitur, Cur leuitica tribus in terra partem non accipit sed dominus pars eius est, & inter ipsos leuitas ad sacerdotes ad sancta sanctorum vbi Cherubin & propiciatorium est pontifex solus ingreditur: quare reliqui sacerdotes lineis

tantum vtunt vestibus, & non habent indumentum auro, iachincto, cocco, purpura, byssos contextum, Inferioris gradus Leuitae & sacerdotes, & plaustra, & boues accipiunt, maioris ordinis ipsi gestant arcam domini humeris suis. Si tollis ordinem: tabernaculum, templum, ecclesiam tolle. Si omnes qui a dextris vnum sunt, vt vulgo dicitur euphonia ad militiam probat nequicquam episcopi frustra presbyteri, siue causa diaconi sunt. Hec Hieronymus. AVCTOR. Quid facis Vvitcleff, Si tollis ordinem, tollis ecclesiam, nec tamen contra primatum Petri proficis quod moliris: sed sine causa episcopi, sine causa presbyteri fiunt: si episcopi ad presbyterium statuatur aequalitas, maioritas abscondat. Sed redeamus ad argumentum in specie, Apostoli omnes acceperunt aequaliter potestatem, ergo sine causa Petrus praefert. Quid igitur inter eos nullus maior vel potior in honore? Scio tamen Augustinum dicere in expositione sua super epistolam Pauli ad Galatas tractante hunc textum, Qui videt esse aliquid, AVGVSTINVS. Petrus autem & Iacobus & Ioannes honoratiores in apostolis erant, quia ipsis tribus se in monte domini ostendit, in significacione regni sui cum ante sex dies dixisset. Sicut hic quidam de circumstantibus qui non gustabant mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo. Hec Augustinus. AVCTOR. Habes iam tres honoratiores in apostolis qui erant in honore aequales, HIERONYMVS etiam libro contra Iouinianum respondendo ad quartam propositionem, loquitur enim de humilitate sanctus Paulus, Ego sum nouissimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiam dei, Gratia enim dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit: sed amplius omnibus laboraui illis: non ego autem sed gratia dei qua in me est. Verum tamen in eo q. se humiliat ostendit posse apostolos alios minores alios esse maiores. Et qui vtrique vas electionis dicitur & cunctis amplius laboraui, non est iniustus deus vt obliuiscatur eius & dispar meritum aequali mercede compenset. Hec Hieronymus. AVCTOR. Et hic habes quosdam maiores inter apostolos minores alios: non quidem merito virtutis sed merito potestatis: is enim qui infertur plus omnibus laboraui. Et si scire voluit fideles omnes apostoli erant apostolatus sui potestate aequales, sed in hac

idempotestate potestatis fuerant auctoritate difformes: aut nonne in militia Rex & omnes milites pares fiunt, sed auctoritate sola & non militia Rex milites antecedit? Ita omnes apostoli apostolatus honore & potestate sunt consortes: vnus autem Petrus auctoritatis iurisdictione praelatus: & ne nouum videret quod dico restatur antiquus praesul Anacletus quartus a beato Petro secundum calculum Augustini in tertio suo decretali sic dicens secundum allegatum Iuonis. ANACLETVS. Hic, inquit, ligandi soluendiq. potestatem primus accepit a domino: primusq. ad fidem populum virtute suae praedicationis adduxit. Caeteri vero apostoli cum eodem pari consortio honore & potestate acceperunt, ipsum quoque principem eorum esse voluerunt, qui & iubente domino in toto orbe dispersi euangelium praedicaerunt. Hec ille. AVCTOR. Ecce q. omnes apostoli cum Petro pari consortio honore & potestate nacti, Petro que suum principem esse volebant fuerunt auctoritate subiecti. Beatus vero Hieronymus. Hanc secutus sententiam lib. i. contra Iouinianum, cap. 20. At dicit, inquit, super Petrum fundat ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes apostolos fiat, & cuncti clauis regni caelorum accipiant, & ex aequo super eos ecclesiae fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur vt capite constituto schismatis tolleretur occasio. Sed cur non Ioannes electus est virgo? Aetate delatus est, quia Petrus senior erat ne adhuc adolescens & puer progreffus aetatis oneribus praeferratur, & magister bonus qui occasionem iurgii debet auferre discipulis vt dixit eis, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: & qui voluerit inter vos maior esse, minimus omnium sit: in praeficiendo adolescentem quem dilexerat causam praebere videret inuidiam. Vnde autem sciamus Ioanem fuisse tunc puerum manifestissime docent ecclesiastica historia q. vsq. ad Traiani imperium vixerit, id est post passionem domini lxxviii. anno dormierit, qd. & nos in lib. de viris illustribus breuiter perstrinximus. Hec Hieronymus. AVCTOR. Quae plana sententia responsiua Vvitcleff omnibus dedit Christum plenitudinem potestatis concedit Hieronymus, & ex abundantia q. cuncti clauis regni caelorum acceperunt, & qd. ex aequo super eos ecclesiae fortitudo solides. Sed tamen inter duodecim vnus eligitur: ad quid? vt capite constituto schismatis tolleretur occasio, Hic

dolet Vvitcleff, scio quia Petrum audit caput constitutum ecclesiae: sed eo inuito Petrus & caput est & occasio schismatis tollit eo ipso. Et ne vsurpet auctoritatem ipse vnus eligitur ex duodecim. Sed a quo nisi ab illo qui dixit eisdem, Non vos me elegistis sed ego elegi vos, Elegit forsitan ipse primo & ad auctoritatis executionem caeteri electum postea compellebat. Et hoc est quod hic Hieronymus intulit de autore electionis Petri: magister bonus inquit, qui occasione iurgii debebat auferre. Magister ergo bonus materiam iurgii inter discipulos abstulit quando senem Petrum Ioanni iuueni praeelegit. Sic enim dicit CHRYSOSTOMUS de eo Homilia finali super Ioanem, In secularibus quidem iuuenis vtilis, q. senuit vero inutilis est. In meis vero non ita est ait Christus: sed cum superueniret senectus tunc virtus clarior, tunc virilitas illustrior. Hec ille. AVCTOR. Materiam vero praedicti iurgii qua electio vnus capitis a communitate discipulorum debebat auferre, puto eundem Hieronymum in commentario suo explanare super epistolam Pauli ad Titum super hunc textum oportet episcopum sine crimine esse. HIERONYMVS. Antequam inquit, in statu diaboli diuersa studia fierent in religione: & diceretur in populis, Ego sum Paulus, ego Apollo, ego autem Cephae communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur: postquam vnusquisque eos quos baptizauerat putabat suos non Christi: in toto orbe decretum est vt vnus ex presbyteris electus supponeret caeteris, ad quem omnis cura ecclesiae pertineret, & schismatum semina tollerent. Et bene infra. Et sic paulatim vt dissensionum plantaria euellerentur ad vnus omnem sollicitudinem esse delatam. Sicut ergo presbyteri sciunt se ecclesiae consuetudine ei qui sibi praepositus fuerit, esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine quam dispensationis dominicae veritate presbyteris esse maiores, & in commune debere ecclesiam regere imitantes Moysen: qui cum haberet in potestate solus praesse populo Israel lxx. elegit cum quibus populum iudicaret. Hec Hieronymus. AVCTOR. Plane ecce sanctus Hieronimus, docet ecclesiam quomodo propter seditiones fidelium dirimendas vnus ex presbyteris toti supponitur orbi. Nec gloriatur hic praceptor noster Vvitcleff q. electione humana & non delegatione Christi habeat ille praelatus tantam potestatem ecclesiae. Quinimmo confundatur

qui dixerit talē potestātē non euenisse praelatis nisi ex donatione Casarea pene quadringētis annis post Christum, cum videat hic Hierony. dicere q̄ tēpore apostolorum Petri & Pauli fuit cōsensus fidelium inter ipsos presbyteros illa generalis praelatio cōstituta. Q̄ si in tēpore primitiuae ecclesiae praelato tali fideles egebant q̄ etiā apostoli coruscabāt. Quid iactat Vvicleff p̄pter perpendicularē Christi residentia super celos nō oportere alium loco Christi iam praelati fidelibus: maxime cum dicat mūdum semper delapsū ad p̄sūs. Tertio videat q̄ libet ex praelatis an tempore illo non fuit sanctus Petrus ceteris omnib⁹ praelat⁹ apostolis, non quidem senio tm̄ aut honore vt fingunt, sed auctoritate & potestate regentis cum dicitur sine exceptione q̄ vnus ex presbyteris superponeretur ceteris, & q̄ ad illum vni de detrimentis litibus & dissensionibus sup̄primēdis omnis sollicitudo deuoluitur. Nescio an sine omni potestate coactiua praelata possent expleri. Quare non turbent fideles putātes ex praelatis potestatem principatus beato Petro tūc primo ab hominib⁹ non autē a Christo esse collatā. Sed sciant multas cōditiones ratione principat⁹ principati contingere, prout docet Aristoteles. 7. Politicorū, puta directionē contractuum forensium, aspectū ad edes & strata publica. Postremo vero ceteris difficilium non minus tamen necessarium aliis, damnandorū querelas & relegendorū actiones. Et quidē in initio nascētis ecclesiae dū adhuc tenera fides erat & infans quasi modo genit⁹, non debuit nec decuit anteq̄ ab lactatus esset infans vim grandem in paruos exercere praelatos. In hoc ergo coactionis articulo principat⁹ Petri dormiuit p̄ tempore qui tamē in constituēdo canones, in definiendo fidei veritates, vigilauit instāter. Sic em̄ secundū vni euāgelistā virgā ferre decuit & secundū aliū nō ferre, quia virgā ecclesiastice potestatis secundū aliqd sui nūc ferre nūc ommittere, secundū exigētia tēporis, pastor debet. Sed si q̄s plane cupit videre quō Roman⁹ Pontifex & episcopus vtraq̄ via quā supradixit Hierony, scilicet & Christi dispelationis instinctu & succedente apostolorū cōsensu, eminentiā cōp̄t habere etiā in ipsos apostolos & singulos Christianos. Instituta vel Annalia Cōstātinī nō legat sed Anacleti papē q̄ secundū calculū Augustini in epistola ad Generosum.

terti⁹ beato Petro successit, decretā refraet qd̄ in anno illo lib, decreta Pontificū cum appellato continet quinq̄ capitula in capitulo quarto, sic habetur ANACLETVS. Hęc ingt, sancta Romana & apostolica ecclesia nō ab apostolis sed ab ipso dño saluatore nro primatū obtinuit, sicut ipse beato Petro apostolo dixit, Tu es Petrus, & sup̄ hęc petrā ædificabo ecclesiā meam: & portæ inferi nō praualebūt aduersus eam. Et tibi dabo clauēs regni celorū: & q̄dcūq̄ ligaueris sup̄ terrā, erit ligatū & in celis. Et q̄dcūq̄ solueris sup̄ terrā, erit solutū & in celis. Et sequit̄ infra. Inde nāq̄ inter se beati apostoli statuerūt vt episcopi singulorū scirēt gētūq̄s inter eos prim⁹ esset: quaten⁹ ad eū potior eorū sollicitudo p̄tineret. Nā & iter beatos ap̄los quēdam fuit discretio ptatis: & licet omēs essēt apostoli Petro tamē a dño cōcessū est: & ipsi inter se idipsū voluerūt vt reliqs̄ oib⁹ p̄fesser apostolis, & Cephas, id est p̄cipiū & caput teneret apostolat⁹: q̄ & eādē formā suis successorib⁹ & reliqs̄ episcopis tenēdā tradiderūt. Et nō solū hoc in nouo testamēto est cōstitutū sed & in veteri fuit. Vn scriptū est Moyses & Aaron in sacerdotib⁹ ei⁹, id est primi inter eos fuerūt. Hęc ibi, AVCT. Occidit hęc sentētia magnū mēdacitū Vvicleff, q̄ scilicet talis eminentia non incubuit alicui post Christū. Occidit & mēdacitū stricti⁹ magis ei⁹ audacter dicētis q̄ si p̄ cōmissum humanit⁹ factū forsan iterit ista maioritas, nō tm̄ p̄ Christi statuentis arbitrium, deiecit & scripturā Vvicleff. de liquētis grāmaticce de interpretatiōe Cephas qd̄ dicit hic caput, vt dixim⁹. Nec tamē apostolicē iste a p̄tate apostolorū recessit, sed nec a discretione & maioritate iter eos abstīnuīt. Inter beatos apostolos ingt, qd̄ fuit discretio, licet erāt omēs apostoli secundū formā hui⁹ antiqui pontificis. MELCHIADES papa successor ei⁹ primatū Petri iter cōpares suos apostolos sic describit in decreto suo cap. 11. Episcopos quos sibi dñs elegit, & colūnas ecclesie esse voluit: q̄b⁹ etiā ligādī & soluedī de dñt potestātē suo iudicio referuauit atq̄ priuilegiū beato clauigero Petro sua vice solūmodo cōmissit q̄ ei⁹ prerogatiua iuste succedit sedi futuris hereditāda atq̄ tenēda tēporib⁹, quoniā inter beatissimos apostolos fuit quādā discretio potestatis. & licet parū electio foret, beato tamē Petro concessum est vt aliis p̄emineret. Hęc ille.

Ad rationes Vvicleff de scripturis: in quibus Paulū Petro nō inferiorem reddit. Cap. III.



SSVmit sibi testimonia scripturā apostolicę, vnde p̄ncipem apostolorū humiliter, cap. vi. p̄dicti sui libelli de Christo & Antichristo dicit. VVITCLEFF, Nō cōsulerūt ceteri apostoli de suis puinciis sanctū Petrū ac si ab illo papalis potestas necessario emanaret. Sed Paul⁹ dicit signāter q̄ illi q̄ videbāt aliqd̄ esse nihil cōtulerūt, ad Galatas. 2. Deus ingt, personā hoīs nō accepit: mihi autē q̄ videbant esse aliqd̄ nihil cōtulerūt, sed ecōtra & cetera. Istā autē benedictā fidē historicā spirit⁹ sanct⁹ i euāgelio Pauli secundū istā formā inseruit ad cōfundendū superbā & hærēsim sequētū praelatorū. Hęc Vvicleff. AVCTOR. Sequamur & nos vestigia vulpis huius vt eū de fouea sua cautius expellamus. Arguit primo ab auctoritate p̄sumpta negatiue: qui mod⁹ secundū peritos Theologos raro est validus, tutus nunq̄. Nō ingt, cōsulerūt ceteri Apostoli de suis puinciis sanctū Petrū. Quos autē apostolos ceteros nuncupat dubitare fas est: Vnum tamē de ceteris maximū sanctū Paulum sumam⁹, de quo & ipse postmodum accipit argumētū. Ipse autē deo dicere de p̄cipe apostolorū Petro sup̄ praelatione sortis suę sumpsit cōsiliū. Sortis suę dico ne cū Vvicleff, dicā puinciā, quā cū ceteri apostoli puincias gentiū delegarint, Paulo tota simul & nulla pars tradit̄ specialis. Vnde ISIDORVS lib. de ortu & obitu sanctorū patrū. Paulo cū ceteris apostolis nulla fors p̄pria tradit̄ eo q̄ in oibus magister & p̄dicator eligitur. Nam sicut Petrus & reliqs̄ apostolat⁹ circuncisionis est tradit⁹, ita Paulo p̄paratū in gētib⁹. Hęc ille. AVCT. Iste nāq̄ Paul⁹ post annū tertii cōuersionis sue ascēdit videre Petrū & neminē apostolorū, tūc vidit nisi Iacobū fratrem dñi. Māsit q̄ ibi dieb⁹ xv. deinde post annos xiiii. pragratis partib⁹ Syrię & Cilicię, iterū ascēdit Hierosolimā assumptis secū Barnabā & Tito: nō qd̄m p̄prio capite ductus sed in reuelatione iussus ascēdere, cōferre cū eis euāgelii qd̄ post p̄dicauit in gētib⁹. At si peras cū q̄b⁹ eis, respōdet Pauli textus ibidē cū his q̄ videbant aliqd̄ esse: quos postea nominat Petrū, Iacobū, & Ioanē ad Gala. 2. His verbis scripturę patet q̄

Paul⁹ cū Petro & cū ceteris apostolis tractauit euāgelii p̄dicatū in gētib⁹, nō tamē cū his trib⁹ æqualiter sed cū Petro magis, a quo secure p̄dicandū euāgelii tota Pauli pendeat auctoritas. Ne scilicet (vt ipse dicit) in vacuū curreret aut cucurrisset. Sic em̄ dicit beatus HIERO. in epistola ad August. quę incipit, Tres simul epistolae. Tātē Petr⁹ auctoritatis fuit vt Paulus in epistola sua scripserit, Deinde post annos tres veni Hierosolimā videre Petrū, & mā si apud eū dieb⁹ xv. Rursūm q̄ in cōsequētibus: Post annos xiiii. ascēdi iterū Hierosolimā cū Barnabā assumpto & Tito, ascēdi autē secundū reuelationē & exposui eis euāgelii, qd̄ p̄dico inter gētes: ostēdēs nō habuisse securitatē euāgelii p̄dicandī nisi Petri, & q̄ cū eo erāt fuisset sentētia roboratū: statimq̄ sequit̄. Scorum autē his q̄ videbantur colūne ecclesie seu aliqd̄ esse: ne forte in vacuū curreret aut cucurrisset. Hęc Hiero. AVCT. Vide q̄ plane merit⁹ est Vvicleff dicēs, Nullū ceterorū apostolorū cōsulerūt se sanctū Petrū, cū dicit scriptura secundū expositionē Hieronymi q̄ sanct⁹ Paul⁹ accepta reuelatiōe ad Petrū ascēdit vt sic haberet quo sanctū euāgelii securi⁹ p̄dicaret. At quīs dicat Hieronym⁹ nisi Petri & q̄ cū eo erāt, tm̄ q̄ auctoritas Petri soli⁹ petebat a Paulo exprimit post dicēs, Tātē Petr⁹ fuit auctoritatis vt Paul⁹ & cetera, sicut & magn⁹ pater CHRYSOSTO, iā dixit supra perit⁹. Eximi⁹ erat apostolorū Petr⁹: os discipulorū & vertex collegii: p̄pterea & Paul⁹ ascēdit eū tūc videre p̄tē aliis. Hęc Chrysost. sup̄ Ioā. AVCTOR. At beatus Marcus euāgelista tm̄ sub auctoritate Petri p̄batū & visum scripsit & retulit suū euāgelium. Vn HIERO. lib. de viris illustrib⁹, cap. 8. Marc⁹ ingt, discipul⁹ & it̄pres Petri iuxta q̄ Petrū audierat referentē rogat⁹ Romę a fratrib⁹ breue scripsit euāgelii qd̄ cū Petr⁹ legisset p̄bauit & ecclesiis legendū sua auctoritate cōtradidit, sicut scripsit Clemēs. Hęc ille. AVCTOR. Plane ergo falsum est qd̄ ipse dicit nullū ceterorū apostolorum cōsulerūt cū Petro de suis puinciis. Sed nō stem⁹ hic. Videamus quid inferat posterius, VVIT. Paul⁹ ingt, dicit signāter q̄ illi q̄ videbant esse aliqd̄ & colūne ecclesie: nihil si bī cōtulerūt, si bñ arguat ex hoc ipso auctoritati Petri p̄iudicare p̄ponit, qd̄ etiā sub inferat dicēs posteri⁹. Patet scđo q̄ isti tres principales apostoli nō cōtulerunt sensum

vel notitiā euāgelii sctō Paulo. Hęc V vitcleff. AVC. Sed quō ex isto auctoritatis eminetia auferat sctō Petro iam agnoscerē. Aut quō itelligis q̄ isti nihil illi cōtulerāt. An sanctus Petr⁹ nihil cōtulit q̄ collatio ne facta sui euāgelii ipsum reddidit de fide securum? An etiā Petr⁹ cū aliis duob⁹ nihil ipsi cōtulit quādo in apostolū gētū confes cravit iussu Christi dicētis, Segregate mihi Paulū & Barnabā in op⁹ ad qd̄ assumpsi eos, Act. 13. Et inde Hierony. de viris illustribus cap. 5. Cūq; ad p̄dicatiōē ei⁹ primo Sergius Paul⁹ Proconful Cypri credidisset ab eo q̄ eū fidei Christi sublegisset fortit⁹ est nomē, & cōinecto sibi Barnaba multisc; vr bibus peragratis reuertens Hierosolymā a beato Petro, Iacobo & Ioāne. gētū aposto lus ordinatur. Hęc Hierony. AVCT. Intel ligas ergo Petrū cū aliis apostolis Paulo ni hil cōtulisse, id est non obiurgatū Paulū ab eis fuisse nō reprehēsum alicui⁹ qd̄ iam in gētū p̄dicauit. Sic em̄ exponit HAYMO ipsum textū in loco suo sup̄ epistolas Pauli dicēs, Qz putassēt aliq; reprehēsores mei essent nō solū non fuerūt reprehēsores sed ecōtrario laudatores & fautores extiterūt p̄dicatiōis meę. Hęc ille. AVCT. Assum p̄t autē hęc expositionē ab August. super epistolā ad Gala. vbi hoc ipsum exponit di cēs, AVGVST. Nō ergo inuētū sunt ī ali quo dissentire ab illo: vt cū ille p̄fectū euā gelii se accepisse diceret illi negarēt, & ali quid tanq̄ imp̄fecto addere vellēt, sed ecō trario p̄ reprehēsores imp̄fectionis appro batores p̄fectiōis fuerūt & dederūt dexteras societatis. Hęc August. AVCT. Quō er go suadere vellēt Petrū nō esse excellētiō rē ceteris apostolis, q̄ Paulo nihil cōtulit reprehēsiōis huc vīq; forma nō patuit or thodoxis. Cōmemorat itē quō Paul⁹ Petrū reprehēderit de obseruatione simulata le galii q̄ si velit ex hoc colore Petrū a p̄ci patu deicere & equare illi Paulū, sciat a ve ris ecclesię pastoribus nihil auctoritatiue potestatis imminuī q̄ subditōri suorū in terdū increpationib⁹ humiliter sint subie ctis prostrati. Nihil ergo derogauit Paul⁹ maiori suo Petro q̄ eum charitatiue correxerit: in nullo Petr⁹ minuit potestātē, quā minoris correptiōē ex humilitate suc cubuit. Nō ergo Paulus par Petro q̄ legi tim⁹ reprehēso: nec q̄ humiliter sustinēs Petr⁹ inde definit esse maior, immo signifi cās Petr⁹ maioritātē suā simul & humilita tē esse cōiunctas, postmodū epistola sua se

cūda Pauli auctorizat & defendit epistolas tanq̄ maior mitis & p̄lat⁹ sponte deiecit etiā illas in qb⁹ eum Paul⁹ cōmemorat re prehēsum: sicut notat locū illū scripturaz sanct⁹ GREGORIVS Homilia 18. sup̄ Eze chielē, Idē inq̄t, apostolorū prim⁹ cū multa discipulos admoneret atq; a qb⁹sdā detra hi Pauli scripta agnosceret dixit. Sicut cha rissim⁹ frater noster Paul⁹ secundū datā si bi sapiētia scripsit vobis loquēs ī eis de his in qb⁹ sunt qdā difficilia intellectu: q̄ indocti & instabiles deprauant sicut & ceteras scri pturas ad suā perditionē. Ecce Paul⁹ in ep istolis suis scribit Petrū reprehēsbilē, & eca ce in epistolis suis Petr⁹ asserit Paulū ī his q̄ scripserit admirādū. Certe em̄ nisi legis set Petr⁹ Pauli epistolas nō laudasset. Si au tē legit, q̄ illic ipse reprehēsbilis diceretur iuenit. Amic⁹ ergo veritatis laudauit etiā q̄ reprehēsus est, atq; ei & hoc ipsū placuit q̄ in his non placuerat q̄ aliter q̄ debuerat sensit, seq; etiā minori fratri ad cōsensū de dit atq; in eadē re fact⁹ est secatur minoris sui vt etiā in hoc p̄tinet: quatenus q̄ primus erat ī apostolatus culmine esset etiam pri mus in humilitate. Hęc Gregor. AVCT. Attēdat V vitcl. Petrū maiore, Paulū mino rē fratrē & hoc nō potestate apostolat⁹ ī q̄ fuerūt oēs equales: Quapropter dicit HIE RO. in annotationib⁹ suis sup̄ illā ad Gala. 2. Qui opat⁹ est Petro in apostolatū &c. in nullo inq̄t, sum inferior illo, quia ab vno deo sum⁹ in vno ministerio ordinati. Hęc ille. AVCTOR. Cū exprimit ministerium Christi illud limitat paritatē, sed ideo Pau lus in ministerio æqualis est minor frater in cōparatione culminis. Attēdat iterū du plicē Petri primatū dicēte Gregorio, qua ten⁹ q̄ prim⁹ erat in apostolat⁹ culmine es set etiā prim⁹ ī humilitate. Aliter ergo Pe trus humilitate prim⁹ aliter culmine apo stolat⁹ prim⁹, q̄ dicit V vitcleff. Petrū non habuisse excellētiā maioritatis nisi maioris humilitatis. Sed qd̄ ampl⁹ de laude maiori tatis Petri? Idē GREGO. Vbi prius affir mat videbim⁹. P̄sate inquit, f̄res charissī mi ī quo mētis vertice stetit q̄ epistolas lau dauit illas ī qb⁹ se scriptū vituperabilē in uenit: quæ illa tanta esse mansuetudo po tuit: quæ quies animi, quæ soliditas mētis atq; imperturbatē cogitationis. Ecce a mi nore suo reprehēditur & reprehēdit non dedignatur. Non ad memoriā reuocat q̄ primus in apostolatū vocatus est, non q̄

clauēs regni cœlestis accepit: nō q̄ peccata quecūq; in terra solueret essent soluta & in cœlo. Non q̄ in mari pedibus ambulauit, nō q̄ paralyticos in noīe Iesu iubēdo exere rat, non q̄ egros corporis sui vmbra sana uerat, nō q̄ mētientes verbo occiderat, nō q̄ mortuos oratione suscitauerat: ne ergo increpatiōis verba dedignāter audiret, oīa dona q̄ acceperat, quasi a memoria repulit, vt vnū fortiter humilitatis donū teneret. Quis rogo vestrū si vel extremū signū fecis set a minore fratre increpat⁹, increpationis verba patiēter audiret? Et infra. Sunt vero nōnulli q̄ nō Petrū apostolorū princi pē, sed quēdā aliū eo noīe, q̄ a Paulo est rep hēsus accipiūt. Qui si Pauli apostoli studio si⁹ verba legisset, ista nō dicerēt. Hęc Gre gori⁹. AVCT. Ecce q̄ vbiq; minorē fratrē Paulū appellat: Petrū maiore, & apostolorū pricipē Petrū, q̄ tāta se humilitate dep̄ssit, vt quasi a memoria sua oīa dona q̄ acceperat, repulerit. Sed nūqd̄ donū humilitatis: nō, sed primatū & apostolatus clauis pote states quas p̄dixit, vt qd̄ ista: vt vnū forti ter humilitatis donum teneret. Aliud est ergo donum primatus apostolici, aliud hu militatis in persona Petri. Sed primum a se pene repulit, vt scdm̄ forti⁹ custodiret. De hoc etiā similiter ait BEDA exponens textū illum Petri p̄dictū: sicut charissim⁹ noster Paulus exponendo eandē canonicā. Ecce inq̄t primus apostolorū quasi oblitus sui prioratus, & daturū sibi clauis regni cœlestis, datā Paulo sapientiā mirat, quia ni mirū moris est electorū, vt aliorū magis q̄ suas mirētur virtutes, per quas se ad profe ctū excitent. Hęc ille. AVCT. Hic primū apostolorū Petrū appellat, & prioratus sui pene oblitū decernit: qua ratiōe, q̄ sic Pau lum glorificat. In cōparatione ergo Pauli, Petri prioratū accepimus in cōparatiōe au tē Petri, Pauli posterioritatē q̄ramus. AV GVST. in expositione epist. ad Galathas, tractans dictum illud Apostoli. Quēadmo dum gentes cogis iudaizare. Huc inq̄t ac cedit q̄ firmitas & charitas Petri, cui ter a domino dictum est, Amas me, pasce oues meas, obiurgationē talem posterioris pasto ris pro salute gregis libētissime sustinebat. Hęc ille. AVCT. Hic habes Paulū postero rem pastorē, lungantur ista sibi & habebis posteriorē apostolū Paulum, & priorē Pauli Petrum. Nec fugā capiat V vitcleff in prio ritate tēporis. Cū ex illa p̄ferri nō debuit

aliquis apostolorū Paulo. Et idcirco semel ait Paulus ad Galathas ii. Qz nō est accep tor personarū detus, sicut exponit HIER. hoc idem in annotationibus suis. Detus, in quit, personā hominis non accipit, id est nō mihi cura est q̄ cū dño ambulauerūt, quia neq; tēp⁹ p̄iudicat fidei, neq; p̄sona labo ri. Hęc ille. AVCT. Sed nec hoc suppona mus ignorasse Bedā, nō latuit Augustinū, q̄ prioritas tēporis vel senii, vel familiaritatis vel reuerentię personalis non argueret condignā prioritatem vel posterioritatem inter coequalēs Christi coapostolos, sed p̄sidiētia potestatis.

Qz Petrus p̄ferri debet Iacobo Hiero solymorum episcopo. CAP. III.



VM ERGO satisfecit iste quātū in ipso erat, ne emi nērior esset Petrus Paulo. Iam breui verborū classe sancto Iacobo Petrū sub sternit dicens p̄dicto libro de Christo & Anrichristo cap. vi. VVIT. Pat et inq̄t secundo q̄ isti tres principales apostoli nō cōtulerunt sensum vel notitiā euāgelii sctō Paulo. Sed q̄ Iacobus q̄ erat ep̄s Hierosolymitan⁹ vbi Christ⁹ fuit ep̄ scopus, adeo in hoc euāgelio Simoni ante fert. Hęc V vitcleff. AVCT. Et est vna ra tionū imp̄bantū p̄lationē sancti Petri, vbi autē in epist. ad Galat. fuit Petro Iacob⁹ an telat⁹ nō mihi occurrit, nisi forte loca lite rarū vires habere p̄p̄dat, q̄ dicit ibi. Cum cognouissent gratiā q̄ data est mihi, Iacob⁹ Cephas & Ioēs q̄ videbant esse colūne, nisi q̄ primo recitat⁹ est Iacob⁹ q̄ Cephas, ma ioritate Iacobū arguat anteferrī. Sed o tūc pauperē theologū p̄iuriofum magistrū & inop̄rationū q̄ in rātā egestatem cecidit, motiuorū vt p̄cipitatur⁹ sctm̄ Petrū de ca rtheda capitali ab ipsa grāmātū positione vindicat argumētū, a deo inq̄t, in hoc euā gelio Iacob⁹ Simoni anfert. Quō cū sic scri bit, Iacob⁹ Cephas & Ioēs. Sed si vis, audilo quentē deū & ponentē ordinem inter apo stolos Matth. x. Apostolorū, inq̄t, noīa sunt hęc, Prim⁹ Simō q̄ dicit Petrus, & Andreas frater eius vbi Iacob⁹ tu⁹ a beato Petro oc cupat nonū locum, & credis ne ipsum sine causa sic exorsū, prim⁹ Simō q̄ dicit Petrus, & subscripti cœtū apostolorū: nullū scribens sibi secundum, nisi q̄ omnes fuerunt secundū futuri Petro, etiam ad omnes re tinente primatum, HIERONYMVS


omni de hoc loco in cōmentario suo dicit ordinem apostolorū & meritū vniuscuiusq; illius fuit distribuere quī cordis arcana rimatur. Hęc ille. AVCTOR. Lucas insup Pauli discipulus Lucae quos & apostolos nominavit, Simonē quē cognominavit Petrum & Andream &c. Idem etiā act. primo. Ad coenaculū ascenderit vbi manebat Petrus & Ioannes &c. Si scribēdi ordinē in postpositione Petri notaueris, etiā frequentī aīpositōi Petri quādoq; praestes assensum. Et si omnino de euang. hoc loco contēderis nō quidē in ordine scribēdi, sed ordine faciendi ab ipso Paulo, non nisi post Petrum Iacobus visitatur. Post annos tres inquit ascēdi Hierosolymā videre Petrum, & māsi apud eum diebus xv. Occasionaliter autē infert Iacobum dicens, Alium autem apostolorum neminem vidi nisi Iacobū fratrem domini. At si sine virib⁹ nec ipsum dictio- num ordinē esse coniciās, placet vt spirit⁹ sanctus Iacobum ante alios apostolos quōq; velit inscribi, quē primo omnium apostolorū statuit episcopum sancti loci: quod non ab re est, cū ideo & fratrem dñi voluit appellari. Sic em̄ dicit HIER. in epist. & habet Anselmus in glossa super hūc locū, frater, inquit dñi Iacobus dicitur propter mores egregios & incomparabilem fidem sapientiāq; non mediam, & quia primus illi ecclesiae praefuit quae prima in Christū credēs cōgregata est ex Iudeis. Hęc ille. AVCT. Particulariter ergo cōseuo Iacobū ceteris pponēdū interdū ob reuerentiā sacri loci cui parti- culariter psidebat, Petri⁹ gñalius praferret, cui gñalis psidea indulta est dicēte Chry- sostomo super Ioēm Homil. lxxviii. decla- rans principio quō oēs alios apostolos praeteriēs Iesus soli Petro de pastu ouium loq̄bat eo q̄ erat vertex apostolorum. CHRYS. Si vero, inqt, dixerit qs, qualiter ergo Iacobus thronū assumpsit Hierosolymorū? Illud vtiq; dicā, qm̄ hunc, i. Petri orbis terrarū inthronificauit magistrū. Hęc ille. Et Homil. lxxiii. tractās quō Petrus multoties cō- tradixit Christo. Mult⁹ inqt amor cōtra dī- ctore vī fecit Christi, sed sobriū facit eū de cetero, yr nō in his quē post cōtingerēt, ta- lia patiat, cū orbis terrarū dispensationem suscepit. Hęc ille. AVCT. Hui⁹ auctorita- tē sequebat BERN. dicēs ad Eugeniū lib. ii. deniq; Iacobus qui videbat colūna eccle- się vna cōtētus est Hierosolyma, Petro vni- uersitatē cedēs, Pulchre vero ibi posit⁹ est

suscitare semē defuncti fratris vbi occisus est ille. Nā dicit⁹ est frater dñi. Porro cedē- te dñi fratre qs se vltro iegerat Petri proga- tiuē? Hęc ille. AVCT. Quid ergo antelatū Simōi beatū Iacobū esse cōtēdas? Non erat sanct⁹ Paulus talis intrusor, vices tribi gra- tiarū nō faciet q̄ eū antecedere dixeris san- ctū Petri q̄ Petro cedere iustū duxit, q̄ Pe- tri progiatiam augere maluit q̄ auferre, huc etiā in pbatōne gñalis p̄latiōis Petri accedit q̄ cū maior nō benedicat a minore, sed scdm regulā apostoli sine cōtradictiōe qd̄ min⁹ ē a maiore bndicite, sc̄tis Iacob⁹ a beato Petro, adiunctis illi Iacobo & Ioāne germāis cōsecrat Hierosolymorū ep̄s, vñ ANACLE, successor Clemētis in decretis suis cap. i. distinct. lxxv. Ordinationes ep̄i- scoporū auctoritate apostolica ab oib⁹ q̄ ea dē puicia fuerit ep̄iscopis sint celebrādē, q̄ simul cōueniētes, scrutiniū diligēter agāt, seiniūq; cū oib⁹ p̄cib⁹ celebrēt & manus cū euangeliis q̄ p̄dicaturi sunt imponētes dñica die hora tertia orantes. Et infra. Por- ro in Hierosolymitanorū ecclesia prim⁹ ar- chiep̄scopus beatus Iacob⁹ q̄ dicebat iust⁹, & secundū carnē frater dñi nūcupat⁹ est, a Petro Iacobo, & Ioāne ep̄scopus, est ordina- tus. Hęc ille. Et ANICETUS in decretis ca. i. allegās idē decretū Anacleti de ordinati- onib⁹ inqt ep̄scoporū qb⁹ nos cōsulare vo- luistis olim in scriptis sancti p̄decessoris no- stri Anacleti qd̄ iā decreta repim⁹. Scim⁹ em̄ beatissimū Iacobū q̄ dicebat iust⁹, q̄ etiā scdm carnē frater dñi nūcupat⁹ est a Petro Iacobo & Ioāne apostolis, Hierosolymorū ep̄scopū esse ordinatū: si autē nō minus q̄ a trib⁹ apostolis tātus vir fuit ep̄scop⁹ ordi- nat⁹, patet p̄fecto & formā instituente dño non minus q̄ a trib⁹ ep̄iscopis ep̄scopū or- dinari debere. Hęc ille. AVCT. Et Clemēs in vi. disput. lib. idē dicit, qd̄ si dicas nihil ampli⁹, hic dicit p̄ Petro q̄ p̄ duob⁹ reliquis Iacobo & Ioē, iā liceat argumēto tuo vti, q̄ in his oib⁹ Petr⁹ aliis antefert, & hoc nō a se, sed a factō sp̄i habuisse in scripturis, dicē- te eo Matth. xviii. Assumpsit Iesus Petri, Iacobū & Ioēm, & xxvi. Assumpto Petro & duob⁹ filiis Zebedei. Et Marc⁹ v. Nō admī- sit quēq; seque nisi Petri, Iacobū & Ioēm: & Marc⁹. iiii. Primo Simoni Petro nomē im- posuit, & deinde alii vocabulū Bonargeris & vix locus est vbi primo pponit Petr⁹ a- liis, ergo regulariter maior est Petr⁹. Q̄ si hęc ratio nostra cōs estimeē, adiciat hoc p̄odus, qd̄ in electiōib⁹, cōsecratiōib⁹, famo-

sis cōciliis semp Petrus p̄cellit, Nū Petrus apostolus erat? q̄ si apostolorū manus im- posuit: Petrus Romę primus ep̄scopus ex- titit, quis vnq; apostolorū eū hactenus con- secrauit: Paul⁹ autē segregat, & Barnabas ī apostolū, nō tamē quouisq; essent beati Pe- tri & aliorū manuū impositiōe p̄cti. Mat- thias ad apostolatū eligit, vbi Petri primo auctoritate simul & exhortatiōe omnino dis- pensat, Iacob⁹ ep̄s ordinat, sed cū & ipse esset apostolus, Petri tñ primo bndictione perfundit. Q̄ si nihil ampli⁹ auctoritatis Petro cōuenit q̄ ceteris: cur ipse in p̄tiffica- tiōe Antiochię, & demū Romę aliorū nō est institutiōi subiect⁹. Profecto cū causa p̄- quirit, nō alia restat q̄ illa p̄dicta apostoli q̄ sine vlla cōtradictiōe qd̄ min⁹ est a maiore bndicite, & q̄ in hoc euāgelio Pauli gloria- ris Petro Iacobū añferri. Nouerit subtilis- sime scrutator hui⁹ euāgelii btm̄ Petri in hoc ipso loco & Iacobo & Paulo & vniuersis apo- stolis fuisse principē & p̄latū. Q̄ em̄ dicit hic Paulus ascēdisse se cū Tito & Barnaba exponere eiseuāgelii ad cōciliū apostolorū ascēdit, de cessatiōe legalitū qd̄ habet clare act. xv. Quis autē & quantus erat in p̄dicto cōcilio sc̄tis Petr⁹ plane scribit, HIERO. in epistola ad August. inter epistolas x. bre- uis sermō totā cingēs historiā. Cū multo post tāpore Paulus & Barnabas venissent Antiochiā, & cōgregata ecclesia retulisset quāta fecisset de⁹ cum illis, & q̄ aperuisset de⁹ gentibus ostiū fidei: quidā descēdētes de Iudęa docebat fratres atq; dicebat, Nisi circūcidamini scdm legē Moisi, nō potestis salui fieri. Cōmota ergo seditiōe nō mini- ma aduersus Paulū & Barnabā statuerunt ascēdere, & ipsi q̄ accusabāt, & ī qui accusa- bāt ad apostolos & ad presbyteros Hieroso- lymā sup hac q̄stōe. Cūq; Hierosolymā p̄- rexisset, exurrexerūt qdā de heresi phariseo- rū q̄ crediderāt in Christo dicentes, Opor- tet circūcidā eos, & accipere illis vt seruēt legē Moisi, & sup hoc verbo cum magna q̄- stio oriret, Petrus solita libertate, Viri, in- qt, fratres vos scitis quia ab antiquis dieb⁹ in vobis elegit de⁹ p̄ os meū audire gētes verbū euāgelii, & credere, & q̄ nouit corda de⁹ testimonii phibuit dās illis sp̄m sc̄tm, sicut & nobis. Et nihil discreuit iter nos & illos, fide purificās corda illorū: nūc autē qd̄ tētatis deū imponere iugū sup ceruices di- scipulorū, qd̄ neq; p̄res nostri neq; nos por- tare potuim⁹, sed p̄ gratiam dñi nostri Iesu

Christi credim⁹ saluari quēadmodū & illi. Tacuit autē oīs multitudo, & in sētētiā ei⁹ Iacob⁹ apostolus & oēs simul p̄sbyteri tras- ierūt, hęc nō debēt eē molesta lectori, sed & mihi & illi vtilia, vt pbem⁹ aī apostolum Paulū nō ignorasse Petri imo ipm̄ principē eē hui⁹ decreti, legē post euāgelii nō eē ser- uādā. Deniq; tāte Petrus auctoritatis fuit, vt Paulus in epist. sua scribat. Dein post an- nos tres veni Hierosolymā videre Petri. Hęc Hier. AVCT. Nōne iā habetis Petri in gñali cōcilio apostolorū principē desinire sententiā & Iacobū & oēs in definitione p̄- cedere. At si p̄sādēs ibi & prim⁹ nō eēt p̄cax eēt eo q̄ in absolutiōe dissidiū, & in definiti- one sententię singulis p̄ueniret. Sed Hiero. dicit se p̄basē, nō ignorasse beatū Paulū q̄ beat⁹ Petrus hui⁹ decreti princeps tūc eēt. Leuiter ergo scripturas intelligit q̄ dicit beatū Iacobū in p̄dicto cōcilio decreti iudi- cē & auctore p̄ eo q̄ diceret subsequēter p̄- pter qd̄ ego iudico nō inq̄tari eos &c. Cū ista nō fuerit sententiā nona, sed consensio in primā. Ideo dixit singulariter ego iudico. Et ideo Hieron. supra dixit in sententiā Petri, Iacobus & oēs simul presbyteri tras- ierūt, sed vt mos est ecclesie in modernis cō- ciliis, definitiā papā & p̄latorū sententiā vnū ex minoribus in aduocatione, statutu- toti ecclesie promulgare: Ita fas est intel- ligere Iacobum tunc fecisse, Pro certo autē verum est Petri huius tunc fuisse principē & auctore decreti, vnde ibidē infra, HIER. Nulli inqt dubiū est quin Petr⁹ apostolus sententię huius cuius nunc p̄parator arguit, primus auctor extiterit, causa autē p̄paratiōis timor est Iudaorū. Hęc ille.

Q̄ Petr⁹ fuit vniuersalis magister post Christum & caput ecclesie. CAP. V. D



Is visis incipit Vt viret fo- phisticare cum Petro. Coa- ctus em̄ sibi videret ex feri- pturis & assertionibus san- ctorū patrū, vt quādā excel- lentiā illi super alios largia- tur, sed dū timet excessū subtrahit, qd̄ est iustū. In p̄dicto enim libro de Christo & Antichristo cap. vi. VVIT. Reduendo in- qt, ad primū, patet logicis q̄ Petr⁹ alios in aliquo excedebat, cum notum sit q̄ ver- bum Christi singulariter dictum Petro fu- it exēpla, & doctrina sequenti ecclesie mi- litati, sed si fuit Petri excellētia simpliciter sup alios hoc fuit ex dei gratia & propter

meritū humilitatis que floruit excellentius in hoc Petro. Petrus enim dicit equaliter fuisse firmus in fide. Sequitur. Vanū est ergo vos bis ex talibus verbis Petri simpliciter anteferre. Hęc ille. AVCT. Vult dicere quod Petrus habuit quādam præminentiā humilitatis secundū quā figurauit caput ecclesie Christi, & sic fuit princeps ecclesie secundū illā virtutē. Paulus secundū aliā, Ioēs secundū tertiā, non tñ fuit generalis magister ecclesie. Hoc enim exponit Vvitleff tractatu ii. de sermone dñi in mōre cap. xviii. Hinc in quibus dicitur ad solum catholicū quod ecclesia Christi fundat supra firmā petrā, ecclesie quod est Christus, cū ipse dicat Matth. xvi. Tu es Petrus & super hanc petrā edificabo ecclesiam meā. Nō intelligendo quod Petrus erat personaliter illa petra, sed quod Petrus figuratiue dicebat, a petra quod est Christus, super quā petra est ecclesia catholica erigēda, sicut autē Petrus habuit quādam figurā peminentiā huiusmodi capitis & fundamenti ecclesie, sic Iacobus quod fuit tunc Christus episcopus Hierusalē, & Ioēs qui sicut dñs perpetuo virgo māsit, & breuiter quicquid apostoli vel sancti habēt quādam dignitatē per quam figurāt singulariter caput suū & ad hoc quod referūt sententiā huiusmodi non est inueniendus similis illi. Hęc ille. AVCT. Videtis qualiter implicat se, qualiter fugiat veritatē. Quid hoc est ad potestatiū principatū ecclesie quo per clauēs sibi datas dignos admittat & indignos a regno secludat? Aliud est disputare de merito, aliud de ministerio aliud de potestate, aliud de veritate. Nō, inquit, aliā præminentiā habuit Petrus. Sed quod ergo Petrus magister ecclesie secundū humilitatē, sed quod Paulus secundū charitatē, plenus enim omnibus laborauit. Maior ergo Petro Paulus sicut charitas maior ceteris virtutibus vniuersis. Ideo dixi, inquit, vanū est ex talibus verbis Petri simpliciter anteferre. Procul, procul sint ab ecclesia dei hęc supertitiosa pharasma. Scrutemur ergo certiores magistros ecclesie qui de ministerio Petri secundū scripturas scias nos doceant veritatē, in euāgelio Matth. legimus quod postulatus Christus solutionē tributi Petri ad os piscis de legat. Apto ore eius inquit, inuenies staterē illū sumēs, da eis, pro me & te. Ambrosius exponit quod pēla didragmē erat solutio capitis. Nō enim nisi a capite familiē exactū est tributū illud. Cū ergo solus Christus caput esset collegii, quod in solutione tributi annexit sibi Petrus. Quod si Petrus in solutione constituit, quia secundū quādam virtutem scellere de-

buit & figurare Christum caput, cur ergo nō misit & Iacobus quod sacri loci pastor futurus erat, & secundū hęc ut dicitur figuratiue capitū? Cur nō Ioēm quod etiā in eminentia castitatis figuratur? erat idē caput Christi? Finitiones amplius nō expecto, ad instructiones fidelium me conuerto, doceat nos egregius Augustinus, quā prerogatiua conuulit Christus Petro in ensu dicte didragmē. Mouet enim ipse quæstionē hanc, cur saluator tñ pro se & Petro soluit didragmā libro de quæst. noui & veteris testamēti quæst. lxxix. & soluit AVGVST. Saluator, inquit, cū pro se & Petro daret iubet didragmā pro omnibus soluisse videt, quia sicut in saluatore erāt oēs causę magistrum ita & post saluatore in Petro oēs continent. Ipsum enim constituit esse caput eorum ut pastor esset gregis dñici. Nā inter cetera dicit discipulis, Vigilate & orate ne intretis in temptationē: & Petro dicit, Ecce Sathanas expostulauit ut vos vētilet tanquā triticū, ergo autē rogauit pro te ne deficiat fides tua, & tu tandem conuersus constitima fratres tuos. Quid ambigit? pro Petro rogabat, pro Iacobo & Ioanne nō rogabat ut de ceteris taceat. Manifestū est in Petro oēs contineri, quia & alio loco dicit, Ego pro his regno quos dedi sibi mihi & volo, ut vbi ego sum, & isti sint mecum. Hęc Aug. AVCT. Bene dicta sententia quod sic serenauit alta scripturę: primo habes quod in Petro post Christum sunt oēs causę magistrum, quæadmodum in saluatore. Plenius ergo & nō partialis magister ecclesie sanctus Petrus. Partialis est magister qui solū de humilitate vel fide magistrum obtinet, non secundū oēs causas magister iste si magistrum innocentię, nō Petro, sed Ioāni. Magistrum patientię nō Petro, sed Paulo. Magistrum abstinentię nō Petro, sed Iacobo referuauit. Si ergo secundū oēs causas magister est Petrus, magister ergo est oīs fidei, innocentię, castitatis, parsimonię, charitatis, tolerantię: & nulla erit virtus cuius custos, cuius magister nō fuerit sanctus Petrus. At quocumque Petro negaueris post Christum, Christus negasti. Sic enim Augustinus dixit, Sicut in saluatore erāt omnes causę magistrum, ita & post saluatore in Petro oēs continent. In tribus enim consummatur Christi magistratū officium. Quia autē salutis exhortationibus allicitur, quilibet & turbas & apostolos docuit: aut verberibus terret sicut vedētes eiecit. Aut prostratis indulget sicut Magdalena, Petro & adulterā. Hanc autē tripertitā etiam Christus super ecclesiam vniuersam & apostolos Petro contulit

potentiā magisterialē docendi, puniendi, & indulgēdi & in his consistit materia potestatis. Forma vero quæadmodum dixit Augustinus sicut & in saluatore cuius magistrum fuit minoritas, cuius dominatio, seruitus: & cuius præcellentia, ministrare. Ne putent infirmi Petri magistrum esse ad modum seculi, quod Christus sibi constituit in censu didragmę qui fuit tñ error discipulorum Christi ut in commentario suo super illud Matth. xviii. In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, notat, HIERON. Post inuentū staterē, post tributa reddita, quid sibi vult repentina apostolorum interrogatio. In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, Quis putas maior est in regno celorum, quia viderat pro Petro, & domino idē tributū redditū ex equalitate precii arbitrati sunt omnibus apostolis Petrus esse prælatū, qui in redditione tributi domino fuerat cōparat. Ideo interrogabat, quia maior est in regno celorum. Videns quod Iesus cogitationes eorum & causas erroris intelligens voluit desiderium glorię humilitatis contētionē sanare, & aduocās Iesus paruum statuit eū in medio eorum. Hęc Hieron. AVCTOR. Error ergo discipulorum in materia prelationis Petri & maioritatis ecclesie fuit desiderium glorię, cū nō sit glorię sed lachrymę potius rata maioritas, prælatio est, maioritas est præcellentia est, etiā aliqua le dominium est, sed prælatio humilitatis ut paruum, maioritas obsequii, qui est maior vestrum erit omnium seruus præcellentia ministerii, & qui præcessor tanquā ministrator. Et vere dominium tantummodo seruitutis, rege enim genitum dominatur eorum, vos autē nō sic. Et BERN. papam aliquens Eugenium lib. ii. Si regnare sine deo iuuant, habes gloriam, sed non apud deum: at si tenemus interdium audiamus edictum. Qui maior est vestrum, inquit, fiat sicut minor, & quod præcessor est tanquā ministrator, forma apostolica hæc est, Dominatio interdicitur. Indicitur ministratio quæ & cōmendatur ipsius exemplo legislatoris, qui secutus adiungit, Ego autem in medio vestrum sum tanquā qui ministrat. Quis se iam titulo hoc in gloriam putet quo se prior dominus glorię præsignauit? Merito Paulus in eo gloriat atur dicens, Ministri Christi sunt & ego, & addit ut minus sapiens dico, plus ego. Sequitur. O præclarum ministerium quo non id gloriosius principatu: Si gloriari o-

portet forma tibi sanctorum præfiguratur, apostolorum proponitur gloria: parua ne tibi illa videretur: quis mihi tribuat simile fieri in gloria sanctorum, clamat propheta, Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Hęc Bernardus, AVCT. Nec vos prætereat quo minus audiat noster Vvitleff Augustinum dixisse superius quando Christus constituit Petrum esse caput apostolorum. Et quid refert quod non fuerit caput totius ecclesie militantis si caput fuit totius ecclesie principum constitutum quo ipse dixit contra in saepe dicto libello, dede Christo & Antichristo capitulo v. VVITCLEFF. Supponit, inquit, oppositum horum deliramentorum, videtur esse sanctorum catholico, nec concedere de Petro nec de aliquo Christiano quod sit caput alicuius ecclesie, sed hoc tanquam proprium domino reseruasse. Hęc ille, AVCTOR. Nō existimo hoc sibi proprium dominum reseruasse, cum per apostolum suum Paulum caput mulieris virum voluit appellari, & non minus caput viri Christum sed & caput Christi deum, primę Corinth. xi. Et HIERONYMVS in annotationibus suis, Vir ut liber non debet habere velamen, cuius caput est Christus, Mulier debet esse velata, ut ostendatur quia humilis esse debet & subiecta. Hęc ille, AVCTOR. Quod si sint tria capita subordinata deus Christi, Christus viri: vir mulieris: nec deo præiudicat quod vnus sit caput omnis ecclesie, Mulierum quis communiter acceptes vir sit temporaneum caput eius. Quare præiudicat Christo ne sit caput totius ecclesie militantis pmanēs & æternū, quis Petrus post Christum, post Petrum alius sit caput subordinatum Christo temporaneū & infirmitatis cōditione cōiunctū, de quali etiā capite dicto pontifice scribit Apost. ad Hebr. Qui cōdolere possit his qui ignorant & errāt, quā ipse circūdat infirmitate. Quid etiā quod mēs hoīs caput eius dicit per totā militante & triumphante ecclesiam: nunquid hoc Christo præiudicat qui sibi nomē capitis reseruauit? AVG. dicit vi. de trinitate cap. ix. Si enim mentē recte dicimus principale hoīs, i. tanquā caput humane substantię, cū ipse homo cum mēte sit homo, cur non multo congruentius multo magis verbum cū patre, quod simul est deus, caput est Christi, quis Christus nō nisi cū verbo quod caro factū est intelligi non possit?

Hec ille. Et diffusius de hoc duodecimo de trinitate cap. septimo. Et GREGORIVS Homil. vii. super Ezechielem. Non immerito enim per caput mentem intelligim⁹, quia sicut caput corpus, ita mens actiones regit. Hec ille. AVCTOR. Videas iam insutis rationibus quas fecisti, si mens presteret corpori motu & sensum, quod si non nisi mediante spiritu aiali quid impedit quod sanctus Petrus non potuit esse caput ecclesie & omnis successor eius legitimus si spiritualiter sensum & motum gregis Christi presterit ipse quod non ipse sed gratia dei cum ipso. Certe beatus Hieronimus dicit quod benignissimus magister Christus nihil sibi in vocabulis propriis reservauit, tractans hunc textum Abdiel. Ascendet saluatoris montem Syon. HIERON. Quod lumen dominus lucem appellat apostolos suos & dicit. Vos estis lux mundi, & ipsa petra Petro donauit, ut petra sit: bonus quoque pastor eis pastorum largitus est nomina, & quodcumque dicit seruus tribuit ut dicatur: sic ipse saluator apostolos suos mundi voluit esse saluatores, quod ascendunt specula ecclesie. Hec ille. AVCTOR. Noli ergo ad tuam inuidiam metiri dominicam charitatem: neque enim lucis, neque petrae, neque capituli, neque saluatoris nomen, & quod maximum est, neque dei vocabulum sibi proprium referuat ut singulis, sed concessit Hieronimus, quod cum dicit seruus tribuit ut dicat benignus dominus profusus gratiarum. Sed ut redeamus ad locum unde discimus, miror valde si tamen non nesciam in multiloquio non deesse peccatum, quomodo dicat iste sanus non esse viro catholico concedere de Petro, nec de aliquo Christiano quod sit caput alicuius ecclesie: cum tamen ipse concesserit nescio, an non sane duo capita citra Christum vnum scilicet simplex: alterum aggregatum totius ecclesie militantis in libro de ecclesia & membris eius lib. ii. cap. xi. ubi postquam Christum caput dixerit, ita modo, VVIT. Tertio, inquit propinquius proposito concedit, quod omnino in humano genere viate est vnum caput vel capitaneus per quem oportet residuum regulari, qui est totus genus capitaneus, quibus deus ad hoc excellenter sua bona distribuit, sed oportet continere esse vnam personam simplicem ante electionem vel auctoritatem humanam ad hoc a domino ordinata: deus autem perficit talis licet mundo abscondite, qui sine superbia aut verborum strepitu plus prodest ecclesie. Hec Vvitleff. AVCTOR. Dignus et go doctor Vvitleffistarum qui tam leuiter contradictionem affirmat, & seipsum plane

probat esse mentitum. Aut nonne Apostolum vidisti dicentem primo Corinth. xii. Non potest dicere oculus manui opera tua non indigeo. Aut iterum caput pedibus, ubi caput sacerdotis plebis dicitur: pedes autem personas subiectas. Vnde HIERON. in annotationibus suis in eodem loco hic sacerdos est caput, infirmi pedes ecclesie. Hec ille. AVCTOR. Videat ergo sanus omni catholico si sic videt sanum apostolorum expositum ei Hieronimus concedere de aliquo Christiano quod sit caput alicuius ecclesie, quod iste dedocuit. Verumtamen quid impedit scilicet Petrum omnium apostolorum principium & columnam, ne dici possit caput vniuersitatis fidelium: cum primus angelus non impediatur quin dici possit caput & principium creaturarum. AVGVST. enim sic habet super Genesim ad litteram in eo libro quod dicitur imperfectum cap. iii. tractans hunc textum, In principio fecit deus caelum & terram. Ipsa, inquit, prima creatura intellectualis potest dici principium, iis quibus caput est quae fecit deus, cum enim recte appellatur principium, caput in illa gradatione Apostolus mulierem tamen non dixit caput alicuius, nam & virum dixit caput mulieris, & caput viri Christum, & caput Christi deum: ita creatori creatura subiectatur. Hec ille. AVCTOR. Ecce quod ratio principii est sufficiens ratio capituli in illo ordine.

¶ Petrus est fundamentum ecclesie post Christum, & petra supra quam fundatur ecclesia: & quod primus Romae fuit episcopus.

CAPVT VI.



De vltiore fundatione sacrorum auctoritatum & ministrorum ecclesie descendere per rates, occurrunt Vvitleff, & magister eius Guilielmus obloquitur & medacis in primis Petrum passim coniectis stare compellunt. Credimus enim clarum non posse generare processum turpe vel anceps principium. Isti enim certatim quod possunt faciunt, ad excludendum Petrum a primi pastoris officio: cum dicat de eo GREGORIVS Homil. vii. super Ezechiel. Bene primus bonus pastor admonens dicens, Omnium finis appropinquat. Et tunc itaque prudentes & vigilare in orationibus. Hec ille. AVCTOR. Hoc tamen concorditer faciemus ne papa posset prima via potestatem suam arguere sibi coalitum esse commissam, nec voluit ipsum esse aliqualiter fundamentum ecclesie, neque petram aliqua litera super quam spopodit Christus se fun-

datum ecclesie: unde ut reuoluamus quod supra de eo posuimus secunda parte de sermone domini in monte cap. xxviii. Dicimus inquit quod ecclesia Christi ad sensum catholici cum fundat supra petram quae est Christus: cum ipse dicat Matt. xvi. Tu es Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Non intellegendum quod Petrus erat personaliter prima petra, sed quod Petrus figuratiue dicebatur a petra quae est Christus: super quam petra est ecclesia catholica erigenda. Hec ille. AVCTOR. Reuera fides Petri docet oppositum, quod Petrus erat personaliter prima petra metaphorica super quam immediate post Christum tota fundaretur & erigeretur ecclesia. Dicit Hieronimus, dicat sancti patres ecclesie in fide Petri tutissimi preceptores: an non Petrus fuerit illa petra & per hoc fundamentum ecclesie, super quod Christus suam fabricam exorsus est. HIERON. dicit super illud Hieronimus. Mittam eis multos venatores Non solum inquit Christus petra, sed Petro apostolo donauit ut vocaretur petra, in cuius sensibus regescerent recte dicunt esse traslati de petra. Hec ille. Idem etiam Hieronimus, in comentario Matth. xvi. tractans hunc textum: Et ego dico tibi quia tu es Petrus, sicut, inquit, ipse lumen apostolis donauit, ut lux mundi appellaretur, & cetera quae ex domino sortiti sunt vocabula: ita & Simon qui credebatur in petra Christi Petri largitus est nomen ac secundum metaphoram petre, recte dicitur ei, Aedificabo ecclesiam meam super te. Hec ille. AVCTOR. Ecce quod supradiximus Petrum esse personaliter illam petram metaphorica cui dicit dominus. Aedificabo ecclesiam meam super te. Strictam ergo nomen fecit suppositionem illam logicam personalem quae non se extendit ad theologiam veritatem. Idem quoque HIERONYMUS ibidem tractans hunc textum, Vade retro me Sathana. Prudens lector inquirat quomodo post tantam beatitudinem, beatus es Simon bariona: Er tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam: nunc audiat Vade retro me Sathana. Subdit, sed consideret quod hoc querit, Petrus illam benedictionem & beatitudinem ac potestatem & aedificationem ecclesie super eum in futuro promissam, non in presenti data, Aedificabo, inquit, super te ecclesiam meam. Hec Hieronimus. AVCTOR. Sed valde huic aduersari videat, quod Augustinus exponit non super petram Petrum, sed super petram Christum edificasse Christum suam ecclesiam. Vnde super Ioanem Homil. vlt. AVGVST. Non, inquit a Petro petra, sed Petrus a petra: sicut Christi

stus non a Christiano, sed Christianus a Christo vocatur. Ideo quippe ait dominus, Super hanc petram edificabo ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es Christus filius dei viui. Super hanc inquit petram quam confessus es aedificabo ecclesiam meam, petra enim erat Christus. Hec ille. Idem de verbis domini sermone xiii. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram quam confessus es, super hanc petram quam cognouisti dicens, Tu es Christus filius dei viui aedificabo ecclesiam meam, super me aedificabo te, non me super te. Hec ille. AVCTOR. Sed hac expositione non obstante, Augustinus enim perpendit iuxta literam veritatem praedictam explanationem esse acceptam & famosam ecclesie: idcirco admittit ad electionem lectorum lib. retractionum cap. xx. dicens. AVGVST. Dixi quodam loco de apostolo Petro quod in illo tanquam in petra fundata sit ecclesia, quod sensus etiam cantatur ore multorum. In versibus beatissimi Ambrosii ubi de gallo gallinacio ait, hoc canente ipsa petra ecclesie culpam diluit: sed scio me postea sepius sic exposuisse quod a domino dictum est, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, ut super hunc intelligeret quem confessus est Petrus dicens, Tu es Christus filius dei viui. Ac sic Petrus ab hac petra appellatus personam ecclesie figuraret, quae super hanc petram edificata, nec dictum est illi, Tu es petra sed tu es petrus, petra autem erat Christus. Harum autem sententiarum duarum quae sit probabilior eligat lector. Hec Augustinus. AVCTOR. Mihi vero neutra expositio reicienda videtur, sed super Christum petram primo & principaliter edificata ecclesia secundum istam secundam. Secundario vero secundum formam quandam vicariam super Petrum, petram iuxta expositionem prioris. Et idem AVGVST. super psalmum lxxix. Petrus qui paulo ante confessus fuerat filium dei in prima confessione appellatus erat petra super quam ecclesia fabricaretur, paulo post dicente domino de futura passione sua ait, Absit domine propositum tibi esto. Hec ille. AVCTOR. At in quo dubitare mus hoc dicere, cum secundum Apostolum Paulum non solum super Petrum, sed super omnes apostolos, immo & prophetas sit ecclesia Christi fundata? Bnais, inquit, ad Ephesios ciues & domestici dei super aedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, in ipso summo angulari lapide Christo Iesu, ubi Christum ratione fundamenti precellenter instruit. In ipso, inquit sum-

mo angulari lapide Christo Iesu: & tamen apostolorum coetum ad ipsum inscripsit dicens super fundamentum apostolorum, quos tamen in ratione fundadi primo descripsit: quia scilicet sunt priora & immediatiora nobis quam tamen posteriora simpliciter. Et quantum ad vocabulum Petre. Dicit Ambrosius super Lucam vi. ca. xviii. Magna Christi gratia quae omnia prope vocabula sua donauit discipulis suis. Ego sum inquit lux mundi, & id tamen quo ipse gloriatur, discipulis suis nomen indulsit. Vos estis lux mundi huius, ego sum panis viuus: & nos omnes vnus panis sumus. Ego sum vitis vera, Et tibi dicit, Plantaui te vitem fructuosam, omne semen verum. Petra est Christus: bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus, & iam discipulo suo huius vocabuli gratiam non negauit, ut & ipse sit Petrus quod de petra habeat soliditatem constantiam, fidei firmitatem. Hec Ambrosius. Ad idem etiam Hieronymus. in commentario Amos tractatus hunc textum. Nunquid currere queunt in petris equi? Petra, inquit Christus est qui donauit apostolis suis ut ipsi quoque vocentur petre dicens, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Qui in istis petris fuerit, aduersarie potestates que appellantur, equi persequi eum non poterit curribus prepeditis, & per singulas petras corruentibus. Hec Hieron. Et ORIGENES Homil. xi. super Hieremiam. Si consideres, inquit, quid ibi petra dicat, & foramen petrae intelliges, & ceteras petras petrarumque foramina, que est igitur petra dominus Iesus Christus: bibebant enim de spirituali consequente eos petra, & super petram statuit pedes meos. Sequitur, Quare alias petras & alias cauernas. Venio ad chororum prophetarum atque apostolorum, & dico quia omnes imitatores Christi petrae sunt, ut petra est ille qui docuit. Hec ille. AVCTOR. Ergo omnes apostoli petre sunt, precipue tamen Petrus in quo omnes petrae primo nomen sumpsit, ut liquet ex iam dicto Hieronymi. Donauit inquit apostolis ut ipsi uocentur petrae, dicens. Tu es Petrus. In cuius etiam fide tantum in tutissima petra fundauit Christus ecclesiam dicente Augustino super canonicam Ioannis Homilia .x. A V G V S T I N V S. Videte quae laudes persequantur hanc fidem, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Quid est super hanc petram aedificabo ecclesiam mea

super hanc fidem, hoc est id quod dictum est, Tu es Christus filius dei viui. Super hanc inquit petram aedificabo ecclesiam meam. Hec ille. AVCTOR. Ecce vna est fides apostolorum, & tamen hanc prerogatiuam Petrus assequit ut fidei suae petra fundet ecclesiam. Nihil ergo est quod quidam obiciunt quod murus ciuitatis ecclesiae xii. habeat fundamenta secundum Apocalypsim Ioannis. Et sunt xii. fundamenta xii. nomina Apostolorum scripta & agni ubi nulla praecellentia fundandi Petro assignat. Sed nec agno secundum illam seriem nisi vna cum illis xii. ascribitur gloria fundamenti. Nomina inquit xii. apostolorum & agni. At si arguerem cum nostro Vitaleff, quod in hoc passu scripturae agno coetus apostolicus antefertur & ergo magis haberet fundandi prerogatiuam, saltem sufficit quod ex scripturis sanctis quod sit argumentum friuolum videatis. Sed & ductu eiusdem textus qui mysticus omnino est etiam mystice, Petrus est praelatus. Nam consequenter cum xii. fundamenta nominatenus percurrunt fundamentum, inquit, primum iaspis. Hieron. cum in libello quem de xii. lapidibus inscripsit. Iaspis, inquit, viridis quia super quem fuerit phantasmata non timet: significat fidem quam viridescunt sanctorum animae in prae aeterna, & terrores demonum expellunt. Hec ille. AVCTOR. Cum ergo fide Petrus omnes praecesserit: ita ut in eius fide fundaret ecclesia ipsa, praelatio iaspidis in ordine lapidum praeponebat Petrum in ordine Apostolorum: omnes ergo Apostoli fundamentum, sed post Christum Petrus fundamentorum fundamentum, & omnis ecclesiae fundamentum. Vnde Ambrosius, lib. iiii. super Lucam, cap. viii. de turbatione loquens nauiculae Petri, Quae admodum turbati, inquit, perorerat cuius praerogatiua erat in quo ecclesiae firmitatem est. Illic ergo turbatio ubi modica fides. Idem in decretis distinct. prima, fidelior. Idem etiam lib. primo Homiliarum. Fidelior factus est postquam se perdidisset Petrus desleuit, atque ideo maiorem gratiam repperit quam amisit: itaque enim boni pastor tuendus gregem accepit ut qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmiter, & qui se interrogationis tentatione mutauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret, denique pro soliditate ecclesiarum deuotionis petra dicitur, sicut ait dominus, Tu es Petrus. Petra enim eo dicitur quod primus in nationibus fidei fundamentum posuerit & tanquam saxum immobile totius operis Christiani com-

pagem molemque contineat. Hec Ambrosius. AVCTOR. Ecce Petrum omnium firmiterum & pro soliditate ecclesiarum petram dictum, & quod primo posuit in nationibus fidei fundamentum, & quod tota contineat mole operis Christiani. Et vetus pater ORIGENES Homil. v. super Exod. Vide magno illi ecclesiae fundamento & petrae solidissimae super quam Christus fundauit ecclesiam quid dicat a domino. Modice fidei quare dubitasti? AVCTOR. Quod si adhuc antiquiorem auctoritatem expectes beatus Dionysius fatetur. Audisse se dicere apostolum Paulum ad beatum Petrum cum a se discederent versus mortem. DIONYSIUS. Pax inquit tecum fundamentum ecclesiarum pastor ouium & agnorum Christi, & Petrus ad eum. Vade in pace praedicator bonorum mediator & dux salutis iustorum. cum autem elongasset sese abinuicem securus sum magistrum meum Paulum, non in eodem loco siue vico occiderunt eos, & ita attente miraculum vide prodigium. nam praesens fui in tempore separationis eorum: post mortem autem eorum vidi eos inuicem manu ad manum. Intraentes portam vrbis, & idurus vestes luminis & coronis claritatis, & lucis ornatos. Hec Dionysius in epistola ad Timotheum de morte apostolorum Romae.

Q. PETRVS ROMAE FVIT: QVO etiam tempore & quanto praesul Romanus fuit. Cap. VII.

Inc locus est quo ad erubescendum inuitemus Vvithelmum nostri Vitaleff magistrum & praecipuum in materia praetorem dicentem beatum Petrum nunquam fuisse Romae nec ibi praedicasse: ideoque nec ibi fuisse episcopum sed Pauli magis. Scriptura, inquit sancta non docet hoc in actibus sed legenda quaedam apocrypha, & omnium mirabilium hoc admirabilissimum esse fatetur. Mira certe proteruita quod seductus est ad tam ut caeca ratiunculam suam praeponat tam extensam famam omnium seculorum que successiue durauit & scribitur omnium doctorum codicibus & memoriis populorum. Lucas inquit non commemorat in Actibus. Quid tum? nec Ioannes Christi alumnus in euangelio suo natiuitatem Christi carnalem: nec quisquam euangelistarum redemptionem primorum parentum, nec totum nouum testamentum, beate virginis virginis natiuitatem perperuam & nonne ista magis necessaria fidei Christianae quam

praedicatione Petri Romae? Sed si credas patribus Petrus Romae fuit saltem quando se tuo salutarunt Petrus & Paulus secundum Dionysium iam citatum. EVSEBIUS, insuper libro secundo Ecclesiasticae historiae cap. xv. in ipsis inquit Claudii temporibus clemencia diuinae prauidentiae probatissimum omnium & apostolorum maximum fidei magnificentiam & virtutis merito primum & principem Petrum ad urbem Romanam velut aduersus humani generis communem perniciem repugnatum deducit ducem quemdam & magistrum militiae suae scientem diuina praesidia gerere & virtutum castra ductare. Ille adueniens ex orientis partibus ut celestis quidam negociator mercimonia diuini luminis aduexit & salutaris praedicationis verbo, primum in urbe Romana euangelii sui clauibus ianuam regni caelestis aperuit. Hec ille. Et cap. xvii. Inferens Philonem quem sermo, inquit, tenet temporibus Claudii imperatoris Romam venisse & Petrum apostolum vidisse atque eius adhaesisse colloquii. Hec ille. AVCTOR. Vide laudes huius annosi patris Eusebii, qualiter beatorum Petri omnium Apostolorum probatissimum maximum merito primum & principem appellat totiusque militiae Christianae magistrum. Idem EVSEBIUS etiam in cap. xvii. dicit. Hierapolites episcopus nomine Papias quod Petrus in prima epistola sua qua de urbe Romana scribit meminerit Marci in qua tropice Romam Babyloniā nominauit cum dicit, Salutat vos ea quae in Babylone est ecclesia. Et Marcus filius meus, Hec Eusebius. AVCTOR. Hic ergo habes vtrumque & quod Romae fuerit ubi ipse praedicauit primum verbis dei secundum quod huic dicto Eusebio stipulatur Pater Hieron. Contra Ioannianum in fine libri inuectus. Nullane fuit alia in toto orbe prouincia que reciperet praetorium voluptatis in quam coluber tortuosus irrepit nisi in qua Petri doctrina super petram fundauerat Christus? Hec ille. AVCTOR. Et ex scripturae habes testimonio quod Romae fuerit quando in epistola sua ipse se commemorat epistolam ipsam Romae scripsisse ibi. Salutat vos ea quae in Babylone est ecclesia, id est Roma secundum Papiam & Bedam in expositione eiusdem canonice. BEDA. Babyloniā, inquit, tropice Romam dicit. Et infra patet quia priusquam Marcus Alexandria de Roma ad euangelizandum mitteretur epistolam antea scripsit. Tempore autem Claudii principis & Petrus & Marcus Romam venerunt, & ipse Marcus descripto Romae

euangelio suo Alexandriam missus est. Vnde de colligitur quod epistolam hanc dominus quaeritur ubi vel quando Petrus scripserit, locus erat Roma: tempus Claudii Caesaris. Haec Beda Idem super primū textū eiusdem epistolae, Sanctus inquit presbyter Hieronymus de his loquens ait quod Petrus post episcopatum Antiochenis ecclesiae & praedicationē dispersionis eorum qui de circūcisione crediderūt in Ponto, Galacia, Capadocia, Asia, & Bithynia quarto Claudii anno ad expugnandū Simonē Magum Romā pergit. Hec ille, AVCT. Et quare putatur, historiam illā Simonis Magi calumniaris sine fide & non nisi in antiq̄ legēda cōscriptā, beatus Ambrosius in magnū argumentū causae suae de fide ecclesiae eā assertissime producit contra Auxentium haereticū lib. v. epistolarum, epistola, xxxii. AMBROSIVS. Idem inquit Petrus victo Simone cum praecipua dei populo seminaret, doceretque castimoniam, excitauit animos gentiliū quibus eū querebant Christianae animae deprecate sūt vt paulisper discederet: & quis esset cupidus passionis, cōtemplatione populū precantis inflexus est. Rogabatur enim vt ad instituendum, & conseruandum populum se reseruaret. Quid multa? Nocte muros egredi cepit. Et vidēs sibi in porta Christum occurrere vrbemque ingredi ait. Domine quo vadis? Respondit Iesus, Venio Romam iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem diuinum pertinere responsum. Hec Ambrosius, AVCT. Iam si non antiquae legendae, saltē credas Ambrosio: putauit enim contra immanē Arrianum haereticum illum Auxentiū bene historiam valere. Ah non potest ille lapis te frangere, qui fregit Auxentium? Quanto etiam tempore & quoto anno Romam Petrus venit & sedit ibi episcopus. Notat ibidem Beda super actus Apostolorum tractans hunc textum, Et staturerunt vt ascenderet Paulus & Barnabas. BEDA. Scimus inquit Petrus & Paulum apostolos anno post ascensionē dñi, xxxviii. vltimo Nerōis passos fuisse martyriū. Et beatū Petrus Romae, xxv. annis episcopale sedisse cathedram, xxv. anni & xiiii. non, xxxviii. sed xxxix. facit. Sequitur ergo vt beatū Paulū eodē, xiiii. anno post dñi passionē quo eū Hierosolymis alloquit Paulus quarto, Claudii Caesaris Romā venisse credam. Simulque (nisi fallor) ex hac positioe Paulū eodē quo dñs passus est & resurrexit ano ad fidē venisse probat. Haec ille, AVCT. Hic ergo habes quod ante xiiii. Paulū quē ipse ad Galath. ii. cōmemorat

fuit annus aduētus Petri Romā, qui fuit quartus Claudii. Sic etiā idē BEDA calculū agit lib. suo de temporibus, Claudio inquit agēte annos, iiii. mēses, vi. Dies, xxviii. Petrus apostolus cum prius Antiochenā ecclesiam fundasset Romā pergit: ibique, xxv. annis cathedram tenet episcopale, id est vsque ad vltimū Nerōnis annū Marcus vero euāgelis quod Romē scripserat Aegypto Petro mittēte praedicat. Haec ille, AVCTOR. Quotiens ergo habet amulus Petrus fuisse Romae tot annis episcopus? Paulum vero non anno vno? Marcus etiam de Roma ubi scripsit euāgelium Petro mittente euāgelium detulit in Aegyptum. Nonne ergo Petrus Romae tunc fuit quando illinc Marcum misit in Aegyptum? Et Petrus Romae occubuit eodem die quo Paulus: Nonne ergo Petrus aliquādo Romae fuit? Vnde AMBROSIVS in sermone apostolorū Petri & Pauli. Non sine causa factum putamus quod vno die, vno loco, vnus tyranni apostoli tolerauerit sententiā. Vna die passi sunt, vt ad Christū pariter peruenirent, vno loco, ne alteri Roma deesset. Sub vno persequutore vt aequalis crudelitas vtriusque cōstringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perse quator decretus est pro virtute. Hec ille, Et AVGVSTINVS libro primo contra Iulianū cap. v. de occidentali ecclesia loquēs. Puto ergo inquit eā partē orbis debere sufficere, in qua primū Apostolorum suorum voluit dominus gloriosissimo martyrio coronare. Cui ecclesiae praesidentem beatū innocentis si autem dire voluisses, iuuenturē tuā Pelagianis laqueis exuisses. Haec ille, AVCTOR. Primus ergo Apostolorū sanctus Petrus Romae erat cui ecclesiae Innocentius papa praesidebat. Erubescat igitur idē praecipitor nostri Vitellius quod de scripturis sanctis iactat haberi non posse Petrum vno Romae fuisse, cum ipse Petrus de Roma primam scribens epistolā, Salutat vos inquit ecclesia quae est in Babylone electa, Tropice Romae Babylone appellans, vt exponit ad literā vetus pater Papias Hierapolites & discipulus eius Beda. Et insuper in prologo Marci ipse Beda magistrum quē imitatur allegat, BEDA. Dat inquis testimonium Hierapolites episcopus nomine Papias, qui & hoc dicit quod Petrus in epistola sua prima quā de vrbe Roma scribit meminerat Marci. In qua tropice Romae Babylonia nominari. Cui dicit, Salutat vos ea quae in Babylone est ecclesia, Et Marci filii me. Haec ille, AVCT. Beatus vero HIERONIMUS, Haec

teralem expositionem affirmat libro suo de viris illustribus cap. viii. Petrus inquit in prima epistola sua sub nomine Babylonis figuratiter Romam significat. Salutat vos inquit ea quae est in Babylone ecclesia collecta: & Marcus filius meus. Hec ille, AVCTOR. Cognoscere etiam potuit ex scripturis si eas vidisset, Romanos per sanctum Petrum ad fidem Christi esse conuersos, & praedicationibus suis cotidianis hortatos diu ante aduentum Pauli, quia anteq̄ epistola illa Pauli ad Romanos venit cum tamen anteq̄ ipse veniret primū sit epistolam dicente textu, Desidero videre vos vt aliquid impertiar vobis gratiae spiritualis, ad confirmandos vos. Vbi patet Paulū confirmasse in illis fidem quam Petrus instituit. Vnde HIERONYMVS. In annotationibus super eodem verbo Romanos Petri praedicatione fidem tenentes confirmare se velle Paulus dicit. Non quod minus accepissent a Petro, sed vt duobus Apostolis testantibus atque doctoribus eorum roboraretur fides. Hec ille, AVCTOR. Credat iam Vvtilhelmus de scripturis haberi quod Petrus Romae fuit, vel dicat mendacem esse Hieronymum qui hoc iam de scripturarum sensu probauit.

SECVNDVS ARTICVLVS. Quid sit ecclesia catholica iam praesens. Cap. VIII.

Mostē vinctio Christi docuit fideles suos quomodo ipse erigebat lapidem in titulum & Petrum in petram eminentiae singularis, veniedū existimo ad ecclesiam catholicā quā sup̄ ipsam firmā petra Christus nunc & tūc edificare dignatur. Vitellius autem definiendo praueinens, secundum catholicos inquit ecclesia est praedicatorum vniuersitas lib. de Antichristo capitulo primo, AVCTOR. Fateor illa est magna Christi ecclesia, de qua multum sollicitos esse non est datum fidelibus viatoribus nec concessum, supra nos sunt inquantū tales sunt. Sed istam ecclesiam interpello quā Christus nos docuit. Cum in euangelio diceret, Simile est regnum caelorum decem virginibus, quarum erat quinque fatuae & quinque prudentes. Quarum quinque fatuae post gene-

ralem soporē, decreto sponis, pelluntur a regno. Vnde nouimus non totam illā vniuersitatē virginū praedestinatā ad regnū. Iterū alibi Christus nos docuit simile esse regnū caelorum sagenae missae in mare: & ex omni genere piscium congreganti, ubi non tota vniuersitas piscium praedestinebatur ad vasa: sed missi sunt foras mali. Iterū alibi docuit idē caelorum regnū simile esse factum homini seminanti bonum semē in agro: in quo etiam agro inimicus homo potuit seminare zizania quae colligebantur tamen in messe cōburēdis alligata falcibus. Quarto loco idē caelorum regnū nuptiis cōparatur quo oēs cōgregabatur inuenti & boni & mali, ubi etiā vnus vestitus habitu nuptiarū dissimili elici iubet, in tenebras exteriores. In iis oibus citauit nos Christus ad cōtemplandū non ad condemnandū ecclesiam: quam ex dispersis moribus cōgregauit. Nec vtiq̄ cōtemnendū cōsuet: quod non Romae, non Graecorū: non vtiq̄ huius mundi: sed regnum caelorum placuit appellari: & tamē quia non omnes caeli sunt caeli caelorum, idcirco non electorum tamen est ecclesia: nec etiā reproborum, sed ecclesia mixta collecta ex reprobis cum electis. Ideo AVGVST. xx. de ciuitate dei cap. ix. Alio modo intelligendum est regnū caelorum ubi ambo sunt, & ille scilicet qui soluit quod docet & ille qui facit, sed ille minimus iste magnus. Alio autē modo regnū caelorum dicitur quo non intrat nisi ille qui facit, ac per hoc ubi vtriusque genus est ecclesia, est qualis nunc est: ubi autē illud solum erit ecclesia, est qualis tunc erit quā malus in ea non erit, ergo & nūc ecclesia regnum Christi est regnū caelorum. Haec ille, AVCT. Vnde Hieron. ante penultima, ii. partis Homiliarum, GREGOR. Boni soli nūc sunt nisi in caelo & mali soli nūc sunt nisi in inferno. Haec autē vita quae inter caelum & infernum sita est, ita vtriusque partium ciues cōmuniter recipit quos tamen sancta ecclesia, & nūc indifere suscipit, & postmodū in egressione discernit. Haec ille, AVCTOR. Et, xviii. de ciuitate cap. xlix. AVGVST. In hoc inquit seculo maligno in iis diebus malis, ubi per humilitatem praesentē futuram comparat ecclesiae celsitudinem, & timorū stimulis & dolorum tormentis, laborum molestiis temptacionum periculis eruditur, sola spe gaudēs quādo sane gaudet, multi reprobi miscentur bonis & vtriusque tanquam in sagenam euāgelicā colliguntur, & in hoc mundo tanquam in mari vtriusque inclusi retibus indifere nātant donec perueniatur ad litus

vbi soli mali segregentur a bonis, & in bonis tanq̄ in templo suo sit deus omnia in omnibus. Sequitur. Elegit discipulos suos quos & apostolos nominavit, humiliter natos. In honoratos illiteratos: vt quicquid magnū essent & facerent ipse in eis esset & faceret. Habuit inter eos vnum quo malo vtens bene & suae passionis impleret dispositum, & ecclesiae suae tolerandorum malorum praebere exemplum. Hec ille. AVCTOR. Hec idcirco dixerim non quia mihi displicet de praedestinatorum ecclesia de qua catholice spero erras: sed quia non haec tñ est quā sup̄ petram Petrum Christus edificauit ecclesiam. Non enim solos electos praeficere iussit episcopos: non de solis electis presbyteros, non diaconos, non de ceteris ordinibus clericos. Non enim per clauas quas Petro cōcessit discernere docuit reprobos ab electis, non ideo soli reprobi excommunicantur non suspenduntur non vtiq̄ degradantur nec ab his censuris soli feruantur electi, ne via scilicet rebeliādi pateat dycolis, quā iste introduxit vt diceret ecclesiae praepositis: nescio an sis membrum diaboli, & non ecclesiae. Non teneor ratum habere quod iudicas vel quod dicis. Vnde in dōtatiōe ecclesiae cap. ii. dicit. VVITCLEFF. Cum credere debeamus ecclesiam sanctam catholicam tanq̄ fidē & iterū credere debemus q̄ quodlibet membrum istius ecclesiae sit praedestinatū ad gloriam, si credere debemus q̄ iste papa vel episcopus sit membrū ecclesiae, credere debemus q̄ repugnat in peccatum finalis impoenitentiae cadere: sed quid inconuenientius: sic tamen est impertinens q̄ iste secundum praesentē iustitiam est caput sanctae matris ecclesiae vel membrum repraesentatiuum ecclesiae Christi, non obstante q̄ sit diabolus quia non est talis communicatio Christi ad Belial. Ideo pater ex fide scripturae, & multiplici testimonio sanctorum q̄ nullum est membrum sanctae matris ecclesiae nisi persona praedestinata, & de illa ecclesia loquitur fides nostra, & nō de ecclesia malignantium vel de ecclesia falso nuncupata. Secundo videtur mihi q̄ quoscunq̄ praelatos Caesareos vel a fide scripturae notorie delinquentes debemus, non supponere esse membra sanctae matris ecclesiae. Hec ille. AVCTOR. Ecce latam viam quae ducit ad mortem. Ecce altam stratam omnibus seditiosis ad consurgendum in iudices quoscunq̄ praelatos, Caesareos inquit vel a fide scripturae notorie delinquentes debemus non supponere esse

se membra sanctae matris ecclesiae. Et notetur sophisma quo dicit debemus nō supponere non sic: nō debemus supponere, vbi affirmat debitum non negatur. Et quia secundum eam omne quod erit est, debemus non supponere eos posse reduci in melius vel posse esse membra ecclesiae: consequenter tamen versus finē capituli dicit VVITCLEFF. Ex istis videt q̄ debemus supponere tales non esse membra ecclesiae. AVCTOR. Quid amplius: Petrum apostolum debemus supponere non esse membrum ecclesiae quia notorie deliquit cōtra fidem scripturae quando Christū negauit. Paulum quoq̄ quando persequeretur ecclesiam. Omnes apostolos insuper propter perfidiam triduanam pro tempore enim & hora delicti debemus non supponere sic notorie delinquentes contra fidē scripturae esse membra ecclesiae: sed non tenebamur non supponere, nisi quod supponere falsum foret. Falsum ergo erat apostolos tunc esse membra ecclesiae, Et quia sicut omne possibile est verum secundum eum, ita omne falsū est impossibile: impossibile est eos esse aliquando electos ad gloriam. Sed Augustinus dicit cōtra epistolam Parmeniani li. ii. ca. x. q̄ angelus ille in Apocalypsi in figura praepositorum dicebatur mortuus a sancto Ioanne & non viuus qui tamē inter vii. ecclesias numeratur, & precepta vitae ipsi dantur inferius, nec separatur a cōpage corporis Christi. AVGVST. Si ita audient inquit renūcient se mortuos nō habere & meliores esse q̄ illa ecclesia cuius angelo in figura praepositorū vel animarū dicitur, q̄ nō viuat sed mortuus sit, & tamē iter. vii. ecclesias numeratur. nec ei diuise a cōpage corporis Christi sed in vnitate perseveranti precepta vitae inferius dantur. Hec Aug. AVCT. O ergo generalē patronū pfidie, cōtumaciae speculū, resultatorū philosophū, peritū in iurgis, astutū ad blasphemias, p̄ducem ad q̄relas, doctū ad pugnas. O tutū rebellionis p̄conē, insurrectionis magistrū, detrahentiū ductorē & omnium temere iudicantiū, p̄ximos diffamantiū, praepositos accusantium fixatres, magniloquū aduocatū. At nonne disperdet dñs vniuersa labia dolosa, & linguā magniloquā eorum q̄ dixerūt, linguā nostrā magnificabimus, labia nostra a nobis sūt: q̄s noster dñs est? Beatus Augustinus dixit hāc fuisse maximā supbiā Parmeniani & Donatistarū sequaciū q̄, p̄onerēt ecclesiam suā talē qualis nō erit ecclesia Christi vsq̄ post iudiciū li. iiii. cōtra Parmenianū ca. ii. circa mediū, AVG. Inter oīa iſt q̄b?

eorum sacrilegus tumor apparet nullo se loco magis aperuit q̄ in eo q̄ ausus est illud etiā Hieremie prophete ponere. Vnde persuaderet hominibus ceteris cōmunionē Donatistarū non solū ecclesiam verā esse sed etiā talē iam hoc tēpore qualis post vltimā ventilationē ecclesia sancta ventura est. Et infra, Admonet inquit Hieremias sanctissimus in fructuosas & steriles peccantiū turbas ab honorata fruge iustorū discerni dicens: quid paleis ad triticū? O Tuba furoris, o vox execrabilis pestilentiae. Nūquid forte sic errat genus humanū vt non cognoscat vētilatorē Parmenianū? Cōcludendo ergo infert. Vbi enim dicitur cōsiderent si eis inest, qualiscūq̄ sensus humanus. Nūquid in agro dici potest, qd paleis ad triticum: quādo eadē radice portant. Nūquid in area vbi pariter triturantur, sed vtq̄ in horreo quid paleis ad triticū? Veniet paterfamilias ferens ventilabrū in manu sua & mundabit areā suā, frumētā recondens in horreū, paleā vero cōburens igne inextinguibili. Nā & per aliā similitudinē omne triticū ouīū nomine, & oīs palea hœdortū nomīne significatur: quē dñs pecorū genera sub vno pastore pascūt. Sed veniet inquit filius hominis cū angelis suis, & cōgregabuntur ante eū oēs gētes: & separabit eos ab inuicem sicut pastor separat oues ab hœdis. Sequit. Tunc ergo implebitur propheta quid paleis ad triticū, qñ hœdis & ouibus nō potest pascua esse cōmunis: & tandē seu finaliter, q̄ si iā hoc tēpore intelligam? fieri quod Hieremias ait, Quid paleis ad triticū: nihil aliud recte intelligere possumus, nisi q̄ in vna quidē congregatione sunt donec in fine vētilationis etiam corporaliter separētur, sed tñ tritici sursum cor est, palea vero deorsum. Palea quippe sua querit nō q̄ Iesu Christi: triticū aut thesaurizat thesaurum in cœlo, & vbi est thesaurus eius ibi est & cor eius. Hec Augustinus. AVCTOR. Falsum ergo & sacrilegū mendaciū. Vvitleff assumpsit dicens ecclesiam Christi de praedestinatīs esse & solū tritici nō autem de paleis etiā finaliter cōburendis. Nec contra malos tñ assumunt hœretici tale resultā dīcōmentū sed & in bonos & optimos viros si sibi videant eos aduersos. Aut nōne beatissimus Augustinus fuit inter electos antistites etiam orthodoxos? & tamē hoc modo irruerūt in eū donatistarū causidici. Sed respōdit vt recitat in tractatu. psalm. xxxvi. AVGVST. Suspiciamini inquit quod vultis de nobis, si boni sumus in ecclesia Christi frumē

ta sumus: si mali sumus in ecclesia Christi, palea sumus: tamen ab area nō recedimus. Tu qui vento temptationis foras volasti qd es triticū non tollit ventus ex area, Ex eo ergo vbi es agnosce quod es. Et infra. Quid aut sumus ille nouit ad quē gemimus, de malis tñ dictū est aliud, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei: qd dicunt facite, quē aut faciunt facere nolite. Vides q̄ in cathedra Moysi cui successit cathedra Christi sedent etiā mali, & tamen dicēdo bona non obstant auditoribus, quare tamen propter malos istam cathedra dimissisti? Si bona loquor & bona facio imitare me. Si autē nō facio qd dico habes consiliū domini: quae dico fac, quē aut facio noli facere: tamen a cathedra catholica noli discedere. Ecce i nomine Christi iuri sumus, & multa dicturi sunt quibus finis! Cito cōtēnet causam nostram: nō illis dicā nisi fraterne, ad rē respōdere. Augustinus episcopus est in ecclesia catholica, sarcinā suam portat, rōnē redditur? est deo in bonis em̄ cū noui. Si malus est ipse nouit, Si bonus est ipse nouit. Nec sic spes mea est: hoc ante omnia dīdici in catholica ecclesia vt spes mea non sit in homine. Merito ergo vos homines reprehendunt quia spem vestrā in hominibus posuistis. Hec ille. AVCTOR. Iuxta hūc modū ecclesiarū principes insultationibus Vvitleffitarū respondeāt. Sed ad hunc finē praescripto modo diffiniuit ecclesiam, vt de praedestinatīs & reprobis temere iudicent, licenter imputēt hoc vel aliud cui volunt. Hos filios dei, illos appellent diabolos. Et nonne Christus qui in leui vel indifferētī causa iudicare vetuit peccatores, in secretissimis camisis voluit prohibere iudicium de praesentis? Beatus Paulus dixit, Mihi pro minimo est, vt a vobis iudicet aut ab humano die: sed neque meipsum iudico: qui autē iudicat me dominus est. primā Corinth. iiii. Quale autem sit istud iudiciū qd intrēdit, pater, quod electionis & reprobationis per hoc quod sequitur. Itaq̄ nolite ante tēpus iudicare quoaduisq̄ veniet dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordiū. Sup hoc loco dicit Augustinus secundū allegationē Haymonis. AVGVST. Singulis electis p̄ manifestabit opera & cogitationes omnium electorum, nec erit quod suis quisq̄ aperiat amicis & abscondat alienis, vbi nullus erit alienus. Similiter credendum est omnia opera & consilia reprobatorum patere ad contumeliam & verecundia illorū. Hec ille. AVCT.

Mirum est ergo q̄ isti Vvitecleuiste voluit ante tempus prædestinationis occulta discutere, & præscientias iudicare cum hi ipsi secretissimi sint summæ trinitatis articuli in generali iudicio pertractandi, Q̄ si dies & hora talia iudicandi secretum suum habet quo nec angelis nec vt filio hoīs sic pateant, multo magis sententię ipsę iudicis quæ intimiores sūt iudici nulli patebūt. Aestimo q̄ is intravit secretum deitatis conclauē vt videret qui postmodum egrediebatur foras & loquebatur, Sed vtinam intus esset. vera loqueret, ait Augustinus super Psal. xl. AVGVST. Nō exiret foras vbi falsa loquitur. Traditor est, persecutor est egressus foras loquitur. Si ad mēbra Christi pertines veni itruere caput, tolera zizanias si triticus es, tolera paleā si frumentum es, tolera pisces malos intra retia si pisces bonus es, quare ante tēpus vētilationis aduolasti? quare ante tēpus messis etiā frumēta tecū eradicasti? quare anteq̄ ad litus venires retia dirupisti. Hęc Augustin⁹.

Q̄ VNIVERSI ELECTI NON SVNT
intra ecclesiam catholicę militantē
nec omnes reprobi extra eā.

Cap. IX.
AVCTOR.

Q̄ hac ecclesia loquimur de qua nobis iudicare licebit. Quis episcopatu sit dignus, quis sacerdotio; in ea præficiendus, quis substituendus, quis eiiciendus, quis bonus, quis melior, quis malus simpliciter: & secundum hoc dicamus ecclesiam militantem esse congregationem omnium vocatorum catholicam societate iunctorum. Sonat enim nomē ecclesię vocationem dicente Beda super hęc textū Prouerbiorum quinto. Pene sui in omni malo in medio ecclesię & synagoge lib. i. Beda, Ecclesia & synagoga Gręca nomina sunt & vnam eandemq̄ rem significant latine, id est conuentum populorum adinuicem. Si autem subtilius distinguantur, ecclesia conuocatio & synagoga cōgregatio interpretatur: & vetus quidem dei populus vtroq̄ nomine vocabatur. Nunc autem gratia distinctiōis, ille synagoga, noster ecclesia dicitur. Merito scilicet fidei & scientiæ maioris: quia & irrationabilis creatura potest congregari. Vñ & dominus dixit, congregentur aquę in cōgregationem vnam: rationalis autē solummodo & sensibilis propriū habeat cōuocari. Hęc il

le. Et AVGVSTINVS super psal. lxxvii. Quis enim pprie dicitur synagoga Iudæorum, ecclesia vero Christianorū quia congregatio magis p̄corū, conuocatio vero magis hominū intelligi solet, tamen & illā dictam inuenimus ecclesiam. Hęc ille. AVCTOR. Propter hoc ergo magna nostra ecclesia pro tempore huius caliginis nō electorū tm̄ sed quod generalius est, est congregatio vocatorum & sic huius ecclesię membra sunt reprobi dummodo per se societate nō exeant, vel per censuras ecclesię eiecti non fuerint: ideo additur catholica societate iūctorum, q̄ et si eiecti sunt si tamē per hæresim vel aliter pestē schismatis catholicam societate recte amiserint intra ecclesiā non habentur: quod q̄ nō sit a veritate, extraneū, audiamus Paulū dānantē fornicariū qui accepit vxorē patris sui sub iis verbis, Ego quidē absens corpore præfens autē spiritu iam iudicauī vt præfens est qui sic operatus est in noīe dñi nostri Iesu Christi cōgregatis vobis: & in eo spiritu cū veritate domini Iesu tradere huiusmodi Sathanæ in interitū carnis vt spūs saluus sit in die dñi nostri Iesu Christi. i. Corinth. v. Ab ecclesiastica societate & de corpore Christi vere non sic ē eiiciebat quē tradidit Paulus Sathan: qui tū per hoc ab electorū vniuersitate nō cecidit si spiritus eius saluus futurus fuit in die domini. Vnus ergo & idē ab ecclesia sanctorū pulsus intra collegiū prædestinationum per hoc potuit esse cōtētus quē Paulus ob hanc causam Sathanæ tradidit vt in die domini spiritus saluus esset. Nō hoc autē potuit Paulus ab ecclesia Vvitecleff quā solā vniuersitatē electorū descriptit a qua null⁹ cadit electus, etiā nec per sententiam iudicis. Sic & primos parentes de paradiso deus eiicit: quos de libro vite nō expulit & sine præiudicio prædestinationis ad gaudia celi fecit eos exules paradisi, vt beata societate carerēt qui socialiter non vixerūt. Dicamus ergo catholicam societatem necessariam huic nostrę ecclesię ita vt neq̄ p̄ces nec sanctorum suffragia vel sacramenta frequentata frequentibus proderunt, siquando hanc societatis compagem amittunt. Vñ Augustinus ideo supra dixit suis detractoribus, Suspiciamini quod vultis de nobis: si boni sumus in ecclesia Christi frumentum sumus: si mali, palea, tamen ab area non recedimus. Quid est ab area? ab ecclesiastica societate vbi mali cum bonis, frumēta cum paleis, reprobi cum electis sine nostra discretione coincidunt &

cęca quadā socialitate cōiunūt. Idē quoq̄ Augustinus lib. de fide ad Petrum cap. xxxix. AVGV. Omni homini qui ecclesię catholice non tenet vnitatem, neq̄ baptisimus neq̄ eleemosyna q̄libet copiosa neq̄ mors pro nomine Christi suscepta proficere possit ad salutem: quando in eo hæreticā & schismatica prauitas perseuerat quę ducit ad mortē. Hęc ille, & iterum cap. xxxvi. Tantum enim valet ecclesiasticę societatis vnitatis ad salutem vt baptisimo non saluetur cui non ibi datur vbi oportet vt detur. Inesse tamē homini baptisimo etiā extra ecclesiā baptizato sed ad iudiciū inesse ab ecclesia separato: & reddens huius causam in sequenti capitulo. Nā in diebus diluuii inquit neminē legimus extra arcam potuisse saluari. Hęc Augustinus. AVCTOR. Ecce ergo extra arcam potuit nemo saluari quæ munda animalia immundis, hominib⁹ iumētā, fœda pulchris, mitia rapacibus socialiter cōbinauit. Hęc est ergo ecclesia nostra quę simul ista cōplectit: sed nec nostri p̄positi est, nec nobis licet ista distingere: prædestinatos a præfiscitis non est datū secerare: nec q̄s præfiscitus est inquitere vt pereat, nec si prædestinatus vt seruetur. hoc igit est quod catholice concludemus, ecclesiam Christi quæ est corpus eius cuius caput est Christus non bene diffinitā a Vvitecleff, q̄ sit vniuersitas electorum saltem pro hoc misero incolatu, pro eo q̄ multi electi ante regenerationē baptismalē nō pertinet ad illā ecclesiam, nec ipsi sunt lapides viuī ex quibus fiat templū Christi secundum apostolum, de electis nondum natis ex vtero sed in vtero per hoc Augustinus diffinit, epistola ad Dardanum, & est, lxxxix. AVGVST. Hoc inquit excepto lapide angulari non video quomodo edificentur homines in domū dei ad habendū in se inhabitantem deum nisi cum fuerint renati, quod nō possunt esse anteq̄ nati. Hęc ille. AVCTOR. Et iterum loquens de natis ab vtero sed nondum renatis in generali quadam claudens sententiā AVGVSTINVS. Proinde inquit in cōpagē Christi tanq̄ in viam structurā templi dei quę est eius ecclesia nati hoīes nō ex operibus iustitię q̄ fecerunt, sed renascendo per gratiā transferuntur, tanq̄ de massa ruine ad ædificiū firmamentū. Præter hoc enim edificatū, quod beatificadū cōstruitur ad æternā habitationē dei, vita hominis oīs infelix, & mors est porius appellada q̄ vita. Quisquis ergo inhabitat a deo ne ira dei maneat sup eū, ab hoc corpore, ab hac vita ab

hoc tēplo, ab hac ciuitate nō erit alienus: oīs autē nō renat⁹ alienus est. Sacramentū porro regenerationis nostrę manifestū esse voluit manifestus mediator. Hęc August. AVCT. Iam vides q̄ in cōpagem & viuā structuram Christi quę est eius ecclesia trāferantur nati homines renascendo tanq̄ de massa ruine ad ædificiū firmamentū. Tota vniuersitas electorū post Christū erat in massa ruine quousq̄ renascēdo transferreretur in structurā viuam Christi quę est eius ecclesia. Electorū ergo hominū vniuersitas si sit ecclesia tamen est massa ruina, quousq̄ sit regeneradū Christi ecclesia. Exemplificat ibi Augustinus de multis euangelicis viris qui nondū pertinebant ad ecclesiā, sed postmodū pertinebant. AVGV. Nec nos inquit mouere debet q̄ per quosdā ad hoc tēplū non pertinentes vel nondū pertinentes, id est in quibus nō habitat vel nondum habitat deus, aliquid virtutis operatur sicut per illū qui nomine Christi expellebat demonia cū Christū non sequeretur quē p̄mitti iussit propter multis vtilē cōmendationē nominis sui. Sequit. Cornelius quoq̄ anteq̄ regeneratione incorporaretur huic tēplo missum ad se angelum videt auditq̄ dicentē, q̄ exaudire sunt orationes eius & eleemosynę acceptæ. Agit enim hæc deus tanq̄ vbiq̄ præfens vel per angelos sanctos eius. Nā illa priusq̄ exiret de vulua Hieremię sacrificatio, q̄ nōnulli hoc i typū saluatoris accipiāt q̄ regenerationē nō eguit, tū etiā si de ipso ppheta accipiat, potest & secundū prædestinationē nō incōuenienter intelligi, sicut filios dei appellat euangelicū nondum regeneratos, vbi Cayphas cū de dño dixisset, Expedi vobis vt vnus moriat hō p̄ populo & nō tota gēs pereat, mox euangelicū securū adiūxit. Hoc autē a seipso nō dixit, sed cū esset p̄fex annū illius pphetauit, quia Iesus moritur⁹ erat p̄ gēte, sed vt filios dei qui erāt dispersi cōgregaret i vniuersos filios dei quę appellatur p̄ter Hebręā gentē in ceteris etiā oīb⁹ gentibus cōstitutis nondū fideles, nondū baptizatos, quō ergo dei filios nisi secundū prædestinationē, secū dū qd̄ Apostolus ait, q̄ elegerit nos de⁹ in tēplū ante mūdi cōstitutionē. Illa vero i vni cōgregatio factura erat eos filios dei. Neq̄ in vni dictū est i aliquē corporalē locū. Segē, sed cōgregaret i vni dictū est, i vni spm̄, i vni corp⁹: cuius caput est Christus talis cōgregatio edificatio est tēplū talē cōgregacionē non gñatio carnalis sed regeneratio spūalis facit. Hęc Aug. AVCT. Ecce nō subtrahit oculis

vestris quod Augustinus diffuse pronunciat. Cornelius ante regenerationem non fuit in corporatus templo Christi. Nec membrum ecclesiae cum tamen ut presupponimus eterniter fuerit electus & predestinatus esse membrum ecclesiae. Nec Hieremias propheta fuit actu sanctificatus in vtero, sed predestinatus sanctificationi. Sicut filios dei dixit euangelium qui nondum erant dei filii quia nec fideles necdum baptizati quos tamen congregatio Christi in vnum factura erat dei filios cum congregaret eos in vnum corpus cuius caput est Christus. Et inde dicebatur dei filii secundum predestinationem non secundum actum, sicut aliquis dicitur predestinatus beatus qui nondum est beatus. Predestinatio ergo sola vel electio non facit Christi corpus ecclesiam quia electi & predestinati hoc eternaliter erant, sed congregatio Christi per regenerationem baptismalem consequentem. Et quia dicit Vitellius quod de hac ecclesia non loquitur fides nostra sed tantum de ecclesia electorum. An quod dixit Christus non audivit, Alias oves habeo inquit quae non sunt de hoc ovili, & illas oportet me adducere & vocem meam audient & fiet vnum ovile & vnus pastor. Alias oves exponunt concorditer Gregorius & Augustinus: gentium nationes & ille non sunt ex hoc ovili, si ex ovili electorum, ut Vitellius dicit falsum est quia electi erant ante mundi constitutionem. Si ex hoc ovili praesentis ecclesiae, in qua oportuit eos Christum adducere per fidei portam & baptismatis sacramentum, ergo ovile & ecclesia Christi non continet omnes electos, nec est adhuc ovile Christi vnum omnium electorum. Sed nec vnus pastor ad quod pastor Christus adducit alias adhuc oves. Eadem ratione qua predestinatio necessario non includit ecclesiam, & improbatio non excludit, quis contra hoc quidam Vitellius sophisticent dicentes. Christum secundum apostolum statuisse sibi ecclesiam gloriosam non habentem maculam siue rugam. Et iterum, despondi enim vos vni vero virginem castam &c. Sed & ego addam quod de eo celebratur in canticis canonicorum. Tota pulchra es amica mea. Sed audiamus quid de hac re Beda praesentit exponens eundem textum lib. iiii. supra Cantica. BEDA. Tota pulchra es, id est non eximioribus tantum membrum electorum quae specialius enumeravi pulchra es: verum etiam in illis qui pusilli videntur ac fragiles & decore refulges virtutum, & macula cares. Benedixit

enim omnes timores dominum pusillis cum maioribus. Vnde & in Apocalypsi sua de superna eiusdem ecclesiae patria dicit Ioannes. Nec intrabit in eam aliquid coingnatum & faciens abominationem & mendacium nisi qui scripti sunt in libro vite agni. Haec autem dicta sunt non quod in hac vita sanctorum quispiam vel a culpis omnibus immunis vel perfectus possit esse virtutibus cum veraciter scriptum sit quia non est homo in terra iustus qui faciat bonum & non peccet. Sed quod sancta ecclesia in quantum ecclesia Christi est & fide recta & munda sit opere. Si quid vero eam immunditiae vel pravitatis attigerit non hoc ad eam pertinet sed ab ea sit celerius velut extremum omni conatu expurgandum. Haec ille. AVCTOR. Sic ergo intellige ecclesiam virginem & totam castam, quod quis haereses vel flagitia magna contineat quae etiam ab ecclesia tua ex toto purgare non poteris, tamen flagitiis & haeresibus profinita non finitur. Peccata enim non probat sed corrigit, & ita in suo gremio reprobos sustinet quod eorum improbitatem velatenus non admittit. At quis quantumcumque peccator est quem deus non fecerit qui peccatum non fecit, nec est fabricae suae culpa. Sicut igitur deus dicitur detestari peccatorem propter peccati culpam non propter naturam bonam, ita & haereticus vel flagitiosa persona extranea censetur ecclesiae propter culpam quidem tantum, qui nullatenus Christi corpori incorporari probatur. Quemadmodum loquitur Hieronymus in commento super epistolam Pauli ad Ephesios, lib. iiii. tractans hunc textum ut ecclesia subiecta est Christo ita & mulieres virtus suis in omnibus. HIERONYMVS. Ecclesia Christi gloriosa est non habens maculam neque rugam aut quid istiusmodi: qui ergo peccator est & aliqua sordide maculatus de ecclesia Christi non potest appellari, nec Christo subiectus dici: possibile autem ut quod ecclesia quae prius rugam habuit & maculam, in veritatem & munditiam postea restituta est: ita & peccator currat ad medicum ut curentur vulnera ipsius & fiat de ecclesia quae corpus est Christi. Haec ille. AVCTOR. Hic habes ecclesiam prius maculatam & rugatam postmodum sine macula & sine ruga: nunquid ecclesia tua est ista, scilicet vniuersitas electorum sed ergo macula ista non est, indelebilis praescientia, ut videretur sed macula aliqua temporalis sine qua etiam virgo nostra ex toto in hoc exilio casta non est. Sed inuenerit aliquis Vitellius ista, hoc ipsum quid professioni tuae

proderit secundum quam ecclesiam facis ex reprobis & electis cum haec omnes peccatores excludat! Hieronymus pro me est, quod non omnes electos includit quia eos excludit qui propter actuale peccatum de ecclesia nondum sunt & per poenitentiam esse possunt. Non ergo tota vniuersitas electorum iam est ecclesia de qua multi excluduntur quoad regenerati vel nondum fuerint generati. Multi quoque post regenerationem baptismatis propter iniquitatem actualis malitiae iam ab ipsa relegantur in quam postmodum reuertentur. Hi ergo tam qui regenerationem preueniunt qui post illam preueniuntur flagitiis intra vniuersitatem electorum veraciter continentur, sed non de praedicta ecclesia computantur.

¶ TRES PARTES SVNT CA
tholicę militantis ecclesię secundū
diuisionē gratiarū. Cap. X.

The ecclesia in communi prout deus dedit iam diximus, de eius partibus iam dicamus. Tripartitur autem noster Vitellius, ecclesiam in militantes, gaudentes, & dormitione detentos forsitan non male distinguens electos. Sed de necessariis partibus huius militantis ecclesiae nondum certos faciens orthodoxos, nec quidem tutum est istum imitari scissorem qui non tam diuidere quam scindere vellet ecclesiam: sed imitemur eum qui dixit. Imitatores mei esto: te sicut filii charissimi, non scindetem sed diuidentem imitemur Apostolum. i. ad Cor. xii. Diuisiones gratiarum sunt. Idem autem spiritus diuisiones ministracionum sunt idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Sunt diuisiones gratiarum in ecclesia, diuisiones ministracionum & diuisiones operationum. Diuisiones gratiarum sunt non tantum temporalium quas statim docet Apostolus, sed magis spiritualium: de quibus dices Aemulaminum charismata meliora. Subdit in seq. ca. Fides, inquit, spes & charitas: maior horum charitas. Secundum vero horum charismatum gratias graduales tres habemus partes esse graduatim distinctas. In primo & summo gradu sunt electi fideles immunes a damnable crimine. Sub istis habentur electos sed peccatores & nisi per poenitentiam respiciant reos gehene, & tertio flagitiosos vel hereticos vel oves praescitos flame perpetuae. Primi habent

gratiam praesentem & in re puram. Secundi habent gratiam tantum in spe futuram. Et tertii quauis habent gratiam fidei sunt tamen debito res gratiae spei: vel quauis vtranque habeant & spem & fidem ita ut montes transferant gratiae tamen charitatis, quia preuaricatores existunt ideo quasi nihil sunt. Sed tamen horum trium quia idem est dominus eadem fides & idem baptismus. Idcirco horum trium vna praesens est ecclesia. Quibus utique tribus tria illa respondent celestis scripturae lamentationes carmen & ve. Carmen primis lamentationes peccatoribus secundis & ve praescitis. De primis habet Augustinus, epistolam ad Dardanum. AVGVSTINVS. Deus qui vbique praesens & vbique totus, non in omnibus habitat sed in eis tantum quos efficit templum beatissimum suum vel beatissima templa sua, eruens eos a potestate tenebrarum, & transferens in regnum filii charitatis suae quod incipit a regeneratione. Haec Augustinus. AVCT. Hic monstrat euidenter Augustinus hoc genus electorum esse per quamdam antonomasiam praecipuum Christi templum quos vocat beatissima templa: quia eruti sunt de potestate tenebrarum & translati in regnum filii quod incipit inquit a regeneratione. Illi ergo electi omnes qui nondum eruntur a potestate tenebrarum siue dolosi siue dolosi immunes, non sunt participes huius ecclesiae electorum quae vocatur ab Apostolo singulariter gloriosa quae sit aquae lauacro regenerata. Christus inquit dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret mundas lauacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut aliquid huiusmodi, sed sit sancta & immaculata Ephes. v. Scio tamen & semper consistor ecclesiam quandam esse omnium electorum qualiter semel & frequenter dicit Augustinus, xviii. Ciuitatis cap. primo in fine. AVGVST. Non solum a tempore corporalis praesentiae Christi & Apostolorum eius, sed ab Abel quem primum iustum impius frater occidit, & deinceps usque in finem seculi inter persecutiones mundi & consolationes dei peregrinando procurrit ecclesia. Haec ille. AVCT. Et secundum hoc in Prologo super Cantica. BEDA. Quisquis Cantica canticorum sapienter legere cupit memniste debet in primis quod omnis electorum congregatio generaliter ecclesia vocatur: & tamen nunc causa discretionis specialiter ea fidelium portio quae incarnationis dominice tempora praescit synagoga: quae vero hanc secuta est ecclesia nuncupatur. Haec ille. AVCT. Et Augu

stinus dicit Christū reliquisse matrē suam vt adhereret vxori. sup Ioā. homil. ix. AVGV. Quomodo reliquit matrē? Relinquēdo synagogam Iudeorū de qua secundū carnē natus est, & inherēdo ecclesiā quā ex oibus gētib⁹ cōgregauit. Hęc ille, AVCT. Sic ergo solent prouidi doctores ecclesię loqui de ecclesia electorum vt loquēdo ecclesiā a synagoga distinguāt & cū Apostolo eam dicāt quę aque lauacro in verbo vitę facta est Christi gloriosa ecclesia, Gloriosa, inq̄, sed nondum re ex omni parte perfecta sed his affecta mendulivitorum sine quibus vita p̄sensentiā a multum iusto non agitur. Ideo Auguf. in lib. Retractionum. ii. cap. xviii. contra Donatistas. AVGVST. Vbi cūq; inquit in his libris cōmemorauit ecclesiam nō habentē maculā aut rugā: nō sic sciendū est quasi iam sit quę preparatur, vt fit quādo apparebit etiā gloriosa: nunc enim ppter quāsdā ignorātiās & infirmitates mēbrorum suorum habet vnde quotidie tota dicat, dimitte nobis debita nostra. Hęc ille. Et idem lib. Retract. secūdo, de sermone dñi in mōte. AVGVST. Quod dixi quā sibi elegit deus gloriosam ecclesiā non habentē maculam neq; rugam, non ideo dixi quia nūc ex omni parte talis sit: quādo Christ⁹ apparuerit vita eius: tunc enim & ipsa cū illo apparebit dicta in gloria, propter quam gloriosa: nunc enim ecclesia gloriosa. Hęc ille, AVCT. Est iterū alia pars ecclesię paulo ista inferior eorū scilicet electorū qui adhuc non minima peccata sed vtiq; grauiora peccata & dānationi obnoxia circūportāt qui vtiq; illis nō obstantibus intra ecclesiā Christi sunt, ppter hoc q̄ respiciunt intra illā ecclesiā dico quę gloriosa est futura in cęlo & omnes electos continet iā renatos, de qua lib. xviii. de Ciuitate dei. cap. xlviii. AVGVST. Maior est inquit gloria domus eius noui testamēti q̄ domus prioris veteris testamēti: & tunc apparebit maior cum dedicabitur: tūc enim veniet desideratus cūctis gentibus, sicut legitur in Hebręo. Nam primus eius aduētus nondū erat desideratus oib⁹ gētib⁹. Non enim quę debent desiderare sciebāt in quē non crediderant. Tūc etiā secundū. LXX. interpretet quia & ipse ppheticus sensus est, veniet quę electa sunt dñi cūctis gētib⁹: tunc enim vere nō veniet nisi electi, de quib⁹ dicit Apost. Sicut elegi vos in ipso ante mūdi constitutionē. Ipse quippe architectus q̄ dixit, multi vocati pauci vero electi: non de iis qui vocati sic venerunt vt de

cōuūio proiicerētur sed de electis demōstraturus est ædificatā domū, quę nullā ruīnam deinceps formidabit: nunc autē quando & hi replēt ecclesias quas tanq̄ in area ventilatio separabit, nō apparet tanta gloria dom⁹ huius quāta tunc apparebit quādo quisquis ibi erit semp erit. Hęc ille, AVCT. Videtis iā de qua domo dixerit, quia de domo electorū in cōmuni non tamē omni quia maior est, inq̄, gloria domus huius testamēti noui q̄ domus prioris veteris testamēti & tamē solos electos dicens ecclesiā vocatorum volebat includere quorū quidā inquit sic venerunt vt de cōuūio proiicerētur: hęc tamē ecclesia mēbra sua habet quę vtiq; primę ecclesię Christi quādiū peccato suo deseruiunt sunt extraneę quāuis intra ecclesiā catholicā continētur. Vnde secundū quosdā qui ex dicationē minorē contrahunt apud cōditoris sententiā gehennę, reatū incurrūt & ad magnā illā & p̄uenerādam ecclesiā sanctorū nō pertinet quousq; p lachrymarū tabulas culpas suas mortales de letas ostēdūt. Vnde lib. iii. cōtra Donatistas, de baptismo. c. xviii. AVGVST. Isti, inquit, id est mali qui intrus cum gemitu tolerātur, quīs ad eādem colūbē vnitatē & illā gloriosam ecclesiā nō habentē maculā aut rugā aut aliquid eiusmodi nō pertineant, tamē si corrigant & seipsos ad baptisimū accessisse fateantur nō rebaptizātur, sed incipiūt p̄tinere ad colūbam, p̄ cuius eis gemitus peccata soluntur, a cuius pace alienati tenebant. Sic & qui apertius foris sunt, & si eadē sacramēta sumpsērunt cū correcti ad ecclesię veniunt vnitatem nō iterato baptismo, sed eadē charitatis lege & vnitatis vinculo liberantur. Hęc ille, AVCT. Ecce isti mali baptizati quousq; corrigātur nō p̄tinēt ad ecclesiā, Correcti statim incipiūt p̄tinere: ad quā ecclesiā rogo dicas nunquid ad ecclesiā electorū generaliter? Sed ad illam nullus incipit p̄tinere postquam non p̄tinuit: ergo ad ecclesiā specialiter electorum, ad ecclesiam illam gloriosam: ergo isti de electorum ecclesia membra sunt, & tamē extra ecclesię illius gloriosę cōmunionē morātur quousq; poenitentialiter corrigant. Sed vere nec tunc ecclesiā illā intrarent si ad hoc ante mūdi constitutionē electi nō essent: electi ergo sunt & quod plus est renati sunt: & tamē de magna electorū ecclesia separantur: & quid dico separātur, excōdicātur ab ea. Est demū alia adhuc & gēs extranea hui⁹ magnę ecclesię gen⁹ reprobōrū actib⁹ pessimis & peruerso fini dānatum. Hęc quidem gētes

si nō aperte exeāt vel ecclesię autoritate pelantur, de ecclesia catholice pegrinate mēbra sunt, quāuis in agro tritici palce, aut in rete euangelico pisces mali. Offendi hic scio nostrum Vvitelessi, qui solet eos dicere in ecclesia non de ecclesia nisi stercus inquit in vena mesaraica. Ego autē scio nec stercus esse filii talis venę nec mēbrum esse hominis, nec vere vnū cum homine: qualiter Augustinus Iudā cōparauit ad Christum in expositione Psal. cxlii, qui inscriptus est persecutioni Absalon filii David in patrē suū. AVGVST. Agnoscamus, inquit, quēadmodū & Christū persequebatur filius suus. Habebat enim filios de quibus dicebat, nō ieiunāt filii sponsi quādiū cum illis est sponsus, cum autē ab eis ablati sunt sponsus, tūc ieiunabunt filii sponsi. Ergo filii sponsi Apostoli & inter eos p̄secutor diabolus Iudas, & bene infra, Sicut corpus vnū est inquit & mēbra habet multa, omnia autē mēbra corporis cū sint multa vnū est corpusita & Christus: nō ait ita & Christi, sed corpus vnū mēbra multa, ita & Christus totū, ergo Christus & quia totū Christus ideo caput de cęlo, Saule, inq̄, Saule, quid me persequeris, Et infra ad propositū, Nō ergo miremur in Psalmis, Multa enim dicit ex p̄sona capitis, multa ex p̄sona mēbrorū: & hoc totū tanq̄ vna sit p̄sona ita loquitur. Nec miris quā duo in voce vna sed duo in carne vna, Iudas filius sponsi p̄sequēs sponsum: hoc tūc cōrigit. An & futurorū exēplū p̄missum est? Multos enim falsos fratres passura erat ecclesia vt adhuc & vsq; in finē sponsum suū filii⁹ persequatur. hęc ille, AVCT. Ecce Iudas filius sponsi & p̄secutor sponsi & diabolus & vnū membrū non Christi sed ipse Christ⁹, & inferi dicentē, Si inimicus meus exprobrasset mihi sustinuisse vtiq; & subdit AVGVST. Quid facio de Absolō, quid facio de Iuda, qd de falsis fratrib⁹, quid de malis filiis, & tamē filiis qui contra nos blasphemāt Christū sed nobiscū adorāt Christū & i nobis p̄sequunt Christū? Alū facile erat p̄ferre, eū qui oderat me nō ferre vel abscondere me ab eo. Abscondis enim te a pagano intrās in ecclesiā, quādo autē & ibi inuenis quod times qd queris vbi te abscondas? Deniq; ille ipse Apostolus qui gemuit in periculis a falsis fratrib⁹: foris, inquit, pugne, intrus timores. Si ergo is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me vtiq; ab eo. Tu vero vnanimis meus, vnanime dicit tanq̄ vnū in Christo, est ergo ecclesię qd serat foris, gemat intrus,

Hęc Augustinus, AVCT. Iam habetis eum quē supra dixit filiū & vnū in Christo, id est Iudā. Iterū iam dicit vnanime hominē quōd plus est dicere q̄ membrū & vnanimem exponit vnū in Christo. Et idē, xliii. epist. ad Vincentium inter epistolas exponēs illud Cantici primo, Reuagari incipiam post greges sodalium tuorū. AVGVST. Nō in grege vnū sed in greges sodalium tuorum, id est hereticorum quos ita dicit sodales sicut illas spinas filias propter cōiōnē sacramentorū, de quib⁹ alibi dicitur, Tu vero vnanimis dux meus & notus metis, Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dēi ambulauimus cum cōsensu: veniat super eos mors & descēdant in infernum viuētēs sicut Dathan & Abyron impię separationis authores. Hęc ille, AVCT. Ecce vnanimes homines in inferni descēsurū viuētēs sicut Dathan & Abyron, & tales filias ecclesię & filios sed & malos filios, & tamen filios dicit ne aliquis diceret eos non esse filios qui sunt filii mali. De primō angelo similiter cōsuevit ecclesia dicere q̄ olim fuerit cęli ciuis & filius illi⁹ summę matris ecclesię. Vnde Bernardus homil. xxv. sup Cantica canticorū, tractās hunc locū, filii matris mee pugnaverunt contra me, BERNARD. Quosdā, inquit, alius intellexi sentitē istud quasi de diabolo & angelis eius dictū: Qui cum fuerint & ipsi filii Hierusalē illius quę sursum est mater nostra ex quo lapsi sūt, nō cessant sororem suam ecclesiam impugnare: sed neq; cōtēdo si quis vsurpet hoc etiam in bonam significationē. Hęc ille, AVCTOR. Quomodo excludet hæc currens ecclesia reprobos filios filie ecclesię illa primitiua tot habebat natos suos futuros de propinquo diabolos? Et Augustinus non reputat scripturis absonum q̄ omnes angeli in principio erant pares, in. xi. Ciuitatis, cap. xiii. AVGVST. NVS. Restat, inquit, vt ad impares fuerint: aut si pares fuerint post istorum ruīnam illis scientia certa foelicitatis sempiternę accesserit. Hęc ille, AVCTOR. Restat ergo intra ecclesiam catholicam peregrinantem & futuros diabolos contineri, sed sicut sentiam in nauī, corruptum membrum in corpore, aut maculam in globo lunari. Etenim luna figuram gerit ecclesię, cuius sunt tres partes: vna a sole illuminata cōtinue, & corresponsdet ecclesię gloriosę: alia illuminabilis in posterum, sed adhuc soli aucterfa & quantum gratia subluclidat, & corresponsdet secundę, & tertia habens maculam non de

lendā, & quīs remisse sublcida correspōdet extremē p̄scitorū ecclesiā: & quīs gratia sublcide: non ergo de ecclesiā catholica sunt tantū electi qui faciūt nisi particularem ecclesiā. Sed ea est ecclesiā catholica quā re generatos & non emillos continet vniuersos electos & reprobos foedos reprobos & pulchros, oues & hōedos. Nā inde dicitur catholica quasi vniuersalis ecclesiā. Vnde de institutis clericorum. c. i. RABANUS. Ecclesiā dei catholica quē per totū orbem dilatata diffunditur Christi nominis nobilitate glorificat. Omnis enim homo qui rectē fidei existit paritericeps & sacro baptisinate regenerat a Christo Christianus vocatur & dei patris atq; ecclesię matris esse noscitur filius. Ecclesiā Gręcū est vocabulū, quod in Latinū vertitur conuocatio siue conuētus, eo q̄ omnes ad se cōuocant. Catholica autē dicitur, id est vniuersalis quia in toto mundo vna est ecclesiā Christi, q̄ spona & corp⁹ eius est. hęc ille. AVCT. Ecce nō tantū electus sed omnis fidelis paritericeps & renatus est fili⁹ dei patris & matris ecclesię, nō alicuius sed catholice: & ipsa quidem ecclesiā vniuersalis est spona Christi & corpus eius.

DE mixtione & cōcursu membrorū maioris ecclesię. Caput XI.

AVCTOR.

Sed ergo dicitur in corpore Christi multa sunt mēbra signi cremāda perpetuo. In hoc magno corpore nō ab uno non contēdo: famose tamen intelligitur Christi corpus secundū suā excellētiam illa gloriosa electorū ecclesiā cui⁹ corporis nulla sunt mēbra quę aliquid habēt vnde peremptibiliter ardeant: multomagis vnde perpetuos ignes luāt: sed & quīs mēbra sint magnę sagenę nō nisi humores mali sunt ecclesię gloriose sicut phlegma pars & mēbrū vniuersi humor tamen corporis humani. Et hoc est qd̄ dicit. iiii. de doctrina Christi. c. de regul. Ticonii regūla secūda. AVGVST. Non, inq̄, reuera corpus dñi est qd̄ cū illo non erit in æternū, sed dicēdi sunt. de corpore dñi vero atq; pmixto aut vero atq; simulato, vel qd̄ aliud: quia nō solū in æternū verū etiā nunc hypocritæ nō cū illo esse dicēdi sunt quīs in eius esse videatur ecclesiā. hęc ille. AVCT. Sed forsā dicitur hic videt August. sentire hypocritas non esse sed videri esse in ecclesiā. Et quō sunt in

corpore Christi q̄ cū Christo nō sunt. Et quā conueniētia inq̄r Apostolus dei ad Belial: aut lucis ad tenebras: inter illa p̄ se nulla, sed op̄positio manifesta. Sed in cōmuni tertio quę cōcurrunt. Ecce nōne lux & obscuritas cōueniunt in colore? Sic enim dixit Aristoteles q̄ lux in obscuro perspicuo creat nigrū. Pone, ergo solā lucē in genere colorū & nō habes nigredinē: tolle nigrū & permisti genus cōmune colorū. Coniūge ergo quīs paucā lucē obscurō multo, & habes genus in nigro integrū. Si habes ibi albū si etiā colorē mediū. Ita deniq; lux gratiē ecclesiasticę q̄ facit vt habeat synceros electos quasi summe albos, medios quoq; electos nō pene albos facit, vt nec penitus reprobū excludantur quīs sint ibi: quia sunt ad speciem & decorē ecclesię. Ideo in p̄dicto loco. AVGVST. Ad hoc inquit p̄tinet in Cāticis cāticorum, Fulca sum & speciosa vt tabernacula Cedar, speciosa sum vt pelles Salomonis. Non enim ait, fulca fui vt tabernacula Cedar & speciosa sum, vt pelles Salomonis: sed vtrūq; esse se dixit p̄pter vnitatē tēporalē intra vna retia pisciū bonorū & malorū. Tabernacula enim Cedar ad Hisimaelē p̄tinet qui nō erit heres cū filio liberat. Itaq; cū de bona parte deus dicat ducā cecos in viā quā nō nouerūt & faciā illis tenebras in lucē & praua in directā: hęc verba faciām, & non derelinquā eos. Mox de alia parte quā mala vel pmixta est dicit. Ipsi autē cōuersi sunt retrorsum quīs alii iam significētur iis verbis, sed quā nunc in vno sunt tanq̄ de ipsis loquitur: de quib⁹ loquebatur, nō tamē semper in vno erūt. Ipse est quippe ille seruus cōmemoratus in Euāgelio cuius dñs cū venerit diuidet eū & partē eius cū hypocritis ponet. hęc ille. AVCTOR. Noli itā iterū dicere q̄ pars reprobā non sit pars ecclesię cū dicat hic Augustinus seruū Euāgelicū personā ecclesię cuius partē inquit dñs ponet cū hypocritis & quā partem illius serui & Christi ecclesię nisi partē reprobā finaliter cōdēnandā? Pars ergo p̄scita pars reprobā est pars euāgelicī serui & Christo seruiētis ecclesię. Beat⁹ vero Hieronymus videt dicere omne hominū genus etiā non fideliū esse mēbra Christi in epist. ad Amandū presbyterū. xxxviii. HIERONYMUS. Christus inquit in iis q̄ fideles sunt subiectus est patri: quā oēs immo oīm hoīm genus corporis ipsius mēbra reputant. In iis autem qui increduli sunt, id est Iudeis, Ethnicis & hereticis insubiectus dicitur quā pars mēbrorum eius nō est subiecta fidei. In

fine autē mundi cū omnia mēbra regnātem Christū viderint, id est corpus suū etiam ipsa subiiciētur Christo, id est corpori suo vt omne corpus Christi subiiciatur deo & patri & sit deus omnia in oīb⁹. hęc ille. AVCT. Proinde distinguendū est in scripturis sanctis aut sanctorū scriptis, de qua intendit ecclesiā quādo quosdā intra ecclesiā cōmittūt quosdā expellunt. Nam illū quē vnus excludit alter includit. Intra ecclesiā quādoq; hospitio tradunt Moysen & p̄phetas: & alibi distincte loquētes vt ecclesiā p̄senter currēs excipit synagogam sic Iudā proditorē inserūt & patriarhas excludūt hereticū p̄destinatū euentiant & paruulū cōgregāt iam p̄scitum ab electorū gloria portione reprobos amouēt quos tamen ab vniuersali & catholica domo nō distrahūt: & sic dicitur ex electis esse & nō ex eis. In eis in magna sagena societate sacra mētorū: nō ex eis animo & p̄posito meritorum. Magnū mēbrū gloriose electorū ecclesię dixit de quibusdā fidelib⁹ reprobis. Exierunt ex nobis sed non erant ex nobis, q̄ si fuissent ex nobis permāssissent vtiq; nobiscū. i. Ioan. ii. Audiatis tamen caput illius mēbrī dicere ad Apostolos de Iudā, vn⁹ e vobis me traditur⁹ est. Et nūq̄ Iudas non p̄mansit cū Apostolis quō ergo ex Apostolis vnus si nō permāsit. Sup̄ illud verbū dicit in exposit. eiusdē canonicę. homil. iiii. AVGVST. Omnes heretici, omnes schismatici ex nobis exierūt, id est ex ecclesiā exierunt, sed non exierūt si ex nobis essent anteq̄ exierūt: ergo nō erant ex nobis. hęc ille. AVCT. Quōmodo ergo Iudas ex Apostolis vnus erat. Dicit idē Augustin⁹ numero nō merito: sacramentorū participatione sed nō fidei veritate, hoc est dicere nō erat vnus de ecclesiā electorū, erat tñ vn⁹ de ecclesiā cōiuter renatorū sup̄ Ioa. Homil. lxi. AVGV. Vtrūq; verū est, & ex nobis & nō ex nobis: se cūdū aliud ex nobis, scdm̄ aliud nō ex nobis: scdm̄ cōiōnē sacramentorū ex nobis scdm̄ suorū p̄prietatē criminū nō ex nobis. Et de hoc paulo ante vnus ex vobis numero nō merito vnus ex specie nō virtute, cōmixtione corporali nō vinculo spirituali: carnis adiunctione nō cordis soci⁹ vnitatē. hęc August. AVCT. Et scdm̄ hoc idē etiā dicit sup̄ Psalm. lxxvii. in primū versum. AVGVST. Oīb⁹ in nomine patris & filii & spūs sancti baptizatis cōe est laucrū regenerationis, sed ipsa gratia cuius ipsa sunt sacramēta quā mēbra corporis Christi cū suo capite regenerata sunt nō cōis est oīb⁹. Hęc & heretici habēt eūdē baptisimū

& falsi fratres in cōiōne catholici nos. Hęc August. AVCT. Gratia ergo baptisimali sūt isti nobiscū in ecclesiā gratia p̄destinationis finalis nō sunt nobiscū. Neuter vero modo nobiscū vel ex nobis sunt si sunt p̄cisi sed nūc etiā quīs electi sunt publici Antichristi. Et ideo p̄dicta homil. iiii. sup̄ canon. Ioanis. AVGVST. Omnes inquit q̄ exierūt de ecclesiā & p̄cidunt ab vnitatē ecclesię Antichristi sunt, nemo dubitat. Ipse enim designauit, ex nobis exierūt: sed non erant ex nobis. hęc ille. Et versus finē homilię. Si amas & amplecteris peccata tua cōtrari⁹ es Christo, int⁹ sis foris sis cōtrari⁹ es Christo, intus sis foris sis palea es, intus sis foris sis Antichrist⁹ es. hęc ille. AVCT. Sed frequēs questio est de his p̄scibus malis in ecclesiā an mēbra eius sint: it̄ alias dixi sentire magistros scripturarū exp̄tos. Si nondū eieci sunt nec exierūt eos esse mēbra magnę Christi ecclesię illius catholice p̄ orbē diffusę. Sic enim cōtra duas epistolās Pelagianorū lib. iiii. in fi. AVGVST. Quisquis, inquit, de anima vel quacūq; re obsecra id astruit vnde hoc qd̄ verissimū & fundatissimū est destruat siue sit ille fili⁹ siue inimicus ecclesię corrigēdus est aut cauendus. hęc ille. AVCTOR. Quod non dixisset Augustinus nisi talis destrues verissimā & fundatissimā fidē ecclesię esset pro tūc filius ecclesię quidiu scilicet eiecius nō est a cōiōne sacramentorum. An non hoc sensit Apostolus. i. Corint. xi. dicēs, Vnus panis & vnū corpus multi sumus omnes q̄ de vno pane & de vno calice participamus: & tamē de vno pane & de vno calice multi de eis ipsis participabant indigne iudicium sibi manducantes & bibentes vnde & imbecilles erant & dormiebant multi, vt ipse sequenti capitulo dicit: super quem locū in Annotationibus HIERONY. Significat Corinthios propter supradictum peccatū a grotatione & imbecillitate & morte a deo esse correptos. hęc ille. AVCT. Et tamen de iis iterum postea dicit. In vno spiritu omnes baptizati sumus vt vnū corpus efficeremur in Christo. & iterū post, Vos autē estis corpus Christi. Vbi HIERON. hoc est ecclesiā de carne ei⁹ & de ossib⁹ eius, sicut ad Ephes. ait. Et iterū Apostolus. Et mēbra de mēbro. Et HIERON. Totū corpus singula mēbra. Nō audeo ergo eos etiam peccatores & gehennā reos negare membra magni corporis Christi & grandis ecclesię, speciosa & fulcra quos Apostolus dicit etiā cum eo omnes in vno spiritu baptizatos vt vnum corpus esse

cerentur in Christo, & mēbra de mēbro. Nec tamen scio introducere eos in ecclesiā electorum quā dicit Apostolus gloriosam vt mēbra eius quis inter eos corporaliter habitent: sed vt mali humores nō vt mēbra in corpore minus sano, vt homil. i. sup. canon. primā Ioan. AVGVST. Sūt, inquit, qui intus sic sunt in corpore dñi nostri Iesu Christi, quādoquidē adhuc curatur corpus ipsius & sanitas perfecta non erit nisi in resurrectione mortuorum. Sic sunt in corpore Christi quō humores mali, qui quādo euomuntur tūc releuatur corpus, sic & mali quādo exeūt tūc releuatur ecclesia & dicit quādo euomunt eos atq; peccat corpus, ex me extierit humores isti, sed nō erant ex me. Hęc August. AVCT. Nō sunt ergo nisi humores mali in Christi corpe glorioso. Qui forsan in Christi corpore magno illo regno celorum sunt mēbra. Nec tamē gloriatur Viticless, credēs hos humores malos dici tm̄ p̄scitos: quinetiā nouerit & p̄destinatos malos esse de eis. Ideo paulo post dicit. AVGVST. De voluntate quiscq; sua aut Antichristi, aut i Christo est, & aut in mēbris aut in humorib; malis. Qui se in meli; cōmutat in corpore mēbrum est: qui autem in malitia pmanet humor malus est. Et versus finē hominē grana alloquitur: vt qui palea erāt audiāt & grana fiāt, hęc August. AVCTOR. Quis autē putet eum nō fuisse electū qui mutatus sit, & est granus & de humore malo mēbrum factū. Sed & si omnino humores mali p̄sciti sunt: poterit ergo tale esse p̄destinatum mēbrum qui de humore malo in mēbrū & de palea mutari potest in granū. Et de vera religione, ca. vii. AVGVST. Quia in hac area pro volūate quiscq; sui vel palea vel frumentū est, tam diu sustinetur peccatū aut error cuiuslibet donec aut accusatorē inueniat aut prauā opinionem pertinaci animositate defendat, hęc ille. AVCT. Et idē lib. iiii. cōtra Parmenianū vltra mediū. AVGVST. An palea nō erant qui nō ex veritate sed ex inuidia Christiū annūciabāt: aut immūdi nō erāt qui nō caste Euangeliū p̄dicabant? Hos in illius tēporis ecclesiā fuisse Paulus testat, hęc August. AVCTOR. Credamus autem firmiter sanctū Augustinū non dixisse vel determinasse omnes istos esse p̄scitos gehēne: absit tam docto viro tam leuiter iudicare de magnis, sed paleas bene dixit quia in statu finalis p̄ditionis eos vidit. Sed & hoc satis est nobis q; nō solus p̄scit; est Antichrist; sed cū sit oīs q; p̄tā sua amplectit; foris, intus sit

p̄destinat; sic p̄scitus sic palea est Antichristus, est malus humor est & ad magnum numerū electorū p̄tinere negādus est, dicēte August. xx. de Ciuit. c. viii. AVGVST. Cogere videtur ista sentētia vt credamus illo licet exiguo tpe neminē accessurū esse populo Christiano, sed cū eis q; iā Christiani reperiuntur diabolū pugnaturū: ex quibus etiā si aliqui victi secuti fuerint nō eos ad p̄destinatum filiorū dei numerū p̄tinere. Neq; enī frustra idē Ioānes Apostolus in epist. sua de quibusdā dixit, Ex nobis extierit sed nō erant ex nobis: si fuissent ex nobis mansissent vtq; nobiscū. Hęc ille. AVCT. Modeste vero tamē loquēdum est de hac tā catholice, id est vniuersaliter peregrināte ecclesia vt quāuis vniuersi renati nec dū eieci sint eius filii computādī, tamē nō oīs; eque cōueniūt p̄conia filiorū. Sed vocabula summē laudis & excellētie tituli quis indistincte p̄ scripturas de rota legant ecclesia, tamē de sola gloriosa parte ei; debēt intelligi: vt q; sit noua nupta, sponsa agni: q; sit ciuitas sancta, Hierusalē noua descēdēs de cælo a deo parata, aut q; iam regnet in terris & cū ea Christus: qualiter dicit, xx. de Ciuit. dei. c. x. AVGVST. Regnāt itaq; cū illo etiā nunc sancti eius aliter quidē q; tūc regnabūt: nec tamē cum illo regnāt zizania quis in ecclesia cū tritico crescāt. Regnāt enim cū illo qui faciūt quod ait Apost. Si resurrexistis cū Christo quē sursum sunt sapite. Vbi Christus est in dextera dei sedēs: quē sursum sunt q̄rite, non quē sup. terrā: de quibus idē dicit q; eorū cōuersatio sit in cælis. Postremo regnāt cū illo qui eodē modo sunt in regno eius vt sint ipsi etiā regnū eius. Quomodo autē sunt regnū Christi, qui vt alia taceā quis ibi sint donec colligātur in fine seculi de regno eius omnia scdānala, tamen illic sua querunt non quē Iesu Christi, hęc August. AVCT. Omnis ergo qui de gloriosa & summa illa electorū ecclesia nō habentur regnare cū Christo non dicitur quia quis multū tales de numero saluandorū finaliter fuerint, tamē eo q; quæ sursum sunt non querunt sed magis ea quæ sua sunt: non cū Christo regnāt, sed cū terrenis rebus quas sapiūt. Nec minus tamē tota regnat ecclesia si in magnis regnet electis. Sicut non minus fulget pictura quæ fulget ex auro fuluo, nō rutilat ex terro nigro, & quidem clari; auri fort; splēdet ex vicinitate luridi qd nō splēdet. Integra ergo planities ex auri splendore & liuore nigri picta refulget vbi sol; fulgor auri splēdorē & nigrū format cali

ginē. Hęc enī ecclesia est catholica & sola: quia sola ista magna sarena est vniuersalis ecclesia. Et reuera hac est ecclesia cuius nō dedit gnāt Christ; esse caput scdā sentētia Apost. ad Ephes. v. Omnia subiecit pedib; eius. Ip̄m dedit caput sup. oīa ecclesiæ quæ est corpus. Super quo in Cōmento lib. i. c. i. HIERON. Sic debemus accipere quod etiā quæ nō sunt ei voluntate subiecta nature cōditiōne deseruiant. verbū causa. Demones atq; Gētilēs nō enim seruiūt Christo, nec subiecti sunt pedibus ei; & tamē quia ab eo in bonā partē creati sunt potestati eius in uirtū subditi sunt, tamē aduersum eū repugnāt, liberi arbitrii voluntate. In hunc sensum & illud quod sequitur coaptatur & ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ quæ est corpus eius. Quō enim caput plurima membra habet sibi subiecta e quibus sunt nōnulla vitiosa & debilia: ita & dñs noster Iesus Christ; cū sit caput ecclesiæ habet mēbra eos q; in ecclesia cōgregātur tā sanctos videlicet q; peccatores. Sed factos voluntate, peccatores sibi necessitate subiectos. Hęc ille. AVCT. Vbi scēlestimos p̄ctōres & p̄scitos ab ecclesia cuius Christ; est caput non abiciit sicut nec demones, Iudeos & Gētilēs a subiectione pedum Christi nō eximit in hunc sensum coaptatur inquit quod ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ.

De trib; ordinib; tā cōis ecclesiæ q; electorū ecclesiæ secundū diuisionē ministratiōnū.
Caput XII.

N ministratiōnū diuisiones sunt quæ est secundū metonomiā dicere diuisiones ministratiōnū. Et intēdit Apostolus diuisionē ministrorū ecclesiæ facere secundū ministeriorū diuisiones. Forsitā hī sunt de quibus p̄ interiectiōne dicit. Dedit de; in ecclesia primū Apostolus, secūdo p̄phetas, tertio doctores: deinde virtutes &c. Loco autē horū & idēritate non actus sed officii distincte surrexerūt in ecclesiā: ecclesiā p̄positi & coadministri. Vñ sup. illū textū Apost. Diuisiones ministratiōnū sunt. HAYMO. Verbi gratia vt i episcopis, p̄byteris, diaconib; ceterisq; ordinib; q; spū scō distribūente ecclesiæ ministri cōstituitur. hęc ille. AVCT. Sed vt includā oēs opitulantes & gubernātes quos supponit Apost. Habebimus in hoc Christi corpore oēs non solū ordinatos ad sacra, sed ad quodecunq; ministeriū ecclesiæ deputatos: & vt videat noster

Viticless. sufficiētī cōpendio cōtrudere in tantē ecclesiā ipsam efficit tripartitā in clericos scilicet milites & operarios in lib. de Christo & Antichristo. c. i. & idem habet. c. i. de veritate & mendacio & alibi quoties nescio. Eccelesia dicitur cōiter tripartita scilicet ecclesia clericorū qui debēt esse Christo p̄pinq̄ssimi: & ecclesię triūphanti & iuuare residuū militatis ecclesię vt sequitur Christū propinquius qui est caput nostrū totius ecclesiæ: vt patet Ephes. i. Secunda pars militatis ecclesię dicitur esse militū. Ita q; sicut prima pars istius ecclesię dicitur instrumentū oratorū: Ita secūda pars ecclesię dicitur corporaliū defensorū. Tertia vero pars ecclesię dicitur vulgariū vel laboratorū, hęc Viticless. An partes istę rite sint collectę & ministratiōes mēbrorū rite diuise vt prudēs aduertat. Mihi autē viderur hūc logicū in diuisionem arte peccasse q; nō sic totū in suas partes distribuit quin aliquid eius extra remanet cui nulla ps diuidēs correspondet. Ecce si totā pegrinantē catholicā ecclesiā in clericos milites & operarios apte cōdiuidis vbi locasti iā squalidos medicos tuos quæcos illos debiles & claudos quibus solis contra decretū Hieronymi omnē pene pietatis censum appropriate dispensas. Clerici si sunt instruētēs ipsi ecclesię tuę prophane p̄dicēt dei verbū, missas tuas celebrēt, sacramēta p̄ficiāt: si milites tui sint ipsi te defendāt: si operarii tui sint ipsorum viue laboribus. Sic enim dicit. c. i. de speculo ecclesiæ. VITICL. Tertia pars ecclesię meę militatis sunt vulgares qui in operarios mercātes & oconomos multipliciter sunt diuisi. Ista autē tertia pars & infima sustinet duas ptes alias in tēporalibus necessariis vitę suę. Hęc ibi. AVCT. Vbi etiā sanctimoniales poneres in ecclesia q; nec instruunt cū clericis nec pugnant cū militibus nec cōlaborāt vulgari; quererē, nisi quia quæ deus purificauit: tu cōe dixeris & oēs simul Christi antistites & sacre religionis p̄fessores exterminas ab ambitu catholicę ecclesię male segregās mala lege. Sed de iis postea, p̄phetavit enī Christus de hoc facto tuo & tuorū monēs inde nos in Euangelio. Absq; synagogis (mgt) faciēt vos, sed & venit hora vt oīs q; interficit vos, arbitretur obsequi se p̄fessore deo, & hac faciēt vobis quia nō nouerunt patrē neq; me. Vbi etiā nobilitū cōiuges & muliebris sexus p̄taxatas personas manere disponis, per partes ecclesiæ tuę circūstrans non video: quæ pugnat non assolent, laborate grossa non possunt: nisi forte quia

sectatores tui iuenculas in celebri ciuitate Londoniarum missas celebrare & viris publice predicare commiserant: idcirco commiscere presbyteris presbyteras & nobiles foeminas clericis sociare cõcedis. Sed esto q̄ vel eas suis maribus eiusdem cõditionis adiungis, Lege illa grãmatica conceptionis generũ quia non tam theologus es quã grãmaticus, sustineo pro hac vice: si tamẽ certum me facias q̄ tot personas ingenios & deo deuotas cũ altis ab ecclesiã gremio nõ excludas. Volo etiã q̄ altius est quẽrere vbi scilicet prouidisti habitaculum intercamerata tua ecclesiã animabus fidelium defunctorũ que nec ab ecclesia Christi iam corrente possunt euelli, dicere Augustino. xx. de Ciuit. c. x. vbi disputans de statu huius ecclesiã que habitura est his mille annis quib⁹ diabolus est ligatus. AVGVST. Animã, inquit, occisorũ propter testimoniũ Iesu & ppter verbũ dei (subauditur qd̄ post ea dicturus est) vt regnauerit cũ Iesu annis mille: animẽ scilicet martyrũ nondũ sibi corporib⁹ suis traditis: neq̄ enim piorũ animã mortuorum separatus ab ecclesia que nunc etiã est regnũ Christi. Alioquin nec ad altare dei fieret eorum memoria in cõmunicatione corporis Christi nec aliquid pdesset ad eius baptismũ in periculis currere ne sine illo finatur hec vita, nec ad reconciliatiõẽ si forte per poenitentia, malamve conscientia quisq̄ ab eodẽ corpore separatus est. Cur enim si ista nisi quia fideles etiã defuncti mẽbra sunt eius? Quis ergo cum suis corporibus nõdum sunt, iam tamen eorũ animẽ regnãt cum illo dum isti mille anni decurrũt, & infra. Regnat itaq̄ cũ Christo nunc primũ ecclesiã in viuis & mortuis propterea sicut dicit Apost. Mortuus est Christus, vt & viuorũ & mortuorũ dominetur. Sed ideo tantũmodo martyrum animas cõmemorauit: quia ipsi precipue regnant mortui qui vsq̄ ad mortẽ pro veritate certarunt sed a parte totũ etiam ceteros mortuos intelligimus pertinẽtes ad ecclesiã, qd̄ est regnũ Christi. Hęc ille. AVCTOR. Et propter hos Hugo de arca Noe in quib⁹ status partitur præsentẽ ecclesiã, HVGO. Primus dicit est illorũ hominum qui dicuntur carnales de quibus dicit Apostolus, Non potui vobis loqui quasi spiritualib⁹ sed quasi carnalibus. Secundus status est illorum hominũ qui vocantur animales de quibus rursum dicit, Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus dei. Tertius est spiritualium de quib⁹ ait, Spiritualis diiudicat omnia. Quar-

tus status est animarum exutariũ a corpore. Quintus status est in anima & corpore surgentium qui supremus est & cubito supremo contiguus. Hęc ille in passu de quinq; mansionib⁹ archẽ. AVCTOR. Nescio ergo si obliuioni dederit has animas electorũ qui de electis bene iactat se memorem & de eis in prima sui diuisione distinxit inter triumphantes militantes & dormiẽtes trifarias mansiones. Sed miror tamẽ q̄ sic tam cito transfertur ab eo qui vocauit eum in gratia Christi & in secũda sua diuisione potissimis electis, nec cauernulam preparauit. Sed hic has fabulas relinquamus, que nec in scripturis sacris locum habet: ad eas ipsas scripturas cum nos diuertimus inter ipsa spiritus sancti diuerticula tres forsã habebim⁹ ecclesiẽ portiones. Vnde de scripturam veterẽ diuidentem sanctã ecclesiã per tres viros iustos Noe, Iob, & Daniel. Ezechiel, xliiii. Et factus est inquit sermo domini ad me dicẽs, Fili hois terra cũ peccauerit mihi vt preuaricetur preuaricãs extendam manum meã super eam, & conterã vitam panis eius & immitã in eã famem, & interificiam de ea hominẽ & iumentum, & si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia liberabunt añas suas, dicit exercitũ dominus. Quid autẽ ad propositum diuisionis ecclesiã ista pertineãt Augustinus exponit, qui ad hoc agit decima parte tractatu de excidio vrbis Romã. Et incipit, Intueamur. AVGVST. Nemo enim liberabitur nisi Noe, Iob, & Daniel: & quidem manifestum est charissimi tria quedã, vt dixi, genera hominũ significat deus. Segitur: Quomodo ergo de illa tribulatione liberabitur Noe, Daniel & Iob? Quando dicebat ista Ezechiel, solus forsitan in corpore fuit Daniel. iam Noe & Iob olim dormierãt: quomodo ergo potuerunt de emineñti tribulatione liberari: sed in Noe significati sunt boni ppositi qui regũt & gubernãt ecclesiã, quomodo in diluuiõ gubernauit arcam. In Daniele significatur oēs sancti cõtinentes, in Iob significatur omnes cõiugati iusti, & bene viuẽtes. Hęc enĩ tria genera hominũ liberauit de illa tribulatione deus. Hęc ille. AVCTOR. Colligo iam fragmenta sancta ne pereant. Colligo iam de omni ecclesia tres status prepositorũ scilicet cõtinentiũ sanctorũ & cõiugatorum, & hęc sunt partes ecclesiẽ quas sancti patres colligunt de scripturis: nõ moremur sed audiamus. Gregorium hoc idẽ exponẽtẽ concorditer Augustino. i. lib. Moral. vbi tractat hęc

textum. Iob nati sunt ei septẽ filii & tres filie. GREGORIUS. Post illos quippe filie nominant, quia post apostolorũ cõspectã fortitudinẽ tres distinctiones fidelium in ecclesiã conuersatione secutæ sunt. Pastorum videlicet continentium atq; coniugatorum, Vnde & Ezechiel ppheta tres liberatos viros audisse asserit Noe, scilicet Danielẽ & Iob. Quid em̄ per Noe qui arcã in vndis rexit nisi prepositorũ ordo designatur: quoniã dum ad formã vitę populis presunt sanctã ecclesiã in tentationũ fluctibus regũt. Quid per Danielẽ cuius mera abstinentia describit, nisi cõtinentium vita figurat: qui dum cuncta quæ mudi sunt deserunt despectã Babyloni alta mente dominant. Quid per Iob nisi bonorum coniugum vita significat: qui de reb⁹ mundi que possident dum pia opera faciunt quasi per terrẽ viam ad cõlestẽ patriã tendunt. Hęc Grego. AVCTOR. Hanc ididẽ expositio nis formã plequitur lib. 3. super Lucã, cap. 7. BEDA. Ezechiel inquit, ppheta tres viros liberatos: vidit Noe, Danielẽ, & Iob: in quib⁹ videlicet trib⁹ prædicatores cõtinentes atq; coniugati signati sunt. Nam Noe arcam in vndis rexit, atq; ideo figuram rectorum tenuit, Daniel in aula regia abstinentiẽ deditur fuit, & idcirco vitam cõtinentium significauit. Iob vero in coniugio positus & domus ppietatem exercens placuit: per quem digne bonorum coniugum ordo figurat. Hęc ille. AVCTOR. Ascendamus ergo cõnaculum noui testamenti, sed & ibi reperire possit ecclesiã dictũ suum trichelinum. Egregius em̄ Augustinus lib. 2. quæstionum super euãgelia, quæstione 4. 6. ipsos eosdẽq; tres status ecclesiã fundat in eo qd̄ dominus dixit in euang. Lucę. In illa nocte erunt duo in lecto vno, vn⁹ assume la, & vnus relinquet, duo molẽtes in pistrino, & duo in agro qui inquit, AVGVSTINVS. Sunt in illa nocte duo in lecto, duo molẽtes, & duo in agro, de quib⁹ omnibus binis singuli relinquuntur, tria hominum genera hic videntur significari. Vnum eorum qui ocium & quietem eligunt, neq; negociis secularibus, neq; ecclesiasticis sunt occupati, quæ illorum quies nomine lecti significata est. Alterum illorum qui in plebibus constituti reguntur a doctorib⁹ agẽtes ea quæ sunt huius seculi, quos & foeminarum nomine significauit, quasi cõsiliis vt dixi prepositorum regi expedit & mo-

lentes propter temporalium negociorum orbem atq; circuitum, quastamẽ in vnum molentes dixit in quantum de ipsis reb⁹ & negociis suis præbent vsibus ecclesiã ministeria. tertium eorum operantur in ecclesiẽ ministerio tanq̄ in agro dei. In his ergo tribus generibus bina sunt rursus genera hominum in singulis, & probore virtutum suarum discernunt: cum enim omnes ad ecclesiã membra pertinere videant. Adueniente tamen tẽtatione tribulationis, & ex illis qui sunt in negociis seculi, & ex illis qui deo ministrãt in ecclesia, aliqui manẽt, aliqui cadunt: qui permanet assume & alius relinquetur: non quasi de duobus hominibus dictum sed de duobus generibus affectionis in singulis generibus trium professionum. Hęc ille. AVCTOR. Ecce tres status ecclesiã, non in clericis milites & operantes distincte, sicut Vviteless scindit ecclesiã, sed in rectoribus continentibus & operantes coniuges diuisione apostolica ministrantes. Vbi nota q̄ sententia Christi est cum sententia Augustini non tã electos & prædestinatos in his ecclesiã statib⁹, sed in omni statu miscetur reprobis cum electo, assumendus cum relinquendo: simul iacent in lecto, simul molũt in pistrino, simul colunt in agro, q̄ si vnus ager vnum pistrinum & vnus lectus duorum, quomodo nõ vna illorum Christi ecclesiã, cuius etiam ecclesiã Augustino vident esse mẽbra? Omnes inquit ad ecclesiã mẽbra pertinere vident: ne diceret tã q̄ inter mẽbra ecclesiã computantur. Sed & hoc qd̄ ante dixi duas esse Christi ecclesias sagenã scilicet grandẽ & intra eam ecclesiã gloriosam prædestinatorum tanq̄ rotã in medio rotę. Itẽ in duab⁹ his scripturis vtraq; ecclesiã suas suscipit portiones. Magna illa sagenã habet partes suas rectores continentibus coniugatos, in vnaquaq; relinquẽdos & iterum assumẽdos, quæ ne videre omnino abiecta a Christo facta & docta est, ecclesiã vero prædestinatorũ ab Ezechiele ppheta. Veteris testamenti etiã tres habet similes portiones Noe, Iob, & Danielẽ significatas, sed sunt omnes prædestinatae quẽlibet assumẽdo. Ideo in libro secundo de quæstionib⁹ euangeliarum cap. 44. AVGVST. Ad illa inquit, tria genera quæ assumunt arbitror pertinere etiã illa tria nomina virorũ iustorũ quos solos liberandos Ezechiel ppheta pñciat Noe, Iob & Danielẽ, videtur autem Noe parti-

inere ad eos per quos ecclesia regitur sicut per illum in aquis arca gubernata est quæ figuram gestabat ecclesiæ, Daniel, quia elegit coelibè vitam & nuptias terrenas contempsit, vt sicut dicit Apostolus, sine solitudine viueret cogitans quæ sunt dei, genus eorum significat quæ sunt in ocio, sed tamè fortissimi in tètationibus vt possint assumi. Iob autem quia & vxorè habuit & amplas terrenas rerum copias ad illud genus pertinet cui molendinum deputatum est, sed tamen vt sint fortissimi in tètationibus ficut & ille fuit. Non enim aliter assumi potuerunt, nec puto alia esse hominū genera quibus cōstet ecclesia q̄ ista tria habentia binas differētiās propter assumptionem & relictionem quīs in singulis multè studiorum voluntariūq̄ diuersitates, ad cōcordiam tamen vnitateq̄ concurrentes possunt inueniri. Hęc Augustin⁹. AVCT. Ecce nō putat August. alia esse hominum genera ex quibus consistet ecclesia, q̄ ista tria habentia binas differētiās assumptionis & relictionis prædestinatorum & præcitorum. Quis ergo catholic⁹ negat ex vtriusq̄ consistere latam Christi ecclesiam & magnā sagenam, ex electis puta & reprobis: ita vt reprobi in hac ecclesia nō tm̄ sint sed ex ecclesia sint, siue rectores sint in agro, siue cōtinentes in lecto, siue coniuges in pistrino quousq̄ ad littus venerint vbi mali pisces relinquuntur & assumant electi. Certe intra ecclesiam assumēdorum de molendino lecto vel agro eis qui relinquendū sunt cū Noe, Iob, vel Daniele sedem aliquam non assigno sed etiam nec prædestinatis peruersis quousq̄ sicut supra dixerat Augustin⁹ per poenitentiam de humoribus malis se fecerint esse membra, hoc enim faciēt de certo prædestinati peruersi, quod etiam facere possunt de certo præciti. Ecclesia ergo de vtriusq̄ trifariā subdistingta ecclesia est magna de rectoribus continentibus & negociosis assumendis & relinquendis, Ecclesia intra ecclesiam de assumendis tm̄, sed tamen de rectoribus continentibus & negociosis in rexta minus habet ista, sed melius, minus de binario in trinitate conformis. Vnde Gregorius de distinctione assumēdorum & liberandorum in ecclesia sua loquēs. GREGORIVS, Quia, inquit, sancta ecclesia in tribus ordinibus constat coniugatorum videlicet continentium atq̄ rectorum, Vnde & Ezechiel tres viros libera-

tos vidit Noe scilicet Danielē & Iob. Et in euāgelio dominus alios in agro, alios in lecto, atq̄ esse alios in molendino perhibēs, tres proculdubio ordines in ecclesia ostēdit, hęc Gregor. lib. xxxii. Moralium. AVCTOR. Et hæc tamen ipsa de assumēdorum tm̄ ecclesia dicta sunt.

CO monachi & ceteri professi claustrales tenent in ecclesiis Christi statum continentium. Caput. XIII. AVCTOR.



Dicerepat ergo noster Vvit C. cleff a biforimi illa distinctione scripturæ & expositione patrum in medio statu quem ipse tollit a vtrius religiose professis, & inuito Christo in euāgelio suo assignauit illum militibus. Sed ideo intrusit armatos milites vt forti manu vim faciens legibus eiceret cōtinentes, Nolo vt ex nuda suspitione conspiraret in eum. Ipse de se loquaē quod habet in præfato libello de Christo & Antichristo, cap. 2. VVITCLEF. Quidam fideles eliciunt, inquit, q̄ in militate ecclesia debet esse vnica secta domini Iesu, & per consequens quatuor sectæ post sectā Christi per diabolum introductæ debent cessare gratia vnitatis ecclesiæ militantis. Sunt autem istæ quatuor sectæ vt sæpe dictum est clerus Cæsarius monachi canonici atq̄ fratres. Clerus Cæsarius est multitudo sacerdotum qui temporali dominio sunt dotati cuius patronus instabilis dicitur esse papa & regula lex papalis. Secunda secta dicitur esse monachi bipertiti, cuius patronus dicitur esse benedict⁹, & regula quam ex eius sententia beatus Gregorius compilauit. Tertia secta dicitur esse canonici, cuius patronus fuit Augustinus, & dicitur q̄ sacerdotibus sibi sociis dedit regulam facilem cum lege domini concordatē. Quarta secta & vltima dicuntur fratres qui ritibus & aliis obseruantis multipliciter sunt diuisi, sicut & triplex secta Possessionatorū in albos & nigros viros & feminas quas sanctimonialia dicimus diuiduntur, & talis diuisio instinctu diaboli in militantem ecclesiam subintravit, & sic confundit vnitatem sectæ domini nostri Iesu Christi. Hęc ille. AVCT. Huic accedit qd̄ alias dixit vt habet iter cōclusiones ter dānatas cōclusio

xxxiiii. V VIT. Cū fidelis debeat ex mada ro dñi honorare corp⁹ sanctæ matris ecclesiæ, & iste quatuor sectæ tanq̄ humores quatuor infecti inficiant & mortificent ipsam ecclesiā omnes fideles debēt ecclesiā ipsam ab ipsis humoribus expurgare. Hęc ille, AVCTOR. Videtis iam q̄ rectores ecclesiæ saltē propter dotem suā expellit, & de his in hoc libello dicemus. Religiosos vero continētium abiicit de lecto quē Christus eis signauit: & hoc ppter obseruantias regulares. Nescio si in lecto illo de quo etiam multi in nocte illa aduēt⁹ Christi relinquētur, multi assumētur electi, militares viros concessit accumbere, sed & ipsi non ocium sed strepitum profitentur. vel forsā cū de derit clericis agrum, operariis molendinū, lectum vacuum deserit, & militibus nulli bi sedem donat. Sed audiamus Christū statulario dicere q̄ religionum professoribus peculiarem locum concessit in lecto bonis dico & malis. Vnde in expositione Psalmi, C. xxxii. sup Psalteriū. AVGVSTINVS, Charissimi inquit, sunt qui & monachi falsi sunt & nos nouimus tales, sed non perit fraternitas pia ppter eos qui pfitentur qd̄ non sunt. Tam sunt enim monachi falsi q̄ & clerici falsi & fideles falsi. Omnia ista genera fratres mei tria quæ aliquando vobis commendauimus & vt puto, non semel, habent bonos suos, habent malos suos: de tribus enim ipsis generib⁹ dictum est, duo in agro vnus assumetur & vnus relinquetur, & duo in lecto vnus assumetur & vnus relinquetur, & duē in molendino vna assumetur & vna relinquetur. In agro sunt q̄ gubernant ecclesiam. Vnde dicit Apostolus (Videte si in agro non erat) Ego plantauī Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. In lecto autē eos intelligi voluit qui amauerunt quietem, per lectum enim quietem voluit intelligi, non se miscentes turbis, non tumultuū generis humani in ocio seruientes deo, & inde tamē vn⁹ assumetur & vnus relinquetur, sunt ibi probi & sunt reprobi ibi, ne expauescatis quando ibi inueniuntur reprobi, nam latent quidam qui non inueniunt nisi in fine. Duæ itē in molendino. In molendino molietes: ex nomine generis foeminini appellauit, plebes em̄ intelligi voluit quare quæ in molendino: quia in mundo isto versantur vbi molendinum intelligitur, quia sic verit mundus iste quomodo mola. Hęc ille. AVCTOR. Videtis

enim iam iterum constructam Christi tripartitam ecclesiam in agro lecto & molendino: in rectoribus monachis & plebibus. Sic enim in principio dixit, sunt monachi falsi, clerici falsi, & fideles falsi: ac ne dicens monachos tm̄ in magna fundari sarena in qua etiam multi locantur & perditū. At dī eundem Augustinum in eodem tractatu ipsis etiam in ecclesia electorum significare locum secundum. AVGVST. Dicit, inquit, Ezechiel de tribus personis in quibus non absurde tria hæc genera intelligim⁹: cum miserit dominus gladium in terra: & si fuerint in medio eorum Noe, Daniel, & Iob non liberabūt filios neq̄ filias, sed ipsi soli saluē erūt. Iā olim illi liberati sūt sed in ipsis tribus nominibus tria geneta quadā significauit. Noe significat rectores ecclesiæ, quia ipse arcam in diluuiū gubernauit. Daniel autem vitam quietam elegit in cōlibatu seruire deo, id est vxorem non quærens. Erat vir sanctus in desideris celestibus vitam gerens tētatus in multis & in uētus aurū obrysum. Q̄ quietus erat quī & inter leones securus erat! Ergo & in nomine Danielis qui etiam vir desideriorum est appellatus, sed vtrq̄ castorum atq̄ sanctorum, significantur serui dei, de quibus dicitur, Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum, habitare fratres in vniū. In nomine Iob significatur vna illa de molendino quæ assumit: habebat enim vxorem, habebat filios, habebat diuitias. Hęc August. AVCTOR. Ecce qualiter concordare fecit sanctus pater Psalterium cum cithara testamentum vet⁹ cum euangelica Christi scriptura: & monachis sancteq̄ vitę professoribus signauit lectum quietis cum quietissimo Daniele, de quibus dicitur, inquit, Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum, habitare fratres in vniū. In hoc enim versu fundat AVGVST. ordinē monachalē contra Donatistas in prædicto tractatu dicēs, Quid nobis dicit, ostēdite vbi scriptum sit nomen monachorum, ostendant nobis vbi scriptum sit nomen agonisticorum: sic eos inquit, appellam⁹ propter agonem. certant enim, & dicit Apostolus, Certamen bonū certauī, & ita quia certant dicitis agonisticos & inuenistis vnde appelletis, quia dicit Apostol⁹, Bonum certamen certauī, quare ergo & nos nō appellam⁹ monachos, cum dicat Psal. Ecce q̄ bonum & q̄ iocundū, habitare fratres in vniū. Monos enim vnus dicitur, & non vn⁹ quomodo

modocunq. Nam & in turba vnus est, sed vnus cum multis. Vn^o dici potest: monos non potest. dicit em̄ monos vn^o & sol^o, monos enim vnus solus est, qui ergo sic viuūt in vnum vt vnum hominem faciant, & vt illis vere sit quomodo scriptum est vna anima & vnum cor recte monachi dicantur, qđ est vnus sol^o. Sequitur, merito insultat homini vnitatis qui se præcederūt ab vnitatis: merito illis displicet nomē monachorum, quia ipsi nolunt habitare in vnum cū fratribus, sed sequentes Donatū, Christum dimiserunt. Hęc Augustinus. AVCTOR. Videtis ergo vbi monachos collocet sanctus pater, quia in secundo gradu ecclesie cum Daniele in lecto oculi & quietis: sed qđ iste distinxit de monachis canonicis & fratribus, nolo vt de stabulo isto Christi canonicos expellat & fratres, & si monachos ibi eo inuito in sancto loco Christi ponamus. Omnes em̄ monachi regulare sanctimoniam p̄fessantes dicuntur antiquitus canonici. Et canonici qđ aliud q̄ monachi? & fratres quid aliud q̄ monachi? Vel fac vt nō sit eo Christianus quo sacerdos: non eo diaconus quo leuita, sed & si omnino contendas de vocabulo, si habes ibi monachos qđ in vni viuunt a quo appellatur & monos etiā, qđ fratres ibi ponuntur expresse fratrum ordinis non repellas habitare fratres in vnum inquit. Sed leuiter incedamus. & adhuc p nobis omnibus figam^o ordinem monachorum. Magnus episcopus Rabanus de institutis monachorum, cap. 2. RABANVS. Sunc inquit tres ordines in ecclesia cōuerfantū, id est laicorum clericorum & monachorū, quorū primus, id est laicus ordo popularis interpretatur, laos enim Gręce popul^o latine. Secundus est monachus, id est singulariter conuersans, hoc est a seculari cōuersione remot^o. Monos em̄ Gręce singularitas dicitur latine, & monachus singularis vel solitarius dicit. Tertius est ordo clericalis. Cleros q̄p̄ gręce, latine fors vel hæreditas dicitur. Propterea dicti sunt clerici quia de sorte sunt domini, vel quia domini partem habent. Hęc ille.

AVCTOR. Et iste sanctus pater quis trāserit ordine, in secundo tamen interstitio claustrales omnes inclusit nomine monachorum, & reddidit causam: monachus, id est a seculari conuersione remotus inquit, Causa ista canonicorum est & fratrum & anchoritarum, sanctimonialium insuper &

omniū claustraliter professorum, omēs em̄ solitarii omnes monades aut moni sunt a conuersione remoti. Beda insuper quinto libro super Lucam cap. 7. Tripertitum illum recensens statum ecclesie iam prædictum præponit illos qui in lecto secundum ordinē Christi in euangelio dicēs. BEDA. Duo erunt in lecto vno videlicet illi q̄ oculi & quietem eligunt, neq̄ negociis secularibus, neq̄ negociis ecclesiasticis occupati, quæ illorum quiete lecti nomine significata est, vnus assumetur & vn^o relinquetur, nō quasi de duobus hominibus dictum est, sed de duobus affectionum generib^o. Qui em̄ propter deum continentie studuerit vt sine solitudine viuēs cogitet quę dei sunt assumetur a deo, qui vero vel humane laudis amore vel alia qualibet vitiorum corruptione statum monasticę vitæ quo imbutus est leserit hic vbi relinquendus sit Hieremie lamentationes insinuat qui ocio se cuiuslibet & peccatricis animæ sub Iudeę specie lapsus describēs ait, Viderūt eā hostes & deriserunt sabbata eius. Hęc ille. AVCTOR. Vbi in lesione status monastici in continētia studio patet qđ monachos collocavit hic Beda in Christi lecto. Sanctus vero pater Ambrosius etiam ordinem clericorū redigit in continētium cameram cū schemate monachali epistola sua ad Veracellenses pene post mediū. AMBROSIVS. Hęc inqt, duo in cōtinētorii Christianorū deuotione præstantiora esse quis ambigat clericorum officia & monachorum instituta: Ista ad commoditatē & moralitatē disciplinę, illa ad abstinentiā assuetudinē atq̄ patientiam: hæc velut in quodam teatro, illa in deserto, illa spectatur, ista absconditur. Ideo bonus athleta ait, Spectaculum facti sumus huic mūdo. Hęc Ambro. AVCTOR. At si Vitcleff extra euāgelium ad Anselmum referat diuisionem illam ecclesiasticorū quā fecerat nō abnuo non molestor. Sed hoc queror qđ intra totum ecclesie ambitum religiosi pauperib^o, nec vnum ponat scabellum. Certe & magister eius Anselm^o religiosos & clericos in vnam cellam committit in libro suo de similitudinibus, cap. C. xxv. qđ est de tribus hominum ordinib^o. ANSELMVS. Tres, inquit, sunt hominū ordines scilicet orātes, agricultores & defensores, hos autem ordines sic ad diuersa deus officia in hoc mundo disposuit quomodo quidam pater familias oues & boues

canesq; in domo sua distribuit, & infra. Si ergo quisq; suum impleat, longam promeretur vitam, quia ceterorum viuūt ad utilitatem, si vero illud agere noluerit, vita ipsa indignus existit, quia non affert propter quod viuūt. Si enim clerici monachiq; orationē & prædicationem aliis impedere vel in bonis exemplum prætere, aut terram agricolæ voluerint excolere qđ aliud poterit officium explere, Rursus si milites alios defendere noluerint, aut etiam more rabi-dorum canum eosdē aut seipsos occiderint vel oppresserint, quid de illis nisi de rabi-dis canib^o fieri debet: Hęc Anselm^o. AVCTOR. Pro nostro Vitcleff feci qđ aliqualē fundamentum tripertitionum ecclesie suę extra euāgelium Christi Iesu in Anselmo detexi, sed & adhuc superest vbi & quo iure sanctos monachos & religionum professores ab ecclesiastica societate euacuare debuerit auctoritatem præcisus & damnatus ipse demonstrat. Qz autem militibus instituit primum locum post clericos, ne quępiam reli-giosos vitis in ecclesia Christi sedes apta cōpeteret, militibus verecundiam & religiosi fecit iniuriam, An putas non verebitur vit ingenuus audiens ex ore regio, surge amice da huic locum. An nō ita fecit sacerdos eius Ambrosius in Theodosiū Imperatorem in intra cācellos Mediolanensis ecclesie collocatū. Cassiodor^o em̄ sic habet, CASSIO. Cumq; inquit, tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre surgēs cum la-chrymis est ingressus. Cum vero obtulisset securi solitus erat intra cācellos stetit. Rursus autem Ambrosius nō quieuit, sed differētia locorū edocuit, & primo qđ requisitū quid ibidem expectaret Imperatore dīcēte sustinere se sacrorum perceptionē mysteriorum, per archidiaconum remādauit. O imperator interiora loca tm̄ sacerdotib^o sunt locata, quæ ceteri nec ingredi nec cōtingere permittuntur. Egredere ergo & hęc expectationem cum ceteris habe commu-nem, purpura namq; imperatores non sacer-dotes capit. Hęc ille libro. ix. historia tri-pertite, capitulo. xxx. AVCTOR. Locns ergo militaris inter populares erit: nisi forsā cum sanctis monachis regales milites expectare concesseris, quia & ipsis locus est supra plebem in ipso aditu cancellorum, iuxta Dionysium, vt infra patebit. Alias cum sanctis plebibus locus militie fit communis.

De diuisione operantium in ecclesia, & qđ penes hanc diuiduntur perfecti viri ab imperfectis. Cap. XIII.



DIUISIONES operationum sunt, idem autem de^o. Sic enim apte proceditur ab actibus primis ad secundos, primus actus est esse, secundus est operari. Qz ergo sunt, ministri sunt. Qz autem operantē ministratorem exercet. Secundum ergo diuersitatem operis boni attestatorem habent in sancta ecclesia talis membri. Opera em̄ quæ ego facio (dicit Saluator) ipsa testi-monium perhibet de me. Sic etiam Apostolus, 1. Corinth. 12. Secundum varietatem bonorum operum distinctionem exponit mēbrorum. Corpus non vnum membrum est sed multa, vbi quosdam dicit pedes, quosdam manus, quosdam oculos. Et Hieronymus in Annotationibus super eundem locum. HIERONYMVS. Pes, inquit, ecclesie dici potest qui ad intercedendum egreditur. Manus est ille qui operatur, & infra. Oculus est ille qui intelligit. Os ille qui docet vel loquitur linguis. Hęc ille, AVCTOR. Sic ergo intelligo qđ bene prædicat in ecclesia opere os est quis non ministerio. Minister enim est verbi qui hoc exercet potestate officii. Nec enim episcopus pes est ecclesie: quis ex humilitate personis se infirmis seruiendo deficiat, nec rex ideo, non caput est populū quis aliquando pauperibus erogando pauperum manus fiat: sed qđ est caput habet ex administratione, qđ sit manus ab opere, qđ minister est habet ex dei institutione qđ sit operator ex electioe solum pro tempore. Vnde Apostolus in prædicta epistola posuit De^o, inquit, mēbra vnumquodq; eorum in corpore sicut voluit, vbi HAYMO. Quisquis in ecclesia est oculus a deo & non a se factus est oculus: sic & de ceteris intelligendum est membris. Hęc ille, AVCTOR. Iste tamen diuisiones operationum diuisiones generat religionum vt quibusdam accessit affectio contemplan-di, & facti sunt corda ecclesie vt sunt sanctissimi Anachorita. Quibusdam psallendi votum deo die ac nocte, & facti sunt columnæ ecclesie, vt sunt omnes pene claustrales. Quibusdam docendi exarsit deuotio, & facti sunt oculi vt doctores. Quibusdam hospites congregandi, & facti sunt manus vt sunt milites hospitales. Omnes tamen istæ

diuisiones membrorum non ex operationibus professionum, sed ex professionibus operationum distincta membra constituit. Virgines enim si tamen continent libi precipiunt sunt ope, si hoc possint perpetuo facere, libi precipiunt sunt stabilitate membri & officii facultate. Et aliter membra varia vna corporis salute operantur cõter, ita distinctae professiones cõmunè agunt hospitale corporis Christi & matris ecclesiae. Dicit enim in epistola ad Dardanum AVGVST. Illè vero diuisiones dicitur sunt sicut membrorum in corpore, quia non idem valent aures quod oculi: atque ita membra cetera diuersis officiis concorditer distincta: quae tamen cum sani sumus vna neque diuersa, nec alibi maiore, alibi minore: sed cum sint ipsa disparia cõmuni & parili salute congruunt. Huius ergo corporis caput est Christus huius corporis vnitas nostro sacrificio cõmendatur, quod breuiter significauit Apostolus dicens, Vnus panis & vnum corpus multi sumus. Hec Augustinus, AVCTOR. Contra has sententias Apostoli & Augustini, noster Vvicleff multis blasphemis reluctatur, vnde cap. 1. lib. primi de Antichristo loquens de diuisione religionum, VVITCLEFF. Talis inquit, diuisionis instinctu diaboli in militantem ecclesiam subintravit, & sicut confundit vnitate sectae domini nostri Iesu Christi, sic confundit religiositate ordinis Christiani. Ideo vt saepe dicitur circa vnitate sectae domini tora militans ecclesia laboraret. Vnde Alexander Macedo princeps Ethnicus circa hoc laudabiliter laborauit. vnde sectae istae vere cundantes suam diuisionem a secta domini, dicunt quod non sunt aliae a secta domini nostri Iesu Christi. Hec ille, AVCTOR. O linguam semper mendacem, maledicam & blasphemam, quis ante te nisi datus quisque haereticus in tam sancta Christi membra sic soluit linguam iniquam? Talis inquit, instinctu diaboli in militantem ecclesiam subintravit & confundit vnitatem sectae: quasi ista quae est perfectior vita non sit secta domini. Quae ergo est secta domini, vita vulgaris, vita infima, vita illarum pecudum quae bassius locatur in arca? Hae nec est secta domini, quae Christi seruauit in sua persona? Apostoli post eius ascensionem ista transcederunt & altiore instituerunt, vide si non in scripturas planissimas metiaris. Duae sectae surrexerunt in ecclesia primitiua perfectorum & imperfectorum si delium, Perfecti vi-

ri omnia ponebant ad pedes apostolorum, & quotidie perdurabant in oratione, de quibus Act. 2. Imperfectorum alia secta quibus nihil talium dabatur in regula, sed solum quod abstineret a fornicatione sanguine & suffocatis, de quibus Act. 15. Quae istarum est secta domini? Nonne vtraque, sed prior quia perfectior, ideo secta Christi propinquior: sed velis nolis duae sunt vitae, duae sectae longe a se distantes perfectorum & imperfectorum in eadem ecclesia. Audi Augustinum tractantem illum Psalmi versiculum, Ecce quod bonum & quod iocundum, habitare fratres in vnum, AVGVSTINVS. Hoc primum etiam atque etiam consideremus, vtrum de omnibus Christianis dictum sit quod bonum & quod iocundum sit habitare fratres in vnum: nec ad omnes pertineat ista benedictio, sed ad quosdam a quibus tamen descendat ad ceteros. Ista enim verba Psalterii, Iste dulcis sonus, ista suavis melodia, tam in cantico quod in intellectu etiam monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres qui habitare in vnum concupierunt. Iste versus fuit tuba eorum: sonuit per omnem orbem terrarum, & qui diuisi erant congregati sunt. Sequitur, verumtamen dilectissimi si consideremus de illo pariete circuncisionis prius nata est ista benedictio, non enim omnes Iudei perierunt, & vnde Apostoli filii prophetarum, filii excusatorum, sicut in scripturis loquimur. Vnde & illi quingenti quod dominum post resurrectionem viderunt quos commemorat Apostolus Paulus. Vnde de illi centum & viginti qui simul erant in vno loco post Resurrectionem domini & Ascensionem in caelis, quibus in vno loco constitutis superuenit spiritus sanctus in die Pentecostes missus de caelo: sic missus sicut promissus. Omnes Iudei erant & ipsi primo habitauerunt in vnum, qui omnia quae habebant vendiderunt, rerumque suarum precia ad pedes apostolorum posuerunt, sicut in Actibus apostolorum legitur. Et nemo dicebat aliquid proprium sed erant illis omnia communia. Et quid est in vnum? Et erant illi, inquit, omnia vna, & cor vnum in domino. Ergo ipsi audierunt prius, Ecce quod bonum & quod iocundum, habitare fratres in vnum. Primi audierunt, sed non soli audierunt. Non enim vsque ad illos tamen ista dilectio & vnitas fratrum venit: venit enim ad posteros ista charitatis exultatio & votum quod deo vouerunt. Et sequitur. Ex voce huius Psalmi appel-

lari sunt monachi. Hec Augustinus in expositione Psalterii. AVCTOR. Vide miser vbi monachi incepterunt, Vide ista diuisio cuius instinctu inceptit. Nunquid Psalmis iste qui non omnibus conuenit Christianis, sed viris perfectis instinctus fuit diaboli cuius sensum primo impleuerunt Apostoli & quingenti discipuli? Et post hoc Hierosolymitani perfecti post quos peruenit ad monachos. Ex hoc ergo sensu Psalmi, diuisi sunt perfecti ab aliis, & ex voce huius Psalmi, appellati sunt monachi, scilicet ab aliis imperfectis. Nunquid ergo instinctus huius Psalmi instinctus fuit diaboli? O amarum virum & sic mentientem planissime: aut nunquid sanctus Marcus qui ista diuisio nem primo cepit Alexandriae, hoc fecit instinctu diaboli? Philo enim de his viris loquens recitatur a Cassiodoro lib. primo tripertite historiae, ca. xi. CASSIODORVS. Philo inquit, Pythagoricus suis temporibus refert vndique aggregari Hebraeorum in quodam praedio circa stagnum marinum in colle positum philosophantes, habitaculum vero eorum & cibos & conuersationem talem introducit qualem & nos nunc apud Aegyptiorum monachos esse conspiciamus. Scribit enim inchoans eos ad philosophiam, cedere omnibus sibi competentibus rebus cunctisque abrenunciare permixtionibus & extra muros in solitariis agris & hortis habitare. Domus autem eis esse sacra quae apud nos monasteria nuncupantur, & in eis conuersatione solitaria honesta celebrare mysteria diligenterque Psalmis & Hymnis placare diuinitatem, & ante solis occasum nullos gustare cibum: alios autem per tres dies & amplius. Certisque diebus in paupere habere cubicula, vino semper & sanguinem habentibus abstinere: cibum eis esse panis & salis, & hyssopi, & potum aquae. Mulieres eis cohabitare seniores virgines propter amorem philosophiae spontanea voluntate nuptiis abstinentes. Et subdit. Sed siue Aegyptii, siue alii quidam huic ab initio philosophiae praefuerunt, illud tamen apud omnes constat quod ad veram reuerentiam moribus exercitationibusque decentibus peruenerunt. Hec ille, AVCTOR. Heu ergo non ster Vvicleff vsquequo sic deliras vt quod sanctis Apostolis Christianisque discipulis eiusque euangelistis & sanctis sanctae ecclesiae Christi doctoribus, immo & omnibus est in vera reuerentia & perfectione solus tu ma-

ximus imperfectorum dicas diaboli studio introductum. Et quia de decore ecclesiae Christi nunc agimus, horum perfectorum conuersatio tunc temporis sic clarebat vt de eorum institutione capituli praedictum inchoans pater CASSIODORVS diceret, Praecipue vero insignissimam ecclesiam demonstrauerunt & dogma dilatauerunt vitae virtutibus qui conuersatione monastica illo tempore fruebantur. Vtilissima namque res ad homines venit a deo ista Philosophia, quae multarum doctrinarum & dialecticae artis studia despicit, tanquam sit minima, & melioris operis tempus impedit, atque ad recte viuendum nihil ostendat. Hec est ergo philosophia conuersatione miranda simplicitate prudentia docet omnia quae nequitiam perimant & operentur utilia. Hec ille, AVCTOR. Nescio ergo vnde iste insanus intantum caecus effectus est vt quos pessimum hominum genus praepudore nescit non laudare, iste audacter vituperet. Vere enim diabolus erubesceret super tanto scelere, damnare scilicet quod non nisi iustum piuum castum sanctumque probatur a singulis. Nolo tamen vt excusationem capiat quod bene detrahit omnibus, quia verba eius vera sunt de extremis & pessimis claustralibus: quia cum ista secta fuerit, de qua scribit Cassiodorus, sine malis monachis non fuit ecclesia. Augustinus iam dixit supra, falsi monachi, falsi fratres: sed nec ex istis pietas bona perit. Reuolue quosque patrum volumina, & inter optimos Aegypti monachos miscebantur haeretici: flagitiosi semper religiosi versabantur cum aliis. Sed nec hoc est quod damnat Vvicleff solum, sed optimos patres & eorum regulam institutam, sanctissimosque mores eorum de fuga seculi, de continentia claustrum quam dicit non nisi ibi fundatam vbi nemo abscondit lucernam & ponit in abscondito, sed super candelabrum: sub ironia deridens priuata silentia, obedientiam dantes pronam, praeposita audietis forsan in sequentibus. Potens vero diabolus qui tantum potuit explere per hominem quantum puderet facere per seipsum. Ante ista tempora post sanctos patres tales surrexerunt praedones ecclesiae, Sanctus enim Ambrosius ideo dolet post instituta Eusebii sacri praesulis peruerfionem ecclesiae Vercellensis, AMBROS. Audio inquit, venisse ad vos Sarmationem & Barbatorem vaniloquos homines qui

dicunt nullum esse abstinentiæ meritum, nullam frugalitatis, nullâ virginittatis gratiâ pari omnes estimari precio, delirare eos qui ieiunio castigant carnem suam vt mē vī subditam faciant, AVCTOR. Ac postea correspondentē inferens instituta antistitis sacri Eusebii deprauata per istos post medium illius epistolæ, dicit AMBRO, Hæc primus in occidentis partibus diuersa inter se Eusebii sanctæ memoriæ cōiunxit, vt in ciuitate positus instituta monachorum teneret & ecclesiam regeret ieiunii sobrietate: multū etenim adiumenti accedit ad sacerdotis gratiam si ad studium abstinentiæ & normâ integritatis iuuentutem astringat, & versantes intra urbē abdicet vsu vrbis & conuersatione, hinc illi processerunt viri Helias & Heliseus, & Ioannes Baptista qui pellicis tunicis & caprinis exuuiis induti inopes atq; egentes angustis & doloribus afflicti, in sollicitudinibus errabāt, inter alta & condensa montium inuia rupium, speluncarū horrenda, fouearum vadosa: quorū conuersatione dignus orbis terrarū nō erat. Hinc illi Daniel, Ananias, Misael, Misael, q in aula regia pascebantur, ieiunio aiebantur tanq; in desertis cibo aspero potuq; obuio: meritoq; regii seruuli regni præualuerunt. Hæc ille, AVCTOR. Iam audistis nude dicere Ambrosium quomodo sanctus pater Eusebius in ecclesiam Vercellensem primus monasticam vitam ecclesiasticæ regio copulauit. diuersa inquit inter se hæc & quæ tunc fecerunt Sarmation & Barbation heresiarchæ pomposi ad diluenda instituta illa monastica, quod etiam frustra conatur noster Vvicleff per ecclesiam vniuersi. Stent ergo simul Sarmation, Barbation, & Vvicleff. Dicantq; diuisionē istam primo institutu diaboli introductam, Stent ex aduerso Helias & Heliseus & Ioannes Baptista in choro vno. Stent vtq; Daniel, Ananias, Azarias, Misael in choro altero, q secundū Ambrosium sanctæ huius sectæ a vulgari secta diuise firmi & perpetui fuere præcones & patres: & iudicet totus mundus an non sit credibilis istos tres Magos Pharaonis institutu diaboli agitatores qui sanctam illam sectam abolere conantur, q; septem illi prophetæ domini quos spiritus sanctus semper impleuit septemplexi munere gratiarum. Audeo dicere, si et solus Helias & quingentos tales Baalinos prophetas vno sanctita-

tis suæ gladio trucidabit. Et quid dicitis diuisionem istam a secta Christi? sed non ita est: ab hac secta Christi vulgari secernimur: & Christus hoc fecit nocte perorans seorsum a populo, diebus prædicans synagogis. Sed quid est quod te in hac diuisione molestat, si cultus singularis vestitus, Helias, Heliseus, & Ioannes Baptista inde laudantur q; vtebatur pellicis, non sic populus, si ciborum parcitas & electa ieiunia: & ipsi singulariter abstinebant a populo: si secessus priuatus & ipsi elegerunt rupes & inuia vt remote sequestrarentur a vulgo. Age quod vis dum peccata nostra non arguas, sed laudanda nostra depraves & Benedictum, & Augustinum, & Basilium in regularum sanctarum plantatione blasphemus: non petimus laudes tuas, sed sufficit nobis ab illo quem vniuersa damnauit ecclesia damnari cum talibus, Dionysius autem magnus diuisionem istam approbat & fundat in epistola ad Demophilum monachum dicens, ipsos monachos exinde magis appropinquare perfectionibus sacerdotum q; faciat sanctus populus. DIONYSIVS. Post istos inquit, consequenter ministrorum ordinatis iam monachis portæ adytorum sunt congregatæ iuxta quas & perficiuntur & assistunt: nō ad custodiam ipsarum sed ad ordinationem & ad cognitionem sui ipsorum magis q; populus sacerdotibus propinquantes. Vnde sanctorū sanctus ordinationis principatus sancte stant in ipsos summæ de diuinis, alias videlicet interiorib; ipsorum traditionū imponēs. Hæc ille, AVCTOR. Et cap. 6. ecclesiasticæ Hierarchie ex translatione Ioannis sarraceni. DIONYSIVS. Perfectus inquit, ordo est singularium monachorum. Et paulo ante in fine, oim sacerdos ad thearchicā cōmunionē vocat perfectus: significans sancte q; perfectus si vere ad monasticā & singularē peruenit actionem, non cōtemplatiuus solum erit sanctorū quæ sunt secundū ipsum neq; secundū mediū ordinē, sed ad cōmunionem veniet sanctissimorum signorū, sed cū diuina cogitatione sanctorū qb; participauit alio modo quā sanctus populus veniet ad sumedā thearchicā cōiōnē. Hæc ille. Nūqd pater factus, discipulus sancti Pauli, pmouit hic institutu diaboli monachos scōs in cōpartioē vulgaris sectæ Christi appellas pfectos, ORIGENES autē distinguēs inter eosdē ppter nudā obseruantia mādatorū quā exercet vulgus,

Forfitan inquit ista præcepta sufficiunt, vt in principiu vt ita dicā, vite ingrediat q; non aut sufficiunt hæc vel alia istis similia ad interiora vite introducere quæ, qui autem præterita vitæ mandatorū istorū, nec in principiu vite intrauit. Hæc ille, AVCTOR. Propter hoc typice scōs Dionysius supra in porta scōs monachos collocauit vulgari secta manere deorsum. Et beatus Paulus etiā pfectis & imperfectis distinctas dedit ecclesias, vt notat sup hoc verbū epistolæ ad Galat. Oēs fratres ecclesie Galatiæ, in cōmentario. HIERON, Quod, inquit, ait ecclesie Galatiæ, & hoc notandū, q; tū generaliter nō ad vnā ecclesiā vni vrbis, sed ad totius prouinciæ scribit ecclesias, & ecclesias vocet quas postea errore arguat deprauatas. Ex quo noscēdū dupliciter ecclesiam posse dici, & eam quæ nō habet maculā aut rugā, & vere corpus Christi sit, & eam quæ in Christi nomine absq; plenis pfectisq; virtutib; cōgregetur. Quomodo bifariā sapienter nuncupant, tam ii qui sunt plenæ perfectæq; virtutis, q; illi qui incipiunt & in profectu positi sunt. De perfectis dicit, Mittā in vos sapientes, de incipientib; argue sapientem, & diliger te. Hæc Hieron. AVCTOR. Et hic ergo a Hieronymo sancto docemur binā esse Christi ecclesiā, vnā esse incipientiū & imperfectorū: alterā autē ab ista seorsum distinctā quā supradixim; pfectorū: & q; in prima ecclesia multi fouentur errores tñ, q; per vnā prouinciā dilatata est, cum magna Christi lagena, bonos habet cum pessimis, reprobos cum electis: & in sancta diuisione operationum loca sua mali tenent separatione membrorum.

¶ Ecclesia Christi est vna & multiplex & q; in ea variē fidelū regulę, & vna regula christiana est. CAP. XV.



Vidit autē Sanabalath vt in lib. legiti Neemię, cuius typum Vvicleff vsurpat, q; murū Hierusalē tropologicę, hunc Elyasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes vice cleri, hinc viri Hierico & successores eorū lunariter mobiles more vulgari. Tertio quoq; Neemiis loco viroꝝ claustralū q; edificatiū cōtra sepulcrū Dauid, & vsq; ad domū fortisū quōs dispis opib; ad integritatē & fortē munitionē conantē cin gere ciuitatē. Iratus valde subsannat Iudeos illos q; Israel sunt dicti Galat. vlt. coram

fratrib; hereticis, & frequentia Samaritanorū. Quid Iudei viri orthodoxi faciūt imbeciles? vñ cōplebūt in vna re, hoc est, vñ tā variā exercitiā redigēt vnitati, & tricimeratā arcā cōsumabūt in cubito: vñ dimittēt eos gētes nre secte hereticę, suppono illos, igit in sepe detō. ii. cap. de Antich. VVIT. Vnitas secte regit vnitatē regulę & patrōi tūc cū iste secte quatuor tā in patrono q; in regula variant a secta Christi: euidentē est q; iste secte sunt dispes, sicut sūt ordies, ex cōfusione ppria variati. Hæc ille, AVCTOR. In hoc suo syllogismo quo contra vnitatem Christi cōiurat suspectus est sibi ipsi de veritate minoris, & ideo latēter religiosorū premissit dictū: secte, inquit, verecūdātes suā diuisionē a secta dñi dicūt q; nō sūt alię a secta dñi nostri Iesu Christi. Cuius tñ oppositū imputat, sed nō pbat in fine cap. Nec pūt iste subterfugere cū ab indiuidua secta dñi recesserūt. Hæc ille, AVCTOR. Iā forma syllogismi est integra, sed pbatio ei; nulla, imo garrula asinina. Perūt ergo religiosi & antistites Christi quō pbat qd iputat, s; q; quatuor secte p ipm iā dicte ab indiuidua secta dñi recesserūt. Sic format ibi Vvit, q; cū diuerfitas numeralis recedat ab vnitatē, & secta Christi, vt patet ex suis principis, sit optia secta possibilis, manifestū videt q; sit irreligiosa stultitia sic recedere ab indiuidua Christi regula. Hæc ille, AVCTOR. O asinū logicū tale formantē rudibile argumentū. Quid si termini partū mutent forma tua seruata, & dicat cōformiter q; diuerfitas numeralis recedit ab vnitatē, sed aia Christi est optima creatura possibilis, ergo irreligiosa stultitia est Gabrielē archangelū recedere ab indiuidua aia Christi Iesu. Quippe omnis stultitia fuit ei in hac causa recedere ab indiuidua fide catholica Iesu Christi. Sed in hoc ei; assumpto q; diuerfitas numeralis recedit ab vnitatē intelligo eū vel le q; secta Christi indiuidua diuerfitatē numeralē nō patiē, & sic nō esset vna, sed vni ca. Et tñ resoluēdo oia in primū assūptū vnitatis secte regeret sine omni distinctioē vnitatē regulę & patrōi: nec scitū hoc vitare salatē verbaliter singuli Vvicleu, sed q; terminū istū secte ecclesiā iā intrudit, nō accipio, imo vito & veto, & illico tāgere reformido, Primus ē Tertullianus? ac? secte tue, & aduersari? sancti Pauli qui fidē & confessionem ecclesiæ Christi secta vocauit: at cōtra Paulus detestabatur ibi vtriusq; vocabuli formam

mas sectę & heresis quā ipsi, inqt, dicit se-
ctam & heresim Act. xxiii. Sit ergo secta ip-
sius & hominū mēte corruptorū, sit tibi ec-
clesia sanctorū cōkursus fidelīū. Et hui⁹ sa-
teor vnā regulā, & vnū patronū dñm Iesū
Christū, vnā regulā, non vnā, vnā exten-
sione poēs, nō vnā sine omī superstitione
p̄ singulos. Qualiter tu intelligis sic argu-
ens, diuersitas naturalis recedit ab vnitate
ergo recedit ab indiuidua regula Christi.
Ego aut ostēdo tibi Christi regulā vnā eē
regulas multas sparsim. Vnde q̄ regula
Christi sit qd̄ ait Apost. i. Corinth. xiiii. Ad
edificationē ecclesie querite vt abūderis.
Et in fine cap. Itaq̄ fr̄es mei emulamini p̄
phetare & loqui linguis, & nolite prohibe-
re. Oīa aut honeste & scdm ordinē fiant in
vobis. Et hec est itē regula Christi, ibidē.
Mulieres in ecclesia taceāt, nō em̄ pmittit̄
eis loqui, sed subditas eē sicut & lex dicit: si
quid aut volūt discere domi viros suos in
terrogēt. Turpe est mulieri in ecclesia loq̄.
Ecce iā diuersitatē naturalē regularū. Vir
non phibet loq̄ linguis, mulier in ecclesia
tacere iubet. Nunq̄ eadē regula naturalis
viro & scēmine. Et in eodē ad Corinth. vi.
Ad cōiugatū dicit. Alligatus es vxori, nolī
qrere solutionē. Ecce regulā cōiugati. Et in
euang. Non licet hoī dimittere vxorē, nisi
propter fornicationē. Pro nō cōiugato au-
dī legē aliā. Solutus es ab vxore, nolī quere
re vxorē. Si aut acceperis vxorē, non pecca-
sti. Vis audire regulā cōiugate. Mulier in-
quit alligata est legi quāto tēpore vir eius
viuit. Vis aut audire regulā aliā scēminae
liberate. Si dormierit, inquit, vir eius libe-
rata est a lege, cui vult, nubat tm̄ in dño:
beatior aut erit si sic manserit. Et nūq̄ iam
eadē regula libere & solute liberate & liga-
ta: hęc ligata est viro, & liberata a viro, &
cui vult nubere, potest in Christo. Iterū au-
dī regulā viri ibidē ad Corinth. xi. Caput
mulieris vir: omnis aut vir orans aut pro-
phetans velato capite deturpat caput suū.
Audī regulam mulieris oppositam. Omnis
aut mulier orans aut prophetans nō vela-
to capite deturpat caput suū. Vnū est em̄
ac si decaluerur: nā si non velatur mulier,
tondeat: si vero turpe est mulieri tonderi,
aut decaluarī velet caput suū. Timotheus
quoq̄ ab Apostolo diuersas regulas nūero
pcepit ad regimē diuersorū. Oportet ep̄m
esse dicit vni⁹ vxoris virū, prudentē, orna-
tū, pudicū, hospitalē, doctorē &c. Diaconos

similiter pudicos, nō bilingues, non multo
vino deditos, non turpe lucrū sectates, ha-
bentes mysteriū fidei in conscientia pura.
Mulieres similiter pudicas nō detrahētes,
sobrias, fideles, primę ad Timoth. iiii. Vi-
duarū regulam subiūgit ibi Apost. cap. v.
Quę aut vere vidua est & desolata speret ī
deū, & instet orationib⁹ & obsecrationib⁹
nocte ac die. Regulā seruorum ibi cap. vi.
Quicūq̄ sunt sub iugo serui, dños suos om-
ni honore dignos arbitrent. Regulā di-
uitū ibi, diuitib⁹ huius seculi p̄cipe, non
sublime sapere neq̄ sperare in incerto diui-
tiarū. Regulā quoq̄ dñorū ad seruos ad Co-
losse. iiii. Domini qd̄ equū est & iustū ser-
uis p̄stare, sciētes qm̄ & vos dñm habetis
in celo. Et Ioānes Baptista q̄ venit in spi-
ritu Helia, nec simplicit̄ vnā regulā sin-
gulis tradidit: sed ad turbas. Qui habēt, in-
quit duas tunicas, det nō habēt, & q̄ escas
haber, similiter faciat. Ad publicanos aut,
nihil ampli⁹ q̄ qd̄ iniūctū ē vobis, faciatis.
Ad milites aut, Neminē cōcutiatis neq̄ ca-
lumniā faciatis, & cōtrēri estote stipēdiis ve-
stris Lucę. iiii. Saluator quoq̄ in euāgelio iu-
ueni diuiti, & iā ad perfectū tendēti, Si vis,
inqt, salu⁹ esse, serua mādata. Eidē vero nō
tāto pmisso cōtrēto, sed conati tēdere in ala-
tū. Si, inqt, vis p̄fect⁹ esse, vade & vēde vni-
uersa q̄ habes & veni, & sequere me. Quip-
pesi nō essent hęc oēs diuersę nūero regulę
singulis distribute sufficere, dicere singu-
lis singulorū vna est vnicuiq̄ regula Chri-
sti, serua mādata. Hieron. aut cōtra Iouianū
quasi vesanię tuę magistrū lib. p̄rio. Nūq̄
inqt omib⁹ p̄ceptū est ne duas tunicas ha-
beāt, ne cibos in pera, ne aēs in zona, ne vir-
gam in manu, calciāmēta in pedib⁹, vt ven-
dant vniuersa q̄ possidēt, dentq̄ paupib⁹,
& sequant̄ Iesum: sed his vtrq̄ volūt esse
perfecti. Alioq̄ a Ioāne Baptista aliud mi-
litib⁹, aliud p̄cipit publicanis. Dñs aut di-
cit in euāgelio ad eū qui se iactauerat legis
vniuersa complexisse. Si vis perfectus esse, va-
de & vēde vniuersa quę habes, & da paupe-
ribus, & veni & sequere me. Ne graue on⁹
nolenti videretur imponere in propria au-
dientis voluntate dimisit dicens. Si vis p̄-
fectus esse. Quāobrē & ego tibi dicā, si vis
perfect⁹ eē, bonum est non bibere, vinum
& carnes nō māducare. Hęc Hieron. AV-
CTOR. Profusus contra hereticum mali-
gnantem & detrahentē secreta pximo suo,
nil p̄ficit, si tāta regularū pluralitas, & nō

cōmunicatis non suadet. Alia est hęc viri
regula: alia & contraria scēminę, alia serui,
opposita regula dñi, alia viduę, opposita cō-
iugate, vna dominationi opposita seruitu-
ti. Qua ergo frōte potes sic arguere q̄ regu-
la Christi est indiuidua, & oīs differētia nu-
meralis ab vnitate recedit, ergo ab illa: aut
nōne iuxta Aristotelē tuū vnus est princi-
pat⁹ regni, & vna legis p̄ceptio, sub quo di-
uersę ciuitates diuersos p̄positos & leges
varias possidēt: & rursus in eadē ciuitate a-
lia edictorū, alia officiorū, alia est politia sa-
crorū. Et iā reuolue argumentū tuū ideoti-
cū, vt tuo vtar vocabulo, q̄ tales regnico-
lē sint sectę varię, q̄ est sit vnus patron⁹,
tū regula tā diuersa nūeraliter nō est vna.
Nos ergo oēs serui Christi, p̄rio oīm fate-
mur & amplectimur regulā ei⁹ vnā de fide
de qua dicit Apost. Galat. vltio. Quicūq̄
hanc regulā secuti fuerint, pax sup illos, &
misericordia. vbi in annotat. Hieron.
Quia in sola fide spes collocat aīarū. Hęc il-
le. AVG. T. Hęc est ergo vna Christi regu-
la: vna, s. regula fidei omnīū credendorū.
Sic em̄ docet August. alia esse quę sine vlla
differentia seruamus in fidei vnitate. Alia
quę in ordine vitę gerēde, i. in fide nullam
debere esse diuersitatē, sed bene in cōuersa-
tione vitę, vnde in expositione epistolę ad
Galat. sup hunc textū. Nō est distātia Iu-
dei neq̄ Gręci. AVG. T. Apostoli inquit
p̄cipiūt qui etiā regulas saluberrimas tra-
dunt, quę admodū secū viuāt p̄ differentia
gentis Iudęi & Gręci: & p̄ differētia sexus
virī & vxoris, vel si qua talia occurrūt, & ip-
se prior dñs q̄ ait. Reddite q̄ sunt Cęsarīs
Cęsari, & quę sunt dei deo. Alia sunt em̄
quę seruamus in vnitate fidei sine vlla di-
stantia: & alia in ordine vitę hui⁹ tanq̄ in
via, ne nomē dei & doctrina blasphemēt, &
hoc non solū p̄pter irā, vt effugiam⁹ & of-
fensionē hominū, sed etiā p̄pter cōscientiā
vt nō simulate quasi ad oculos hoīm ita fa-
ciam⁹, sed pura dilectionis cōscientiā p̄pter
deū. Hęc ille. AVG. Ecce Apostoli p̄ce-
perūt plures regulas, & quō min⁹ q̄ indiu-
dualiter cōdistinētas, sicut & domīn⁹ Iesus
Christ⁹, in vna tū fidei regula indistantes
Amplectimur, & aliā Christi regulā, & tū
vnā, regulā morū, regulā charitatis, & oīm
agēdorū scdm quā dicit. Infirm⁹ erā & visi-
tatis me. Et iterū. Si vis ad vitā ingredi,
serua mādata. Et bene mādata, q̄ secundū

Gregoriū & multa sunt & vnū. Multa per
diuersitatē operis, vnū in radice charitatis.
Ita nepe Christi regula directoria sigulorū
secundū varias professiones & ritus, & plu-
res, est & vna, vna oīb⁹ & singulis variata,
vna in prima necessitate salutis plurifica-
ta singulis ardore charitatis & obtentu re-
tributionis. De qua Apostolus ad Philip⁹
peñ. iiii. Si qd̄ aliud sapiatis & hoc vobis de⁹
reuelauit. vnū tū ad qd̄ peruenim⁹ vt idē
sapiamus, & in eadē permancamus regula.
Vbi in annotat. suis Hieron. Ad perfe-
ctionē inqt noui testamēti. nō em̄ scire suffi-
cit sine factō. Hęc ille. AVG. Vna tū ē regu-
la oīm credēdorū & gerendorū diuina volū-
tas. Vnde August. sup psal. xciiii. tractatu
ii. AVG. Volūtas dei sic ē quō regula: tor-
sisti regulā vnde habes corrigi. Illa aut in-
tegra manet regula, est em̄ in cōmōtabilis
q̄diu integra est regula, habes quo te con-
uertas & corrigas prauitatē tuā, habes vnū
corrigas qd̄ in te tortū ē. Hęc ille. AVCT.
Secundū ergo hęc vnā regulā diuine sim-
plicis volūtatis vnicuiq̄ hoīm gñi aptat̄
regula specialis. Et sicut audistis ex nouo
testamēto alia viuēdi norma masculis, alia
scēminis, alia episcopis, alia ministris, alia p̄-
fectis viris, alia imperfectis, q̄ si concesseris
mihī oēs illas quīs naturaliter differētes eē
vnā regulā christianā, cum tū omnes illę
nulli vni mēbro possint cōpetere, cur non
erit regula vna quę ex multis scripturę mo-
nitis cautelas virtutū enumerat, etiam ad
vnū Christi mēbrū vtiles atq̄ peraptas q̄
nullum p̄ceptū continet vitę, nisi quod
in scripturis suis Christus cōsulit aut inuē-
git sicut aperietur in posterum, cum in cō-
fusionem tuę vesanię singulę ecclesiasti-
carum regularum particulę differētur,
quomodo locutus est deus per os sancto-
rum eius qui a seculo sunt remoti. Con-
cludimus quō vnam regulam cunctis fla-
delibus sicut & patronum vnū ac per
hoc si valeat quod arguisti ecclesiam vnā
ne dicam cum hereticis sectam vnam: &
secundum regulas dispares, dispares ec-
clesias. Dispare dico inter se, compare
tamen regulę latiori. Nec enim verēbat̄
Apostolus dicere plures ecclesias. Vnde
ad Galatas primo. Et qui mecum sunt,
omnes fratres ecclesiis Galatię. Vbi in
commentario Hieronymus.
Quod autem ait ecclesiis Galatię, & hoc N

notandum, quia tantum generaliter non ad vnam ecclesiam vnus vrbis, sed ad totius scribat prouincie, scribat ecclesias, & ecclesias vocet quas postea errore arguat de prauatas. Hec ille. AVCT. Ecce iam ecclesias Christi q̄ sunt de prauate erroribus. Et Ioēs nō sine causa toti ecclesie Christi Apocalypsim describēs, septē scribit ecclesias, Ioēs inq̄ septem ecclesiis que sunt in Asia gratia vobis & pax. Suffecisset enim dicere vni ecclesie Christi si non in hoc ipso sensisset ecclesie varietatē. Ideo explanatiōe Apocalypsis HIERON. Iste, inq̄t sunt septem stelle septem ecclesie quas noīat vocabulis suis, ad quas & facit epistolas, non quia ipse solus sunt ecclesie, aut principes sed q̄ vni dicit, oībus dicit. Nihil em̄ refert vt q̄ vexillationē paucorum militum maiori nūero añponat. In toto orbe septē ecclesias oēs esse, & septē noīatas vnā esse catholicā. Paulus docuit primū quidem vt seruaret & ipse: & ipsum septē ecclesiarum nō excessit numerū, sed scripsit ad Romāos ad Corīn. ad Ephesios, ad Theſsalon. ad Galath. ad Philippēs, ad Colosseñ. Postea singularib⁹ personis ne excederet modum septē ecclesiarū: & in breui cōtrahens prædicationē suā ad Timoth. ait, vt scias qualiter debeas cōuersari i ecclesia dei viui. Hec Hier. AVC. Ecce ergo vnā ecclesiam dei, & ecce septēplīcē. Nec est indiuiduatio ecclesia militās q̄ sit ipsa trīsp̄hās: quæ cū sit vna, vniūssime, teste tamē Christo, In domo patris mei mansiones multe sunt. Et nūqd vnaqueq̄ Christi māio facit ecclesiam, maxime cū corpori suo taliter cōgregato Christus caput eius nō deerit, & vbicunq̄ duo vel tres cōgregati sūt in noīe meo, ibi sum in medio eorum, dicit dñs. Quis aut̄ audet Christo dicere, hic tu caput es, nō hic, corpus enim ecclesia. Reuera in hac pte ecclesiam Christi homogeniā existimē, vt cōgregationē quālibet religiosorū vitorū, aut etiā christianorū laicorū ad vnū locū in nomine Christi cōcurrentiū appellē ecclesiam, & sic totidē sunt ecclesie, & tamen vna ecclesia. Vnde August. super psalmum cxlii. ibi. Tu cognouisti semitas meas, AVGVSTINVS. Quæ via & ipsa via quemadmodū que ecclesia & ipse ecclesie: & quod cœlum, & ipsi cœli pluraliter dicuntur & singulariter dicuntur propter vnitatē ecclesie vna est ecclesia, vna est colūba mea, vna est matris suæ propter congregationes

fraternas per loca, multæ sunt ecclesie. Ecclesie, inquit, iudæe quæ erant in Christo, auditū habebāt, q̄ ille qui nos persequetur, nūc euangelizat fidē: ecclesias sic dixit & vnā ecclesiam sic dixit, sine offensione esto te Iudæis & Græcis, & ecclesie dei. Hec August. AVCT. Iam habes omnē congregationē fraternā ecclesiam, & tñ oēs congregationes vnā ecclesiam. At nisi ecclesia diceret conuocationē, que nisi duorū hominū aut pluriū esse possit: eriam quilibet fidelis ecclesie dici posset ecclesia: vt templū dici potest, & tñ cūcti fideles vnum, templū sunt. Vnde in epistola ad Dardanum AVGVST. Donationū quādam dicte sunt diuisiones tanq̄ per partes & membra vni⁹ corporis, vt & oēs simul vnū replū & singuli singula tēpla sum⁹: quia nō est deus in oībus q̄ in singulis maior, & fit plerunq̄ vt plures eū minus capiāt, vnus amplius. Hec ille. AVCT. Sufficit ista ad probandū ecclesiam Christi vnā ex variis collectā, & in variis sparsam ecclesiis. Quomodo etiā singule Christi regule & oēs in vnā cōcurrūt regulā Christianā, alias non pphetasset Salomō multitudinē mulierū figuratē subiectā vni pulcherrimę dicens in Canticis. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierū: Super quod lib. quarto sup Cant. BEADA. Pulcherrima aut̄ mulierū nuncupat ecclesia: cū multa sit pulchritudo ecclesiarū Christi per orbē quasi mulierū spiritali flore fecundarū, quanto amplior est pulchritudo totius eiusdē ecclesie catholice, que ex omnibus illis velut mēbris suis vna cōplet ecclesia. Absit enim vt mulieres hoc loco, vel hæreticorū aut schismaticorū vel gentiliū, vel Iudgorū errantiū synagogas accipiam⁹: nō em̄ potest spōsa Christi illarum mulierū pulcherrima dici que nil vere pulchritudinis habere probant. Sed mulieres sunt pulchre ecclesie Ephesi, Smyrne, Pergami, Tiatiere, Sardis, Philadelphie, Laodiceæ. Et in nūero huiusmodi oēs deo consecratæ per orbem, quarū pulcherrima iure dicitur vna ipsa quæ ex oīb⁹ cōstat. Hec Beda. AVCT. Audite ergo fideles aīe vnā quāq̄ congregationē vestrā esse pulchram Christi spōsam & formosam ecclesiam, & audiāt Vvitcleffē cohortes, quia hereticę sunt, esse se non ecclesias, sed errantium synagogas. De vera vnitatis copis Christi & indiuiduationē ecclesie iā currētis. Cap. XVI.

AVCTOR.



Vritus insidiat Vvitcleff sancte vnitati ecclesie in eodem ii. cap. de Christo, Quādo inq̄t secta Christi fuit simplex, & indiuidua tunc crescebat: sed ex post cum false facta fuerat, esse genus, & partes specificę fuerant sine auctoritate Christi vel ei⁹ licētia introductę, tñc decreuit, imo cōstat logicis q̄ indiuiduū non pōt crescere ad gen⁹ vel speciē, ideo nō pōt vere dici q̄ iste. iiii. secte sūt spēs cōtēntē sub gñe secte Christi. Hec ille. AVCT. Nescio si adhuc eos intelligas, quib⁹ hoc imputasti qd̄ fin xeras aut musto madere deputas quos spiritus repleuerat: an non plus musto madidos existimem⁹, si corp⁹ Christi mysticū in qd̄ trās substatūat singuli Christiani p̄ summationē baptismatis & sacre eucharistie gen⁹ vel speciē dicerēt facti patres? Quis vnq̄ cibavit pane speciē suā cōmunē aut lauit eam in gurgite? aut quis homo sumptū potū trāsformauit in gen⁹? Maxime cū tā plane cōparet sc̄tis apostolus, fideles ad Christū, vt mēbra corpis ad caput suū qd̄ lōge a cōparatiōe recedit indiuidui subiecti ad naturā cōm. Sicut, inq̄t corpus vnū est & mēbra habet multa: oīa aut̄ mēbra corpis cū sint multa, vnū corp⁹ sunt, ita & Christiani. etem̄ in vno spū oēs baptizati sumus, vt vnū corpus efficeremur in Christo, prius Corinth. xii. Sed hoc tñ distincte cōsiderādū est q̄ cū oīa mēbra corpis eiusdē nature sint, etiā singularis in corpore singulari: naturaliter tñ distinguūt officia suis & actib⁹ sui suppositi. Ecce idē est oculus in natura cū pede. Vidēdi tñ vel act⁹ vel officiū specificē ab ābulādī differt officio, & tact⁹ a gustu, & discursus a visu. Sunt ergo singularia in natura quīs scdm̄ speciē distincta gignant officia. Vñ in annotationib⁹ suis sup̄ pdictū textū Apostoli. HIERON. Per cōparationē inq̄t corporis ostēdit Apostolus nō naturā mēbrorū, sed officia esse diuersa, & neminē debere curare cui⁹ officii sit, dum oīes vno eodēq̄ spiritu animent. Hec ille. AVCT. Contrigit ergo te falli mī Vvitcleff nō intelligētē sanctos patres de partitione specifica, quā ipsi ponunt inter mēbrorū officia, & non inter mēbra, prædicandi nempe officium ab officio cōtemplandi differt specificē, clericus tamen cum sit oculus a religioso qui p̄ discretionē est na-

sus solum aliud membrū est nō peregrina natura. Sed suadeo tibi emere ab ecclesia Christi catholica aurū igni pbatū & induere te vestimētis albis, & inūgere oculos tuos collitio vt videas, nouerisq̄ corp⁹ Christi mysticū: sic esse corpus indiuiduū & singulare, sicut & corpus verū eius susceptū de virgīe. At si totā corpis hui⁹ metaphorā describemus, scias causas indiuiduātes sub septenario distinctas a logicis metris: cū sic dicit. Forma figura, locus, tempus cum nomine sanguis, Patria sunt septē que nō habet vnus & alter. Habere toridem respondentes sibi in corpore Christi mystico, & vniuersalis ecclesie scilicet sacramenta, quib⁹ a non orthodoxis orthodoxi secernimur & quibus vniuersa indiuiduatur ecclesia, vñ de vera religione cap. v. AVGVST. Hæretes nanq̄ tā inūeritabiles a regula christianitatis auerſe testes sunt, non admitti ad cōicanda sacramēta eos quide patre deo & sapientia eius spiritu sancto munere diuino aliter sentiunt & hominib⁹ persuadere cōnantur aliter q̄ veritas postulat: sic enim creditur & docetur q̄ est humanæ salutis caput, non aliam esse philosophiā, id est sapientia studij, & aliam religionē cū quorū doctrinā non approbamus, nec sacramēta nobiscum cōmunicent. Et infra. Que cum ita sint, neq̄ in cōfusione paganorū, neq̄ in purgamentis hereticorū, neq̄ in languore schismaticorū, neq̄ in cæcitate Iudæorū querenda religio est, sed apud eos solos qui Christiani catholici vel orthodoxi nominantur, id est integritatis custodes rectā sectates Hec em̄ ecclesia: catholica p̄ totū orbē valde lateq̄ diffusa. Hec ille, AVCT. Et instar humani corporis, qd̄ apud anatomias medicorū tres obtinet regiōes: animalium scilicet membrorū spiritualiū & nutritiuorū Ita in corpore Christi mystico tres operatiōes habemus secundum tres status euangelicos iam prædictos, ita vt clerici locum sensuum teneant a sursum vsque ad humeros, secundum monachi spiritualia mediantes in pectore: & tertium laici corporaliter nutriendes, & molem corporis sustentantes, etiam vsq̄ ad talos. Et velut in humano corpore sunt tria ligamēta membrorum, nerui scilicet, venæ & arteriæ: Ita in corpore ecclesie tria sūt ligamēta similia fides, sc̄z spes, charitas, q̄ mēbra Christi ad caput Christi & ad se inuicē colligantur, vnde contra epistolā fundamētī fere

P in principio. AVGVST. Multa inquit, sunt quae in ecclesiae gremio me iustissime teneant: tenet consensus populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, veritate firmata. Haec ille. AVCTOR. Si haec omnia non sunt ligamenta corporis Christi, fallitur Augustinus qui dixit quod se ista teneant. Anima huius corporis spiritus sanctus est, cibus lex Christi. Apostolus enim dicit primae Corinth. xii. Omnes vno spiritu potati sumus. Vbi in annotationibus suis.

HIERON. Quasi portionati spiritum quem accipimus baptizati per manus impositionem. Haec ille. AVCTOR. Et quanquam ex his quae diximus sumi possit occasio iusta indiuiduationis ecclesiae: quia tamen ista non primo indiuiduant ne a recta metaphysica recedamus in quaerenda est causa prima indiuiduationis huius transumptae, quae utique simpliciter primo & ab intrinseco faciat ecclesiam Christi per se hanc. Quod ut fiat quia satis est grauis & occulta subtilitas, ne ruamus ex alto euangelium teneam. Nam in figuram huius ecclesiae vocatorum, Rex quidam fecit nuptias filio suo, & post multa impletis mensis discumbentium vnus electus legitur quia vestem non habuit nuptialem Matthaei xxii. Si omnes inuitati boni fuissent illo vno excepto, difficultas esset ex illo, cum autem multi mali inuitati legantur, & solus vnus eiciatur, qui vestem nuptialem non induit: aliquid peius suspicari debemus in isto, quam in ceteris illis malis quos rex in nuptiis tolerauit. Si fidem dixeris vestem illam nuptias currentis ecclesiae, sine fide nullus ingreditur. Si charitatem dixeris, omnes simul mali illa veste nudantur: cum ergo multi mali tolerantur in nuptiis, & ille solus expellatur qui veste nuptiali carebat, signum est quod in praedictis malis vestem nuptialem inuenit, quam in expulso non reperit. Breuiter ergo censuimus vestem istam esse concordiae & societatis amicum. Quid enim sunt nuptiae nisi disparis sexus vnio socialis? Vestis ergo nuptialis notitiam ingerit legitimi foederis. Hinc etiam per omnes tam religionis quam seculi homines qui societates ineunt conformitatem sibi cultus & vestitus assumunt. Qui ergo societatem ecclesiae non abicit ab ecclesia vocatorum, etiam quantumlibet flagitiosus vsque ad ventilationem vltimam non recedit. Sed cum culpam suam aut

opinionem puerilem libera quis fronte defendit, quia concordiam ecclesiae dissipat, quia societatis iura contaminat, & sua temeritate vestem lacerat nuptialem: hunc regis ministri iusta sententia ligant, & ab ecclesia nuptiis abstractum tenebris suis damnant. Sic infallax Augustinus hunc locum intelligit super Ioanem Homil. nona.

AVGVST. Donatista inquit tanquam proiecit a nuptiis sicut ille homo qui non habebat vestem nuptialem inuitatus est & venit, sed proiectus est de numero vocatorum: quia non habebat vestem nuptialem ad praesens si gloriam, qui enim suam gloriam querit non Christi non habet vestem nuptialem: non enim voluit consonare voci illius qui amicus erat spiritus. Haec ille. AVCTOR. Et in epistola ad Vincentium inter epist. xxx. circa medium, AVGVST. Nos certi sumus ideo neminem se a concione omnium gentium iuste separare potuisse, quia non quisquam nostrum sua iustitia, sed in scripturis diuinis querit ecclesiam, & ut promissa est, reddi conspiciat. Ipsa est enim de qua dicitur, Sicut liliolum inter medietatem spinarum ita proxima mea in medio filiarum, quae nec spinarum dici possunt, nisi malignitate morum, nec filiarum, nisi si communiōe sacramentorum. Haec ille.

AVCTOR. Ecce filiae propter communione sacramentorum & consonantiam nuptiarum, sunt spinarum malignitate morum. Quia ergo Donatista & pariformiter Vyticleuista consonare non volunt de nuptiis vocatorum abiecti sunt. Omnia vero etiam magna crimina tolerat, in ecclesia praeter ea quae socialitati suae praedictae quam dirimunt unitate. Et idcirco super Lucam lib. v. cap. vi. BEDA. Nullum inquit dominus eorum quibus hic corporalia beneficia praestitit, inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos, quia videlicet sacerdotum ludaeorum figura erat futuri sacerdotum regalis, quod est in ecclesia, quo conseruantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi & veri principis sacerdotum. Et quisque vel heretica prauitate vel superstitione gentili vel iudaica perfidia, vel etiam schismate frater no, quasi vario colore dominus gratia caruerit necesse est ad ecclesiam veniat coloris fidei verum quem acceperit ostendat. Cetera vero vitia tanquam valetudinis, & quasi membrorum animae atque sensuum per seipsum interiorem in conscientia & intellectu dominus sanat & corrigunt: & Paulus voce dominus audita, Quid me persequeris? Ego sum Iesus quem tu persequeris. Ad

Anania tamen missus est, ut illo sacerdotio quod in ecclesia constitutum est sacramentum doctrinae fidei, quia periret & verus appareret eius color. Non quia non potest per seipsum dominus omnia facere. Nam quis alius haec facit etiam in ecclesia, sed ut ipsa societas congregatorum fidelium approbando in inuicem atque communicando vere fidei doctrinam in omnibus quae dicuntur verbis vel significat sacramentis tanquam vnā specie veri coloris obducatur. Cornelius etiam cum elemosynae ei acceptae, & preces eius exaudite illi ab angelo nuntiant propter doctrinam tamen sacramentorumque unitate ad Petrum iubet mittere. Haec ille. AVCTOR. Vnitas ergo & societas ipsa ecclesiae est prima ratio indiuiduationis eius, ita ut quicquid a communione sacramentorum exciderit, prima ratio est quae ab eius unitate excidit. Nam aliquid cōtingit ut heretici etiam orthodoxis paria sacramenta praestent non minus tamen extra ecclesiam catholicam eos celebimus alienos quos ab eius unitate videmus exortes. Vnde lib. xii. contra Faustum. AVCTOR. Omnis caro quam terra sustentabat diluuiō consumpta est, quia propter ecclesiae societatem aqua baptismi, quae eadem sit, non solum non valet ad salutem, sed valet potius ad perniciem. Haec ille. Et idem de vera religione cap. v. In illis magis animaduertendum hoc magis praedictum quod paria sacramenta celebrant, tamen quae sententia dispares sunt, & errores suos animosius defendere quam cautius corrigere maluerunt, exclusi a catholica communione & a participatione, quae parium sacramentorum propria vocabula, propriosque conuetus, non in sermone tamen, sed etiam in superstitione meruerunt, ut Formiani, Arriani multique praeterea. Haec ille. AVCTOR. Idem. Et e regione quae a vero quidam per simplicitatem lapsi fuerint, si tamen omni mentis proposito societati christianae coherent extra ecclesiam non censent, Christus enim nullus eicit ab ecclesia penitus nisi propter haeresim vel paganismum, sed aliis detestatos criminibus flagris castigat. vnde in opere imperfecto Homil. xxiii. CHRYSO. Imitatores debemus esse dei, ut sicut ille agit cum ecclesia: sic nos agamus cum coniuge. Ille enim nullum populum derelinquit, nisi voluntate ad gentilitatem vel ad haeresim transierit. Aliter autem peccantem castigat, tamen misereri non cessat dicente propheta, Si dereliquerint filii eius legem meam, visitabo in virga iniquitates eorum. Haec ille. AVCTOR. Iam videtis quod veste nuptiali careat in coniugio, etiam ubi mali plures sunt, & quod ipse eiciendus est ceteris

malis seruatis, illis putat qui vel in moribus vel in fide minus veraciter non tamen praeuaciter contra sacras regulas societate rupta ecclesiae se sciderit, suppleturus est enim eis Christus, quod deficit sicut dicit epistola ad Dardanum versus finem cap. xiii. AVCTOR. Sicut in quibus habitat deus, multi tales sicut quibus dicit Apostolus. Non potui vobis loqui quia si spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, non dum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. His quippe etiam illud dicit. Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis. Hos tales etiam si antequam perueniant ad spiritualis mentis aetatem, ubi non lacte alantur, sed solido cibo pascantur, dies huius vitae extremam inuenit, proficiet in eis, habitator eorum quicquid hic minus intelligentiae habuerint, quam ab unitate corporis Christi, qui nobis via factus est & a templi dei societate non recesserunt, vnde & non recedant, ut regulam fidei pusillis magnisque communem, in ecclesia perseveranter tenent, ut in quod perueniunt, in eo ambulat, donec eis reuelat deus si quid aliter sentiunt. Cogitationes suas carnales non dogmatizant, quia non obdurant contentiosas defensionibus in manendo, sed quodammodo ambulando, id est proficiendo defundant, intelligunt perspicuitate impetrantes per fidei puritatem. Haec ille. AVCTOR. Ecce regulae unitatem quam supra diximus cunctis fidelibus esse communem, & ecce societatis ecclesiae tantam potestatem, ut secundum eam solam ecclesia claudat vel excludat, & omnis eius indiuiduatio ab ea sola primo dependet: vnde iste qui per ignorantiam titubavit in fide ante extremam diem diuinitus doctrinam rectam consequetur, quia unitatem quam dimisit fide, noluit diuidere in communione ecclesiae. Sed & audeo dicere aliquid maius quod vir doctus si aliter sapiat quam fides recta decernat, si tamen propter hoc ab ecclesiae societate non abstinet, quod male credit, quia non habet perueniam merebitur veniam. Hoc enim modo doctores in materia fidei opinantur opposita, ut quidam quod diuina supposita constituunt relatiuis, quod quod proprietatibus absolutis, donec ecclesia determinata doceat veritatem. Hoc etiam modo Cyprianus, Agrippinus, & multi clarissimi patres Africae ecclesiae firmiter docuerunt, scripserunt libris, decreuerunt in conciliis, reprobationem hereticorum ante determinationem seculi vniuersalis ecclesiae, cuius societatem tamen nec

ullo momento temporis amiserunt. vnde in lib. de vnico baptismo versus finē. AVGVSTINVS. Nec nos inquit quia baptisimi veritatem etiam in hereticorum iniquitate agnoscimus potius quae negamus, ideo meliores Cypriano sumus, sicut nec Petro qui gentes iudaizare non cogimus. Hac de Agrippino aliisque episcopis qui illa concilia fecisse perhibentur, responderim, qui sic diuersa senserunt, vt ceteri eis contra quos de hac quaestione sentiebant, in vnitatem per sisterent, vbi charitas cooperit multitudinem peccatorum. Sic namque ambulantes in ecclesiae vnitatem in quam peruenerant: poruit deus sicut Apostolus dicit, reuelare illis quod aliter sapiebant. Noua enim quaestio fuit tunc quemadmodum suscipiendi essent haeretici: quae nonnullos fratres haereticam perniciem vehementer merito detestantes, ipsa nouitate turbauit, vt crederent: & hoc in eis esse improbandum quod malo suo tenebant bonum. Hac ille, AVCTOR. Ecce Cyprianus & Agrippinus & alii veniam consequuntur erroris: quia res noua fuit, & indigna crudelescebat in patribus, sed quia sanctorum stomachus, & corporis vnitatem non cecidit, decoqui potuit, & sine nota infamiae reparari. Vere ergo dolose fregit hanc vnitatem ecclesiae noster Vvitleff, quando tam saepe hortabatur fideles, vt se a ceteris christianis indilate secernerent: & quod vti que deterius est, a praelatis ecclesiae separarent, ne cum eis communicarent in sacramentis aut sacramentalibus Christi signis. In secunda parte sermonum maxime sermone lv. in fine sic inuehit, VVITCLEFF, Ex verbo & opere & taciturnitate praelatorum ecclesiae sic vocatae supponendum videtur atque probabile quod sint diaboli incarnati: & post concludit. Sed quia ignoramus conuersionem vel exitum eorum non videtur de ipso eorum damnatione temere iudicandum, sed istud videtur esse sanctorum atque catholicorum, quod Christianus non communicet cum eis in sacramentis aut sacramentalibus, sed potius caueat de eorum perfidia, ne sequendo eos aut capiendo exemplum ab eis deserat legem Christi: & omnino ne eis consentiat aliquo consensu, sed totam pugnam suam spiritualem contra diabolum conuertat in ipsos: si enim Scarioth propter occisionem duplicis naturae propriae & aliorum quos peruerit fuit diabolus, quanto magis praelati praedicti cum plus percipiant rationis

diaboli. Hac ille, AVCTOR. Sed in hoc facto opus patris sui Donati facit qui docuit hoc modo separationem sectatorum suorum a praelatis & catholicis Christianis. Contra quam eorum arrogantiam cumulum Augustinus disputando sudauerit, tandem quadam epistola sua & aliorum episcoporum de consilio Circensi ad Donatistas inter epistolas suas lxxxix. AVGVST. Hoc inquit nos egimus & ostendimus & obtinimus, quia communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in factis malis non eis quisquam consentiat, portat malum causam suam, nec praedicit alteri quem consensione mali operis socium non habet criminis. Hac ille, AVCTOR. Planissime donatizauit Vvitleff quando dissuasit Christianis communionem sacramentorum accipere cum praelatis catholicis quibus malis, mentis sub hoc fuco documentum sanctorum & catholicam esse separationem a communione sacramentorum, ne scilicet sequerentur praelatorum malum exemplum. Sanctus pater Cyprianus indicat omnem talem magistrum arrogantissimum & superbum, vnde hoc ipsum donatistis obiciens in epistola ad Vincensium. AVGVSTINVS. Demum inquit, si te Cypriani sancti episcopi & gloriosi martyris delectat auctoritas, quam quidem vt dixi a canonis auctoritate distinguimus, cur in eo te non delectat quod vnitatem orbis terrarum atque omnium gentium & diligendo tenuit, & disputando defendit, quod eos qui se tanquam iustos ab ea separare voluissent arrogantissimos & superbissimos iudicauit irridens eos sibi hoc assumere, quod nec apostolis concessit dominus vt ante tempus zizania colligeret, aut tanquam ipsis paleas auferre, & areae purgare, concessum sit, paleas conarentur a tritico separare. Hac ille, AVCTOR. Et iterum idem Augustinus ostendit istud contra morem Christi & apostolorum eius esse doctum epistola eadem ad Vincensium. AVGVSTINVS. Non inquit propter malos boni deserendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt, sicut tolerauerunt prophetae contra quos tanta dicebant nec tamen communionem sacramentorum illius populi relinquebant, sicut ipse dominus nocentem Iudam versus ad condignum eius exitum tolerauit, & cum sacramento nam cum innocentibus communicare per-

misit. Sicut tolerarunt Apostoli eos qui per inuidiam, quod ipsius diaboli vitium est, Christianum annuntiabant. Sicut tolerauit Cyprianus collegarum auaritiam quam secundum apostolum appellat idolatriam. Hec ille.

Q. ECCLESIA NOSTRA SYMBOLICA est ecclesia catholica. Cap. XVII, AVCTOR.

T



Vgit acriter contra papam & pastores ecclesiae sub titulo iusta appellationis ecclesiae Christi qui est obiectum fidei Christianae de qua articulus est in symbolo Apostolorum, Gredo sanctam ecclesiam catholicam, difficultas autem eius est ista lib. de donatione cap. ii. VVITCLEFF. Quando credere debemus ecclesiam sanctam catholicam tanquam si dem, & iterum credere debemus, quod quolibet membrum istius ecclesiae sit praedestinatum ad gloriam: si credere debemus quod iste papa vel episcopus sit membrum ecclesiae credere debemus, quod repugnat ipsum in peccatum finalis impenitentiae cadere. Hec Vvitleff, AVCTOR. Sub hoc globo verborum vna cum praesumpto sensu ecclesiae symbolicae, & falsa necessitate futurorum euentuum intendit obfirmare filios ecclesiae contra patres ne exhortationibus eorum obediunt aut censuras vel edicta pauescant, quousque certos efficiant, quod sint capita eorum & membra, & per consequens ecclesiae Christi fideles, & cum solui membra praedestina nata sint membra ecclesiae, maxime illius quod est obiectum fidei, & particulariter in symbolo probare se membrum tale erit probare se praedestinatum ad gloriam. Et reddere se dubium erit dubitare se esse membrum. Et per consequens caput gregis. Prima ergo difficultas de quidditate huius ecclesiae symbolicae qua vtiq; credere debemus, sub poena praedictae sic solueda restat vt eiusdem ecclesiae principes descriperint eam in symbolo. Est enim ecclesia sancta catholica quod sit catholica Graece vniuersalis appellat late. quae terminus expones Augustinus in tractatu de symbolo qui incipit sicut nonnullis in fine dicit. AVGVST. Gredo sanctam ecclesiam catholicam secundum veritatem caelestium promissorum, dat quidem deus in hac vita sine dubio peccatorum remissionem per baptismum & fidei ecclesiae catholicae. i. vniuersalis ac toto orbe diffuse. Hac ille, AVCTOR. Singulas vero rationes quare ecclesia Christi catholica dicitur videtur Isidorus

coffasse in vna massam elegatis sententiae lib. i. de Off. cap. i. ISIDORVS. Ecclesia inquit vocat proprie propterea quod oes ad se vocet & in vnu congreget: catholica autem ideo dicitur, quia per vniuersum mundum est constituta, vel quoniam catholica hoc est generalis in ea doctrina est, ad instructionem hominum de visibilibus atque invisibilibus rebus caelestium atque terrestrium, vel propter omne hominum genus ad pietatis subiectionem, tam principum quam etiam qui principantur oratorum & ideoratum, vel propter ea quod generaliter curat omnem peccatam quod per corpus & animam perficiuntur. Hec Isidorus, AVCTOR. Optime detexit rationem catholicae, i. vniuersalis ecclesiae si quadruplici digito secundum vniuersalitate extensionis, secundum vniuersalitate instructionis, vniuersalitate subiectionis, & vniuersalitate curationis. Adhuc autem de prima vniuersalitate ecclesiae notari oportet non eam tantum esse extensione loci, sed & temporis vt ecclesia Christi sciat extensa esse per totum mundum, & a baptismo Christi, & initio praedicationis eius durasse & duraturam esse versus ad finem mundi, & vltra. Secundum illud propheticum dicitur de ea. A solis ortu versus ad occasum laudabile nomen domini. Et iterum a mari versus ad mare & a flumine versus ad terminos orbis terrarum. Sic enim exponit Augustinus, hoc dictum de flumine Iordanis prima parte sermonum, sermone, xlii. de pace & charitate, AVGVST. Tene inquit mecum hereditate a mari versus ad mare & a flumine, scilicet Iordanis vbi ceptum est Christi magistratum versus ad terminos orbis terrae. Hec ille, AVCTOR. Itaque expressius super eundem locum. psal. lxxxii. AVGVST. Si ecclesia inquit sic recte significatur vocabulo Iune, consequenter ostendit quod late eandem ecclesiam fuerat diffusurus cum adiecit. Et dominabitur a mari versus ad mare. Mari quippe magno cingitur terra qui vocatur oceanus, de quo influit quoddam exiguum in medio terrarum, & facit ista maria nota nobis quod nauigiis frequentatur: pinde a mari versus ad mare, a quolibet sine terrae versus ad quemlibet sine duraturam dixit: cuius nomen & potestas toto orbe fuerat praedicta multumque valitura: quod ne aliter posset intelligi a mari versus ad mare continuo subiecit, & a flumine versus ad terminos orbis terrae. Quod ergo ait versus ad terminos orbis terrae, hoc ante dixerat a mari versus ad mare: quod vero nunc ait a flumine expressit euidenter inde voluisse Christum potestatem suam iam commendare, vnde & discipulos cepit eligere, a flumine scilicet Iordane: vbi super baptizatum vnicuique

descenderet spiritus sanctus sonuit vox de caelo hic est filius meus dilectus. Hic ergo doctrina eius incipiens & magisterii caelestis auctoritas dilatarur vsq; ad terminos orbis terre, cū predicatur euangelii regni in vniuerso mundo in testimonio oibus gentibus. Hac Augustinus. AVCTOR. Iam habemus euidētib; signis quae sit ecclesia catholica. Oīs scilicet series illa fidelium a Christi prima congregatione in ripa Jordanis vsq; ad nostra tempora & deinceps vsq; ad finē mundi successiue descendens, & ad quilibet terrae partes pueniens quocūq; testimonium fidei de Christo capite rutilans est accensum. Procedamus vltterius venando vtilitatē huius rationis catholice & vniuersalitatis, sic dicte: ad quod scilicet oportet ecclesiam Christi symbolicā hanc vniuersalitatem, tam extēsam includere. Vtilitas vero eius est, vt sciamus discrete quae sit vera Christi ecclesia veraq; habens doctrinam fidei, & quae haereticis palliata. Vult enim oīs haereticis dici ecclesia, & sub nomine matris nostrae tanq; sirena in abyssum suae herefeseos precipitare fideles, sed sub hoc signo, quod diximus, an sit vera ecclesia vtrum mēdosa cognoscemus, si scilicet teneat catholicā vnitatem. Vnde in expositione symboli contra perfidos quod incipit inter pressuras. AVGVST. Caput inquit etiam corpus Christus & ecclesia, nec ab illo separamus aliquid, aut de illo sicut heretici credēdo, nec ab ista prauis nostris moribus declinādo, hac est mater vera pia mater & casta intrinsecus sui, viri dignitate ornata, non fornicus mendacio fallente turpiter colorata. Nec nos ab ista matre nominē fictum seducat alienum, Non nos ecclesie species aliena decipiat. Sponsa nō est quae viri non cognoscit suum, Turpis est quae tanti viri speciem suis sermonibus fuscare contēdit: frustra sibi nomen ecclesiae imponit. Video quidē te o spēlica subdola decipiens quia decepta. Video quidē quae captes formā tuā sub specie aliena. Quid te cōponis, quid tantū te exornas? quid sub simbriis tuis ornamenta aliterius expandis? Quid te contra verā sponsā aequare cōtendis, non te respicit sponsus quia nō es sponsa, sed pulchra te dicis, & de auro atq; ornamentis gloriaris. Respōdet tibi spūs speciosus forma prae filiis hominū species fornicaria facta est tibi irreuerens in omnibus. Quae si dixeris quare ita? Respondeo, quia sub specie sponse cōponis te, & matris sponsum tuū me eē. Nō sicut patrē appellas me: ego enim & pater vni sumus. Sequit. Noli

ergo iactare esse quod nō es. Agnosce turpitudinē tuā? Arrius abstulit integritatē tuā: non es ergo sponsa quia non es integra. Frustra illū sponsum vocas quia nō est tuus, turpem enim viduam nō accipit Christus. Redi repudiata, redi confusa, redi serpentinis fraudibus violata: redi non diuinitate caelesti cōposita, sed humanis assertionibus circūuēta, redi, fallere teipsam potes, fallere spūs nō potes, nouit enim ille quā querat, & agnoscit illā quā vocet. Semp enim viuit mater nouerca quid te supponis, non potes excludere pulchrā. Nam cū turpis sis ancilla species fornicarie facta est tibi. Nō enim seruas vni viro fidē quae catholicā nō tenes vnitatem. Hec ille. AVCT. Ecce plana sententia ecclesia Christi non est noua: a baptismo Christi hucusque vna perseuerat & integra, si ergo aliqua secta consurgat cuius fides noua est, & antiq; patrib; inaccepta, nō est illa Christi ecclesia: si in aliis terrarū partibus vbi Christi nomen cognoscitur est ignota non est hic Christi ecclesia: sed meretrix & synagoga haeretica. Propter hoc redarguit Augustinus Donatistarū sectā quae dixit apud se solā ecclesiam Christi esse in Africa quia nō erat vniuersalis & catholica: particularis institutio circa ea quae sunt fidei derogat vniuersali, & vniuersae terrae sectae doctrinae catholicae.

Q. ECCLESIA SYMBOLICA NECESSARIO EST APOSTOLICA & VNA.

Cap. XVIII.



Proposuerunt adhuc ecclesiae X patres aliud signum discrete cognitionis ecclesiae Iesu Christi vt apostolica diceretur, secundū quod in missarum solenniis decantatur. Credo vnam sanctā catholicā & apostolicā ecclesiam. Hoc enim in nomine catholici viderit intelligi quia per vniuersum orbē apostoli dispersi plātauerūt & instituerūt ecclesias in vna fide Christi & sine omni dissonantia literę, vel syllabę substantiā fidei simillime docuerūt. Vñ contra Nestorū dicit CASSIANVS. Graece symbolus dicitur larine collatio, collatio autē ideo quia collata in vni ab apostolis dñi totius catholice legis fide, quicquid per vniuersum diuinorū voluminū corp; immēsa fundit copia, totū in symbolo colligit breuitate pfecta: scdm illud apostoli. Verbum inquit cōsummas & breuias in egrate. Hec ille. AVCT. Altū dicitur p̄digium quod per septuaginta interpretes dispersis

cellis expositos potuit scriptura canonica sine variatione trāferrī. Sed plus est stupēdū miraculū quod per apostolos Christi ad distātissimas partes seculi sepotos potuit eadē Christi fides in tot suis particulis cū omni integritate & sensus idēitate distribui & sub hoc typo sanctus spiritus in primitiua ecclesia illustrauit alto fulgore ecclesiam Iudaeorū in Hierusalem in numero duodenario cētū viginti & ecclesiam gentiū postea Ephesi in duodecim discipulis. Act. xix. notū faciēs Christi ecclesiam necessario fore apostolicā. Vnde exponēs hūc. Textū Act. Erant autē oēs viri ferē duodecim sui signa mōstrauerūt: illud in Hierusalē hoc in Epheso quod est ciuitas Graecorū: credo vt ostēderet se siue de Iudaeis siue de Gētib;. credo quod eorū tūmodo qui vnitati ecclesiae catholicae atq; apostolicae cōicēt implere. Hac ille. AVCTOR. Ecclesiam ergo apostolicā spiritus sanctus tū inspirat, & propter hoc reor articulū ecclesiae articulo de spiritu sancto p̄tinē copulatū. Exurgentibus igit per ecclesias viris haereticis necessariū arbitrati sunt patres signatā dare fidelibus ecclesiam quā sequant, & apostolicā expresseuerunt, & ne in appellationibus ecclesiarū fideles dubii remanerēt, vel alia sequant quā agētē spūs sancto apostoli nō solis scripturis, sed vniuersis doctrinīs & traditionibus munierūt. Vñ in symbolo concilii CONSTANTINOPOLITANI. Credim; inquit vna catholicam & apostolicā ecclesiam. Hec ibi. Beatus vero Gregorius exponēs symbolū in registro. GREGOR. Confiteor inquit, vna fidē, vniū baptisma vna apostolica & vniuersalē ecclesiam, in qua sola posunt laxari peccata. In nomine patris & filii & spiritus sancti. Hec ille. AVCT. Itē in tractatu de symbolo quod incipit sicut nonnullis in fine. AVGVST. Credo sanctā ecclesiam catholicā secundū veritatē celestium pmissorū. Dat quē deus in hac vita peccatorū remissionē per baptismū & fidē catholice ecclesiae. i. vniuersalis ac toto orbe diffuse. Hac ille. Item lib. i. de Off. cap. xvii. ISIDORVS. Symbolū inquit quod tpe sacrificii a populo p̄dicatur trecētorū decē & octo sanctorū patrū collatione apud synodū Nicenā est editū, cuius verā fidei regula tantis doctrinae mysteriis p̄cellit. Vt de omni pte fidei loquat, nullaq; pene sit haereticis: cui per singula verba vel sententiās nō respōdeat. Oēs em̄ errores impietati p̄fideiq; bla-

sphemias calcet, & ob hoc in vniuersis ecclesiis pari cōfessione a populo p̄clamatur. Hac ille. AVCT. Ecce quod contra oēs errores inuentum est, hoc Nicenū symbolū quod dicit ecclesiam Christi esse apostolicā, scilicet post Christū apostolica traditiōe munitam fundatā & instruatam, Sumebant em̄ ab auctoritate Pauli dicentes Ephesius, Estis inquit ciues sanctorū, & domestici dei, sup̄aedificati super fundamentum Apostolorū & pphetarū. Quē textū tractans sup̄ primū versum psal. lxxxvi. AVGVST. Quid est inquit fundamentum eius in mōtibus sanctis: qui sunt mōtes sancti sup̄ quos fundata est ista ciuitas? Alter quidā ciuis plani? hoc dixit Apostolus Paulus, cuius inde ppheta: cuius inde apostolus. Sed huiusmodi Apostoli & pphetae quō ciues foras: ita vt etiā isti sint mōtes sup̄ quos fundamentum sunt huius ciuitatis, cuius portas diligit dñs. Hec ille. Et in lib. de spiritu sancto versus mediū inquit DYDIMVS. Christo operante in apostolis suis completū est mysteriū vt ipsi Apostoli cōfiterentur se in Christo loqui & id quod suis oculis viderunt, & ministri facti sunt sermonis. i. Christi & dispensatores mysteriorū dei. Deniq; quasi principatū in sacerdotiū possederunt, & initiatores fidei a Christo sūt demonstrati dicente eis dñs. Euntes docete oēs baptizantes eos. In nomine patris & filii & spiritus sancti. Hac ille. AVCTOR. Ecce apostoli principes quodāmodo sunt initiatores fidei Christianae. Habēt enim illum locū in fundatiōe ecclesiae: apostoli post Christū quē habebāt in ritu Iudaeorum patriarche post dominum deū. Vnde & filii synagoga nō cōtēti sunt dicere dñm deū nisi adderēt quod sit deus Abraham deus Isaac deus Iacob deus patrū nostrorum. Ita ergo fideles inuocāt patrocinium apostolorū in fundatiōe ecclesiae vt fecerūt Iudaei in primatu synagoga: quia sicut ipsi carnaliter synagoga, ita isti spiritualiter pruerunt & genuerunt ecclesiam: dicēte apostolo. i. Cor. iiii. Si decē milia pedagogorū habebatis in Christo, sed nō multos patres: nam in Christo Iesu per euāgelium, ego vos genui. Et Isidorus in lib. Allegoriarū dicit de Apostolis. ISIDORVS. Habēt quidē formam patriarcharū quia per verbum p̄dicationis in toto orbe terrarum dei populū spiritualiter genuerunt. Hac ille. AVCTOR. Adhuc ecclesiam ergo quae per totū mundū vnā habet doctrinā Apostolicā, oēs fideles intonatē noua haereticis debēt habere recursum. Ipsi enim cū vna sana doctrina adhuc manētē imbuerunt

totam ecclesiam & ob hoc tota ecclesia catholica etiā apostolica nominatur. Et ob hoc quaedam ecclesiae particulares vbi residebāt corporaliter, quando docuerunt apostoli vocantur apostolicę. Sicut etiā ecclesia Romana vbi capitales docuerūt apostoli, priuilegio singulari apostolica noīatur. Vnde Augustinus lib. ii. contra Iulianū cap. i. loquēs de sententia papę Innocentiū in Celestiu Pelagianū hęreticū. AVGVST. Celestiu inquit se purgare molierem ad consentiendum supra dictis sedis apostolicę literis crebra interlocutione cōstrinxit. Et ibidē post. Quid ad hęc dicit ingratus cui sedes apostolica iā sua professione quasi correcto benignissima lenitate pepererit. Quid ad hęc dicit Augustinus. AVCT. Et beat⁹ Gregori⁹ i regesto seu registro, vt habetur. xii. de pręceptis. GREGO. Pręceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed q̄ per obedientiam a sancta Romana ecclesia & apostolica auctoritate iussa sūt salutariter implentur. Et sequitur in fine. Si quis, hęc apostolicę sedis pręcepta nō obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur. Hęc Gregorius. AVCT. Ac ne dicat Vvicleff, sicut dicere solet q̄ hunc errorem, pręsumpsit Gregori⁹ post donationē principis Constantini. Annosus pater Anacletus papa Romanus successor sancti Clemētis accedat. In primo enim decreto suo saluatio eius hęc est. ANACLETVS. Anacletus seruus Iesu Christi in sede apostolica dño seruans episcopis oībus, & ceteris cunctis fidelibus qui coęqualem nobiscū sortiti sunt fide, Gratia vobis & pax. Et in decreto suo in cap. iii. Hęc vero sancta Romana & apostolica ecclesia nō ab apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro primarum obrinuit. Sicut beato Petro apostolo ipse dixit. Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meā. Et ibidē cap. iiii. Hęc vero apostolica sedes caput & cardo vt factum est a dño, & nō ab alio est constituta. Hęc ille in lib. Decretorū pontificum. AVCTOR. Multo magis non a Constantino nec a Pręsulibus, illi⁹ temporis est instituta dici apostolica si nō ab ipis apostolis, sed a solo Christo. Addit adhuc ecclesia symbolica, iquā tenemur in dubiis credere sub pœna perfidię. Addit enim ecclesię sic dictę cōmuniter rationem vnus fidelis, & indubitanis testimonii: & hoc ratione quę est vna. sic enim credimus vnam sanctam ecclesiam non quidem gente vel patria, sed professione vnam & fide de qua vnicum cunctis

gentibus reddit testimonium. Vnde lib. i. cōtra Iulianum cap. vi. in finem producēs multos patres ecclesię in testes AVGVST. Audis inquit omnes vno corde vno ore vna fide idipsum dicere, & hanc esse catholicā fidem non dissonante contestatione firmatam. Hęc ille. Et Beda. iiii. super Cantica, textu, vna est columba mea. BEDA. Vna est enim quę diuisionem schismatis nō recepit: vna est quia non alia ante legem, alia sub lege, alia sub gratia, alia de circuncisione, alia de pręputio collecta. Sed sicut vnus dominus vna fides vnum baptisma, vnus deus & pater omniū: ita est vna catholica electorum omniū multitudo, & per omnia mundi loca, & tempora seculi eidem vni deo & patri subiecta. Quę vnde catholica sit appellata Lucas docet dicens. Ecclesię quidem omnes per totam Iudęam & Galilęam & Samariam, habebant pacem aedificantes & ambulantes in timore domini, & consolatione spiritus sancti replebantur. Quod enim vniuersale hoc loco latine, hoc dicitur gręce catholicon. vnde liquet de patre q̄ inde catholica vocatur ecclesia q̄ per totas mundi partes, in vna pace, in vno timore domini aedificetur: vna eademq̄ sancti spiritus cōsolatione repleatur. A qua vniuersitate spiritus ipsa etiā columba recte vocatur. Hęc ille. AVCTOR. Nam hoc est credere ecclesiam catholicam credere eam habere veram fidem de deo & vera sacramenta. Sic enim dicit Ioannes in canonica sua prima, capitulo quinto. Qui credit in filio dei, habet testimonium dei in se. Cum ergo ecclesia Christi catholica & apostolica eredit in filio dei, ipsa testimonium dei habet in se. ratione ergo qua ecclesia est obiectum necessarii fidei Christianę sic facit testimoniu abundanter de Christo cuiuslibet eam, vel secundum eam credenti. Hęc forma cum Ioannes dicebat expleto euangelio. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet, subiungit ecclesia & scimus quia verum est testimonium eius. Non enim deesse potest testimonium vniuersalis ecclesię, alicui secundum eam credenti vel dicenti, & ad hoc nō modicum facit quod apostoli & primęui credentes sicut nunc fideles, ita tunc dixerunt se testes Christi passim per scripturas Actuum primo. Oportet testem resurrectionis eius fieri vnum ex his. Et eritis mihi testes in Hierusalem. Ideo & angelus in Apocalypsi: Conferemus tuum & fratrum tuorum habentium testimonium IESV. Hoc autem testimonium

& ineffabile est & euacuari non potest. Reuera ante scriptū euangeliū hoc erat euangeliū quod scripsit Iesus Christus & scripserūt apostoli in cordibus hominum, & ad cuius testimoniu stare oportet, quemcunq̄ an textus euangeliū scripti, vel a fidei recte assumat, vel ab hęretico subuertatur. De quo dixit Apostolus primę Corinth. iiii. Epistola nostra vobis estis scripta in cordibus vestris quę scitur & legitur ab omnibus hominibus monstrata. quoniā epistola estis Christi, manifestata a nobis & scripta nō atramento, sed spiritu dei viui non in lapideis tabulis, sed in tabulis cordis carnalibus. Vbi Hieronymus in Annotationibus. Nos quis legē Christi scriptā i euāgelis habeamus, tamen in primis non quasi absentes tabulis scriptis, sed pręsentes per auditū domini verba corde suscepimus. Euangelia vero postmodū scripta sunt ad memoriā posterorum. Hęc ille. AVCT. Hoc est pręcipuū ergo euangeliū testimoniu, de quo quodāmodo aberrari nō potest. Sed est lex naturę certissima est quę gerunt hoīes scriptam in cordibus suis: vt refert Apostol⁹ ad Romanos primo. Multo magis lex Christi habebit certissimū interpretamentum suū in cordibus fidelium succedentium sibiipsis ab initio nascētis ecclesię & temporib⁹ Apostolorū vsq̄ in sempiternū. secundū quod per prophetam dicit dñs. Hoc testamētum quod testabor ad illos dando leges meas in cordibus eorū & in sensib⁹ eorū scribā eas. Quod exponēs Ambrosius super beati immaculati, versu, hereditate exquisiui testimonia tua in æternum. AMBROS. O inquit vere testator æternus qui nostris in cordibus leges affigit suas, & scribit in sensibus vt nihil aliud cogitare nisi diuina pręcepta possimus, nihil aliud sentire, nisi dei oracula debeamus. Hęc ille.

Q̄ AVCTORITATE ECCLESIAE
symbolicę sunt omnia dubia desinenda. Cap. XIX.

AVCTOR.



Acc est ecclesia symbolica, ecclesia Christi inquā catholica & apostolica mater creditiū populorum q̄ fidē habet indefectibile secundū pmissū Christi ad Petrū qui tūc figurā gessit ecclesię. Ego rogauī p te Petre vt nō deficiat fides tua. Nō est ergo specialis ecclesia. nō Africana vt Donat⁹ dixit. Nec vtiq̄ particularis illa Romana, sed vniuersalis eccle-

sia non quidē in generali synodo cōgregata, quā aliquotiens errasse pcepimus, velut illa Arriminēsis cōgregata sub Tauro pfecto, & illa Cōstantinopolitana sub Iustiano minore tpe Sergii papę secundum Bedā, & quādā alię: sed est ecclesia Christi catholica p totū mundū dispersa. A baptismo Christi p Apostolos & ceteros successores eorū ad hęc tpa deuoluta, q̄ vtiq̄ verā fidē cōtinet & testimoniu Christi fidele, sapiētiā p̄stas pulvis inter extremos errores stabilē retinēs veritatē, si cut dicit sup Ioā. Homil. xxxvii. AVGVST. Nos. i. catholica fides veniēs de doctrina apostolorū plātata in nobis per seriē successionis accepta sana ad posteros transmittēda inter vtrosq̄. i. vtrūq̄ errorē tenuit veritatē. In errore Sabellianorū vnus est sol⁹. Ipse est enī p̄r, qui filius. In errore Arrianorū alius est pater alius filius, sed ipse fili⁹ nō solū alius, sed etiā aliud. Hęc ille. AVCT. Dubios reddit hic & deuos quosdā studiosos nostri tps n̄ Vvicleff, cū interrogatū esset apud quē vel quos remanet potestas definiēdi in materia fidei, si cū definitioni standū esset sub pœna p̄fidię, & determinat reuelationē sancti spiritus in tali articulo expectandā. Vñ inter epistolas res sermōes, sermone. xlv. VVITCLEFF. Videtur inquit inferri q̄ nulli fratres vel plati quidq̄ debeat in materia fidei defini nō ad hoc habuerint scripturę auctoritatē vel reuelationē a spiritu sancto specialē. Nam quo ad primū cum oīs veritas scdm Augustinū sic i scriptura pateat q̄ si veritatē definiū includitur in scriptura. Quod si pcedūt rite ignorantes vtrū in scriptura includit debet spiritum sanctū cōsulere, & si in pœnā peccati nō inficitur ipsorum definitiuū cōcilium, patet q̄ oportet ipsum a sp̄i sancto emanare. Sed infra definiēdo cōcludit patet inquit, quod in scriptura sacra est finaliter quiescendum. Et quicquid dubii in operib⁹ particularibus superexcreuerit sine lege vteriori in reuelatione diuina sine concilio est p̄landū. Hęc ille. AVCT. Non vituperō viā datā, sed latētem damno proteruiā & astutiam versipellē. Ecce temporibus Arrianis ingētī studio collegerūt fidē patres cōsubstantialitatis in Christo, & ne pater esset maior filio secundū deitātē dixerūt. At cōtra Arrianos allegabat scripturā. Pater inquit maior me est. Cōtra trinitatē perfonarum definiuit Sabellius p̄fēs illud scripturę. Ego & pater vnum sumus cōtra incarnationē Christi. Faustus produxit illud Apostoli. Iā nō nouimus secundū carnē Christū.

Peputiani cōfirmaverunt heresim sub aucto-
ritate Christi reuelati Quintillæ & Priscillæ
mulieribus sub specie scēmine, Manichæus in
subsidiū suę hereseos p̄missionem spiritus
paracleti factam a Christo in se dixit esse cō-
pletam. Mōrtanus hæreticus seipsum spiritum
paracletum prædicauit. nullis adhuc hæreticis
defuit scripturarum auctoritas, vix vllis fi-
cta reuelatio sancti spiritus in suffragium sui
dogmatis venenati. Propter hoc em̄ Homil.
vii. in Ezechielem. ORIGENES. Cū dogma-
tibus falsis volētes sumere defensionē dixerit
mus. Scriptum est in p̄pheta, hoc testatur Moy-
ses, loquitur Apostolus, quid aliud facimus q̄
accipientes panes veritatis proponimus eos
simulacris quæ ipsi finximus! Marcion facit
idolum & proposuit ei panes scripturarum.
Valerianus, Basilides oēsque hæretici fecerunt
similiter. Hæc ille. Et vii. super Genesim, ad
literā cap. ix. AVGVST. Neque enim nō oēs
hæretici scripturas catholicas legunt. Nec ob
aliud sunt hæretici nisi quod eas nō recte intelli-
gentes suas falsas opiniones contra earū ve-
ritatē pertinaciter asserunt. Hæc ille. AVCT.
Quid ergo amplectenda erit hic earū definitio
an improbanda? Improbanda: quod quæ &
auctoritatē scripturę suffulta videt, & diuina
reuelationis auxilio. Vere in hoc ipso tibi
scutum formasti: sub quo satis errares impu-
ne: & hoc ipsum facis cū allegas scripturas,
& de sensu spiritus sancti quasi tibi reuelatus
esset desuper iactas inaniter. Quomodo ergo
tibi definitio & errati in materia fidei sub
prætextu scripturarū auctoritate fidē vendi-
cas & pristinis hæreticis fidem negas? Foris-
tan vnū dicendo respondes quia scripturæ
eorum sunt extortæ & reuelationes illusio-
nes sunt & fictitiæ. Sed qualiter hoc probabis
aut quod vis fidelē inducere: vt tibi credat po-
tius sic dicenti q̄ alteri deneganti. Sic enim de
te dicit catholici: auctoritates scilicet quas
inducis extortas esse & nulla specialis reue-
lationis certificatione suffultas. Cur & tu de
finis errorem circa fidē & prælatis denegas
auctoritatē definiti pro fidē? Sic enim ve-
natur de credentia Manichæorum lib. de vti-
litate credendi versus finem. AVGVSTI-
NVS. Dicunt inquit perniciosas nos habere
doctrinas: respondebis mentiuntur. Quo-
modo ergo eis de Christo credam, quem nō
viderunt: de te non credam quem volunt vi-
dere. Scriptis ait crede. Atqui scriptura om-
nis si noua & inaudita proferatur, vel com-
mendetur a paucis nulla confirmante ratio-

ne, non ei sed illis qui proferunt eam creditur
quam obrem scripturas ipsas si vos profertis,
tam pauci & incogniti nō libet credere. Hæc
ille. AVCTOR. Multo magis si nisi vnus
Vviteleuista scripturas proferat, vel reuela-
tiones soli sibi vel sectæ suæ conceptas, cre-
dere non libebit: antiqua est hæc hæretico-
rum versutia, fingere reuelationes vel insti-
gationes spiritus sancti. Gregorius Nazianze-
nus sic queritur in Apolegetico. GREGO-
RIVS NAZI. Sicut scriptum est inquit, E-
fufum est opprobrium super principes, fuga
tus est omnis timor ex animis, & vbique ob-
tinet impudentia quæcunque voluerit scia-
re sibi vendicat summa & profunda spiritus
intra se esse deputat. Hæc ille. AVCTOR.
Et ideo Hieronymus dicit. Hunc textum Hie-
remie etiam directum hereticis. Audiuī que
dixerunt prophete prophetantes in nomine
meo mendacium atque dicentes somnia som-
niaui. Super quo in commentario libro quar-
to HIERONYMVS. Sunt autem multa
genera prophetandi, quorum vnum est so-
mniarum quale fuit in Daniele. Idcirco ad
eos prophetalis sermo dirigitur qui credunt
somnia, & omnia quæ cernunt putant esse
diuinam reuelationem quæ proprie sanctis
& seruis dei aperitur, & infra. Suntque ho-
die in ecclesia somniores, & maxime in
nostro grege, qui errores suos domini faci-
unt prophetiam & crebro ingerunt, somnia
somniaui: quos corripuit dominus, dicens,
Vtque istud est in corde prophetarum
vaticinantium mendacium & prophetan-
tium seductionem cordis sui! Hæc Hierony-
mus. AVCTOR. Sed an veram reuelatio-
nem habueris quomodo ergo hoc sciam vt
credam: aut omnibus facienda est reuelatio,
vt credant aut omnes dubii remanebunt in
fide. Non inquis, sed eis credere debent, qui-
bus reuelatum est. Ergo definita veritas ana-
tequam habeatur pro definita plus exigit,
scilicet ultra auctoritatem scripturę, & spi-
ritus sancti reuelationem fidem in dictis as-
sumentis quod non extorqueat & industria-
am quod per elusionem non seducatur, aut
non fingat, & hoc ipsum est quod sponsus
ille ecclesiæ sponsæ reliquit in dotem di-
cens. Ecce ego vobiscum sum omnibus die-
bus: nō dixit tecum sum, scilicet cum aliqua
singulari persona, sed vobiscum sum cum to-
ta ecclesia catholica & apostolica quæ sedu-
ci non potest nec seducere: & habet fidele te-
stimonium de Christo, & nouit oīa mysteria

sponsi sui, & nōne hoc certius quod vniuersa
lis spōdet ecclesia, q̄ qd vn⁹ aliquis forte mē-
dax. Dicit enim super psal. lvii. versū alienati
sunt peccatores a vultu. AVGVST. Nos
loquimur vera quia audiuimus vera, quod
dominus dicit, nō quod homo dicit. Potest fie-
ri vt homo mentiatur. Ex veritatis ore agno-
sco Christum ipsam veritatem. Ex veritatis
ore agnosco ecclesiam participem veritatis,
nemo mihi falsa loquatur qui errauit ab vte-
ro in visceribus ecclesiæ. Hæc August. AV-
CTOR. Ecce in addiscendo veram fidem ag-
noscit Augustinus Christū veritatem & ec-
clesiam veritatis participem, quasi diceret in
casu fidei hos interrogo veritatē, Christum
& ecclesiā Christū dictantē & ecclesiā attestā-
tē & veritatis participē. Sed audi mi Vvite-
cleff, audi casum fidei temporibus Apostolo-
rum exortū de obseruantis Iudæorū genti-
bus imponēdis, & quid tunc cōcordi sententiā
protulerunt Apostoli: visum est, inquit spi-
ritui sancto, & nobis nihil aliud imponere vobis
oneris q̄ hæc necessaria: vt abstinēatis vos
ab immolatis simulachrorū &c. Act. xv. Iam
attēde nō dixerit visum est spūi sc̄to & eccle-
siae, sed spūi sancto & nobis qui hic represen-
tamus ecclesiā, & non tñ nobis sine spū san-
cto sed spiritui sancto i se, & spūi sancto i no-
bis in ecclesia qui in dubiis fidei nunq̄ deest
ecclesię p̄mittente illi Christo. Spūs sanctus
docebit vos om̄em veritatem, & ideo qd est
illi visum hoc etiam nobis ipso instigante est
visum. Qualiter dicit Lucas euangelista vi-
sum esse sibi. Qd exponens cap. i. sup. Lucā.
BEDA, dicit. Quod autē visum etiā sibi scri-
bere dicit, non quasi a se sibi visum, sed spi-
ritui sancto instigante sibi quoque visum signat.
Iuxta quod in epistola sua dicit Apostoli, vi-
sum est enim spiritui sancto & nobis: cuius
nimirum gratia geritur, vt id quod bonū est
nobis etiā bonū videatur. Hæc ille. AVCT.
Sed hic intente queritur a quibusdā que est illa
ecclesia quā docemus in materia fidei defi-
nire: nunquid clerus aut prælatus ecclesiæ vel
ipsorum ecclesiæ in cōgregatis conciliis: sed
hos oēs frequēter errasse cognoscimus. Quæ
est ergo ecclesia q̄ nō potest deficere? quod si
fit hæc vniuersalis ecclesia quis ipsam totam
simul adire pōt, vt interroget quā a baptis-
mo Christi vsq̄ ad hæc tēpora nostra duras-
se prædiximus, & per totā terrā ad omnes gē-
tes esse diffusam. Ad hoc dubium iterū videamus
praxim apostolorū, in determinādo susi-
articulū. Scriptura em̄ dixit qm̄ cū magna cō-

quisitio fieret surgēs Petrus dixit: vos scitis
quia ab antiquis diebus &c. Post eū Iacob⁹ si-
militer. Simon, inquit, narrat quemadmo-
dū deus primum visitauit sumere ex gētib⁹
populum nomini suo, & huic concordat ver-
ba prophetarum &c. Et super his definitur
sententiā: vt etq̄ Apostolus recēdit propheta-
rum oraculā & antiquitatis historias q̄ va-
lebant ad dubii solutionem: & qualiter viden-
bant illos sensisse ab olim: ita inquisitio visum
est spiritui sancto & nobis, id est ecclesiæ. Ita
nempe in dubiis fidei debemus inquirere qd
senserunt Apostoli, quid successores Apосто-
lorū, & deinceps viri probati: & vsq̄ ad hæc
nostra tēpora catholici doctores reliquerunt
in scripturis, & secundum quod ipsorum verba
concordant sic elicere veritatē Prophetę, pa-
tres ecclesiæ, horū sententiā exq̄sierūt apo-
stoli. Apostoli etiā patres ecclesiæ: sic enim di-
cimus super edifficari super fundamentū apo-
stolorū & prophetarū. Qualiter ergo aposto-
li cōsulerunt p̄phetas: ita iustus est vt cōsu-
lam⁹ apostolos & deinceps apostolorū here-
des, & tēporū successores. Sic p̄culdubio re-
fert Augustinus satisfactū esse inquisitioni, &
studiis suis de fide catholica cū iam fluctua-
ret Manichæorū heresi delinit⁹. De vtilitate
credēdi post mediū sic alloquēs Honoratū in
casu simili est uantē AVGVST. Perfecet̄ for-
licitatis est inquit si poterit ibi verū inueniri
vbi inquisitio eius & retentio securissima est.
Si non potuerit tunc demum alia quocunq̄
periculo adenda atq̄ rimanda sunt. His ergo
constitutis quæ vt opinor ita iusta sunt:
vt obtinere apud istam causam a quouis ad-
uersario debeam, eadem tibi si possim com-
modi via vsus fuerim cum eo animo querere
religionem quo vere exposui esse credendam.
Vbi refert percunctabūdū & hesitantiē ani-
mum suum de vero inueniendo, & quomo-
do iam constitutus in Italia nec putās se pos-
se inuenire veritatem in Academicorum fe-
rebatur suffugiū. Rursus putās oppositum
ad auctoritatem scripturarū volauit, vbi ex-
plicabilis sibi occurrit sylua & pigebat ipsā
totā videre, & tandē audisse dicit Ambrosiū,
& ibi finaliter infert. Hoc ergo modo etiam
simili animæ tuę cura tibi sit. Diu quoque te
affectū vides, & si iā satisfactus tibi videris si-
nemque huiusmodi laboribus vis imponere, se-
quere viā catholicę disciplinę q̄ ab ipso Chri-
sto p̄ apostolos ad nos vsq̄ manauit & ab hęc
vsq̄ ad posteros manatura est. Hæc August.
AVCT. Ecce quō August. deuenit ad defini-
n iiii

tam veritatem in materia fidei per inquisitionem, vt dicit & retentionem quā nos vocamus definitionem securissimam per viam catholicę scilicet disciplinę, quę a temporib⁹ Christi per apostolos ad nos vsque manauit. Et probat hanc esse optimam viam per rationes primo quia tutius est ingredi veritatē via qua alii ante eum intrabant: per apostolos autem ad Christi fidem eorum successores intrarunt. & per eos alii & sic successiue vsq; ad hęc tempora nostra. Vnde ibidē bene post subdit, AVGVST. Quid istis quorū de genere te esse iam credo, qui facillime diuina secreta ratione certa capere possunt? Si hac veniūt qua illi qui primitus credūt nūq̄ rādem oberit nō arbitror. Sequitur. Hęc est prouidentia verę religionis, hoc iussum diuinitus, hoc beatis maioribus traditum, hoc ad nos vsq; seruatum: hoc velle perturbare, atq; peruertere nihil aliud est q̄ ad veram religionem sacrilegam viam quęrere: quod qui faciunt nec si eis concedat quod volunt potest sunt quo intendūt peruenire: cuiusmodi em̄ libet excellunt ingenio, nisi deus assistit humo repunt. Tunc autem adest si societati humanę tendentibus in deum curę sit, quo gradu nihil firmitus reperiri potest. Ego autem huic rationi non possum resistere. Hęc Augustinus, AVCT. Caveat ergo sibi Vviteless qui de humana societate & cœtu virorū ecclesiasticorum non meminit vt habeant locū in inquisitione fidei sed solam scripturā assumit, & reuelationem spiritus sancti. Dum tamen scripta auctoritas non certificat sine cōcordi intellectu ecclesię nec reuelatio sine teste: omnis alia via q̄ per successores apostolicos qua omnes ante nos credentes intrahāt est sacrilega, vt dicit. Secunda ratio eius est quia sapientius est facere in iudicio multorū sapientum q̄ suiipsius, sed qui scripturas sacras interrogat non habendo respectū ad intelligentias patrū suorū in iudicio suo cōcta definit. Vnde dicit post in eodem libro, AVGVSTINVS. Quis mediocriter intelligēs nō plane viderit stultis vtilius atq; salubrius esse pręceptis obtemperare sapientū q̄ suo iudicio vitam degere? Nam omne factū quod non est recte factum peccatum est: nec recte factum esse villo modo potest quod non a recta ratione proficiscitur. Sequitur a recta ratione talia facta proficiscuntur, nec (vt ita dicam) dominus sui facti stultus existimandus est: cum est quasi instrumētum ministeriūq; sapiētis, qua in se si omnibus hominibus nō

peccare q̄ peccare melius est, melius profecto stulti homines viderent si serui possint esse sapientium. Hęc Augustinus, AVCTOR. Tertia ratio eius est: certissimum esse processum ad fidem de Christo per consensum populorum & gentium, opinionem firmissimam & famam celeberrimam. Vnde in fine libri dicit AVGVST. Nullis me videro credidisse nisi populorum & gentiū confirmatę opinionē ac famę admodum celeberrimę. Hos autem populos ecclesię catholicę mysteria vsque qua occupasse: cur non ergo apud eos potissimum diligentissime requiramus qua Christus pręcepit, quorum auctoritate cōmotus Christum aliquid vtile pręcepisse iam credidi. Hęc Augustinus, AVCTOR. His ergo tribus rationibus retētis, Auctoritas totius sanctę catholicę & apostolicę ecclesię erit rimanda in definitione fidei eius, scilicet quę durauit in patribus a tempore legislatoris Christi & apostolorum eius vsq; pœne ad tempora nostra: maxime autē per sanctas antistites qui sacram fidem corde arctius tenuerunt. Et per quos hanc populi crediderunt, & qui synceris terminis in scriptis libris derulerunt ad posteros. Ideo quasi Vviteless nostrum alloqueretur sanctus Augustinus damnans arrogantiam eius q̄ sibi veller omnes gentes credere in allegatione scripturę, sicut & sanctis episcopis & pręlatis ecclesię syncere quęrentibus veritatem concludens ait Manichęo, AVGVST. Cohibe tandem inquit pertinaciam, & nescio quā indomitam propagandī nominis arrogantia & mone potius vt huius multitudinis primates quęram diligentissime & laboriosissime, vt ab his potius de iis litteris aliquid addiscesam qui si non essent, discendum omnino esse nescirem. tu vero in latebras tuas redi ne quicq̄ insidiare sub nomine veritatis quam conaris eis adimere, quibus auctoritatem ipse concedis. Hęc Augustinus, AVCTOR. Certus sum tamen q̄ fides ecclesię symbolicę testimonium laicorum fidelium non excludit immo includit, sed qua fidem illā quam verissime corde conceperunt non sciuerūt sub congruis terminis liberis, ab omni intricatio ne hæretica successorum suorum propinare memoriis. Idcirco ad fontem sanctorū Christi antistitum, & doctorum consuluit nos Augustinus recurrere, vbi haustus magnę intelligentię potest haberi profundior, & porus syncerior: & inde potare aquas fidei, vnde fons veritatis primo manauit in riuulos: im-

mo sine quibus riuuli populorū fidelium sic ci remanent a fide, vt ab iis inquit de iis litteris aliquid discā, qui si non essent discendū omnino esse nescirem: & non dubium nimis est durus hæreticus qui fidei huic tantę ac talis ecclesię, non inclināt se. Possēt forsā alii cuius vnus sapiētis fidelis esse suspitio, possēt vni⁹ episcopi & apud pertinacē aliquem est alicuius cleri siue vniuersitatis siue synodū episcopalis siue etiā decreti cōmunis in Romana ecclesia, immo forsā & generalis cōciliū patrū orbis: quia nulla harum est ecclesia catholica symbolica, nec vindicat sibi fidem dari sub pœna perfidię: sed qui sanctionibus sanctorū patrū ecclesię catholicę & Apostolicę, id est per totū mundū expansę & a sanctis Apostolis cōstitutę, & p successiones patrū vsq; ad nostra tempora claruerunt: nō statim obedit ipse filius proteruij sine omni scrupulo damnatur a singulis. Hęc ergo fortissima praxi, hac forma vincendū tutissima vsus est Augustinus contra Iulianū Pelagianum hæreticū, quęrentē q̄ ad examen episcoporum venire nō posset lib. ii. contra eundē. in fine, vbi cum numerasset Innocentiū papā & Hieronymum presbyterum, AVGVST. De reliquis, inquit, fatue non habes omnino quid dicas, Nunq̄ Hireneus & Cyprian⁹ & Reticius, & Olympius, Hilarius, Gregorius, Basilus & Ambrosius & Ioannes de plebeia sorte simulariorū sicut tulliane iocaris in nostram inuidiā cōcitati sunt? Nunq̄ milites? Nunq̄ scholastici auditoriales? Nunq̄ nauatæ tabernarij, cętarij, coglanij? Nunq̄ adolescentes ex monachis dissoluti? nunq̄ postremo de qualicunq; clericorū turba isti sunt quos vrbana exagitas dicacitate vel potius vanitate contēnis: quia non possunt secundū cathedras Aristotelis de dogmatib⁹ iudicare: quasi tu qui maxime quęreris examen vobis & episcopale iudicium denegari peripateticorum possis inuenire consiliū, nisi de subiecto & iis quę sunt in subiecto cōtra originale peccatū dialectica sententia proferatur. Isti sunt episcopi graues, docti, sancti, veritatis acerrimi defensores aduersus garrulas vanitates. In quorū ratione eruditione libertate quę tria bono iudicio tribuisti nō potes inuenire quem spernas. Si episcopalis synodus ex toto orbe cōgregaretur mirū si tales possent illic facile tot se dare: quia nec isti vno tempore fuerunt: sed fideles & multis excellentiores paucos dispensatores suos deus per diuersas ætates temporum locorūq; distācias, sicut ei placet atq;

expedire iudicat, ipse dispensat. Hos itaq; de aliis atq; aliis temporib⁹ atq; regionibus ab Oriente & Occidēte congregatos video non in locum quo nauigare cogitur homines sed in librum qui nauigare possit ad hoīes, quāto tibi essent isti iudices optabiliores si tene res catholicam fidem: tanto tibi sunt terribiliores, quia oppugnas catholicam fidē, quam in lacte suxerunt, quā in celo sumpserunt, cuius lac & cibū paruis magnisq; ministrauerunt quā contra inimicos etiā vos tunc nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertissime me & fortissime defenderunt. Talibus post Apostolos sancta ecclesia plātatoribus, rigoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus, creuit. Ideo prophanas voces vestre nouitatis expauit. Sequitur. Et tanq̄ caput colubri calcavit, obtruit, abiecit. Iis ergo eloquiis & tanta auctoritate sanctorum profecto aut sanaberis dei misericordia donāte: quod q̄tū optem videt qui id faciat: aut si quod abominor in eadem quę tibi videtur sapiētia, & est magna stultitia, perduraueris, nō tu iudices quęsiturus es vbi causā tuā purges sic vt tot sanctos doctores atq; memorabiles catholicę veritatis accuses Hyreneum, Cyprianū, Reticiū, Olympium, Hilariū, Gregorium, Basilium, Ambrosiū, Ioannē, Innocentiū, Hieronymum, cæterosq; socios & participes eorum. Insuper vniuersam Christi ecclesiā, cui diuine familię dominica cibaria fideliter ministrantes ingenti domino gloria claruerūt. Hęc Augustin⁹. AVCT. Ecce ecclesiam sanctorum patrū successiue quasi per totū tempus durationis eius a temporibus scilicet Apostolorum quibus vicinus erat Hyreneus vt refert Augustin⁹ hinc, & Eusebius. iii. lib. ecclesiasticę historię vsq; ad sua tempora decurrentem qui vtrq; certiores iudices esse debēt in causā fidei etiā q̄ synodus antistitū generalis, eo q̄ tot sapiētes & iustos patres nec facile vn⁹ locus capit, sed nec in vno tempore capiuntur ab orbe: sed ad testificandū cōtinue fidem ecclesię successiue deus dedit eos in orbem, quos cū volumus consulere valeamus in arduis, & ad vnū librū colligere, vt simul præfentes sint in fidei testimonio qui simul præfentes nunq̄ aderant vni loco. Nec mouere quenq; debet q̄ talē cōcordem professionem patrū proposui decreto generalis cōciliū etiā si de toto orbe existentes cōuenirent episcopi quemadmodum hic scripserat Augustinus: quinimmo in tractatibus fidei huic post scripturas tota conciliorū inquisitio se cōfirmat

bit vt regule. Aut qualiter putas nisi hoc modo poterant sancti patres in quatuor sanctis conciliis aut aliis sequentibus tot potentissimos hereticos conuicisse, vbi scriptura contra scripturas, ratione contra rationem, omni conatu heretici contra catholicos vibrabant inanis: sola tadem antiqua patrum fides in scriptis reperta scripturis dedit interpretationem iustissimam & litigiosas discernens rationes a veris litibus dedit finem. Quemadmodum in. vi. sancta synodo contra Macharium Antiochenum fecisse ecclesiam legitur iuxta Bedam lib. de temporibus. cap. de Constantino filio Constantini. BEDA. Agatho, inquit, papa ex rogatu Constantini Heraclii & Tiberii principum pessimorum misit in regiam urbem legatos suos in quibus erat Ioanes Romanæ ecclesie tunc diaconus non longe post episcopus pro adunatione facienda sanctarum dei ecclesiarum qui benignissime suscepti a reuerendissimo fidei catholicæ defensore Constantino iussi sunt prætermittis disputationibus philosophicis pacifico colloquio de fide vera perquirere datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum quos petebat libellis. Assuerunt autem & episcopi. cl. Præsidente Georgio patriarcha regie urbis & Antiochie Machario. Et conuicti sunt qui vnam voluntatem & operationem astruebant in Christo falsasse patrum dicta per plurima. Finito autem conflictu Georgius correptus est. Macharius vero cum suis sequacibus simul & præcessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrho, Paulo & Petro anathematizatus est, & in locum eius Theophanius abbas de Sicilia Antiochie episcopus factus. Tantaque gratia legatos catholicæ pacis communita est vt Ioannes Portuensis episcopus, qui erat vnus ex ipsis dominica octauarum Pasche missas publicas in ecclesia sancte Sophie coram principe & patriarcha Latine celebraret. Hæc est sexta synodus vniuersalis Constantinopoli celebrata, & græco sermone conscripta, temporibus papæ Agathonis exequente ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum simulque legatis Apostolicæ sedis & episcopis. cl. residentibus. Hæc Beda. AVCTOR. Videtis plane hoc sacrum concilium non autoritate sua sed autoritate sanctorum patrum quorum libellos cum omni diligentia requirebant in articulo fidei de disse sententiam, simulque & hereticos de eisdem libris falsarios esse conuictos & anathematice condemnatos.

Q AVTHORITAS ECCLESIAE
symbolicè fundatur ab antiquo, & q
secundum ipsam taxatur numerus
librorum scripturæ canonicæ.
Caput XX.



Est imonia itaque huius Christi ecclesie, credibilia facta sunt nimis, & dicta eius reputata etiam sacre legis scriptoribus gloriosa, ex quibus vnus, gloriosa inquit dicta sunt de te ciuitas dei. Sicut enim eius dicta gloriosa vetustatis approbatione: a primæque eius fundamentis in fide & robore etiam gestoribus & promissorum dei ipsa ecclesia patrum vocabatur in teste. Nam a primo loco scripturæ sanctæ omnia pene verba eius probant quid per diuinam sapientiam & factum sit, & post ruinas multiplices restitutum genus humanum: & hoc ad probandum adducit sapiens sanctos patres in testes seriatim a primo homine secundum ordinem scripturarum vsque ad profectio nem filiorum Israel per desertum. Similiter quanta fuit gloria dei in hominibus scripturæ nullæ pertrahunt, & tamen ecclesiasticus ad hoc probandum citat ecclesiam sanctorum patrum ab Abraham patriarcha vsque ad successores eius in captiuitate Babylonis, & non tantum dicta scripturæ inseruit que fuerat ante eum, sed dicta antiquorum patrum quedam collegit: sicut ipse refert ibi in fine de se, qui renouauit inquit sapientiam de corde suo: & docens hoc faciendum a viro sapiente, sapientiam, inquit omnium antiquorum exquirat sapiens. cap. xxxix. Hoc ipsum persecutus est Dauid propheta docens filios ecclesie imbuendos esse & confirmandos in fide diuinorum per testimonia patrum suorum. Aperiam inquit in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio quanta audiuiimus & cognouimus ea. Et patres nostri narrauerunt nobis &c. vsque ibi. Filii qui nascuntur & exurgunt enarrant ea filiis suis. Hoc etiam more patrum suorum veteris testamenti vsi sunt Apostoli in primordiis fidei. Vnde Petrus ad confirmandum fidem resurrectionis Christi, Omnes, inquit, prophetæ a Samuele & deinceps qui locuti sunt annunciarunt dies istos Actu. iiii. Similiter Paulus ad etiam finem in synagogis Antiochie reuocauit ad memoriam historias & testimonia patrum ab incolatu Israel in Aegypto vsque ad Dauid Actu. xiii. Cõfor miter etiam dominus Iesus Luc. vii. volens suadere discipulis fide passionis & resurrectionis sue cõplete duobus discipulis incipiens a Moyse &

omnibus prophetis interpretatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Vnde vt dicit Augustinus: & si crederet eum resurrexisse non tamen Christum hoc facere credidissent nisi dicta sanctorum patrum vocasset in testes. Vnde in canoni. Io. homil. ii. AVGVST. Audistis quia discipulorum duorum quos inuenit in via tenebatur oculi ne eum cognosceret, & inuenit eos desperantes de redemptione que erat in Christo & existimantes iam illum passum & mortuum fuisse sicut hominem nec tanquam filium dei putasse semper viuere & in carne ita mortuum vt non reuiuisceret, sed tanquam vnus ex prophetis, sicut verba eorum paulo ante que in tertiis eratis audistis. Tunc aperuit illis scripturas incipiens a Moyse per omnes prophetas ostendens eis omnia que passus erat predicta fuisse. Nec illi magis mouerent si resurrexisset dominus & magis ei non crederet si de illo ista ante dicta non essent. Firmata enim fides in eo est quia omnia que euenerunt in Christo predicta sunt. hæc ille, AVCT. Ecce que firmata fuit fides quia predicta sunt a patribus omnia que cõtingebant in Christo nisi forsitan obsterat aliquis idiota que hæc testimonia accepta a Christo & Apostolis erant testimonia scripturarum: eo que dicat Euangelium interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant quod nulli dubium credenti de singulis iam predictis, notuerunt tamen scripturarum periti omnem prophetam vel Apostolum alium dici vt precepto legis est. Alii vt testis est legis scripte. Vnde Esaias dicit discrete separatis hoc ab illo, liga testimonium signa legem in discipulis meis. Esai. viii. vel aliter non esset alius articulus de ecclesia que de ceteris cõplectentibus totam fidem de Christo eo que, credere ecclesiam est tamen credere ecclesiam habere testimonium fidele a Christo & legibus eius. Et hoc est secundum dictum gloriosum de ecclesia, que scilicet ipsa sola est cuius testimonium est tantum auctoritatis & preconiium vt ipsos libros diuinorum scripturarum taxare & de eorum auctoribus certificare possit fideles, nec fas erit tanto testimonio contraire. Vnde, xxxiii. contra Faustum alloquitur Manichæos, AVGVST. Infideles, inquit, inimici anime nostre que vnquam literæ vilius habebunt pondus auctoritatis si euangelice si Apostolicæ non habebunt, de quo libro certum erit cuius sit si literæ quas Apostolorum dicit & tenet ecclesia ab ipsis Apostolis propagata & per omnes gentes tanta eminentia declarata vtrumque Apostolorum sint, incertum est. hæc August. AVCT. Incertum ergo esse non potest esse libros canonicos & habere pondus auctoritatis sue quibus ecclesia declarata per omnes gentes & ab Apostolis propagata testimonium certum red

dit. Et idem AVGVST. xiiii. contra Faustum eos libros arguit omni auctoritate canonica priuatos esse quibus eiusdem ecclesie non suffragatur auctoritas. Si, inquit, alios quos dicat Faustus, super Apostolorum nostrorum codices preulerit quomodo ipse auctoritate dabit quam ecclesie Christi ab ipsis Apostolis constitutas non accepit: vt inde ad posteros firmata commendatione transcurreret, & infra. Quid ergo responderis cui non de Christo credideritis quibus restes alienigenæ non placet? Nostrorum porro librorum auctoritas tot gentium cõfensione per successores Apostolorum, episcoporum, cõciliorumque roborata vobis aduersa est: vestrorum autem nulla est, quia & tanta paucis perfertur & ab eis que Christum & deum medacè colunt. hæc ille, AVCT. Ergo sine auctoritate testificatis ecclesie non potest liber aliquis esse auctoritatis canonicæ. Sed dubitatur hic quidam periti an vniuersalis ecclesia possit adhuc adiciere librum alium auctoritati canonicæ per subauctoritatem generalis cõciliij aut ratione ecclesie, affirmantes eam non esse iam minoris potestatis quam olim in primordiis suis fuit. Tunc autem auctoritate sacri canonis euangelij Matthei. Tandem Marci & Lucæ, & Iohannis post Euangelium quod Ioannes Asianus descripsit, & eadem auctoritate cõnexæ sunt eis epistolæ Pauli xiiii. & vii. canonicæ. Tandem Actus Apostolorum ex operibus Lucæ & Apocalypsis Iohannis quasi clauis scripturæ cur etiam ea auctoritate & æquivalencia potestatis euangelij Thomæ non possent apponi. Attendant hoc dubium Vviteless. ii. parte sermonum. serm. xxxii. respondens ad aliquod argumentum, VVITCL. In ista, inquit, argutia blasphemie fumales similitudines sunt assumptæ, dum per locum a mēdosa similitudine sic arguitur. Auctores fidei scripturæ paulatim addiderunt codices ad utilitatem ecclesie & veritates prius abscõditas explicarunt: ergo per idem licet doctoribus papæ & aliis regnicolis leges supradde sine fine, hæc Vvitecl. AVCT. Tollis vt puto rationem, tollis ecclesia, sed ecclesia docet rationem quam tu non das, & dicit non posse iam augeri librorum numerum. Quia lex Christi iam attigit ad perfectum. Ecce non minor est potestas hominis in naturalibus quam creuerit ad perfectum hominem quam cum infans fuit & cepit crescere: tunc autem habebat quo cresceret per pollicentes atque pedes vsque ad debitam quantitatem ascensum. Cum autem factus est vir non potest sicut dominus dicit adiciere ad statutum cubitum vnus, immo nec pollicem. Ita ergo lex Christi per totum decursum veteris testamenti infans erat dicente Apostolo que nihil ad perfectum addu-

xit, lex temporis vero plenitudo fuit tempus Christi & Apostolorum, vsq; tunc ergo quia fides habebat quo cresceret, posset per appositionem librorum statim perfecte proceritatis acquirere. Elapsa autem Apostolico tempore non potuit crescere amplius nisi quis dicat eam habere imperfectam. Vnde & Hieronymus in minori breuiario exponens illud psalmi, Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea. Hieronymus. Non dixit, inquit, quae sunt in ea, sed qui fuerunt in ea: & quomodo narrabit: non verbo sed scriptura. In cuius scriptura, in populorum non sufficit: sed & principum dicit, non qui sunt in ea sed qui fuerunt in ea. Videte ergo quomodo scriptura sacramentis plena est, legimus Apostolum Paulum, legimus & Petrum, & legimus Paulum dicentem, Experimentum est eius queritis qui loquitur in me Christus: quia quod Paulus loquitur, Christus loquitur. Dominus ergo & saluator narrat nobis & loquitur in scripturis principum suorum. Dominus narrabit in scripturis populorum in scripturis sanctis, quae est scriptura populorum omnibus generibus, hoc est ut omnes intelligant. Quod dicit hoc est. Sic scripserunt Apostoli. Sic & ipse dominus in Euangelio suo locutus est non ut pauci intelligerent, sed ut omnes. Plato scribebat in scriptura sed non scripsit in populis, sed paucis: vix enim intelligunt homines tres. Isti vero, hoc est principes ecclesiae & principes Christi, scripserunt non paucis sed vniuerso populo & principum hoc est Apostolorum & Euangelistarum horum qui fuerunt in ea. Qui fuerunt non quae sunt in ea ut exceptis Apostolis quocumque aliquid postea dicitur abscindatur non habeat postea auctoritatem: quis ergo sanctus sit aliquis post apostolos quis dicitur est non habet auctoritatem quam dominus narrat in scriptura populorum & principum horum qui fuerunt in ea. Hec Hieronymus. AVCT. Ecce qualitatem scripturarum quia sic loquendum sunt ut intelligant a populis. Quomodo ergo dicitur Vitaleius suum Vitaleius, esse doctorem euangelicum & esse intelligibile etiam ab iis quae euangelia Christi ut ipsi dixerunt non possunt intelligi. Sic ergo dicit, Amodo doctor Platonius qui vix intelligibiliter loquitur cum tribus: non doctor euangelicus qualis cum Christo intelligibiliter loquitur vniuersis. Et secundo notem differentias scripturarum quia sola scriptura principum, id est Apostolorum post dominum auctoritatis palmam consequitur, auctoritatis inquam canonice. Habet enim dicta sanctorum sequentium auctoritatem suam, sed non canonicam. Vnde & idem Hieronymus, in eodem libro, tractans hunc textum,

Dominus regnauit irascatur populi, Hieronymus. Omne enim quod loquimur debemus affirmare de scripturis sanctis. Nec tamen habet tantam auctoritatem sermo dicens quam dominus preceptum. Hec ille, AVCT. Non negat simpliciter auctoritatem qui determinat ad tantam: & notat causam ex textu, principum horum, inquit, qui fuerunt in ea non qui sunt. Hic forsitan totum dicitur Vitaleius, negata a Hieronymo amplitudinem sui esse, & diceret immo si fuerit & sunt. Sed refert dicere secundum catholicum Hieronymum, principum, inquit, qui fuerunt in ea non qui sunt in ea, ita ut exceptis Apostolis quodcumque postea dicitur abscindatur & exponitur, id est non habeat auctoritatem, scilicet scripturarum. Sed quod dicemus de apocryphis Apostolorum puta euangelio Thome, & Bartholomei, nunquam possent habere auctoritatem illam per concordem definitionem ecclesiae, dicit quod non, quia dominus non narrat in scripturis populorum & principum qui non sunt, sed qui fuerunt in ea scilicet ecclesia. Ipsi enim patribus incubebat qui tunc praesidebant ecclesiis ducere scripturarum volumina ad praefatum: tunc enim fuit temporis plenitudo & non dubium libri non recipiantur in auctoritatem sacri canonis nisi quae de illis temporibus Apostolicis agerent, & tunc temporis essent, quia aliter non facerent de diuinis rebus fide summam. Summa vero praesumptio foret eos libros nunc probare quos patres certa ratione respuerant quos libenter receperunt si digni fuissent. Vnde, xxii, contra Faustum post medium. AVGVST. Legunt, inquit, scripturas apocryphas Manichei & nescio quibus fictoribus fabularum sub Apostolorum nomine scriptas, quae suorum scriptorum temporibus in auctoritatem sanctae ecclesiae recipi mererentur, si sancti & docti homines qui tunc in hac vita erant & examinare talia poterant, eos vera locuros esse cognoscerent. Hec Augustinus. AVCT. Transiit ergo hora, non potest crescere iam canon in pluralitate librorum: venit ad praefatum virum, & qui erant paruuli euacuauit a multo tempore. Qui adhuc credunt scripturarum canonem imperfectum & posse adhuc augeri per auctoritatem ecclesiae cum Iudeis plenitudinem temporis expectant, Iudaico forsitan sub Messia. Nec obuiat Pelagiana epistola de libris recipiendis & non recipiendis, ubi scripturarum libros in auctoritate plenaria quomodo sunt habendi denunciat non ad auctoritatem per se ipsum instaurat. De quatuor ite conciliis magnis quod Gregorius ea videtur comparare scripturis non autem comparat sed similitudinem quandam insinuat, sicut in Euangelio Christi, Volo, inquit, ut sitis praefati sicut & pater vester caelestis praefatus est.

QVAE AVCTORITAS VNIVERSALIS ecclesiae subdita est auctoritati scripturarum, tam noui quam veteris testamenti.

Capitulum XXI.

D Vfficat ergo vniuersali ecclesiae, per praerogatio potestatis suae modernae, quae olim hoc fecerit. Vnde gloria potestatis eius, quasi per cuiusdam maiestatis imperium volaret ad posteros: ita quae adhuc sine eius auctoritate, scriptura aliqua nec legi poterit nec haberi pro certa. Et hoc sapienti cum diceret contra epistolam fundamenti cito post principium. AVGVST. Euangelio non credere nisi me catholicae ecclesiae commoueret auctoritas, haec ille. AVCT. Nec tamen hic laudo supercilium: quod quidam attollit, volentes occasione huius dicti, decretum patrum in ecclesia, maioris esse auctoris & culminis & ponderis: quam sit auctoritas scripturarum. Quod quidem non tam videtur ineptum quam fatuum nisi talis quis dicat Philippus fuisse maior Christus: quando induxit Nathanael ad credendum Christum esse illum quem scripsit Moyses in lege & prophetis, Ioan. i. sine cuius auctoritate non tunc aduerteret, & si sic dicat conformiter pariter nostros carnales aut pedagogos esse altiores & eminentiores Christo: quia eorum auctoritate ab infantia didicimus quid de Christo sit credendum quid sperandum. Sed AVGVST. in libro suo de magistro post medium libri. Quicquid, inquit, propter aliud est, vilius sit necesse est, quod id propter quod est. Cognitio quippe ceteri propter quam hoc nomen est institutum pluris habenda est ipso nomine. haec ille. AVCT. Omnis ergo ecclesiastica auctoritas cum sit ad testificandum de Christo & legibus eius: vilius est Christi legibus & scripturis sanctis necessario postponenda. Ideo idem AVGVST. libro, xxii, contra Faustum de diuinis libris loquens. Iam, inquit, ipsis rebus impletis auctoritatem diuinam fidelissima & praeclearissima veritatis luce testatur, ut omnino desipiat quisquis eos suppone vel quasi fatue locutos aliquid putat: quibus non solum omnia hominum ingeniorum genera subdita videt. Verum etiam hoc ab eis praedictum legit perfectumque cognoscit, haec ille. AVCT. Ecce quae scripturae canonice habent auctoritatem diuinam, & eis subiciuntur omnia genera hominum simul & ingeniorum. Bene enim allegorizauit sanctus Thomas de hac re, inducens mulierem Samaritanam loco vniuersalis ecclesiae, quam cum audissent ciues praedicantem de Christo & dicentem

quae dixit mihi quaecumque feci. Illi tandem inducti. Iam, inquit, non propter loquelam tuam credimus. Ipsi enim audiuimus & scimus quia hic est saluator mundi. Ioan. iiii. Non sunt ingrati quae non propter loquelam mulieris credunt iam cum auctoritati eius adherent cui credant quis ad credendum illi auctoritate mulieris inducti sunt: sic enim dixit textus quod multi crediderunt in eum propter verbum mulieris testimonium perhibentis principaliter & primo credunt. Sic nec sunt ingrati filii matris ecclesiae qui primo propter verbum ecclesiae testantis de Christo credunt, & cum crediderint auctoritatem qua inducti sunt auctoritati eius postponunt cui credunt, immo auctoritate eiusdem ecclesiae hoc decretum est omnino scilicet posteriorum hominum libros siue ecclesiasticam auctoritati sacri canonis debere subiaceri: quasi ad scabellum pedum eius, dicente, xi, libro, contra Faustum. AVGVST. Ne intercluderetur locus & adimeret posterioris ad quaestiones difficiles tractandas atque versandas linguae ac styli saluberrimus labor, distincta est a posteriorum libris excellentia canonice auctoritatis veteris ac noui testamenti, quae Apostolorum confirmata temporibus per successiones episcoporum & propagationes ecclesiarum tanquam in se de quadam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis & pius intellectus. Ibi si quid velut absurdum mouerit non licet dicere, auctor huius libri non tenuit veritatem, sed aut codex mendosus est aut interpretis errauit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posteriorum quae in libris innumerabilibus continentur sed nullo modo isti sacratissimi canonicarum scripturarum excellentiae coequantur etiam in quibuscumque eorum inuenit eadem veritas, longe tamen est impar auctoritas: itaque in eis si qua forte propterea dissonante putantur a vero, quia non possunt ut dicta sunt, intelligi, tum liberum ibi habeat lector auditorve iudicium quo vel approbet quod placuerit vel improbet quod offenderit, & ideo contra hominum non nisi vel certa ratione vel ex illa canonica auctoritate defendatur ut demonstraretur siue omnino esse siue fieri potuisse quod vel disputatum ibi est vel narratum. Si cui displicuerit aut credere noluerit non reprehenditur. In illa vero canonica eminentia sacrarum literarum etiam si vnus propheta seu Apostolus aut Euangelista aliquid in suis literis posuisset ipsa canonis declaratione confirmatur, non licet dubitare quin verum sit. Haec Augustinus. AVCT. Longe ergo distat auctoritas scripturarum & eminet auctoritati ceterorum doctorum

etiā totius ecclesiae catholicae: quibus sup eius auctoritate catholica attestetur Ecclesia. Si apud maliuolos iā sic videbor eleuasse sacros canones vt ecclesiasticā videar auctoritatem & sanctorū patrū ad nihilū redegisse. Eo q̄ dicat Augustinus licere cuiilibet reprehendere in posteriorū libris qd̄ displicet. Sed qui hoc cogitant malū in cordibus suis, nouerint hic Augustinum auctoritatē firmasse sublimiū scripturarū, nullius tamē inferioris auctoritati p̄iudiciū intulisse q̄ auctoritatē scripturarū dicit altissimā. Excellētia inquit canonicē auctoritatis &c. Demū inqt auctoritatē ecclesie vniuersalis cū dicit q̄ ipsa diuina scriptura per successiones episcoporū & propagationes ecclesiarū tanq̄ in sede quadā sublimiter cōstituta est. Hęc enim auctoritas ecclesie catholicae q̄ sic facere possēt, vt supra sub auctoritate Augustini monstrauim⁹. De libris tandē posteriorū puta episcoporū, conciliorū, doctorū quorumcūq̄ fidelis. Dicit q̄ longe imp̄or est hęc auctoritas illi sacratissimā excellētē scripturarū sanctarum, nō dicit q̄ nulla. Et nota hic duo primo quomodo notanter libros posteriorū assignat. Qualiter nō sunt aliqui vniuersalis ecclesie illius symbolicē: tamē quia vniuersalis ecclesia catholica non est scriptura sacra posterior sed coeua ipsi & eius latori Christo sicut sponso suo & corpus capiti scdm̄ omnē morā t̄pis & naturā. Tum etiā quia si cōsideretur seorsum a scripturarū libris quibus subiicitur, seorsum etiā ab episcoporū & conciliorum tractatib⁹ quib⁹ preponitur secundū q̄ est obiectū fidei Christianae nō videtur habere p̄prios libros quib⁹ inscribitur. Sed tantū in cordib⁹ Christianorū fidelis vel in sanctorū codicib⁹ particulis exarati. Vnde hoc modo Clemēs magnus ille scriptor temporū secundū Eusebiū lib. vi. Ecclesiast. histor. c. xiiii. EVSEBIUS. In libello, inqt, quē scripsit de Pascha cōfiteatur extorqueri sibi a fratrib⁹ vt ea quae p̄sbyteris id est successorib⁹ Apostolorū voce sibi sola tradita sunt describeret in libris ac posteris traderet. Hęc ille de Clemēte. AVCTOR. Ideo sicut dicit Augustin⁹, q̄ in posteriorū libris inuenitur ipsa veritas scripturarum, non tamen erit in eis par auctoritas ita quā fides vniuersalis ecclesie inuenitur per scripturas exp̄ssa sicut est pene tota, non tamē est ei in auctoritate par sed subiicit. Et etiā quibus in posteriorū libris etiā inuenitur, non tamē sunt illi pares, sed ipsa preponitur quia aliud sunt testes aliud testimoniū. Libri

ergo qd̄ sunt ex auctoritatib⁹ suis habēt vt testes sint quibus testimoniū quod inducitur auctoritatē habeat scripturarum vel inferioris cuiusq̄. Fides autē vt est ecclesie catholicae in hoc accedit fidei scripturarum: q̄ nō licet de ipsa dubitare eo quod testimoniū ecclesie catholicae est obiectū fidei Christianae & legis latio scripturę canonice. Subiicitur tamē ipsi sicut testis iudici & testimoniū veritati: sicut preconizatio definitioni & sicut p̄cepto regi. De posteriorū tamē libris licet iudicare vt rē vel certa ratione vel ex illa auctoritate canonica defendatur. Sicut etiā idē AVGVST. dixit de libris suis ad Aureliū in prologo. iiii. de Trinitate. Noli, inqt, meis literis quasi canonicis inseruire. AVCT. Sed cauendum tamen est ne & hic hæreticorū p̄teruia locū suum mat. & distinguendum cōsulo de dicto doctoris in se anne recedat a sententiis multorū, vel vt rē scriptor nō sit ex fidelitate & synceritate scribēdi famat⁹, & tūc ibi habet lector līberius iudiciū maxime si res nō ad ipsā pertineat fidem. Vnde lib. i. contra Iulianū, cap. x. AVGVST. Alia, inquit, sunt in quib⁹ inter se aliquādo atq̄ doctissimi atq̄ optimi regulę catholicę defensores salua fidei cōpage nō consonāt, & alius alio de vna re melius aliqd̄ dicit & verius: hoc autē vnde nūc agimus ad ipsa fidei pertinet fundamēta. hęc ille. AVCTOR. Si autē multorū sanctorū patrū dictis in sic definiendo coherat grande periculum, existimo p̄tensa alicuius rationis vel scripturę ducēda tali paternā sententiā occurrere quouismodo etenim quia verisimile est esse definitionē vniuersalis ecclesie cui tot sancti doctores in vna fide cōueniūt. Vnde lib. i. cōtra Iulianū, c. vi. de p̄dictis sanctis loquēs Hireneo, Retitio, Ioāne &c. AVGVST. Audistis, inquit, omnes: vno corde, vno ore, vna fide, id ipsum dicere, & hanc esse catholicam fidem, non dissonāte cōtestatione firmatam. An tibi parua in vno Gregorio Orientalium videtur auctoritas. Est quidē tāta vt neq̄ ille hoc nisi ex fide Christiana omnibus notissima diceret: nec illi eum tam clarū haberent atq̄ venerandum nisi hęc ab illo dicta ex regula notissimæ veritatis agnoscerēt. Hęc ille. AVCT. Timenda est ergo in talibus auctoritas & clara fama dicētis sed magis timendus est talisq̄ virorū vnus & firmus consensus: quia si is causa fidei est, causa refutētis est p̄fidiā. Si nō sic adhuc est cōrumaciā vtrob⁹q̄ si defensetur, quia intra ecclesiā causa vtilata est, hæretica pertinaciā iudicatur.

Ideo Anselmus cōtulit sanctorū patrū librōs cū omni diligētia & reuerentia perquirēdos, lib. de corpore & sanguine domini. cap. xli. ANSELMUS. Qui recte, inquit, librū ecclesiastici doctoris legit si quid in eo quasi dubiū & scrupulosum inuenit nō statim illud exarādo inuadit sed inspicit & discernit & tractat ex circumstantiis: & ex scriptis eiusdē auctoris & ad vltimum pius plus eligit cōfiteri sese ignorare vel non intelligere quā erroris illi notam impingere. Hęc ille.

Q̄ ECCLESIA TAXAVIT NVMERUM articuloꝝ fidei, nec potest creare nouum, & veritas requisitę fidei est recipienda quatuor viis.
Caput XXII.

Nic tamen quærunt aliqui nūquid ecclesia catholica possit modernis dieb⁹ creare in fide sua & Christi nouum articulū. In fauorē dubiū facit q̄ ecclesia primorum credentiū formauit hos articulos. Et q̄ ecclesia Niceni concilii addidit consubstantialitatis articulum. Dicendum tamen sicut prius de libris q̄ ecclesia iā creuerit in perfectum quibus sit æque potens vt olim non tamen datur ei crescere vt olim secundū statutam scilicet q̄ tres species habet longitudinē latitudinē & altitudinē siue profunditatem secundum quas tres etiā ante mortē Ioannis Euangelistę ciuitas ecclesie describitur esse dimensa. Et hoc equaliter Apocalypsi, xxi. Et mensus est ciuitatem, inquit, de arduine p̄ stadia, xxii. milia p̄fīgēs scilicet ecclesie futurę, xxii. volumina in scriptura & auctoritate canonica, secundū q̄ recitat sup̄ lib. regū, p̄logo Galeato, HIERON. Quomodo inquit xxii. elemēta sunt p̄ quę scribimus Hebraice omne qd̄ loquimur & eorū initiis vox humana cōprehenditur. Ita, xxii. volumina supputantur: quib⁹ quasi literis & exordiis in dei doctrina tenera adhuc & lactis viri iusti eruditur infantia. Primus eorū vocatur Brestich, quē nos Genesim dicimus, &c. Hęc Hieronymus. Sed huius ciuitatis longitudo, latitudo, & altitudo æqualia sunt dicit textus: ergo sicut secundū latitudinē quæ est charitas non amplius possit crescere q̄ penes deū & proximum. Nec penes altitudinē siue profundum eius quæ est spes in omnī remuneratorem. Quomodo possit augere sibi lōgitudinē quæ est fides catholica vltra numerū quatuordec-

cim articuloꝝ contētum in simbolo in vno lib. xxii. voluminū sparsim descripto: maxime dicēte ibi spiritu sancto in cōclusionē omnis scripturę canonice qui vult accipiat aqua vitę gratis. Contestor ego omni audietē verba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hęc apponet deus sup̄ illū plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis libri prophetię, huius libri auferet deus partē eius de libro vitę. Apocalyp. vii. Item quomodo possit talis articulus post tot annos suscitari esse catholicus, id est vniuersalis cū patribus nostris iā lapsis annis mille & quadringētis sup̄sit ignotus nō creditus quā inauditus dicente Apostolo, q̄ fides est ex auditu. Talis ergo articulus & si possit esse fidelis nō tamen esset catholicus. Declarauit ergo Nicenum conciliū antiquū consubstantialitatis articulū non autē creauit nouū: & ita datur adhuc sacris cōciliis episcoporū & doctorib⁹ maxime denūciante sede Romana contra insurgentes hęreses fidē antiquā effodere: quā si per seriem sanctorū patrū vsq̄ ad ipsos Apostolos fidei fundatores excurrat, nō sauciata non lesa: indubis ad omne dubiū amputandū auctoritatē habet grauissimā. Si autē ab ipsis Apostolis per seriem sanctorū patrū nō habet egressū, tarde volet in posteris esse fides, qualiter lib. vi. de Trinitate, ante mediū libri recitatis seriatim Apostolis beat⁹ HILARIUS. Ab his inquit quæ teneo edoctus cū his immedicabiliter imbut⁹ sum. Et ignosce omnipotēs deus quia in his nec emēdari possim & commori possum. Tarde mihi hos impissimos quantū ego arbitror doctores etas huius nūc seculi p̄tulit: seros habuit nunc fides mea quā tu erudisti magistros. Inaudis ergo his oibus in te ita credidi, per te ita renatus sum & exide tuus sum. hęc ille. AVCTOR. Nō ergo existimo tutū q̄ fideles credant seris magistris Vitecleusticis & Hussitis i traditionib⁹ articuloꝝ nouorū, imo nec quorūcūq̄ q̄ nō ab ipsis Apostolis fidē illā schoatā doceāt, & p̄ ecclesie patres traductā in forma fidei verę pb̄t. Ioānes inde ait. primē Ioā. ii. qd̄ audistis in vobis maneat. vbi in illa canonicam. BEDA. Illā, inquit, fidem, illa dogmata toto corde sectamini quæ a primis ecclesie nascētis tēporibus, Apostolorum voce perceptis. Ipsa enim sunt sola que nos diuine gratię p̄cipies reddāt, hęc ille. AVCT. Si ipsa sola quæ a primis Apostolorū tēporibus perceptis sunt toto corde sectada, per ipsos solos fuerunt ipsa taxanda. Sic etiam

CYRILLVS magnus cōuenit Nestorium in epistola synodica Ephesini concilii, quæ incipit, Religioso & deo amabili. Ecce, inquit, cōsancta synodo quæ apud amplam urbē Romanā congregata est p̄sidente sanctissimo & veneratissimo fratre & cōsacerdote nostro Celestino episcopo tuis scriptis, Synodicis te iam tertio conuenimus consiliū dantes vt a tam prauis abstineas distortisq; dogmatibus: quæ & sentire cognosceris & docere. Recipias vero fidem rectam ecclesis per beatissimos Apostolos & Euāgelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt & ministri verbi fuisse monstrantur. Hęc ille. AVCTOR. Ecce non p̄sumpsit synodus nouum articulum, sed remisit Nestoriū ad fidē Apostolorum qui ministri verbi erant & testes Christi visibiles. Quia tunc erit ex omni parte catholicum si terminetur per ecclesiā catholicam, id est vniuersalem. Si fuerit creditū cōgnitum affirmatum per totam ecclesiā a flumine vsq; ad terminos orbis terrarum, id est a baptismo Christi vsq; ad nos, in quos fines seculi deuenerūt & per omnes nationes & linguas seculi diuulgatum vno ore, vna facundia. Sic enim dicit sermone. lx. de verbo dñi. AVGVST. Tunc vnus accepto spiritu sancto loquebatur omnium gentium linguis: modo autem in ecclesia ipsa vnitas tanq; vnus loquitur omnium gentium linguis. Hęc ille. AVCTOR. Vna ergo est fides ecclesiæ idemq; articuli & si quandoq; circūstantiæ sint distinctę sicut vna est fides eucharistiæ hic & Gręcicę, quæ nos azimum ipsi fermentatum cōsecrant. Nempe si fidē in Angliā hic te audire cōtingat quā Siculus ignorat, Hispanus miratur, Hungarus nondū accepit, aut Polonus non p̄dicat, suspectā & superstitiosam potes illā suspicari Vvicleuisticā nouitatē aut alterius recētis hæretici non ecclesiasticā antiquissimam veritatē: propter hoc enim Augustinus in Iulianum. Inuētus, inquit, fidē hęc reticam, quia in sola Orientali ecclesia dixit doctrinā suam cognitā. lib. i. contra Iulianū cap. vi. AVGVST. Non est ergo cur prouoces ad Orientis antistites quia & ipsi vtique Christiani sunt & vtriusq; partis orbis terrarū fides ista vna est: quia & fides ista Christiana est & te certe Occidentalis terra generauit, regenerauit ecclesia quid ei queris inferre quod in ea nō inuenisti, immo quid ei queris auferre quod in ea quoq; accepisti. hęc ille. Et similiter ad Nestoriū epistola synodica, qua prius cito post. CYRILLVS. Nō, in-

quit, sufficit tuæ religioni solummodo symbolum fidei cōstiteri: quod expositū est per idē tēpus sancti spiritus largitate a venerando & magno concilio apud Niceam cōgregato. Hoc enim nec intellexisti nec recte interpretatus es: quin immo peruersę licet sono vocis eadem verba protuleris: sed cōsequens est & iureiurādo fateri te quod anathematizes quidē tua prophana & polluta dogmata, sentias autem & doceas quę nos vniuersi per Orientem seu Occidentem episcopi & magistri p̄sulesq; populorū credimus & docemus. hęc ille. Et ideo dicit super psalm. xliiii. AVGVST. Sacramenta doctrinę in linguis omnibus varians alia lingua Africa, alia Syra, alia Gręca, alia Hebręa, alia illa & illa faciūt istā linguę varietatē vestis reginæ huius quomodo omnis varietas vestis in vnitate cōcordat, sic & omnes linguę ad vnā fidē. In veste ista varietas sit scissura nō sit. Ecce varietatem intelleximus de diuersitate linguarū & vestem intelleximus propter vnitatem. hęc August. AVCTOR. Hoc ergo solum sufficit vincere Vvicleuisticas hæreticæ nouitatis quod fides illorū per vtrāq; partē orbis terrarū nō est vna & p̄ hoc nō fides Christiana: nulli adhuc in Gallia eā nouerunt: pauci in Almania exceptis paucis Bohemis ad quas partes duo ex discipulis eius Hieronymus & Ioan. Huic codices transtulerunt: a quorū secundo iam sectatores illius hæresis ibi appellantur Hussitę, amisso noīe principis sui Vvicleff, quęadmodū amisso nomine Donati in Africā postmodū sectatores illius Rogatistę dici cōeperunt. Sed instāt quidā fideles diligē. F. tistudio noscere cupientes quo ordine esset in dubiis fidei incedendū vt certa via perueniri possit ad infallibilē catholicā veritatem, obiciētes quod scripturę possunt peruertere sanctorumq; dicta falsari. Reuera quantum deus donauit quid de hoc semper sensu & operando perfecti, verborum simplicitate contentus ostendam. Mallem tamen respondere singillatim difficultatibus quas patiunt ipsi qui querunt. Prima ergo interrogatio solet esse quorū viis ad indubiā veritatem catholicam venire cōtingat, cui solutio Augustini p̄sto est. xix. de Ciuit. c. xviii. Quæ ciuitas dei Academicorū detestans dementiā dicentium omnia esse oīno incerta bene credula est sensibus melius ratio: certius testibus: quibus non credere foret absurdum, sed omnium optime atq; certissimę scripturis canonicis. AVGVST. Quod, inquit, attinet ad illam differētiā quam de

Academicis nouis Varro adhibuit, quibus incerta sunt omnia ciuitas dei talem dubitationem tanq; dementiam detestatur, habens de rebus quas mente atq; ratione cōprehendit equam si paruum propter corpus corruptibile quod aggrauat animæ notitiā, quoniam sicut dicit Apostolus, ex parte scimus tamē certissimā scientiam: creditq; sensibus in rei cuiusq; euidētia quibus per corpus animus vtitur quoniam miserabilis fallitur qui nunq; putat eis esse credendum. Credit etiam scripturis sanctis & veteribus & nouis quas canonicas appellamus, vnde fides ipsa cōcepta est, ex qua iustus viuūt, per quam sine dubitatione ambulamus quod dñi peregrinamur a domino: qua salua atq; certa de quibusdam rebus, quas neq; sensu neq; ratione percipimus, neq; nobis per scripturam claruerunt, nec per testes quibus non credere absurdum est in nostram notitiā perueniūt sine iusta reprehensione dubitamus. Hęc ille. AVCTOR. Ecce quatuor vias veniēdi ad indubiā veritatē, sed plus & minus certas, quarum prima & certissima est per scripturas diuinas. Vnde in prologo commētarij super epistolas Pauli ad Ephesios. HIERONYMVS. Si quicq; est o Paula & Eustochium quod in hac vita sapientem virum te neat, & inter pressuras & turbines mundi æquo animo manere persuadeat, id ego vel primum reor meditationem & scientiā scripturarum. Cum enim a ceteris animantibus hoc vel maxime differamus quod rationale animal sumus, & loqui possumus: ratio autem omnis & sermo diuinis libris continetur, per quos & deū discimus & quare creati sumus, non ignoramus quosdam exititise qui aut se inertię aut somno dantes nolunt quæ p̄clara sunt discere, aut ceteros qui id studiū habent reprehendendos putant. Hęc ille. AVCTOR. Vbi ecce p̄cellentiam scripturarum quæ maxime sapientem virum æquo animo teneant, & ecce reprehensionem eorum qui adhuc inter nos viuunt, & scripturas omnino censent inuitiles, sed si scalam Iacob versus culmen cœli non nisi per gradus quosdam angelī ipsi & cœli ciues potuerunt ascendere, multo magis per expositiones Doctorum fidelissimas attingendum est in cacumen scripturæ. Vnde libro diuinarum institucionum in Prologo. CASSIODORVS. Quapropter inquit, dilectissimi fratres in-

dubitanter ascendamus ad diuinam scripturam. Primum per expositiones probabiles patrum velut per quandam scalam visionis Iacob vt eorum sensibus prouecti ad cognitionem domini efficaciter peruenire mereamur. Ista est fortasse scala Iacob per quam angelī ascendunt & descendunt, cui dominus innititur lassus porrigens manum, & fessos ascendentium gressus sui cōtemplatione sustentans. Hęc ille. AVCTOR. Iam enim scimus cum ipsi quos Augustinus supra testes dixit quibus non credere absurdum est, & inter eos illi sunt aptiores in materia fidei qui Christi & Apostolorum temporibus viciniore erant dicente Christo ad Apostolos: Vos inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Et qui de primitiis fidei cognouerunt patres fidei appellantur, dicente Ioāne prima canonica secundo capitulo. Scribo vobis patres quoniam agnouistis eum qui ab initio est: vbi super Canonica Homilia tertia, circa medium AVGVSTINVS. Ideo patres agnoscite, patres enim sunt agnoscendo quod est ab initio. Scribo vobis iuuenes: filii sunt, patres sunt, iuuenes sunt, filii, quia nascuntur, patres quia principium agnoscunt. Hęc Augustinus. Et iterum in expositione eiusdem Canonice super eundem textum. BEDA. Patrum namq; antiqua facta meminisse agnosce & hæc iunioribus pande. vnde scriptum est, Interroga patres tuos & annuntiabunt tibi: & ideo recte patres appellat eos qui cum qui ab initio est, id est dominum Christum vna cū patre & spiritu sancto nosse & suis auditoribus fideliter p̄dicare didicere. Hęc Beda. AVCTOR. Hos ergo patres sequi necesse est si velimus aliquid de mysterijs scripturarum aut fidei recte scrutari. Maxime vbi quæstio mota tam sensus quod rationes alta transcendit. Vnde in Enchiridion capitulo primo. AVGVSTINVS. Hęc sunt definienda ratione quę vel a sensibus corporis inchoata, vel ab intelligentia mentis inuenta. Quod autem neq; corporeo sensu, nec mente assequi nouimus, nec valemus eis sine dubitatione vlla credendum est testibus a quibus ea quæ diuina vocari iam meministis scriptura confecta est quę ea siue per corpus siue per animum diuinitus adiuti, vel videre vel etiam p̄videre potuerunt. Hęc ille. AVCTOR. Nec credendum est quod solos hos prophete

tas, scilicet aut Apostolos testes inuocat Augustinus ceteris exclusis qui ipsorum fidem & spiritum exponendo monstraret, cum ipse in tractando quaestionem fidei contra Pelagianos post auctoritatem canonicam tractatus sanctorum patrum de eadem re scrutari necessarium iudicauit. Vnde quarto libro contra Iulianum cap. primo, in fine. AVGVSTINVS. Ad curam, inquit, nostram existimo pertinere, non solum scripturas sanctas canonicas aduersus eos testes adhibere quod iam satisfecimus: verum etiam de sanctorum literis qui ante nos celeberrima fama & ingenti gloria tractauerunt aliqua documenta proferre: non quo canonicis libris a nobis vilius disputatoris aequetur auctoritas, tanquam omnino non sit quid melius seu verius quod ab aliquo catholico quam ab alio eisdem catholico sentiantur. Sed ut admoneantur qui putant istis aliquid dicere quemadmodum de his rebus ante noua istorum vaniloquia catholicianis rursus diuina eloquia sunt secuti, & sciant a nobis rectam & antiquitatis fundatam catholicam fidem aduersus recentem Pelagianorum haereticorum praesumptionem perniciter defendi. Haec Augustinus. AVCTOR. Ecce necessariam adiectionem testium sanctorum patrum & proborum post auctoritatem canonicam: non quod in auctoritate aequantur, absit, sed sequantur: non quidem in subsidium auctoritatis canonicae, sed in ammonitionem posterorum ut noscant quomodo sancti & sacri antistites & patres ecclesiae in tali scrupulo diuina eloquia sunt secuti, & hanc doctrinam dicit Augustinus indubitater antiquam fidem catholicam. Sed interrogant studiosi fideles. Quid ergo male peccant haeretici contra fidem qui & scripturis & assertionibus patrum hereses suas defendunt? Quia testimonia illa peruertunt. Sed quomodo discernenda est corruptio testium? Primo si scripturae interpretatio quam inuehit contra ipsam scripturam ibi & alibi rite intellecta & fidem sanctorum patrum sonuerit. Vnde de de quaestionibus noui & veteris testamenti, cap. xci. AVGVSTINVS. Quia carnalibus in dubium venit, qui voluit scripturam pro sensu sui loqui capacitate fides posita est quae sensum scripturae sequuta praemittit mereatur. Haec ille. AVCTOR. Ecce quod fides posita est sequens sensum scripturae ne carnales abutant ea pro sui sensu ca-

pacitate, & Hieronymus hanc fidem exposuit esse secundum concordem expositionem multorum sanctorum lib. 2. super Hieremiam in commentario super hunc textum. State super vias & videte. Hieronymus. Per Patriarchas, inquit, & Prophetas veniam ad eum qui dicit, Ego sum via. Statim est in prophetis & diligentissime contemplan- dum & interrogandum de semitis antiquis siue sempiternis quae multorum sanctorum sunt trita vestigia: quae sit via bona in euangelio & ambulandum in ea quae via cum inuenta fureit praebet refrigerium siue purificationem animabus credentium: at illi e contrario responderunt. Non ambulauimus per viam. Haec Hieronymus. AVCTOR. Ecce viam catholicorum quam haeretici se qui contemnunt dicentes, omnes sanctos priores ex consuetudine peccatores: non inquit, ambulauimus per hanc viam, & ideo solum Christum sine medio statim appellat putantes se posse secure corrumpere verba Christi, & sic sine iudice peruertit ad libitum. Sed ecclesia catholica non habet hunc morem: susceptis enim cum omni reuerentia Christi verbis statim ex paternis regulis eius intelligentiam sciscitat. sic dixit Hieronymus. Interrogandum de semitis antiquis quae multorum sanctorum sunt trita vestigia: quae sit via bona in euangelio. Sed adhuc interrogant studiosi, quomodo testimonium alicuius patris inducti etiam sit peruersum. Iam restat scire an hoc profer sensum doctorum inducit, an si ipse eisdem male sensit: & propter utrumque dixi supra scripturas inuestigandas per plurimos doctorum concordantes sententias, quae admodum sancti Pauli Timothei instruxit, secunde Timotheo. Tu autem fili mi conforta re in gratia quae est in Christo Iesu & quae audisti a me, per multos testes haec commenda fidelibus. Non ergo vult sanctus Paulus verba sua, nec sine teste, nec sine multis testibus fidelibus commendari: & ideo in sanctorum tractatibus omnino discernatur quid antiquorum sanctorum regulis aut concinat aut repugnet. Vnde lib. diuinarum institutionum, cap. xxv. CASIODORVS. Quod dictum rationabiliter in tractatibus probatissimis inuenitur, hoc proculdubio credamus esse diuinum. Si quid dissonum aut discordans patrum regulis contigerit inueniri, vitandum esse. Origo enim lauisissimi erroris est inspectis auctoribus amare totum & sine

iudicio defendere velle quod inuenis. Scriptum est enim, Omnia probate, quod bonum est tenete, sed ut in summa quae sunt dicenda complectar, cuncta quae antiqui expositores probabiliter dixerunt sollicita mente tenenda sunt. Illa vero quae ab eis intractata relicta sunt ne infructuoso labore fatigemur: primum rimanda sunt quas virtutes habeant, aut ad quae nos instituta perducant. Haec ille. AVCTOR. Vult Cassiodorus regulam patrum esse metrum & mensuram omnium tractandorum, ipsamque esse fidem catholicam & verborum Christi indubitandum interpretem, etiam si reperiatur in vno: qualiter beatus Augustinus dicit de Cypriano in epistolis lib. quar- to contra Iulianum, in fine. AVGVSTINVS. Non omnia commemorare potui vel debui quae gloriosissimus in domino Cyprianus posuit in epistolis suis quibus demonstrat quod sit haec quam tenemus fides vera vereque Christiana atque catholica, sicut per scripturas sanctas antiquitus tradita sit a patribus nostris, & usque ad hoc tempus quo isti eam conuellere tentauerunt retenta atque seruata, & deinceps propitio deo retinenda atque seruanda: nam sic Cypriano & a Cypriano tradita haec atque huiusmodi ex eius literis testimonia prolata testantur. Haec ille. AVCTOR. Haec ecce est vera fides Christiana atque catholica per scripturas sanctas antiquitus tradita quam a patribus nostris Cyprianus accepit & quae a nobis retenta est, sic & fidelibus posteris transmittenda. Quid ergo intendit Vytcleff interrumpendo testimonia & consuetudines sanctorum patrum aliquando per mille annos, ut in materia de dote ecclesiae. In aliis per annos quingentos sicut de poenitentia, alias a toto tempore Apostolorum ut de eucharistia & religione perfecta, nisi inducere obliuionem dei in populos ne gesta Christi & Apostolorum documenta per aestimationes patrum nostrorum venirent ad nos, & sic detestata doctrina sanctorum veniret intra pauca tempora ad obliuionem dei perfectam: & quae miserranda infamia a tam recenti & turbido viro desertis antiquissimis patribus fidei quaerere quod Christus dixit, aut quo sensu docuerit. Vnde & Hieronymus. Usquequo istud inquit, in corde prophetarum vaticinantium mendacium & prophetantium seductionem cordis sui, hoc au-

tem faciunt ut quomodo antiquus ille populus qui de Aegypto egressus oblitus est nominis mei, & sic posteri eorum obliuiscantur me: huius prophatio non est in nomine domini sed in nomine Baal, quod proprie idolum est Sodomorum. Haec Hieronymus super Hieremiam libro quarto. AVCTOR. Sed & dolo malo pauperum auctoritate vniuersalis, id est catholice & apostolice ecclesiae currit omnis haereticus ad literam scripturae canonicae, ut hinc error suus protectus appareat, & ne apparentia illa dissoluatur auctoritate ecclesiae & traditio- ne patrum fidelium, quia ut dixi fides ipsa ecclesiae verissime interpretat sensum scripturae, & aequae declarat falsitatem interpretationis haereticae. Non ergo inde est fidelis doctor, quia fidem scripturae producit, nisi etiam fidem & auctoritatem sequatur, non vnius particularis sed vniuersalis ecclesiae, in qua sola sensus scripturarum verus habetur. Sicut non inde est fidelis & catholicus qui credit in deum patrem & filium & spiritum sanctum secundum articulos symboli, nisi etiam credat ecclesiam catholicam, id est doctrinam eius quam libet esse veram de patre & filio & spiritu sancto, & similiter de seipsa, quam vtiq; auctoritatem ipse dominus deus donauit ecclesiae. Augustinus enim notanter loquitur in hoc casu de haereticis. AVGVSTINVS. Illi inquit, qui cum vnitate atque communionem catholici ca non sunt, Christiano tamen nomine gloriantur, coguntur aduersari credentibus & audientibus peritius quasi ratione traducere quando maxime cum illa medicina dominus venerit ut fide populis imperaret. Sed hoc facere coguntur ut dixi, quia facere se abiectissime sentiunt si eorum auctoritas cum auctoritate catholica conferatur. Conantur ergo auctoritatem stabilissimam fundatissimam ecclesiae, quasi rationis humanae pollicitatione superare. Omnium enim haereticorum quasi regularis est ista temeritas: sed ille fidei clementissimus Imperator & per conuentus celeberrimos populorum atque gentium sedes ipsas populorum arte auctoritatis munivit ecclesiam, & per pauciores pie doctos & vere spirituales viros copiosissimis apparatibus etiam inuictissimae rationis armauit. Haec Augustinus epistola ad Dioscorum, prope finem, & est inter epistolas, xxxvii. AVCTOR. Ecce quod hanc auctoritatem ecc-

ecclia omnes hæretici vna professione continent, cum tamē omnes de fide scripturæ iacent, quam prorsus ecclesiam Christus arte auctoritatis fundatissime, nō per se tm̄ sed etiam per contentus celeberrimos populorum & sedes apostolicas communiuit. Hæc non enumeraret Augustinus in munitionē ecclesiasticę auctoritatis si tanq̄ nō necessaria spernerentur, & cum eis vniuersalis sperneretur ecclesia.

Q̄ necesse est ad inueniendum veritatem fidei præter scripturas rimari dicta maiorum. Cap. XXIII.

AVCTOR.

NOST auctoritatem scripturæ factæ insuper & vniuersalis ecclesiæ, adhuc superest auctoritas incūbens determinationi maiorū in rebus dubiis quam simpliciter negat Vvicleff dicens. Apud sapiētes relinquendū tanq̄ impertinēs veritati q̄ qd scriptura sacra non ponit expresse in de veritate & mendacio. cap. 16. VVITCLEFF Prudentes inquit, habent hanc consuetudinem quando difficultas circa veritatem aliquam ventilatur. In primis considerant quid fides scripturæ loquitur in hoc puncto, & qd fides in hac materia definiat credunt stabiliter tanq̄ partem. Si autem fides scripturæ neutram eius partē expresserit dimittunt illud tanq̄ eis impertinens, & non litigant vel contendunt quæ pars habeat veritatem. Hæc Vvicleff. AVCTOR. Ex hoc fundamento maxime infideli videris quomodo destruit articulum fidei quo credimus ecclesiam catholicam & apostolicam nihil reseruans auctoritatis ei⁹ testimonio vel decretis. Sine qua nec euangelio crede remus, & vbi rogo credendum inuenis deū esse tres personas non tres essentias? In scripturis inquis, verum est sed nō definitum expresse. Vnde. vii. de trinitate quarto cap. de magnis, vel septimo de paruis, AVGVSTINVS. In scriptura dicit, Nō tres deos sed nec tres personas alicubi scripturā commemorare inuenimus. Sequitur, propterea licuit loquendi & disputandi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit, sed quia non contradicit: si autem diceremus tres deos, contradiceret scriptura dicens. Audi Israel. Dñs deus tuus vnus est. Cur ergo tres essentias non licet dicere? qd

similiter scriptura sicut non dicit, ita nec contradicit. Hæc Augustinus. AVCTOR. Item patrem diuinum ingenitum aut filium esse illi homouision non habetur in scripturis. Vnde epistola ad Pascentium Arrianum, AVGVSTINVS. Ego qd dixeram non reperiui ita fieri posse vt homouision, neq̄ scriptum in libris sanctis inueniatur, & tamē dictum in assertionem fidei defendatur: sicut patrē in illis paginis nusq̄ ingenitum inuenimus, & tamen dicendū defenditur. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce tres personas dici deum non exprimitur in scripturis, nec vnam ecclesiam, nec patrem ingenitum, nec filium homouision, id est consubstantialia patri: igitur p̄ istis tenendis non contendunt si habeant veritatem magni sapientes & prudentes tui, & sic statim probas eos benefacere, & prudenter si discredant articulis fidei de patre & filio, q̄ prudentes vt dicis dimittunt omne tale tanq̄ eis impertinens. Nec mirum iam q̄ occasione doctrinæ eius hæreticæ quædam discipula eius circiter annum domini M. CCCC. X. doctrix & lectrix illi⁹ peruersitatis famosa in ciuitate Londinensi, defendit & docuit beatam virginē Mariam, virginem non mansisse post partum, quia scilicet non est in scripturis expressum. Multæ enim hoc modo hæreses pullularent, multæ exterrimari deberent catholicæ veritates. Idcirco huic late stratę hereticorum ne libere pererrarent sancti patres remedium prouidebāt a tempore quo Pseudopropheta subuerterunt Galatas dicentes, cunctas diendas esse cerimonias legis cum gratia euangelii: producentes illud ex ore domini. Non veni legem soluere, sed adimplere. Et post hoc peruersa per quosdam hereticos erat doctrina Pauli qui dixerunt facienda esse magna mala vt venirent magna bona defendētes se ex illo Pauli dicens. Vbi abundauit iniquitas, superabundauit & gratia. Quos corripiebat Petrus palam in secunda canonica in fine præmonendo fideles. Satagite inueniri immaculati ei in pace, & domini nostri longanimitatem salutem existimate, sicut & dilectissimus frater noster Paulus secundum datam sapiētiā scripsit vobis vt & in omnibus epistolis loquens in eis de his quæ sunt difficilia intellectu quæ indocti & instabiles peruertunt, sicut & cæteras scripturas ad propriū suū interitum: quem locum tractās libro de fide


de & operibus. AVGVSTINVS. Beatus, inquit, Petrus Apostolus sciens de apostoli Pauli quibusdam subobscuris sententiis nonnullos iniquos accepisse occasionē vt tanq̄ securi de salute quæ in fide est, bene viuere nō curarent, commemorauit: quædam ad intelligendum difficilia esse in epistolis eius quæ homines peruerterent, sicut & alias scripturas ad propriū suum interitum. Hæc ille. AVCTOR. Vbi nota hoc fuisse quotidianum hereticis tunc, vbi dicit sicut & alias scripturas, vbi etiam dicit in expositione eiusdem canonice super eodem verbo. B E D A. Omnes, inquit, scripturas hæretici deprauant. Nullus est enim vel noui vel veteris testamenti liber in quo nō multa peruerse intellexerūt, sed & ipsas sæpe scripturas a suo statu pervertere, vel addendo vel mutando quæcūq̄ illorū perfricta dicit, sicut constat Arrianos errasse q̄ Saluator ait, quia deus spiritus est, quia volebant credere q̄ spiritus sanctus esset deus omnipotens. Hæc Beda. AVCTOR. Videbant ergo Apostoli hoc factum tam experimento sensus q̄ faciendum in posterum instinctu sancti spiritus dicere sancto Petro. Fuere & pseudopropheta in populo sicut & in nobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, secunda Petri quinto. Idcirco cum mandaret fide libus obseruare scripturas canonicas, mandabat eis cum iis obseruare sermones suos viuos & traditiones quas scribere non uocabat, sed viua voce alter alteri & senior traderet iuniori qui semper ad verum intellectum ducerent scripturarum nulla ex parte patientes eas peruertere. Nam ad quid misisset Romanis suam epistolā venire illuc ad corporalem præsentiam dicens. Desidero videri vos vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, ad Romanos primo. Et cuius gratiæ spiritualis. Quam non expressit in epistola dicit in eundem textum. Vnde AMBROSIVS. Ideo desiderat eos videre vt præsens doctrina euangelicam sensu quo eis scribit eis tradat, ne sub auctoritate literarum eius non auferretur, sed confirmaretur error. Hæc Ambrosius, & concorditer in glossa sua punctali interlinealiter ANSELMVS. Quia quæ scribit & peruerse possunt accipi, & præsens virtute suaderet. Hæc Anselm⁹. AVCTOR. Necesse ergo habet scrutatores

res dubiorū fidei ultra literā scriptæ legis aliquid accipere ab instructione maiorū suorū quo sensu scripturā ipsam patres sciunt ecclesię spiritū sanctum infudisse scriptoribus. Hæc ratio sermones apostolorum nō scriptos & traditiones eorum non scriptas commendat & seruat ecclesia qui omnes si scripti essent, essent de canone scripturarū, putas ne sermones illos quos tot dieb⁹ prædicauit Paul⁹ Athenis debere esse abiectos, & quos prædicauit quotidie in synagogis Iudæorū, & iterū multis dieb⁹ Ephesi, & finaliter Romæ, & quibus morticina pellis sub atramento ipsos non continerent, credis q̄ tu ipsos quos spiritus sapientiæ & intellectus tam elimatos linguę coaptauit apostoli nō incorporasse iam scripturæ perpetuæ bonorum: vbi scriptura verissime est, & quibus celum & terra & omnes corrupti libri transierint, verba Christi non transierint. Horum credo maiorē partem per traditiones & successiuā documēta patrum adhuc ecclesia catholica thesaurizat. Vnde Damascenus 4. sententiarum 4. cap. loquens de hoc q̄ ecclesia adorat versus orientem. DAMASCENVS. Non scripta, inquit, est traditio apostolorum, multa enim nō scripta nobis tradiderunt. Hæc ille, & cap. 9. de adoratione imaginum. DAMASCENVS. Est inquit, non scripta hæc traditio velut secundum orientem adorare & crucem adorare, & his similia, & infra, quoniam autē plurima sancti Apostoli & nō scripta tradiderunt, scripsit Paulus gentiū Apostolus. Ergo fratres state, inquit, & tenete traditiones quas edocui estis, siue per sermonē, siue per epistolam nostrā. Et ad Corinth. Laudo autē vos fratres quoniam omnium meorum meministis, & sicut tradidi vobis traditiones tenetis. Hæc ille. Et iterū planissime de edictis Basilii lib. primo, vt habet distinct. xi. ecclesiasticarum. AVGVSTINVS. Ecclesiasticarū, inquit, institutionū quasdam scripturis, quasdam vero apostolica traditione per successiones in ministerio confirmatas accepim⁹: quædam vero cōsuetudine roborata approbauit vtriusq̄ par ritus & idē vtriusq̄ pietatis debet affect⁹, vñ quis vel aliquātulū sacrarum expert⁹ scripturarū hasitauerit. Si enim attēderim⁹ cōsuetudines ecclesiæ, nō per scripturas a patrib⁹ tradita nihil existimare quantum religio detrimētū latūra sit intime dispiciētibus liquido constabit. Quæ enim vt inde ordiamur scriptura salutiferę crucis signa

vulo fideles docuit insigniri, vel que trisariam digesta super calicē & panē plixē orationis vel cōsecrationis verba cōmēdauit. Nam non modo qđ in euāgelio continet, vel ab apōstolo insertum est in secretis dicimus, sed & alia plura alicuius magnā quasi vim cōmendantiā mysteriū. Quē em̄ oriētē versus orare literarū forma docuit. Bene dicitur fontē baptismatis oleo vnctionis, huc accedit q̄ oleo inungim⁹ quos baptizam⁹, verbis abrenūciare Sathanā & angelis ei⁹ informam⁹. Vnde etiā hęc & alia in hunc modum nō pauca nisi tacita & mystica traditione a patrib⁹ ecclesiastico more ac reuerentiori diligeētia sunt in mysteriis obseruata silentio magis q̄ in publicato scripta. Hęc ille, AVCT. Ecce reuerentiam traditionum apōstolicarū quas nō cōmunicauerāt in scripturis, quibus eque vt scriptis par ritus debet & pietatis affectus: ergo nō sunt prudentes neq; sapiētes ecclesie, sed potius Vvitleff & principis huius mūdi, q̄ ad eas cum venerint & in scripturis non inueniunt vt impertinētes abiiciūt. Si ergo postq̄ scripturas scrutati fuerimus, videam⁹ quid de hac re cōmuniter sentit ecclesia, vel in traditione vulgari vel cōcordi patrū institutione, habeamus hoc tanq̄ in scripturis inueniret p̄ definitione cōpleta. Sic em̄ dicit beat⁹ Augustinus esse faciendum in epistola ad Casulanū presbyterū. AVGVST. In his reb⁹ in qb⁹ nihil certi constituit diuina scriptura, mos populi dei & instituta maiorū p̄ lege tenēda sunt: & sicut prauaricatores legū diuinarū ita cōtēptores cōsuetudinū ecclesiasticarū coercēdi sunt. Hęc ille, AVCT. Vides iam q̄ fatue dixit Vvitleff sapiēter debere relinq̄ tāq̄ impertinēsqđ scriptura nō exprimit. Quorū vidisti iam & audisti q̄ sunt de mera fide vel circa fidē quorū cōtēptores sicut & cōtēptores legū diuinarū coercēdi sunt. Respondeamus ergo & dicam⁹ latitudinē Christianā creditiā sic esse dispositā vt primā fidē tribuamus scripturis canonicis. Secundā sub ista definitionib⁹ & consuetudinibus ecclesie catholice, iuxta illum articulum in Symbolo, Credo vnā sanctam ecclesiam catholicam & apōstolicam. Post istas habēt Christiani credere, nō quidē sub pœna perfidiē sed p̄terniā vel crassā contumaciē studiofis viris & amatorib⁹ veritatis. Vnde i lib. de vtilitate credēdi circa mediū prima duo sub vno cōplectēs supremo noīe veritatis,

AVGVVS, Primū inq̄t, beatorū gen⁹ est ipsi veritati credere. secundū autē studiosorum amatorūq; veritatis auctoritatē: q̄ vt dicit bene post sola est auctoritas q̄ cōmouet stultos vt ad sapiētiam festinet quādiu intelligere nō possum⁹: auctoritate qđ decipi miserum est, sed miser⁹ nō moueri. Hęc Aug. AVCTOR. Optima Augustini sancti doctrina prima beatitudo est ipsi credere veritati, ipsi scilicet fidei bipertitæ canonicæ & symbolice de ecclesia, vtraq; em̄ fidē vendicat, & ideo nomen veritatis meruit absolute. Secunda est credere ipsi auctoritati amatorū veritatis & vere amatorū nō oīm vt q̄ cum Vvitleff se dicunt amare veritatem, quis & ipsorum auctoritate decipi miserum est & miserius non moueri.

CO, circa scripturā canonicam & auctoritatem vniuersalis ecclesie dicta prælatorū & patrū ecclesie sunt reuenter suscipienda. Caput, XXIII.



OC ipso verbo Augustini erudiendi sunt fideles ecclesie catholice filii reuerenti auctoritatē doctorum & patrū ecclesie, & vitare pacitatem locutiōis assidua, & quæstiones cōtēptiosas & insidiosas collationes in materia fidei doctores semper exercēt Vvitleffū contra doctores & patres catholicos habētes a consuetudine veterum hereticorum omniū & originaliter a Pharisæis & Sadduceis, qui cum multis quæstionum aculeis quomodo Christū faceret obstantem Cæsari, quomodo prophanatorem sabbati & legis violatorē in multis ponebant insidias vt eum caperent in sermone, hunc etiā corruptum morē habebāt Corinthiū cum primo doceret eos apōstol⁹ contententes & quærentes de scripturarum locis vbi qđ tunc dixit scriptum esset, qua ratione defendi posset & talia multa. Apōstolus ergo in epistola sua contentiones illorum præueniens, Si quis videtur cōtēptiosus esse, inquit, nos talem consuetudinem non habemus, primē Corinth. xi. super quo loco in annotationibus HIERO. Præuenit illos ne qs diceret vbi hoc scriptū est, vel aliis argumētis huic resisteret ratio ni. Nos talem consuetudinem non habemus siue contendendi siue talia faciendi, neq; ecclesia dei quæ mansuetudini potius studuit q̄ contentionibus. Hęc Hierony.

AVCTOR. At Vvitleff demonstrans se patenter oppositū doctrinæ apōstoli & consuetudini sanctæ ecclesie vrget omnes ad turbidas quæstiones, in quibus scripturis patres ecclesie fundent omne qđ iubēt vel docent. Vnde in supplemento trialogī cap. ix. & est q̄stio ter dānata C. xxxvi. VVITCLEFF. Quicquid papa vel cardinales sciūt ex scriptura sacra deducere illud duntaxat est credendum, vel ad eorū monita faciendum, & quicquid vltra præsumserint est tanq̄ hæreticum contēndendum. Hęc Vvitleff. Et secunda parte de sermone domini in monte cap. xlyi. Horratur reges, sacerdotes, & populos ne obediant papæ quousq; docuerit sufficienter de fide eucharistiæ, & ibi cap. lxi. faciens sex suppositiones. Supponit vero q̄ fides fūdita iudicio papæ est minima. AVCTOR. Ecclesia autē catholica sequēs auctoritatē apōstoli respondet iterum Vvitleffū. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinē nō habemus, neq; ecclesia dei. Sed vt scribitur Iob xxxiii. Aduersus eum contendis q̄ nō ad omnia verba responderit tibi semel loquitur deus, & secundo idipsum non reperet. Semel in hoc ipso articulo hæretico dānauit ecclesia sancta Berēgariū: auditis frivolis allegationib⁹ eius, & secūdo idipsum nō reperet ad omnes nouas garrulas hæretici succrescētis. Multi enim ex vobis hoc solum reputatis perpetuam gloriam q̄ semel possētis cum ecclesia dei inire certamē. Idcirco obstruit vobis laudabiliter desideratū responsū, sicut & Christ⁹ porco euāgelicam denegat margaritam, Vnde consimiliter laudans examen & responsonē Maximianistis subtractā hæreticis lib. iii. contra Iulianum cap. primo, in ſ. AVGVSTINVS. Cupientes, inquit, exiguitatē suam nomine saltem certaminis cōsolari, & ideo videri aliquid apud eos quibus contempribiles erant; quia inire nobiscum sinerentur examen interpellantes & libellum dantes prouocantesq; contempsimus, magis enim de certamine nominari desiderabant q̄ formidabant in certamine superari. Nec sperabant victoriæ gloriam sed famam requirebant collationis: quia multitudinis non habebant. Hęc Augustinus. AVCTOR. Ita sapiēter & catholice denegant Vvitleffū patres & doctores ecclesie sententias responsales, quia ad superbiam & iactantiam suā hæresis verba cōmunicant & nō

vnde doceantur, sed vnde rixentur interrogant. Greg. em̄ lib. xx. Moralium sup illud Iob. xxx. Egēstare & fame steriles. G R E G O R I V S. Omnes, inquit, hæretici dum in sacro eloquio plus secreta dei tident vel scrutari q̄ capiunt, fame sua steriles fiunt. Neq; em̄ ea quærunť ex quibus semetipsos ad humilitatem erudiant, mores in tranquillitate disponant, patientiam seruent, longanimitatem exhibeant, sed ea solitudo quæ eos doctos ac loquaces demonstrēt. Illa scire appetunt ex quibus singulariter eruditi videantur. Hęc ille. AVCTOR. Et inter omnes hoc maioris putatur esse p̄culi vbi minus adest rationis vel ingenii. de simplicibus dico qui cum aliquid de scripturis perite protulisse se existimant qualitercunq; errent, vix aut difficulter deflectunt. Sic in epistola ad Palsentiū Arrianum inter epistolas C. xx. AVGVSTINVS. Homines, inquit, minus intelligentes quid propter quid dicat, precipites volunt habere sententias & scripturis non diligenter scrutatis arripiunt defensionē cuiuscūq; opinionis & ab ea vel nunq̄ vel difficile deflectunt, dum docti atq; sapiētes putari magis q̄ esse cupiunt. Hęc ille, AVCTOR. Igitur cum hi omnes Vvitleffū istis his plaudant quibus moribus inflexibiles hæretici arident semper quib⁹ doctores sancti denegāt auditiā: & quos Paulus in querulis damnare voluit Corinthiis; longe distent ab ipsis p̄i catholicis, & patribus suis & doctoribus vniuersis catholicis obediant in auditu auris simplicis fidei, supplici charitate, amputantes omnem proteritiam, omnē dolum & tanq̄ pestem cōtumaciam declinant: & q̄q̄ doctorum suorum verba non æqualiter ponderent cum scriptura, nec etiā circa scripturas cum auctoritate catholica, non tamen putent eos sine omni auctoritate habendos dicēte Augustinus, iam supra q̄ secundum genus beatorum est credere ipsi auctoritati amatorum & studiosorum veritatis. Er idcirco idem Augustinus dixit se nunq̄ velle iniuriari præcessoribus & patribus suis, & simpliciter potius voluit obedire q̄ tumori: contra Felicianum sic loquens in principi. AVGVSTINVS. Non, vigeadeo, inquit, duci me putes laudibus meis vt iniuriam faciā præcedentibus sanctis, nec præsumam vnq̄ in sapientia verbū vt euacuetur crux Christi: sed scripturarum auctoritate contētus

simplicitati potius obedire studebo q̄ tu-
mori. Hæc ille. AVCTOR. Hæc ergo utili-
tas fidei, hæc pietas omnium, hæc ingenui-
tas Christiana cum omni pudore & reuerē-
tia catholicorum patrum monitis indulge-
re fidutiā simplicē filialē: & quo auctoritas
docentis est in dignitate & fama præstātor
eo sub maiori reuerentia & timore audien-
tis fiduria subit maior. hoc dico: omnis do-
ctor catholicus fiducialiter & cum reuerē-
tia audiatur, sed sacrorū episcoporum au-
ctoritati obtemperetur attentius, indignū
valde quisque iudicat fidelis si proximus
suis nolit credere sibi cum omni p̄batione
verissima proferēti. Quanto indignus do-
minus eius aut pater eius se ex istius diffi-
dentia poterit existimare delusum. Sic lib.
de utilitate credendi ad Honoratum bene-
post medium AVGVSTINVS, Sæpe in-
quit, dispensatoribus seruis siue vlla culpa
dominorum creditur. In religione vero qd
iniquius fieri posset q̄ vt dei antistites no-
bis non fictum animum pollicentibus crea-
dant, nos eis præcipientibus nolimus crea-
dere. Postremo que potest esse via salubrior
q̄ idoneum primo fieri percipiendæ verita-
tis, adhibendo iis fidem quæ ad præcolen-
dum & procurādum animum sunt diuini-
tus constituta, aut si iam prorsus idoneis
circuire potius aliquantum qua tutissimū
est ingredi q̄ & tibi auctorem esse periculi
& ceteris temeritatis exemplum. Hæc Au-
gustinus. AVCTOR. Ecce q̄ prudenter re-
darguit Augustinus crassam diffidentiam
& proteruiam audientium sanctos antisti-
tes dicens iniquissimum, quia & ipsi nobis
forte crederēt si diceremus nos velle ex cor-
de promere veritatem & nō potest esse, in-
quit via salubrior ad perceptionem verita-
tis q̄ iis dare fidem, puta documētis catho-
licorum antistitum quæ ad præcolendum
& procurandum animū sunt diuinitus cō-
stituta. Ipsi enim in sanctis apostolis præci-
pus dixit Christus, Ite docete omnes gen-
tes. In istis tamen est differentia auctorita-
tis, & per hoc adhibendæ credentiæ. maior
enim auctoritas in quibusdam fidei dubiis
residet apud illos antistites & eorum ec-
clesias quæ Apostolos suscipere, aut eo-
rum epistolae meruerit, quales sunt Ro-
mana, Hierosolymitana, Ephesina, Alexan-
drina, Thessalonica, Cretensis, & cōsimiles,
quia auctoritas ibi fontalis fuit & ex his
translata in alios. Vnde secundo doctrinæ

Christianæ, cap. 8. de per. AVGVST. In cā-
nonicis, inqt, scripturis ecclesiarū catholi-
carū lector q̄ plurimū auctoritatē sequatur,
inter quas sane illę sunt que apostolicas se-
des habere & epistolae accipere meruerit.
Hæc ille. AVCTOR. In hac tamē ecclesia-
rum & antistitū auctoritate Præsul Roma-
næ sedis auctoritatē sibi potissimā iuste vē-
dicat & fidē vberimam. Vñ in ep̄la ad Da-
masum papam cui debeat in Antiochia cō-
municare de fide. HIERONYMVS. Quo-
niam vetus oriens, inter se populorum fu-
rore collisus indiscissam domini tunicā &
desuper textā minutatim per frustra decer-
pit, & Christi vineā exterminat vulpes, vt
inter lacus contritos qui aquam non ha-
bēt, difficile vbi fons signat⁹ & ort⁹ ille cō-
clusus sit possit intelligi: Ideo mihi cathe-
drā Petri & fidē apostolico ore laudatā cen-
sui cōsulendā, inde nūc meq̄ aīę postulās ci-
bū, vnde olim Christi vestimēta suscepi. Ne
q̄ vero tāta vastitas elemēti liquētis & in-
teriacēs lōgitudo terrarū me a p̄ciosæ mar-
garitę potuit inq̄sitioē phibere, vbi cūq̄ fue-
rit corp⁹ illuc cōgregabunt & aq̄, & istra.
Q̄q̄ igit tui me terreat magnitudo, tamē
inuitat humanitas a sacerdote victimā &
salutem a pastore præsidium ouis flagito,
fatescat iniuria, Romani culminis recedat
ambitio, cum successore piscatoris & disci-
pulo, Christi loquor. Ego nullum primum
nisi Christum sequens beatitudinē tuā, id
est cathedræ Petri communionē cōsocior
super illam petram ædificatam ecclesiam.
scio quicūq̄ extra hanc domum agnum
comederit, p̄phanus est. Si quis in Noe ar-
ca non fuerit peribit regnante diluuiō. Hæc
Hieronymus. AVCTOR. Videant omnes
fideles humilitatem prædicandam Hiero-
nymy, videat superbus Vvitleff & pu-
deat se non dignatum ad auctoritatē Ro-
mani Pōtificis i necessariis fidei habere re-
cursum: sapiēs & perit⁹ pater Hiero, sanct⁹
& intemerata vitæ & gloriosissima famæ
præclar⁹ pater Hierony, qui quantū soli
micō, tantum in sciendi gloria turbidum
Vvitol, trāscēdit: terrē⁹ erat a magnitudi-
ne & auctoritate præsulis Damasi illi⁹ quē
Vvit, toriēs appellarat papā Casaresi eo q̄
dotē ecclesiæ habuit: nō eum tenebat vasti-
tas maris, nō terrarū p̄lixitas gn cū succes-
sore Petri & Christi discipulo de fidei suæ
integritate disponderet ab illo sacerdote vi-
ctimā, ab illo pastore salutē & ouis præsidium

flagrabat beatitudinē eius cōsociari pete-
bar, super illam petram ædificatā ecclesi-
am sciuit, & omnem qui extra hanc domū
agnum comederit esse prophanum. Vah
ergo mihi, si hæc verba patris mei non cogi-
tem, & firmiter humilitatē eius prudentif-
simā in pectore meo tractē, vt q̄qd scribā
tractē, dictē, tantū culminis auctoritati ple-
ne succubens aut deileam aut conseruem.

COadeundæ sunt concordēs sententiæ
patrum & cōsuētæ expositiones ad cogno-
scendum fidē catholicā.

CAPVT XXV.

L



ST adhuc tertia huius vni-
uersalis ecclesiæ prerogati-
ua singularis q̄ infallibiliter
tradit & docet omnes arti-
culos fidei, & cūcta credēda
de necessitate salutis vel a-
genda intra scriptura vel citra aut derexit
iam explicite vel implicite continet in fr-
de membrorum. Ita q̄ si inaudita hæresis
molester fideles, pulserit ad ostium fidei
quod fluxit in sanctis patribus versus sum-
mum seriatim vsque ad apostolos & mani-
festa fides catholica statim pateffet vsq̄ ad
intima scripturarum, hoc tamen summe
pauebat noster Vvitleff, ne sic patentissi-
me vinceretur, & fugit ad Christum, & scri-
pturam canonicam, quemadmodum Ioab
ad tabernaculum dei tenens cornu altaris
quem tamen ibi iugulabit auctoritas eccle-
siæ in gladio Salomonis: fingit enim men-
daciū dicere sub specie veritatis libello
suo de veritate & mendacio capitulo xv.
VVITCLEFF. Videtur inquit stulta præ-
sumptio istam materiam in nouissimis tem-
poribus attemptare: multi quidem fuerūt
sancti canonizati in ecclesia, qui istam do-
tationem cleri multipliciter appbauerunt,
& si testimonium vel conscientia pondera-
tur, habere possent mille fideles rectæ con-
scientiæ contra paucos hæreticos, cui er-
go parti potius esset credendum, Cōsuētu-
do ergo tot sanctorū veterum approbata in
ecclesia sancta concorditer daret fidē. Hæc
Vvitleff ibi. AVCTOR, Sed nolite sedu-
ci fideles. Hęc vox quidē vox est Iacob, q̄q̄
manus sunt Esau: vultis audire tādē quid
iste Esau dicat mēdaciter: VVIT. Ista inqt
non sunt verba rationis, sed contentionis
& exprobrationis. Ideo sunt humiliter fa-

pienter & prudenter a fidelibus transcur-
renda. Cum autem ex fide omnes sancti ci-
tra Christum vt Ioannes confitetur multi-
pliciter peccauerint, patet q̄ oēs citra Chri-
stum habuerunt valde antiquā cōsuētū-
dinem ad peccandū. Ideo si Christi auctori-
tas sit in infinitum præstantior q̄ cōsuē-
tudo eorum quis fidelis nō crederet aucto-
ritati domini eorum auctoritate prætermis-
sa. Hæc Vvitleff. AVCTOR. Ecce schi-
smatic⁹ iste scindit ecclesiā, immo totā ec-
clesiam: quia corpus a capite, & sponsa a
spōso Christo diuortiat vel disūgit. Quis
inquit fidelis non crederet auctoritati dñi
eorum cōsuētudine prætermisā eorum,
quorum: omnium inquit sanctorum citra
Christum, ergo sanctorum apostolorum &
omnium discipulorum & apostolicorū vi-
rorum sequentiū cōsuētudo paripendē-
da est, vt a te queramus & credamus que sit
Christi auctoritas. O immanis & non ferē-
da superbia, ceca blasphemia, & vltra omnes
abelardos elatio & hæresis detestanda. Pe-
trus Abelardus magister tuus reuerebatur
apostolos & apostolicos viros quanq̄ super-
bo furore doctores sequaces apostolorum
non accipit. Vnde in epistola ad Innocen-
tium papam cōtra blasphemias Abelardi q̄
incipit Oportet, ipsum alloquens, BERN.
Quid inquit lex, quid prophete, quid apo-
stolici viri nobis aliud euāgelizant, q̄ qd so-
lus tu negas, deum videlicet factū hominē,
vt hominē liberaret: & si angelus de cælo
aliud nobis euāgelizauerit, anathema sit.
Sed qui venerunt post apostolos doctores,
non recipis: homo qui super omnes docen-
tes te intellexisti: deniq̄ non erubescis dice-
re quod omnes aduersum te sentiant cum
ab inuicē non dissentiat: frustra p̄inde illo-
rum tibi fidem doctrināq̄ proponerē, quos
iam proscripsisti. Hæc Bernardus. AVCT.
Frons ergo magnæ meretricis facta est
Vvitleff, qui apostolos & apostolicos vi-
ros & doctores singulos citra Christū sub
vno damnat inuolucro, dicens eos habuis-
se valde antiquam cōsuētudinem ad pec-
candum. Sed non frustra illorū fidē doctri-
namq̄ proponā, & credā ipsis non tibi, cui
i⁹ non est spes, tuis tñ quorū opto deus no-
uit, non tam victoriam q̄ emendationem.
Ecce Ioannes dicit in Apocalypsi. Et qui
audit, inquit, dicat veni. Non dicit ergo
spōsus veni, & sponsa recede. Quæ est spon-
sa nisi vniuersalis ecclesiā? Quis est spōsus

nisi agnus Christus. Quod dicit sponsus hoc & sponsa, nec sponsa quicq̄ affirmat nisi quod sponsus approbat. Sponsus loquitur in scripturis, sponsa testatur illas esse verissimas, quicq̄ Christus dicit, ecclesia sanctorum patrum commendat & probat q̄ sit omni auctoritate dignissimum, in nullo deuiat a dictis eius, in nullo resultat, & vult vt quicunq̄ audir, dicat, veni ecclesia sanctorum patrum, audiuit sponsum dicētem veni, & ipsa volens hoc ipsum sectari & illi confirmari in omnibus, dicit veni: & nos audientes ecclesiam iubentur idem loqui, vt seriatim verbum sponsi pergat ad posteros. Si non audissem ecclesiam patrū sponsi verba loquentē, quomodo ego nossem, quomodo scirem hoc esse euangelium Matthei: & illud sanum & sanctum: alterum Thomę reprobū & prophaniū: & maiorē esse auctoritatē tū euāgelii q̄ suam ipsi iude patres docebant, quid vltra: credā ergo euāgelio & non ipsi docētib⁹ maiorem esse auctoritatē euāgelii. Ita tu dicis q̄ si Christi auctoritas sit in infinitū præstantior q̄ consuetudo eorum quis fidelis non crederet auctoritati Christi eorū consuetudine prætermissa? In foelix homo dele mendaciū, emenda sententiā & dic, quis fidelis nō crederet auctoritati Christi eorū etiā consuetudine obseruata? Sic dicit Christus in euāgelio. Quod hæc oportet facere & illa non omittre. Omnes fideles sciunt in infinitū præstantius esse testimoniū spiritus sancti q̄ quodcuq̄ testimoniū puri hoīs. Et tū cū pmississet Christus dicēs de spū sancto. Ille testimonium perhibebit de me: statim subiunxit apostolis in loco ecclesie cuius ipsi erant patres: & vos testimoniū perhibebitis. Nō ergo adeas Christū cōtemptra ecclesia: non me dirigas ad scripturas sine medio sanctorū patrū, quia & si Christus & euāgelium eius recte loquatur, vult tamē ecclesia testimoniū habere sanctorū: sine quib⁹ nec ipsi Christo nec scripturis eius villaten⁹ credidisset. Nec tu poteris suadere cuiq̄ scripturas, nisi auctoritas subueniat ecclesie dicentis illas esse credendas. Si enim tu solus hoc diceres, quis tibi crederet? Sic lib. xi. vrgit argumentum contra Faustū AVGVSTIN. Quid ages? quo te conuerteris? quā libri a te prolati originē: quā vetustatem: quam seriem successione testē citabis: nā si hæc facere conaberis, & nihil valebis, & vides in hac re quid ecclesie catholice vale

at auctoritas quæ ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum vsq̄ ad hodiernū diem succederit sibi met episcoporum serie & tot populorum consensio firmat. Hæc ille. AVCT. Vide iam q̄ quicq̄ tu produxeris, auctoritatem vetustatis vel originis nō habebit, si auctoritas ecclesie non assistat, ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum per successiones episcoporum quos tu vocas Cæsareos cum populorum consensibus hucusq̄ traducta. Et si parū pendas auctoritatē sponsæ Christi ecclesie, & consensus patrum audi q̄ in eius fide tanq̄ in tutissimo scrinio totus later thesaurus dogmatis christiani: sub vmbra auctoritatis ei⁹ quiescit fides de prophetis, & omnis iusta ætimatione euāgelicę veritatis scriptę in quā, & non scriptæ, nisi vt prius dixi in cordib⁹ conuerforū. Ecclesia putes penes se habere quod Ioānes in euāgelio non descripsit cū diceret. Multa quidē & alia fecit Iesus quæ nō sunt scripta in hoc libro. Benignus em̄ sp̄sus voluit locū dare sponsę, vt crederet illi filii in quib⁹dā qualiter sponso credituri erant in aliis: & vbi rogo expressit sponsus in scripturis articulū perpetuæ virginitatis matris suæ post partum: & tū est fides. Vbi redemptio primorum patrum de baratro: & tamē est fides. Vbi septenarium peccatorum in genere: & est fides: vbi baptismum paruulorum: & est fides. Sed hæc omnia & alia vniuersa quædā scriptura traduxit nobis a sedibus apostolorum per patres & populos auctoritate testificantis ecclesie. Vnde prima parte sermonum sermo ne quinto de baptismo paruulorum cōtra Pelagianos. AVGVSTINVS. Vbi ponis inquit paruulos baptizatos? profecto in numero credentiū. Nam ideo ex consuetudine ecclesie antiqua canonica fundatissima paruuli baptizati fideles vocant. Hęc ille. AVCT. Ecce August. allegat cōsuetudinē ecclesie quā dicit fundatissimā antiqua canonica. Produc tu q̄ dixeris oēs patres ecclesie citra Christū habuisse consuetudinē valde antiquā ad peccandū: & ideo consuetudinē illorū p̄mittendā. Sed p̄ba q̄ oēs concorditer peccandi cōsuetudinē approbant. Proba q̄ oēs in cōsuetudine habebāt vniiformiter & vno consensu errare in fide quod si non poteris quō derogabis vniuersali & cōcordi sententię patrū circa fidē quā ipsi vno corde defenderāt, quis aliquando peccasse cōtingebat in moribus quod eos

mirere pœnituit & singillatim deslebāt. Quæ ergo aliquis pater vnus singulariter per se se sit potes aliquo, saltē colore tuo de credere: quod autē pene omnes quasi vnus homo loquunt, fidei robur habet, quia vnitas ipsa in ecclesia hoc loquit oīm gentiū linguis. Augustinus ecce sufficētissime se defendit cū diceret sermone lxxv. tractās omni acceptione dignū. AVGVST. Hoc inq̄ ecclesia semp̄ habuit, semp̄ tenuit, hoc a maioribus fide percepit: hoc vsq̄ in finē perseuerāter custodit. Hęc ille. AVCT. Aut si nō sit fides danda sanctorū decretis, sed Christo tm̄ in cuius ore non est inuētus dolus, cur dicit symbolū, Credo sanctā ecclesiam catholicā? Maior fides assignat Christo, nō nego, sed aliquantulū magna ecclesie & aliter nō haberet ibi articulū specialē. Idcirco sermōe quo prius parte prima serm. bene post mediu. AVGV. iam inq̄ superius disputauim⁹ credit in altero q̄ peccauit in alterū, credit & valet, & inter baptizatos cōputatur, hoc habet auctoritas matris ecclesie, hoc fundatissime veritatis obtinet canon: contra hoc robur, cōtra hunc inexpugnabilē murum quisq̄ arietat, ipse cōfringitur. Hęc ille. AVCT. Vere ergo necesse est te cōfringi, q̄ tot sanctos tam audacter arietas, & ecclesie auctoritatē oppugnās, & nosce contra quid feceris: quia spreuisti sponsam sponso non placuisti, nec potuisti colligere cū Christo dū in sanctis dispisti oues gregis, & hoc ipso cognosce q̄ pastorē percussis. Quid dicis te velle sequi Christū oīm sanctorū eius cōsuetudine prætermissa? sanctus Psalmista hoc noluit: bene em̄ de Christo recoluit & scripturā eius cū diceret, Deus deorum dominus locutus est, sed & sanctorum consuetudinē prætermittere nō cōsuevit cum statim subiunxit, Congregate illi sanctos eius qui ordinant testamenta ei⁹ sup̄ sacrificia. Et vere ordināt testamentū eius exponentes & exprimentes omne q̄ latet addentes, quod decet viuo sermone promentes, quod Christus & apostoli non nisi verbaliter tradiderunt, & per successores suos transfundentes in filios. Aut quis iā doceret nos quod sanctus Paulus non per epistolam, sed per sermonem commēdauit obseruandum fidelibus? State inquis fratres & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam vestrā secunde Thessalonice. ii. Certe has traditiones apostolicas non poterimus assequi, si o

mnia sanctorum citra Christum consuetudinē prætermittimus, cum Viteleff Idcirco diuina scriptura, Interroga inquit patrem & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi, Maiores enim nostri obseruantias, traditiones apostolicas secundum quas instituerunt ecclesias sedulo perquiretes scriptis verbis & gestis posteris commēdabāt, quemadmodum refert senior pater Hyreneus, quem supradixit Augustinus vicinum fuisse apostolis libro suo tertio cōtra hæreses, prout recitat Eusebius libro tertio ecclesiasticę historię cap. xiii. HYRENEVS. Polycarpus inquit qui non solum ab apostolis eruditus est: neq̄ solum conuersatus est cum iis qui dominum viderāt, sed ab ipsis apostolis ordinat⁹ Smyrneorum episcopus quem nos quoq̄ in prima nostra etate vidimus, & infra. Docebat semper ea quæ ab apostolis ipse didicerat, & hæc ecclesie tradebat quæ sola vera dicenda sunt: & sequitur. Qui etiam sub Aniceto Romam perrexit, & multos ex supradictis hæreticis ad ecclesiam dei conuertit: hanc solum prædicans tenendam esse veritatem quam ipse sciret se ab apostolis suscepisse quam & tradebat ecclesie. Hęc Hyreneus. AVCTOR. Vbi etiam non transfundendum puto q̄ antiquus pater Hyreneus notare non negligit auctoritatem papę Romani tunc temporis Aniceti, cui subiecit Polycarpum ab ipsis apostolis institutum episcopum Smyrneorum. Hoc vnum ergo colligamus ex omnibus q̄ in definitionib⁹ fidei via tutissima est adire scripturas canonicas per itinera sanctorum patrum, & concors testimonium catholicę discipline. Et vt hoc probemus, a primis noster Salomon scriba quidā regni celestis sapientiā diuinā, quā in ecclesiaste p̄posuit sanctorum sapientum auctoritate firmavit, verba inquiens sapientum, vt stimuli, Ecclesiastes vltimo. Vbi in comentario HENRYMVS. Ne videretur post legem domini temerarius subito præceptor erūpere, & sibi vindicare doctrinam, quam Moses non tam sua sponte quam deo itascere: primum dehinc inspirante suscepit, dicit verba sua verba esse sapientum quæ in similitudinem stimulorum corrigant delinquentes & pigros mortalium gressus aculeo pungente commoueant: sicque sint firma quasi clauis in altum solidumque defixi: nec auctoritate vni⁹, sed

consilio & auctoritate omnium magistrorum proferant: & ne contemneret humana sapientia, ait eam ab vno pastore concessam: nam licet plurimi doceant: tamen doctrinam vni est auctoritas. Et infra exceptis his verbis quae ab vno pastore sunt data, & cum consilio atque sensu probata sapientium nihil tibi videres, maiorum sequere vestigia, ab eorum auctoritate non discrepes. Alioquin multa querenti infinitas librorum occurrit quae te pertrahant ad errorem & legentem frustra faciunt laborare. Hac Hieron. AVCTOR. Sub hac forma definitiuit idem Hieron. de Melchisedech difficultate ambigua in epistola ad Eugenium presbyterum de eodem. HIERON. Reuolui veterum libros ut viderem quid singuli dicerent & tibi quasi de multorum consilio responderem. Sequitur, verti me ad Hippolytum, Hyrenum, Eusebium Caesariensem & Euenum, Apollinarium quoque nostrum, & Eustachium qui prius Antiochenus ecclesiae episcopus fuit: & contra Arrium clarissima tuba bellicum cecinit, & deprehendi horum omnium opiniones diuersis argumentationibus ac diuerticulis ad vnum consensum peruenisse: ut dicerent Melchisedech hominem fuisse Chananeum regem vrbis Hierosolymae quae primam Salem, postea Iebus ad extremum Hierosalem appellata sit. Et tandem versus finem habes quae audierim, quae legitur de Melchisedech, meum fuit recitare testes, tuum est de fide testium iudicare. Quod si omnes refelleris, tuum certe illum spiritualem interpretem non recipies, qui imperitus sermone & scientia tanto supercilio & auctoritate Melchisedech spiritum sanctum pronunciauit, ut illud verissimum comprobaret quod apud Graecos canitur, Imperia confidentia, eruditio timore creat. Haec Hieronymus. AVCTOR. Sic sensisse video Augustinum libelli contra Manicheos. AVGVST. Palam inquit est quod in re dubia ad fidem valeat auctoritas ecclesiae catholicae quae ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibi inter episcoporum serie & tot populorum consensione firmatur. Haec ille. AVCTOR. Et libro tertio de tabernaculo docens quod nomina patriarcharum fuerunt in super humerali gerenda. BEDA. Pontifex inquit in super humerali nomina gestat patriarcharum, cum doctor siue presul ecclesiae in omnibus quae agit, patrum praecedentium facta considerat, atque ad eorum imitationem vitam dirigere, & onus euangelii

perfectiois perferre satagit. Sequitur, habetque sacerdos in humeris lapides preciosos & in eis nomina patrum inscripta cum & ipse claritate bonorum operum cunctis admirandus extiterit, & eandem claritatem non a se nouiter inuentam, sed antiqua sibi sanctorum patrum auctoritate traditam esse docuerit. Haec ille. AVCTOR. Vere enim ad omnes haereses compescendas, & omnes tractatus & definitiones terminandas in materia fidei sola via est in qua errare non contingit, concors patrum sententia ab ipsis apostolorum sedibus usque ad nostra tempora fideliter compilata. In hoc enim simile erit regnum caelorum, id est ecclesia catholica homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & vetera.

De auctoritate generalis concilii in ecclesia Christi.
CAPVT XXVI.



M Dhuc tamen ascendunt quidam patres gradum vnum in auctoritate ecclesiasticae scilicet, ponentes in vertice eius auctoritatem Romani presulis ex concilio generali, eo quod ipsa conuocatio synodi est tam conformis ecclesiae vniuersali, non tamen est vniuersalis ecclesia nec eius decretum, ut sit fides symbolica, sed ecclesiae catholicae imago propinquior, & de omnibus ecclesiis catholicis ex sacris antistitibus & Christi sacerdotibus, quantum in hac vita vno tempore & vno loco continere possunt simillima genitura, & ideo est vniuersalis ecclesiae in auctoritate multum consimilis quous secundum rei veritatem disparis ponderis. Sed & contra auctoritatem eius loquitur Vviticless in secunda parte sermonum, sermone xlv. VVIT. Conformiter autem dici debet de conciliis suis generalibus quae adeo solennis sunt. Non enim accipi debet vel credi concilium apostolorum, nisi de quanto creditur quod spiritus sanctus confirmauit eorum sententiam, sed cum multi concordantes ad modernum concilium sunt, ut plurimum apostatae stolidi & ignari, blasphema foret lex vel regula quae diceret quod generaliter stant est, & credendum iudicio maioris partis. Haec ille. AVCTOR. Huic autem haereticae temeritati non timet ecclesia duo vestrum vel tres congregati fuerint

in nomine meo ibi sum in medio eorum, quoniam in congregatione illa sancta assistit spiritus sanctus qui Christo nusquam deest. Ipse enim ut dicitur testimonium perhibebit de me. Sed etiam huic sacro concilio, sicut & concilio Christi in coena discipuli omnes non absunt sua quarentes, vel ad commoedum vel ad libitum voluntatis inuidiae suae lepra & ire flamma alios commouentes, & aliquo proprio consilio suo voraces ignes scandalorum accendunt, vbi non est dominus: aliqui in spiritu ferocitatis suae petras sanctorum nituntur conuertere, vbi nec dominus. Aliqui in spiritu commotionis volentes metere quod non serebant, & nec ibi dominus. & aliqui ad omnem aedificationem corporis, vbi in sibilo aurae tenuis, & vere ibi dominus & spiritus domini, nec spiritus sanctus istos illic sine respectu negligit, nec approbat illos malos: sunt proprii enim concilii homines non communis quos ideo dicit in sectos lepra Naaman, Beatus BERNARDVS. Lepra inquit proprii consilii eo perniciosior est quo magis occulta, & quanto ea quis magis abundat tanto sibi sanior esse videtur. Haec illorum est qui zelum dei habent sed non secundum scientiam sequentes errorem suum, & obstinati ut nullis velint consiliis acquiescere, hi sunt vnitatis diuisores, inimici pacis & charitatis expertes, vanitate tumentes, placetes sibi, & magni in oculis suis. Et quae maior superbia quam ut vnus homo toti congregationi iudicium suum praeferat, tanquam ipse solus habeat spiritum dei. Idolatriae scelus est nolle acquiescere, & quasi peccatum ariolandi. Eant nunc qui se faciunt religiosiores aliis: ecce arioli & idolatrae facti sunt, si non ei qui dixit hoc plus quam sibi iudicant esse credendum. Neque huic dissonat veritatis sermo, si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Haec ille, AVCTOR. O mi Vviticless fuge hinc aut Bernardus te percutiet quia tu vnus homo toti congregationi synodi maioris ecclesiae, iudicium tuum praefers quasi tu solus spiritum dei habeas cum ceteris quae sequuntur. Aut in quo calumnias concilium, VVIT. Quia inquit maior pars apostatarum talium de facili haereticis & destructioni ecclesiae consentiret. Ideo sicut religiosiarchae nostri ad Christum in constituendo suos ordines non possunt attingere, sic vocati apostolorum vicarii ratione suae conuersionis perueritiam aposto-

los ipsos in suis conciliis non possunt attingere. Ideo blasphema est regula. Quod si maior pars talium sententia cuiusque consenserit, tunc est vera, laudabilis atque tenenda. Sed quod eo magis omni catholico reuerenda peccauit scimus Ariminense concilium: peccauit & Nicenum concilium Thraciae. AVCTOR. Peccauit utique magnus exercitus angelorum, peccauit etiam in apostasia post acceptam fidem sacerdotum numerus apostolorum, nec tamen ideo angelorum reliquorum chorus sua felicitate, nec apostolorum conuentus ecclesiae principalitate regulariter certe nec concilium generale auctoritate sua priuat. Augustinus enim dicit lib. ad inquisitiones Ianuarii in principio. AVGVST. illa quae non sunt scripta, sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe seruantur, datur intelligi vel ab ipsis apostolis vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesiis saluberrima auctoritas commendata & statuta retinere. Haec August. AVCTOR. Ecce Augustinus dicit auctoritatem plenariam conciliorum in ecclesiis esse saluberrimam, per quam commendata & statuta tenentur, ergo tunc sententia ex auctoritate proueniens est vera, laudabilis & tenenda: haec ergo sequela cur dicit esse blasphemam? VVIT. Respondet tibi quia si gloriatur semper credendum esse maiori parti collegii habenti maioritatem rationis: reuera ita tenendum esset cum persona vnica omnibus aliis contradicentibus: immo cum graculo vel quocumque laico extra illos. Multum namque corrupti communiter sese inuicem ex consensu: nec est plus articulus fidei quam non erent in consilio quod in vita. Haec Vviticless ibi in fine & sermone sequente concludit dicens, Apostoli congregati eum consulere fuerunt ab eodem spiritu ducti ad consulendum, & ab eodem spiritu concorditer informati. Non queramus ergo superflue concilium qualiter facere debeamus cum verbis dei quod est scriptura sacra, & impulsus spiritus in recte viuentibus satis doceat. Haec ille. AVCTOR. O infelix, o seducte, quod te docuit argumentum! Apostoli Christi fuerunt instinctu spiritus sancti ducti consulere, non ergo quam nos superflue tale concilium, sed scripturam sacram. Alias dicitis, Christus pauper erat & sine dote, ergo ita facere deberemus, nos Christus orauit, sub deo seu caelo, ergo nos, Christus continue praedicauit, ergo & nos & tamen non sine ductu spiritus sancti, cur ergo iam utasti velis opposito modo arguens, apostoli fuerunt ducti

ad consulendū instinctu spiritus sancti, nō ergo hoc q̄ramus & nos, si tibi apostoli in auctoritate fuissent, oppositū cōclusisses dixisses; ergo queramus nos tale cōsiliū, nō sup̄flū iudicātes, ibiq̄ discam⁹ qd scriptura docet, q̄ impulsus sp̄s in plurib⁹ est in certis dicēte Cristo ad apostolos, Nescitis cui⁹ sp̄s estis: pr̄io vt Orig. dicit sup̄ Ezechielē ex trāslatiōe Hieron. Homil. iiii. sup̄ hūc textū, Ve his q̄ pphetāt de corde suo, q̄ ambulant post spiritū suū. ORIGEN. Duo inq̄ peccata sunt, vni⁹ cordis, aliud sp̄s. Sequit̄ & quō sanctus orat: spiritū orat & sensu: psallit spiritū, psallit & sensu. sic est, qui est ppheta falsus de corde p̄prio pphetat & ambulat, nō post sp̄m dei, sed post spiritū suū. Est quippe quidē spiritus hoīs q̄ versatur in eo post quē procul absit vt ego ambulē: sed intelligēs sp̄m sanctū dei post domīnū meū Iesum ambulo. Itaq̄ prophete q̄ pphetāt de corde suo & ambulāt post spiritū non tam dei q̄ suū oīno nō vidēt. Hęc ille, AVCT. Ecce impulsus spirit⁹ tuī post quē absit vt ambulē, sed forti⁹ mouet in dicitis tuis cernam⁹. VVIT. Tales inq̄s multī cōcurrētes ad modernū cōciliū sunt, vt plurimū apostate, stolidi & ignari: dirū & turpe apostolorū vocabulū, sed qd in⁹ nō ergo credēdū est inq̄ iudicio maioris ptis, AVCT. Aut malignaris tua sp̄s, aut erras ignar⁹ forte nō interfueris synodo generali. Paulorum dico tibi & grauiū ac peritorū est inuenire qd̄ proderit: multorū est consentire vt robor habeat res inuenta. Probem⁹ hoc in apostolis. Petrus apostolus p̄dicauit Romanis primit⁹ fidē Christi, vt aūt augeat auctoritas ei⁹, accessit Apostolus Paulus per epistolā suam designans q̄ desideraret ad eos venire ad cōfirmādos illos. Sup̄ quo loco HIERON. in annotat. suis. Romanos inq̄ Petri p̄dicatione fidē tenentes, cōfirmare se velle Paulus dicit: nō quo minus accepissent a Petro, sed vt duobus apostolis testantibus atq̄ doctoribus corū roboraretur fides. Hęc ille. AVCTOR. Crescit ergo sitq̄ maioris auctoritatis ex minorum accessu, & quid mirum, ergo si papæ crescat auctoritas ex accessu omnium ecclesiæ patrum in concilio generali, si roborabatur fides sancti Petri ex cōsortio vnici sancti Pauli: & nihilominus tamē auctoritas maioris non crescit in se, quo ad suam substantiā, sed in acceptatiōe credentiū auditorū: & idcirco caute dixit

Hieronymus non quo minus accepissent a Petro, sed vt duobus apostolis testantibus eorum roboraretur fides. Ob hanc itē causam Paulus qui primū per seipsum Galatas conuertit ad fidem, & post ad discessum suū comperit eos per falsos prophetas reuersuros ad legem, tandem scribens eis epistolam in robur & testimonium fidei oēs fratres qui secum erant vocauit in testes. Paulus inquit apostolus non ab hominibus neq̄ per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem qui suscitauit eum a mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres ecclesiis Galatiæ gratia vobis & pax. Super quē locū in annotationibus suis HIERON. Ne inquit solus indignē ferre putaretur suam conculcari doctrinam, Apostolus ob iurgatur⁹ Galatas propter conuersationē eorū: non tantum ex sua persona scribit ad eos, sed ex omnium fratrum qui in consortio secum erant, quos in epistola ad Corinth. apostolos vocat dicens, Siue fratres nostri apostoli ecclesiarum gloriæ Christi. Hęc ille. Et idem pater HIERON. tractās eundem locum in commentario. In aliis inquit epistolis Sophenes & Syllanus interdum etiam Timotheus in exordio p̄ponitur in hac tātum q̄ necessaria erat auctoritas plurimorum omnium fratrum nomen assumitur, qui & ipsi forsitan ex circūcissione erant, & a Galatis non contēptū ducebant, plurimū quidem facit ad populum corrigendū multorū in vna re sententia atq̄ concursus. Hęc ille. Et ORIGEN. sup̄ epist. Pauli ad Rom. lib. xi. tractans illud cap. xv. Deus autem patientiæ det vobis idipsum sapere &c. Paulus inquit in quibusdam epistolis aliorum vocabula secum iungit & dicit, Paulus & Sophenes frateri & alibi, Paulus & Syllanus & Timotheus puto non inaniter factum, sed per hoc ostēdit quia duobus vel tribus in vno positus, spiritus sanctus vnum de eis sensum, atq̄ vnum eliciuerit sermonem: vt qui ecclesias docere cupiebant vnum dicere, vnanimes omnes atq̄ vnum sapere demonstrarent: & vno ore honorificent deum & patrem domini nostri Iesu Christi, vnum namq̄ dicitur vbi vnus atq̄ idem per diuersorum orationis & sermo procedit. Hęc Origenes. AVCT. Ex his duę dantur causę conuocandi conciliū: primo ne putetur q̄ vnus solus deberet iuste indignari, si p̄ceptum iustitiæ conculceretur, sicut nec solus deus p̄-

peccantem offenditur, sed & omnes sancti eius cum eo. Secundo quia ad corrigendū populum plurimū valet auctoritas & consensus multorū in vna sententiā, & nēdum populum, sed clerum errantē vel dubium qualiter Augustinus dicit Cyprianū voluisse cedere cū pleno concilio suę puincię determinatiōi ḡralis concilii, nec se posse quicq̄ qd̄ non sit vniuersali auctoritate firmarum lib. ii. de baptismo contra Donatistas. AVGVST. Nec nos ipsi tale quid auderemus asserere, nisi vniuersali ecclesię concordissima auctoritate firmati, cui & ipse sine dubio cederēt, si iam illo tēpore quous modo huius veritas eliquata & declarata per plenarium concilium solidaretur: si em̄ Petrū laudat & p̄dicat ab vno posteriorē collega patienter cōcorditerq̄ correctum, quāto ipse citius cum cōcilio puincię suę vniuersi orbis auctoritati patefacta veritate cessisset? Hęc ille. AVCT. Nōis ergo superbit Vvitcleff si auctoritati generalis concilii non dignatus obedire resulter, cui Augustinus & Cyprian⁹ cum oī suo cōcilio patefacta veritate cessissent. Quomodo ergo p̄fert se noster Vvitcleff? quo super euolat sanctum Paulum qui nec vna causa nec alia dicit conuocandum cōciliū, sed ipsi videtur sufficiens iudicium proprium in scripturis cum impulsu spiritus hæretici. Sed & si satis docet impulsus vnus spiritus vnū singulariter quomodo vnus cōmunis oīm impulsus in generali concilio non satis docebit eundē. Sed vere magis optat nō idipsum sentire omnes, & vnumquāq̄ ambulare in prauitate cordis sui. Audi doctor diuisionis & nō pacis Ezechielē culpāre eos qui ambulant in voluntate cordis sui, vt supra deduxim⁹ & Salomonem cōcorditer prohibentē ne ambulet homo in anima sua, secundum translationem vero Symmachī ne ambulet, vt libet. vnde in commentario super Ecclesiasten tractans hunc textum vi. cap. Melior est aspectus oculorum super aspicientem ambulātem in anima, sed & hoc vanitas & p̄sumptio spirit⁹. HIERONYMVS, Symmach⁹ inq̄ dicit melius est p̄uidere q̄ ambulare. Melius est iuxta sensū cuncta agere, q̄ aia est ocul⁹, q̄ voluntatē cordis sequi, vt libet, hoc est em̄ ambulare in aia, sicut Ezechiel ait, qui ambulat in voluntate cordis sui. Hęc ille, AVCT. Est ergo vanitas & p̄sum-

ptio sp̄s fecidū Salomonē sequi voluntatē cordis & impulsū incerti spiritus qd̄ tu doces: & o deus si verbum dei factum Abraham cū impulsu sp̄s satis docuit Abraham qd̄ filiū immolaret, cur tu ipse iussisti dñe, ne faceret, ne & pulsui spirit⁹ obediret, aut nō erat ille recte viuēs cū dicat, credidit Abraham deo, & reputatū est ei ad iustitiā. Et Ioseph cū esset iustus, voluit occulte dimittere virginē: ac ne peccaret iniust⁹ impedit⁹, est ab angelo sequi impulsus spirit⁹: & Paulus secundū iussū Christi. Ite docete oēs gentes, & impulsu proprii spiritus voluit ire in Asiā ad p̄dicandum verbum dei, & venit spiritus sanctus. Et iterū in Bithyniam, & non permisit spiritus Iesu Act. xvi. Sed in hoc scire dedit Vvitcleff, quantā apud eum fuit precii impulsus spirit⁹ proprii quantaq̄ vilitatis decretum concors concilii qui se ex suo pulsu sufficienter dixit edoctum ex impulsu omnī superfluum prouenire consilium.

De vtilitate generalis concilii.
CAP. XXVII.

Sicut vbi habitat: vbi certe sedes est Sathanæ. Post tēpora namq̄ apostolorū si de iam nunciata per orbē, cœpit Christianorum persecutio ingrassari, dum nō poterāt ecclesiæ patres vno cōsensu suo hęc reses quę tunc licet intrabāt, extinguerent, vsq̄ ad tempora principis Constantinī. Tunc ergo coactis conciliis tot suffocarat communi auctoritate ecclesiæ immanes hęc reses quot concilia celebrabant. Ex hoc tēmet sibi Vvitcleff ne ibi simul totus occubaret, vbi omnium gentium & finium terre fulget auctoritas. De hac re dicit vi. libro Etymologiarum cap. viii. ISIDOR. Canones generalium conciliorum a temporibus Constantinī cœperunt. In p̄cedentibus namq̄ annis persecutione seruente docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde christianitas in diuersas hæreses scissa est, quia non erat licentia episcopis in vnum conuenire, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Hoc etiam sancti patres in concilio Niceno de omni orbe terrarum conuenientes

iuxta fidem euangelicam & apostolicam post apostolos symbolum tradiderunt. Hæc Isidorus. AVCTOR. Vbi consequenter docet damnationem in eadē synodo hæresis Arrianae. Postea in synodo Cōstantinopolitana hæresis Macēdonianæ: tertia in synodo Ephesina hæresis Nestorianæ: quarta in synodo Chalcedonēsi subuersionē hæresis Euticianæ. Et tandē subdit ISIDO, Sed & si qua sunt cōcilia quæ sancti patres spū dei pleni sanxerunt post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore. Hæc Isidorus. AVCTOR. Non ergo dubitat ecclesia sancta dei toties assistere sibi spiritum sanctum, quoties congregati fuerint auctoritate plenaria in nomine Christi ad fidei dubium resoluendū, & quo spiritu nisi diuino dictarent inter quos sine deo locum nullum habet humana industria, P^o Ambrosius ita dixit hæresim Arrianam in concilio Niceno non humana sentētia, sed diuina damnata, lib. de patre & filio primo cap. viii. AMBROSIVS. Accepisti sancte imperator eos qui talia asserunt iure esse damnatos, non humana industria, non compositione aliqua, sed cccxviii. epī ad concilium conuenerunt. Sed vt in numero eorum per signum suæ passionis & noī dominus Iesus suo probaret adesse cōcilio, crux in ccc. Iesu nomē in xviii. est sacerdotibus: hoc & in Ariminensi cōcilio habuit prima confessio, & post Ariminense concilium secunda correctio, epistola ad imperatorem Constantiū missa testatur, correctionē secuta concilia consent. Hæc ille. Et lib. vi. de baptismo cōtra Donatistas AVGVSTINVS. Eugenius inquit ab eminedera dixit. Ego hoc idem sentio hereticos baptizados esse. Aug. Respondet huic: sed hoc non censet ecclesia cui deus plenario iam consilio reuelauit, quod tunc adhuc aliter quidē sapiebatis, & quia in vobis charitas salua erat, in vnitatem permanebatis. Hæc ille. AVCTOR. Ita ergo plenariis conciliis ecclesiae, si tamen maneant incorrupta, spiritus sanctus adest & definit de fide: & cur non etiam debet conuocari concilium ad causas ecclesiae pertractandas, vt vna sit ecclesie politia, sicut est vna fides & vnum baptisma, vnde & Cathaginenſi concilio tertio interfuit beatus Augustinus & subſcripsit se Cap. ii. CONCILIVM Carthaginense. Similiter placuit vt propter causas ecclesiasticas quæ ad perniciem plebium

sæpe veterascunt, singulis quibusq; annis conuocetur, ad quod omnes prouinciæ quæ primas sedes habent de cōciliis suis binos aut quantos elegerint episcopos legatos mitrant, vt & minus iniuriosi, minusq; hoſpitiū sumptuosi existat, & cōgregato cōuentu plena possit esse auctoritas. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quod multorum sanctorum concursus in conciliis præstat plenitudinē auctoritatis. Sed infert hic Guilielmus difficultatē suam didascalos nostri Vvitleff de membris huius concilii. An omnes laici vocandi non sint, vocandos enim eos ad iudicandum, eo quod omnium nostrum causa fidei est communis. Sed si sequendum puremus in hac re formam apostolicam ipsos non legimus ad concilia sua laicos cōuocasse. Sic enim habet textus Act. xv. Conuenerunt apostoli & seniores videre de verbo hoc, ac ne vis fiat in verbo. Seniores ipsi sunt presbyteri, sic enim scriptura præmittit ibidē statuerunt vt ascenderent, Paulus & Barnabas, & quidam alii ex aliis ad apostolos & presbyteros in Hierusalē super hac quaestione. Simulq; & presbyter senior dicitur ad etymologiam vocabuli. Et quis silenter transire potuisset conuentum sanctorum simplicium: non autē eminentium personarum de quibus erat Nicodemus princeps Iudeorum, Cornelius centurio, cuius religio nem scriptura commendat, & ceteri tales. Beatus quoque Paulus conuocauit in Miletum omnes presbyteros Ephesi Act. xx. quos etiam ipse ibi reuerendo nomine appellauit episcopos. Vnde super hoc loco vocauit maiores natu ecclesiae in expositio ne super actus apostolorum BEDA. Pro maioribus inquit natu Græcus presbyteros habet, & ibi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos. Dixerat inquit supra presbyteros Ephesi Mileti vocatos, quos nunc episcopos, id est superni spectores nominat. Non enim vna ciuitas plures episcopos habere potuit, sed eosdem presbyteros vt vere sacerdotes sub nomine episcoporum significet. Hæc ille. AVCTOR. Superiori ergo magno apostolorum cōcilio, quod veram formam expressit concilii generalis, & isti iam Mileteni quod formam reor habuisse prouincialis concilii solos apostolos & presbyteros legimus esse collectos. Non nego tamen posse vocari laicos potentes vel simplices, si sic expedire negotio videatur ecclesiae. Iam locum tamen suū habeat,

vt soluiatur contumelia illa Vvitleff, contra auctoritatem sacri concilii. VVITCLEFF, Blasphema, inquit hæresis foret, quod si maior pars talium sententiæ: cuiusq; consenserit, tunc est verax & facit argumenta. In de veritate & mendacio capitulo decimosexto, quod communitati vel multitudini non sit credendum quia stultorum infinitus est numerus, & sic fuisse superatus Helias cum certasset contra quadringētos sacerdotes Baal, tertio Regum & Christus a multitudine fuerat lapidandus Ioannis quarto. AVCTOR. His breuiter respondendum quod est multitudo onerosa quam scriptura contemnit, sed multitudi dīni sanctorum semper applaudit, & in ipsa semper maior numerus auctoritatem accumulatur veritatis inuenit forsan a paucis. Ecce in prædicto concilio Apostolorum. Act. decimo quinto. solus Petrus, & tandem Iacobus sententiam Petri confirmans articulum ibi definitum dictabant, sed tandem quia cetera multitudo præbebat consensum, ideo auctoritate plenaria totius cōcilii scriptum est nomine omnium, apostoli & seniores fratres his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus salutem. Sic etiam contra Iulianum hæreticum dicentem honorandam esse paucitatem peritorum, satisfecit lib. ii. cap. xx. AVGVSTINVS. Dicit inquit in causa iudicandi amoto strepitu turbamur de omni ordine conuersationis hominū vel sacerdotum, seu administrantium siue priuatum ad discussionem talium rerum. non solum nomina, sed eligendam esse prudentiam & honorandam esse paucitatem quæ ratio eruditio, libertasq; sublimat. Ita vero est vt dicis: sed nec ego te vilius multitudinis numerositate perturbō, quæ propitio deo, de hac fide cui contradicatis, catholica sanum sapit esse multitudinem. Hæc Augustinus. AVCTOR. Non ergo abiicienda est auctoritas multitudinis quæ paucorum sit ipsam primum iudicium & inuentio veritatis, & quare non esset sequenda pluralitas in credendis & gerendis ex fide sicut in acceptandis libris scripturæ canonicæ. AVGVST. enim figens ecclesiasticam regulam. primo de doctrina Christiana cap. viii. de per. Tenebit inquit habes modum in scripturis canonicis vt eas qui ab omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis præponat eis quas quidam non accipiunt. In eis vero qui non accipiuntur ab omnibus postponat eas quas pauciores minorisq; auctoritatis ecclesiae tenent. Si autē alias inuenit a pluribus alias

a grauioribus haberi quam hoc inuenire non possit æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. Hæc ille. AVCTOR. Auctoritas ergo multitudinis non erit parui momenti, immo Augustinus dicit antiquos patres fluxisse in fide quousque totius orbis concilio firmarentur libro primo de baptismo contra Donatistas, AVGVSTINVS. Iam ne videat humanis argumentis id agere, quoniam quomodocumque huius obscuritas prioribus ecclesie temporibus ante schisma Donati magnos viros & magna charitate præditos patres episcopos, ita inter se compulit salua pace disceptare atq; fluctuare vt diu in quibusque suis regionibus diuersa statuta mutauerint donec plenario totius orbis cōcilio quod saluberrime sentiebatur etiam remotis dubitationibus firmaretur. Hæc ille. AVCTOR. Hic non solum habes quantum prodest vox multorum, sed & quod vox pauciorum & confessio, vniuersalis totius orbis professioni succubuit & sententia eius firmabatur. Iam vt ad definitionem ecclesie catholice redeamus, videtis sequendam esse in ecclesia catholica gradatam auctoritatem multiplicem doctorum, scilicet catholicorum omnium: antistitum sanctorum magis, ecclesiarum apostolicarum potius, & ex eis amplius Romanæ ecclesie: & absidantius his omnibus auctoritatem concilii generalis: nec tamen alicui iam dicte ita obediendum censeo, & tam prona fide sicut primæ fidei scripture vel ecclesie Christi symbolice: sed sicut institutionibus seniorum & monitioni patenæ. Obediatur dico sine scrupulis quaestionum cum omni modestia mentis & reuerentia corporis cum acceptatione & fiducia in verbis docentis: nisi quatenus aliquid doceat is qui docet quod iam iuste proseripsit superioris auctoritas, cui tamen tunc pius ecclesie filius non perperam insulit, sed ab eo reuerentialiter quod pudore percussus abscedit, ibi enim requiritur vt sit fidelis copiosior vbi subest auctoritas grauior. Augustinus hos gradus laudat & docet lib. secundo de baptismo contra Donatistas, AVGVSTINVS. Quis inquit nesciat sanctam scripturam catholicam, tam veteris quam noui testamenti certis suis terminis contineri: eamq; omnibus posteriorum episcoporum literis, ita præponi vt de illa omnino dubitari aut disceptari non possit, vtrum verum vel vtrum rectum sit quicquid in ea scriptum esse constiterit. Episcoporum autem literas quæ post confirmatum canonem, vel scriptas

sunt, vel scribentur & per sermonem forte sapientiore cuiuslibet in ea re peritioris & per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem doctorumque prudentiam, & per concilia licere reprehendi si quid in eis forte a veritate deuiat est, & ipsa concilia quae per singulas regiones vel prouincias fiunt plenariorum conciliorum auctoritati quae fiunt ex vniuerso orbe Christiano sine vllis ambagibus credere. Ipsaque plenaria saepe priora posterioribus emendari cum aliquo experimento, verum aperitur quod clausum erat & cognoscitur quod iacebat sine vlllo typo sacrilege superbia, sine vlla inflata ceruice arrogantiae sine vlla contentione liuidae inuidiae cum sancta humilitate cum pace catholica, cum charitate Christiana, Hec ille. AVCTOR. Vbi ex omnibus liquet auctoritas generalis concilii, quia illi cedunt cuncta scripta pontificum & doctorum, & reformari per ipsum debent concilia minora regnorum, immo & priora quibus plenaria. Tanti ergo valet auctoritas ecclesiae iam praesentis vt singulis in ea ordinate iubentibus obediri debet a subiectis plus vel minus secundum superius & inferius sub poena contumaciae. Tanti insuper est auctoritas scripturarum: tanti post ea auctoritas vnus catholicae & apostolicae ecclesiae, definitio, s. sanctorum patrum documentum concors ab apostolorum temporibus vsque ad haec tempora nostra vt ipsis obtemperare oporteat sub poena perfidiae. Sub quarum ideo auctoritate magnus pater CYRILLVS in epistola synodica Ephesini concilii Nestorium oneravit dicens. Haec sapere sumus edocti a sanctis apostolis & euangelistis, & ab omni scriptura diuinitus inspirata, necnon & a beatis patrum confessionibus veritate subnixis: his omnibus & tuam religionem concordare, & praeter aliquem dolorem consentire iam conuenit. Hec ille. AVCTOR. Sed nec volo moueri fideles per impias suadelas VVICLEF, quas congregat in vnum zizaniorum fasciculum comburendum loco praedicto dicens. VVICLEF. Non ideo esse in auctoritate concilium quia multi ibi in vna fide contra fidem conueniunt. itaque dicit. Astiterunt reges terrae, & principes conueniunt in vnum aduersus Christum eius, & sic fuisse superatus Helias stans contra quadringentos, & stultorum non est numerus. Sed sciat raro multos conuenire fideles nisi in Christo conueniant, & idcirco Paulus hoc modo benedixit Romanos tanquam benedictione potissima cum diceret. Deus autem

pacis det vobis idipsum sapere in alterutrum &c. ad Romanos decimoquinto. AVCTOR. Super quod ibi libro vltimo. ORIGEN. In hoc inquit Paulus patriarcharum more & prophetarum, quorum benedictiones scriptae referuntur benedictiones tribuit Romanis eis dari a deo vt idipsum sapiant in alterutrum. Grandis est ista benedictio vt vnum sapiant omnes atque vnum sentiant, & sicut sibi ita vnusquisque velit proximo suo. Vis autem scire quantum valeat vnanimitatis gratia. Saluator in euangelis pronunciat, quia vbi duo vel tres in vniuersum consenserint de omni re quaecumque petierint a deo fiet eis. Et iterum de semetipso dicit. Quia vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, hoc est in vnum atque idem sentientes in nomine Christi, ibi inquit ero in medio eorum. Vis & aliud accipere exemplum quomodo vnum sentientibus Christus medius fiat. Vide in Act. Apostolorum quomodo post ascensionem domini. Cum eleuassent inquit vndecim apostoli cum aliis vocem, & vnanimiter orarent motus est locus in quo stabant & praesentia sancti spiritus meruerunt. Vt autem adhuc quantam vnanimitatis virtus, & quanta gratia clarius fiat non puto absurdum videri si ea quae nobis etiam in veteri testamento a patribus rationabiliter tradita sunt, his scilicet qui ex Hebraeis ad Christi fidem venerunt in medium proferamus. Aiebant ergo in illos filios Chore quorum nomina inuenimus in Exodo id est Afir, qui interpretatur eruditio & Helkan qui in nostra lingua dicitur possessio dei & Abisa qui in latino sermone indicat congregationem patris, cum pater eorum Chore peccasset vna cum Darhan & Abiron & omnibus qui consenserunt eis, & diuina vocationis in eos pararetur excidium, illos segregasse se a coetu nefario & ab impia conspiratione sequestratos vnanimiter ad deum precem poenitentiae profundisse, atque exauditos a deo non solum veniam poenae sed & prophetiae gratiam meruisse. Sequitur hoc autem protulimus vt quanta sit vnanimitatis virtus, & vnum sentire atque vnum inuicem sapere magnificentius nosceremus. Hec Origenes. AVCTOR. Ecce quanta sit vnanimitas sapientia magnus pater Origenes non auctoritate sua, sed canonica fide probauit. Non ergo parvipendendum est quod verum esse catholicum & orthodoxum catholicorum doctorum vnanimis multitudine concludit, quibus forsitan non omnes sibi spira-

ritu dei aguntur. Sed & ipsa vnanimitas virtus grandis est quibus interdum culpa ab uterum proficit in scandalum & ruina. Sed si propterea non sit pulchra de se, nec erit oculis tuis pulcher quem iubet dominus erui, & a te pocius se aliquatenus scandalizet. Sed ne fideles remaneant dubii vtri magis credendum sit inter fideles an multitudini sanctorum & doctorum an vni nouello contra omnes sciant & credant firmiter veritatem catholicam quae est Christus deseruisse frequenter talem vnum singulariter sentientem sicut vnum Arrium, vnum & nouum Sabelium, vnum Manicheum, vnum Amorem, quemlibet in sua via contra multitudinem sentientem. Nunquam abest nec aberit a multitudine stans cum vno Hismaelita iactante se solum spiritum dei habere, cuius manus contra omnes & manus omnium contra eum, contra totam ecclesiam: qualiter Vviclef, dicit Hismaelitem tenendum esse cum vno, omnibus aliis contradicentibus: quia nulli vnquam apostolorum nulliue singulariter fidelium, volebat Christus dicere quod multitudini ecclesiae pluraliter dixit. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Nihil dicit ergo tecum sum. Hoc enim si diceret, posset: nosse Vviclef, leuare caput & dicere mecum est veritas. Si autem voluerit dicere Vviclef, nobiscum est veritas, ostendat pluralitatem illam secum docentium, vt sic qui ab illo didicerunt discipuli excludantur. Multitudini ergo credentium est potius adhaerendum quae cum claruerit est in Christi nomine congregetur ab eius decreto vnanimi non nisi cum periculo declinatur. Ideo vbi supra consequenter subiungit ORIGENES. Bene autem Apostolus vbi ait idipsum sapere in alterutrum addidit secundum Iesum Christum. Posset enim fieri vt in malitia aliqui, vnanimiter consentirent & vnum saperent in peius. Ob hoc ergo addit secundum Iesum Christum. Qui autem secundum Iesum Christum sapit sine dubio omne quod bonum est sapit. Hec ille.

SEQVITVR ARTICVLVS TER-
tius de membris ecclesiae Iesu Christi
sicut secundum professiones
suas & officia seriatim.

De membris ecclesiae symbolicae.
Cap. XXVIII.
AVCTOR.



DE suppositis huius ecclesiae & quae sint vera membra iam restat vltima difficultas dixit enim supra vt allegatum est in libro de dotatione capitulo secundo. VVICLEF. Cum credere debemus ecclesiam sanctam catholicam tanquam fidem, & iterum credere debemus quod quodlibet membrum istius ecclesiae sit praedestinatum ad gloriam. Si credere debemus quod iste papa vel episcopus sit membrum ecclesiae: credere debemus quod repugnat eum in peccati finalis impenitentiae cadere. Hec Vviclef. AVCTOR. Adhuc tibi deest vnum iota ad fasciculum illius glomerati assumpti addendum, id est si credere debemus dogma Vvicleuisticum de ecclesiae symbolicae membris, & de absoluta necessitate futurorum euentuum esse verum, alioquin nouerunt omnes logici catholici consequentiam tuam non habere processum. Sed vnde probas ecclesiae Christi symbolicae quodlibet membrum esse praedestinatum ad gloriam? Ibi stabat Ioannes. Putat enim probatum esse quod dixit ne ideo displicet, sed quia ex assumpto pessimo tor elicit periculosa & omni Christiano dolenda seminaria malorum. Audacter enim iudicat de reprobis & electis & quasi digno demonstraret, de papa, de episcopis, de singulis qui suae sectae non profunt aut infert certam praescientiam, aut si parcat sola praue conditionis nota talem vel talem affirmat esse diabolum incarnatum, & quid sequitur amplius? non potest esse verus episcopus, neque verum caput ecclesiae si non sit verum membrum. Docere ergo te oportet inquit hunc esse praedestinatum antequam doceas hunc esse episcopum & potestatem gerere clauium: de temerario enim iudicio eius legi potest, secunda parte sermonum, sermone. VVICLEF. Non dubium inquit quin succedens ecclesia sit debiliior quam praecedens: debiliior dico scientia & virtute in tantum quod Christus caput ecclesiae potest dicere pertinenter factus sum, sicut vir qui colligit racemos. Olim enim fuit militans ecclesia, tam spissim collecta de numero praedestinatorum quod paucos zizanicos reperires commixtos ac si quis vindemiarum frumentum post seminationem, & per culturam diligentem maturatum. Sed post illos inceserunt superstities

rarenter ponibiles, ita q̄ multos viantes respici-
ceres anteq̄ vnum prædestinatum, vel mem-
brum ecclesiæ reperires. Ac si quis post au-
timum granum crescens hic vnum & hic
aliud sparsum in campo reperiret ecclesiæ, sed
ex cæca stultitia viates cardones, & alias her-
bas nocivas acceptant tanq̄ stipites sanctæ
matris ecclesiæ cum de facto sint membra
diaboli eradicanda, & mittenda in ignem per-
petuum comburenda. Hæc Vyitcleff. AV-
CTOR. O præceptus iudicium, o ausum teme-
rarium: illuc prouocas humanum arbitrium
quo pater neminem citra filium permisit ac-
cedere; tu autem animose dicis olim fuit eccle-
lesia sic collecta de numero prædestinatorum,
quod paucos zizanicos reperires cõmixtos:
postea vix inter multos vnum prædestinatũ
vel membrum ecclesiæ reperires. Fateor im-
becillitatem meam nec vnum ab alio rite dis-
tinguerem & quomodo inuenirem quem me
inuenire nescirem nisi forsitan logicę tuæ vi-
res in non tibi subiectum extenderes dicens,
me inuenisse præcõditum & non inuenisse præ-
scitum. Sed absit hæc dementia a mēbris eccle-
siæ quę iubentur sapere ad sobrietatem &
altiora se non quærere: & quid humanæ ex-
ponis solertię de præcõditis quęrendis & repe-
riendis paucis aut pluribus nũc vel alias, quã
sollicitudinem reseruauit sibi secretam nul-
lique de angelicis spiritibus hæcenus deus
aperire dignatur. Hoc vnum credo nemini
vnquam creato iudicio fore concessum an-
te tempus extremi iudicii zizania ventilare
de tritico. CYPRIANVS in epistolis
epistola ad Maximinum circa medium. Cæte-
rum inquit fictilia vasa confringere soli do-
mino concessum est, cui & virga ferrea data
est. Esse maior non potest domino suo ser-
uus, nec quisq̄ sibi q̄ soli filio patri tribuit
vendicare: vt se putet aut ad aream ventila-
dam & purgandam paleam sustinere posse,
aut a frumento vniuersa zizania humano iu-
dicio segregare. Superba est ista obstinatio
& sacrilega præsumptio, quam sibi furor pra-
uus assumit: & dum dominium sibi super
quoddam plusq̄ mitis iustitia deposcit asu-
munt, de ecclesiâ pereunt. Er dum se insolens-
ter extollunt, ipso suo tumore cæcatis verita-
tis lumen amittunt. Hæc Cyprianus. AV-
CTOR. Timeat ergo omnis fidelis, rigeat
cutis eius, pulsent venę, pili horreant, cor-
dis omnis quatiatur arteria, ne de quocunq̄
que viante præsciencia, aut reprobationis
eius ferat in singulari expressam sententiam,

Sufficiat ergo ad tantum licere iudicium ad
quantum euangelicum dogma permittit de
his: & scilicet malis iudicare quæ bono ani-
mo nõ possunt expleri, qđ si de aliis iudica-
re nobis non licet, quæ ab interiori hominis
secreto pendent arbitrio, multo magis non
de his, quæ a sola pendente industria trini-
tatis. Superba valde præsumptio est inquit
Cyprianus quod quis se sustinere putet ad
aream ventilandam aut a frumento vniuer-
sa humano suo iudicio segregare zizania.
Quam aream ecclesiam Christi de qua est fide-
des, quæ zizania! omnem numerum dam-
nandorum. A quo frumento! a numero mem-
brorum ecclesiæ quæ soli sunt prædestinati.
Sic supra dicit Vyitcleff, multos viantes re-
spiceres antequam vnum prædestinatum vel
membrum ecclesiæ reperires. Et iterum
credere debemus, quod quodlibet mem-
brum istius ecclesiæ sit prædestinatum ad
gloriam. Sed quæramus a modo si sic anti-
cipauit deus finale iudicium, si iam sic euen-
tilauit ecclesiam suam catholicam. Quatum
per scripturas sacras me hæcenus instruxit
ecclesia, membra corporis Christi mystici &
ecclesiæ symbolicæ, sunt in triplici genere.
Omnia coniuncta ipsi Christi quædam con-
iunctiora & quædam consuetissima. Coniun-
cta sunt omnia quę iam Christum indue-
runt per baptismum & applicatum sibi Chri-
stum habent per communionem sacramen-
torum: de quibus dicit Apostolus. Quicunq̄
in Christo baptizati estis Christum indui-
stis. & præmisit: omnes filii dei estis. Sequi-
tur, omnes enim vos vnum estis in Christo
Iesu. ad Galatas tertio. Quibus autem lo-
quitur præmisit in principio capituli. O in-
sensati Galatæ quis vos fascinoauit non obe-
dire veritati! ante quorum oculos Chri-
stus IESVS proscriptus est, & in vobis cru-
cifixus. Et sequitur. Sic stulti estis, vt cum
spiritu cõperitis nunc carne consummamini!
hoc non erat dicere. O prædestinati o
deo dilecti, sed o insensati non obedientes
veritati qui spiritu incoepistis, & iam carne
consummamini. Caput vestrum Christum
crucifixistis: cuius vos cum estis membra,
quia qui in Christo baptizati estis Chri-
stum induistis, & per hoc filii dei & CHRI-
STI membra facti estis. Sic enim habet su-
per Psalmum ceterisim quantum de CHRI-
STO loquens. AVGVSTINVS in V. S. Fa-
ctus est inquit caput ecclesiæ, habet & cor-
pus mēbra quære membra ipsius. Modo ge-

munt per vniuersum orbem terrarum, tunc
larabuntur in fine. Sequitur & modo ergo
cantemus in spe omnes in vnum collecti.
Christum enim induci Christum sumus in ca-
pite nostro, quia vtriq̄ Abraham sumus semē,
Apostolus hæc dicit, quia dixit Christi sumus.
Ergo Abraham semen estis secundum promif-
sionem hæredes. Et infra, Et nobis dicit ergo
Abrahę semen estis. Manifestum quia ad
Christum pertinemus, & quia membra eius
& corpus eius sumus, cum capite nostro vnus
homo sumus. Hæc Augustinus. AVCTOR.
Ecce Augustinus dixit omnes ibi in vnum
collectos esse membra Christi, non tñ repu-
tatione, sed veritate: immo vt essent corpus
Christi: & q̄ Christus ipse hoc dixit manife-
stum esse. Manifestum inquit quia ad Chri-
stum pertinemus, nusq̄ dicit manifestũ: quia
prædestinati sumus: immo nihil secretius ni-
hil magis oportum: sed hoc manifestum quia
membra Christi sumus: & ad corpus eius qđ
est ecclesia pertinemus. Sic enim supra dixit
ecclesiam Christi manifestam quia Christus
in sole non sub modio posuit suum taberna-
culum. Sed vnde hoc manifestum q̄ membra
sumus, quia omnes inquit hic in vnum colle-
cta Christum induci sumus. Iã saluatur apo-
stolus cum dixit quicunq̄ in Christo bap-
tizati estis Christum induistis. Baptismus er-
go Christi vera membra facit si non tñ re-
putatiue, sed vere regenerat. Clamat hoc for-
titer sanctus Ioannes Constantinopolitanus
qui & Chrysostomus dicitur vt recitat eum
Augustinus libro primo contra Iulianum ca-
pitulo nono. Sanctus inquit Ioannes Constã-
rinopolitanus in ea Homilia quam de bap-
tizate habuit. CHRYSOSTOMVS. Beatus
inquit deus qui facit mirabilia solus, qui fe-
cit vniuersa & conuertit vniuersa. Ecce liber-
tatis serenitate perfruuntur qui tenebantur
pauloante captiui, & ciues ecclesiæ sunt qui
fuerunt in peregrinationis errore: & iustitiæ
in forte versantur qui fuerant in confusione
peccati. Non enim tñ sunt liberi, sed & san-
cti: non tñ sancti, sed & iusti: non solum iu-
stifid & filii: non solum filii sed & hæredes:
non solum hæredes, sed & fratres Christi: nõ
tñ fratres Christi, sed & cohæredes: non so-
lum cohæredes, sed & membra: non tñ mem-
bra, sed & templum: non tantum templum,
sed & organa spiritus. Vides quot sunt ba-
ptismatis largitates. Hęc ille. AVCTOR.
Propositio ista a Iuliano in disputationem de-
ducta, & ab Augustino ibi reputata pro san-

cta post tantos conflictus nihil potuit conti-
nere suspectum. Dicamus ergo omnes catho-
lici cum sancto Ioanne baptizatos in
ipso lauacro factos esse cæli ciues liberos, san-
ctos, iustos, filios, hæredes, fratres, cohære-
des, membra, templum sancti spiritus orga-
na: nõ tamen sunt istæ prædestinationis quã
tam certissime Ioannes non diceret, sed bap-
tizatis largitates: secundum hoc dicit idem
libro dialogorum tertio capitulo quarto, qđ
sacerdotes faciunt fideles vera membra Chri-
sti. CHRYSOSTOMVS. Isti inquit sunt
qui spiritali affectione parturiunt & genera-
tione baptismatis exequuntur, per ipsos Chri-
stum induimur per ipsos coniungimur dei
filio per ipsos membra beati illius capitis
efficimur. Hęc ille. AVCTOR. Ecce qđ per
sacerdotum ministerium efficimur Christi
membra. Et libro tertio super Prouerbia ex-
ponens hunc textum. Multę filię congrega-
uerunt diuitias tuas autem &c. BEDA. Multas
filias ecclesias dicit hæreticorum & malo-
rum turbas catholicorum, quę filię dicuntur
vel Christi vel ecclesiæ, quia etiam ipse sunt
dominici renatæ sacramentis, in adoptione
filiorum quam tum custodire perceperunt.
Hęc ille. AVCTOR. Et tamen non hoc
tñ est a baptismo & infusione laticis, sed &
propter fidem Christi promissam. Sunt enim
Christiani Christi membra per baptismum,
sunt per fidem in baptismo promissam per
spem & charitatē. Vnde in psalmo vt supra.
AVGVSTINVS. Securi inquit expecte-
mus iudicium & simus in corpore ipsius, &
nos cantemus ea. Cantat enim Christus hoc,
si solum caput cantat a domino est canticum
hoc, ad nos nõ pertinet. Si autem totus Chri-
stus, id est caput & corpus eius, esto in mem-
bris eius, adhære illi per fidem & spem & cha-
ritatem, & in illo canta in illo exulta, quia &
ipse in te laborat, in te sitit, in te esurit, &
tribulatur. Hęc Augustinus. AVCTOR.
Ecce quod per fidem sumus membra Christi,
quomodo tu dicis qđ non nisi per prædesti-
nationem! Sed & simul notetur qđ animose
dixit Augustinus. Simus inquit in corpore
ipsius, & iterum esto in membris eius, quali-
ter posset nobis dicere Augustinus, simus præ-
destinati vel esto prædestinatus, & prouisus
ad gloriam cum diuina prouidentia conarui
nostro non subiaceat, & iterum vel horretur
sic prædestinatos & tunc inutiliter qui secũ-
dum Vyitcleff non possunt non esse in mem-
bris ecclesiæ vel præcõditos ad pœnam, & tunc

impossibiliter qui non possunt esse membra corporis sicut non possunt esse de prædestinatis ad gloriam, vel horrabatur eos esse membra sola reputatione, & tunc approbaret hypocrisis, sed nec hoc nec illud: sed Augustinus recte consulit dicens, Esto in membris eius, & recte exposuit adhuc, inquit per fidem quasi diceret esse membrum vere de corpore quicumque baptizatus Christum induit vera fide. Qualiter idem etiam Augustinus exponens illud ad Galatas in expositione eiusdem epistolæ. Quicumque in Christo baptizati sumus &c. AVGVSTINVS. Quod inquit filios dei dicit esse per fidem omnes, quia induerunt Christum quicumque in Christo baptizati sunt, ad hoc valet ne gentes de se desperarent, quia non custodiebantur sub pedagogo & ideo se filios non putarent: sed per fidem induendo Christum omnes sunt filii non natura, sicut vnicus filius qui etiam sapientia dei est. Et sequitur, Quam fidei gratiam nunc indumentum vocat ut Christum induant, qui in eum crediderunt, & ideo filii dei fratresque eius mediatoris effecti sunt. Hæc ille. AVCTOR. Et idem infra AVGVSTINVS. Super psalmi octuagesimoquinti versum. Custodi animam meam quoniam sanctus sum. Si enim Christiani omnes & fideles, & baptizati in ipso ipsum induerunt sicut dicit apostolus quotquot in Christo baptizati estis Christum inquitis. Si membra sunt facta corporis eius & dicunt se sancta non esse, capiti ipsi faciunt iniuriam. Iam vide vbi sis, & de capite tuo dignitatem cape. Btenim eras in tenebris nunc autem lux in domino. Fuisit inquit aliquando tenebræ, sed nunquid tenebræ remansistis? Ad hoc illuminator venit ut non in tenebris remaneretis, ut in ipso lux fieretis. Hæc ille. AVCTOR. Ecce vbi que per baptismum & fidem fideles quotquot tales sunt, Christum induunt, & membra corporis eius facti sunt & nota quod dicit si membra facti sunt corporis hoc enim est per baptismum & fidem: si enim per prædestinationem tunc membra nascerentur non fieret contra quod dicit, & ad hoc illuminator venit ut in illo lux fieretis. Propter hoc enim Apostolus ad Ephes. quarto. Non dubitauit dicere Ephesais credentibus. Loquimini vnusquisque veritatem cum proximo suo quoniam sumus inuicem membra. Forte non de certo promississet eis Apostolus gratiam finalis perseverantiæ dicēs loquimini vnusquisque &c. quoniam sumus

inuicem indubitanter membra prædestinata, maxime quoniam de hac re tanquam dubius monuit eos de criminibus quibusdam pro quibus eos damnari contingeret. Iam inquit non ambuletis, sicut gentes in vanitate sensus sui. Et iterum, Sol non occidat super iracundiam vestram. Et nolite locum dare diabolo. Et qui furabatur iam non furatur: & similia. Quæ tamen omnia secundum Vitaleff prædestinationi eorum nocere non poterant: & per hoc nec eorum membrationi in ecclesia. Sed ecclesia Christi oppositum profertur & dicit eos esse membra ecclesie Christi quos tinxit vnda baptismatis & plurauit in spiritu Christi fides. Hi tamen possunt non membra esse si se præscindant per heresim aut finale delictum, vel si auctoritate ecclesie per sententiã præscindantur. Et hoc est quod beatus Augustinus & sancti patres horrant fideles ut sint de corpore Christi & maneant in ipso, viuificeturque spiritu Iesu Christi. Vñ AVGV. Homil. xvi. sup Ioanē. Non sint fideles corp⁹ Christi se corp⁹ Christi esse non negligat, sint corp⁹ Christi si voluit viuere: de spū Christi, de spū Christi non viuere, nisi sit corp⁹ Christi. Segt. Vis ergo viuere de spū Christi, in corpe esto Christi, & infra. Qui vult viuere habet vñ viuere: accedat & credat, viuatur in deo, deo incorporetur, ut viuificet non abhorreat a cōpagine membrorum. Non sit putre membrum quod resecari mereatur. Non sit distortum de quo erubescatur. Sit pulchrum, sit aptum, sit sanum: heretate corpori, viuatur deo de deo. Hæc Augustinus. AVCTOR. Quid oportet sic monere prædestinatos, ut manent prædestinati &c. membra Christi cum absolute necesse sit oēs illos sic esse per Vitaleff, sed hoc esse falsum. Possunt enim a finali bono cadere per peccatum: possunt alii permanere per gratiã: possunt inherere Christo per gratiã, possunt & tãq̃ membra putrida resecari per vitium. Idcirco vtiliter monuit Augustinus ut fideles accederet & crederet: ut non abhorreat a cōpagine membrorum, nec sit putre membrum non quidem omnino reprobum & peccatum præscitum, sed non lesum per culpã vel perfidiam. Vnde idem AVGVST. Super canonicam Ioanis Homil. vi. dicit Christum medicum nostrum esse & secare in nobis quotidie tale putre. Tu, inquit, tñ charitatem tenentia ille resecare vult, viere vult. Tu si clamas & non exaudiris in sectiõe & vitione & tribulatione, nouit ille quousq̃ putre est. Hæc ille. AVCTOR. Hoc igitur modo membrum ecclesie Christi catholice est omnis partiã

ceps fidei baptismalis. Est autem membrum Christo coniunctus, si non tñ fide, sed & charitate resplendat. Fide inquam illa, de qua dicit apostolus, quod per dilectionem operatur: & omnis in gratia existens secundum præsentem iustitiam est verum membrum ecclesie Iesu Christi, sic dicit AVGVSTINVS. Homilia vltima in expositione canonice Ioannis annis, tractas illud: in hoc cognoscimus quia diligimus filios dei, Filios inquit dei dicit quod filium dei paulo ante dicebat: quia filii dei corpus sunt vnici filii dei. Et cum ille sit caput nos membra vnus est filius dei. Ergo qui diligit filios dei filium dei diligit. Sequitur. Et qui diligit filium dei, diligit filios dei, quos filios dei: Membra filii dei: & diligendo fit & ipse membrum: & fit per dilectionem in compagine corporis Christi, & erit vnus Christus amans seipsum. Dum enim seipsum amant membra, corpus se amat: & si patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra: & si gloriatur vnum membrum congaudent omnia membra. Hæc ille. Et bene infra. Iam quæ sunt eius membra nostris fratres: ipsa est ecclesia dei. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quod diligendo fit fidelis: membrum ecclesie & filius dei: & in compagine corporis Christi. Non dicit per prædestinationem: sed per dilectionem inquit fit in compagine corporis Christi: & hoc non reputatione, sed veritate vnionis: quia sicut vnus Christus seipsum amans: & veritate consensus, quia si patitur vnum membrum compatiuntur, omnia membra. Et ne quis tēptet nos fallere de filiis dei quos loco membrorum supra sic appellauimus indistincte. Augustinus hic quos filios dei inquit: membra filii dei. Filios ergo dei charitas generat, & membra ecclesie fiunt, dum ipsi sibi coniunguntur glutino charitatis. Vnde IDEM ibidem versus finē. Totã inquit dilectio nostra fraterna est erga Christianos: ergo omnia membra eius disciplina charitatis coniuncta sunt. Hæc ille. AVCTOR. Tertium membrum maioris eminentiæ & vigoris non dubium est illud quod non sola fide & charitate Christo coniungitur in ecclesia Christi, sed etiam spe non frustrabili, & perseverantiã finali connexa: quale vtique est semper mansurum cum Christo. de cuius modi Christus ait. Pater omnia mea tua sunt. Non tamen adhuc membrum est si fidelis vel baptizatus non est, quousq̃ vel se præciderint, immo ab æterno prædestinatus, & tamen nondum frater aut ecclesie membrum. Aliunde ergo oportet ut fiat frater & membrum, quod ex prædestinatione. Oportet certe ut præcedat fides cum baptismo, & est membrum: cōiungat amorem & est charum membrum: perseveret ad coronam & ex prædestinatione æterna, iam est membrum charissimum. Non tamen ideo oculus meus sanus, & perspicax iam oculus meus aut membrum meum non est, quia aliquando cæcus aut putridus futurus est, & ideo erudus: sed ideo alter oculus multo mihi charior & in reputatione præstator: quia nunquid est amissus lumen suum, nunquid proiciendum ut putridum: & electus omnis ideo membrum est Christi præcipuum in prædestinatione diuina quia per perseverantiã suam finalem erit futurum membrum ecclesie Christi catholice, quando erit sine macula, sine ruga, inamissibile sua societate perfecta. Vnde AVGVSTINVS super Ioannem Homilia vicesima sexta. Hunc inquit cibum & potum vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est ecclesia sancta in prædestinatis & vocatis & iustificatis & glorificatis sanctis & fidelibus, quorum premium iam factum est, id est prædestinatio secundum & tertium & factum est & fit & fiet, id est vocatio & iustificatio. Quartum vero nunc in spe & in re ad futurum est, id est glorificatio. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ergo modo videmus præcipua membra Christi esse fideles perseverantes. Magna quoque omnes amantes, & aliquanta esse omnes credentes. Idcirco nolumus cum academicis incerti remanere de singulis. Nolumus & cum Vitaleffis temere iudicare de prædestinatis aut reprobis: sed hoc certe credamus cum viris catholicis eos siue episcopos siue inferioris ordinis sacerdotes, reges, milites vel agricolas vel quoscumque per baptismum Christi fides semel lauit in terris, Adhuc vni⁹ ecclesie Christi catholice & apostolice esse membra, quousq̃ vel se præciderint, vel habentis auctoritatē in ecclesia, iusta sententiã præciant. Hoc dico si per apostoliã quis remoueatur a societate ecclesie catholice vel per finaliã p̃fidiã. Hæc ergo prædicta sūt membra

ecclesie catholice symbolice quam nos tene-
mur credere tanq̄ fidem, id est ipsam in om-
nibus membris suis habere veram fidem de
Christo, doctrinam sanctam & optima sacra-
menta: & hoc est credere sicut sancta mater
credit ecclesia: fidem eius solam esse sanctā
quam a tempore Apostolorum successiue per
sanctos patres nulla facta interpollatione tē-
poris vsq̄ ad hæc tēpora nostra semper ser-
uauit & docuit. Cui⁹ quidem ecclesia sic cre-
dendæ non omnes prædestinati sunt mēbra,
quia tunc credendus fuisse Paulus eius mē-
brum, quando literas impetrauit contra ec-
clesiā: aut nunquid tunc prædestinatus erat?
Ipse enim dixit se segregatum in euangeliū
Christi ex utero suæ matris, Sed nec Petrus:
quando negauit Christum credendus erat
membrum ecclesie, quis tunc prædestinatus
esse non desit: sed tunc per apostasiam desit
esse membrum. Nec turba illa magna facer-
dotum quæ prius aduersaria, postea cōcors
fide facta est Actuum sexto, tunc fuit turba
membrorum ecclesie, quando sibi subiacere
conabatur ecclesiam, & quis catholicā eam
tunc crederet, quis tunc prædestinata: esset
ad fidem? Et quot nouimus nunc hæreticos
& blasphemos in ecclesia, quotq̄ paganos &
extra ecclesiam infideles qui iam credendi in
suo testimonio reprobo non sunt: quia eccle-
sie membra vel fidei fratres nondum sunt:
quos cum dominus clemens voluerit de non
membris membra, de blasphemis credulos,
de perfidis fideles, & de paleis faciet esse fru-
menta: sed iterum quis rogo non credere de-
buit Iudæ Scarioth a Christo capite misso
ad prædicandam fidem suam: quem Christus
ad prædicandum fidelibus non misisset, nisi
sibi dari fidem a fidelibus decreuisset. Vnde
AVGVST. super psal. decimum, Vir iustus
autem quid fecit, Christus inquit quid no-
bis fecit qui traditorum suum, tanta patien-
tia pertulit, vt ei primam eucharistiam con-
fectam manibus suis & ore suo commendatā
sicut cæteris apostolis traderet, Christus qd
fecit nobis qui eundem traditorum suū, quē
diabolum nominauit, qui ante domini tradi-
tionem nec oculis dominicis fidē potuit ex-
hibere, cum cæteris discipulis ad prædican-
dum regnum cælorum misit, vt demonstra-
ret dei dona peruenire ad eos qui eum fide
accipiunt, etiam si talis sit per quem acci-
piunt qualis Iudas fuit. Hæc ille. AVCT.
Ecce dona dei qualiter ad fideles venire po-
tuerunt per Iudam diabolum. Hic ergo no-

uerimus esse membra ecclesie credenda quo-
rum testimonia de Christo sunt credenda:
nec tamen omnia, quia demones testimoniū
reddiderunt: sed alii sunt testes professione
& confessione vt omnia membra ecclesie, alia
confessione vt demones, cathecumeni & alii
nec baptismali fide, nec supereminenter pro-
fessati, vt angeli. Hoc breuiter dico cōtra meū
Vviteless. Credo Iudam Scarioth fideliter
prædicantem in Christo, quando credo eccle-
siam Christi catholicam: non autem tunc
credo Paulum, ecclesiam persequentem.

Q. EX PETRO POST CHRISTVM
tota successione fluxit ecclesia, quasi me-
brum de mēbro secundum Apo-
stolum. Cap. XXIX,
AVCTOR.



Q. Ecclesia magna ergo est hæc
quam nō supra seipsum tm̄
Christus erexit successorē
suspiciās & patetēs cū He-
rode feroci, sed velūt nolūt
Vviteless etiam supra petrā
Petrum fundauit eandem & inde contingit
q̄ ex his qui in agro, sicut & de aliis in lecto
& molendino relinquendi quidam ad gehē-
nales flammās cathedras occupant prælatu-
rē. Petrus enim erat qui dixit Christo, Exi a
me quia homo peccator sum domine, Chri-
stus enim erat agnus sine macula: qui inno-
centia suorum natalium tollere potuit pec-
cara sordentis ecclesie. Passurum ergo se Pe-
trus: forte præsensit flagitiosa vala iræ in
corpore suo futuro & tenebras membra quæ
lucem mundi sustinere non possent: & inde
quasi stimulatus expressit Christo, Exi a me
quia homo peccator sum domine. Et q̄
tūc bona essent de præsentī iustitia, alioquin
enim nec de Petri corpore essent, Vnde AV-
GVST. Super Ioannem Homil. I. Vnus ma-
lus corpus malorum significat. Quomodo
Petrus corpus bonorum corpus ecclesie: im-
mo corpus ecclesiam sed in bonis: nam si in
Petro non esset ecclesie sacramentum, non ei
diceret dominus. Tibi dabo clauēs regni cæ-
lorum. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo su-
per seipsum tm̄ sine successione respectu
fundasset Christus ecclesiam, potuit esse q̄
eius membra non nisi electa fuissent, quia
vero post primā iustitiā impeccabile etiā su-
per hominem peccatorem immundum, & ne-
gatorum veritatis fundationē eius Christus

instituit, si des ostendit, quia iustos preferēs,
non propter hoc peccatores renuit. At quia
alibi argumentaris quæ cōmunicatio Christi
ad Belial aut lucis ad tenebras: hoc ipso tuo
argumento iam vsus est Petrus dicēs, Exi a
me: quia homo peccator sum dñe, Sed Chri-
stus nō exiens sed amplius expectās in nauicula
& argumētū tuum cōfutat, & lucē cum
tenebris, & filios Christi cū filiis Belial factō
p̄cinit commansuros. Nam quid est, Exi a
me quia homo peccator sum: nisi quia ego
peccator, tu innocēs: ego tenebrę, tu lux: ego
nisi tua gratia filius Belial, tu tua natura &
Christus & filius dei viuētis? Exi ergo a me,
quia homo peccator sum dñe, Sed quid ait
Christus? Noli timere, ex hoc eris homines ca-
piens, Luc. v. Et certe ex hoc: nō enim est na-
uicula tua vt me tm̄ capiat vt solos meos aut
solos tollat electos. An vis æquare remigana-
tem adhuc vndis tuā nauiculā regno cælorum,
vbi solī regnabūt electi, Ex hoc eris homines
capiens: ex hac fluctuū cimba congregare po-
tes dispersos: potes ad portū ductare perden-
dos. Nō ergo ego recedo sed tu succede dictū
rus sum aliter: quia ego vobiscū sum omnib⁹
diebus vsq̄ ad consummationē seculi. Tunc
finaliter exiturus sum Petre: quādo sum dis-
citurus, Ire maledicti in ignē æternum. Dum
autē tu remigas, noli cōiulo nimis esse iust⁹,
Suscipe peccatores, compatere miseris: mitris
esto ad omnes. At ipsi annuerunt focis qui
erāt in alia nauicula vt venirēt & adiuarēt
eos & venerūt & impleuerūt ambas nauicu-
las: forsitan verbo nō factō ordo est p̄postere-
rus. Quid est quod Petrus, Iacobus & Ioānes
focis annuerūt vt venirēt & soli Petro dictū
est a Christo, Ex hoc eris homines capiens:
nisi quia primus & caput ceterorū etiā Iaco-
bi & Ioannis futurus est Petrus: & tamē oēs
sub Petro vel vna cū Petro cōgregarent ec-
clesias, Est enī omnis nauicula Christi eccle-
sia sed ad nauiculā Petri & ad eius ecclesiam
Christi noīe congreganda, Vnde AMBRO-
SIVS super Luc. lib. iiii. c. vlt. Vocatur, inq̄,
focis ad adiunētū q̄ erāt in alia nauī. Quæ est
illa alia nauis: forte Iudæa ex qua Ioannes &
Iacobus allegantur, Facta est Iudæa sanctissi-
catio eius. Hi ergo de synagoga ad Petri nau-
uem, hoc est ad ecclesiā cōenerūt, vt imple-
rent ambas nauiculas. Omnes enim in nomi-
ne Iesu genu flectunt, siue Iudæus, siue Græ-
cus: omnia est in omnibus Christus. Sed mihi
cumulus suspectus est ne plenitudine sui na-
ues pene mergantur. Oportet enī & hereses

esse vt probetur boni, Possumus tamē & aliā
ecclesiam intelligere nauem alicuius, ab vna
enī plures ecclesie deriuantur. Hæc ille, AV-
CTOR. Geme iam mi Vviteless, q̄ tu sic im-
ples Christi nauiculā simul & Petri vt pene
mergatur, sed tolero ego cū dicat pater Am-
brosius, Oportet hereses esse vt probetur bo-
ni. Sed & ad rem esse dinoscitur q̄ alia nauis
alia sit ecclesia: quia ab vna plures esse diri-
uantur, A qua nisi ab illa quæ ceteris annuit
vt venirēt, Et nōne illa est Petri de qua dixit
Iesus, Ex hoc eris hōies capiēs. Beat⁹ etiam
BERNARDUS sic loquitur de nauicula vna
Petri lib. ii. ad Eugenium versus finē. Disci-
puli nauigabāt & dominus apparebat in lit-
tore: qd̄q̄ iucundius erat in corpore rediui-
uo: sciens autē Petrus q̄ dominus est, in ma-
re se misit & venit ad ip̄m aliis nauigio pue-
nientibus. Quid istud? Nempe signū singula-
ris potestatis Petri, per quod non vnā nauem
vt ceteri quicq̄ suā, sed ipsum seculum susce-
perit gubernandū. Mare ipsum seculum est,
nauis ecclesia, Inde est quod altera vice i mo-
rē dñi Petrus gradis super aquas vnicum se
Christi vicariū designauit, q̄ non vnī populo
sed cunctis p̄esse deberet: siquidē aque mul-
tæ populi multi, Itaq̄ cum quisq̄ ceterorum
habeat suā, tibi vna commissa est gradissima
nauis. Facta est omnibus ipsa vniuersalis ec-
clesia toto orbe diffusa, hæc Bernardus, AV-
CTOR. Q. syncriter quāq̄ subtiliter enu-
cleat pater Bernardus eminentiā summī sa-
cerdotis & fastigium Christi vicariū, ab ipsis
medullis euangeliū utilitatis: Signū est dicit
singularis pontificiū Petri q̄ nō vnā nauem
sed mare seculi gubernandū accepit: & qua-
si adhuc Petrū alloqueretur ad successorem
Petri verba conuertēs: Cum quilibet cetero-
rum inquit habeat suā, tibi vna cōmissa gran-
dissima nauis, facta ex omnibus ipsa vniuersa-
lis ecclesia, ac si Petrum in successore palpa-
ret, vel successorē Petri cederet ip̄m Petrū.
Et reuera vbi causa, omnino par est, nō refert
quanta sit personarū distātia. At quātū rogo
hoc cōfert Petros? q̄ iustu Christi potestatem
suā adhuc seruet in oibus successorib⁹ sedis
suæ, qui in seruetipō gessit totū corpus eccle-
sie: sic enim Augustinus dixit supra, Petrus
habet corpus ecclesie, immo corpus ecclesie,
In Christi tamē corpore mēbrum est Petrus,
de quo cetera membra dependēt: dicēte Apo-
stolo. i. Corint. xii. Vos estis corpus Christi &
membra de mēbro. Si vos, id est omnes credē-
tes estis corpus Christi. Vnde ergo membra &

de quo membro nisi quod unusquisque fidelis aliquod membrum est, & hoc dependet per platos de primo membro Petro, & tamen omnes simul unum membrum in Christo. Vnde HAYMON, in expositione sua super illum textum, Sicur, inquit, de humero procedit cubitus & manus & digitus: de coxa tibi, pedes & articuli: sic sunt subditi membra de membro, id est pendentes ex subditi prelati, hec ille. AVCT. Quomodo ergo in ecclesia primum Christi sunt membra inferiora de primis: immo infima de supremis videtur etiam. Ac primo de foundatione & progressu pontificii Romanorum de coepitolo & capite suo Petro sed maxime Iesu Christo: primo tamen omnium videatur quid de prefato Christi vicario in scriptis suis senserit noster VVICLEFF. Hic, inquit, dicit vocaliter tanquam hy pocrita quod sit immediatus Christi vicarius, hic in terris & ratione propinquitatis sequelam habet, ultra mortales ceteros preminetia potestatis. Istud mendacium plus ecclesiam inficit militatam quam mendacium pontificii & phariseorum in tempore Christi infecerat: non quia diabolus non audebat in Christi presentia mouere ipsos ad tantam superbiam: tum etiam ex victoria & Christi preminetia super diabolum, falsissime vendicat Romanus pontifex quod superat non solum prelatos legis veteris sed etiam cunctos Christi apostolos: quia ut dicit in ipso colligunt vicaria potestas domini Iesu Christi, hec VVICLEFF, in tractatu de sermone domini in monte, c. vii. & propter hoc consequenter dixit ut haberet conclusio ter damnata, vi. Genus humanum spectat liter in Europa profundat in ista haeresi nimis caeca, quia oportet totam militatam ecclesiam duci per regimen Antichristi: sentit enim quis inuolutis verborum versutis quod nullus sacerdotum presens esset humanum? tota ecclesiam contra Christum: sed quicumque in sinceritate foret vite perfectior, ille eo ipso esset vicarius Christi propinquitior: sic habet etiam conclusio ter damnata, cc. xxi. Patet luce clari quod quicumque est humilior ecclesie seruitor & in amore Christi quo ad suam ecclesiam amantior est in ecclesia militate maior, & proximus Christi reputandus vicarius? Et in libro de ecclesia & membris eius libro ii. c. xii. Genus humanum habet triplicem finem intrinsecum: primum est species humana: gratia cuius est quodlibet eius individuum ordinatum. Secundus finis & medius est media persona in trinitate: scilicet verbum domini incarnatum: quod est caput totius humani generis & nature angelice: cui sit optimus homo possibilis, docens efficacissime quomodo electionem accipimus: ut patet in lege Euagelii. Sed tertio propinquius proposito conceditur quod continuo in hu-

mano genere vivente est unum caput vel capitaneus pro quo oportet residuum regulari quod est totum genus capitaneorum quibus deus ad hoc excellenter sua bona distribuit, sed oportet continue esse unam personam simplicem ante electionem vel auctoritatem humanam ad hoc a domino ordinata. In ciuilitate autem auctoritas humana electio, sed non in priori regimine euangelico vel diuino. Deus autem perficit tale licet mundo abscondito, quod sine supbia aut strepitu verborum & maioritatis contempione plus potest ecclesie. hec VVICLEFF. AVCT. Hec omnia recitare membratum non decreui supfluis, ut omnes fideles periti viderent arbutusculi positionis eius pharisticam ad radices usque & nihilominus vel me imputare ipsi non suum: & quomodo ut ipse delipuit & ubi satis vigilanter dixit inuenim, istud iam caput absconditum quod ipse dicit a Christo praeteritum nunquam habet ab equo corpus suum absconditum, aut ad modum galli siluetris vel huppapae dormientis capite sub axillis inflexo & alis abscondito totum reliquum corpus turbidas exponit ad auras: conuenientius dicit primum ut sic Rogatistarum patrum tuorum ecclesiam absconditam ipse defendat pro capite eius absconditum quod prouidit. Vnde AVGUSTINUS, episcopus, ad Vincentium inter epistolam, xxix. contra occultam Donatistarum ecclesiam agens dicit. Neque hoc est totum quod nobis praesentare conaris solos remansisse Rogatistas quod catholici recte appellandi sunt ex obseruatione preceptorum omnium diuinorum atque omnium sacramentorum, ut vos esse solos in quibus inueniat fide cum venerit filius hominis. Da veniam. Non credimus: licet enim & hoc audeas forsitan dicere ut in vobis possit inueniri fides quam se in terra non inuenturum dominus dixit, non vos in terra sed in celo esse deputado. Nos tamen Apostolos ita cautos reddidit ut etiam angelus de celo nobis aliud euangelizantem quam quod accepimus anathema esse debere preceperit: quomodo autem fides diuinis scriptis accepisse Christum manifestum, si non inde accepimus? & ecclesiam manifestam? hec ille, AVCT. Ita neque bonum est VVICLEFF, si coniungere caput suum absconditum immanifestum Rogatistarum ecclesie, quo & ipsi corrigendi conueniant ut ubi sit corpus, illuc congregentur & aquile, aut saltem hoc caput incertum Rogatistarum sibi corpus associet. Sic enim ait GREGORIUS, vii. regist. epistolam, xxxiii. Caput suum potius membra sequi debent & quocumque iuerit comitari, hec ille, AVCT. Et breuiter concludam quod prius incepimus dicentes beatum Petrum apostolum omnium apostolorum principem fuisse: & ubi ceteris super quosdam particulares ecclesias cura incubuit ad

ipsum vniuersalis ecclesie, id est vniuersarum ecclesiarum localium presideria pertinebat. Ideo GREGORIUS, lib. v. registri, epistolam, ad Mauritium Augustum, quem incipit, piissimis. Ceteris inquit Euangelium scientibus liquet quod voce dominica sancto & omnium Apostolorum principi Petro Apostolo, totius ecclesie cura commissa est. Ipsi quippe dicitur, Petre amas me, pasce oues meas. Ipsi dicitur, Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portam inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni celorum: & quocumque ligaueris super terram erit ligatum & in celis. Et quocumque solueris super terram erit solutum & in celis. Ecce claves regni caelestis accepit, potestas enim ligandi & soluendi ei tribuitur cura ei totius ecclesie & principatus committitur, & tamen vniuersalis Apostolus? non vocatur, hec ille, AVCT. Sensibilis homo erat Petrus & mundo non absconditus sed sensibiliter mundo appareret sicut & Christus dominus & primum caput ecclesie: cur ergo talis mundo absconditus datur? Iam caput nostrum & Petri successor: & mundo non fuit sic absconditus Petrus eius predecessor, nec Christus huius preexistente primus auctor.

DE REGVLARI ET PVBLICA
successione summorum pontificum, tam in
lege veteri quam in noua. Cap. XXX.
AVCTOR.

Quod verebatur Christus iam accidit. Nemo, inquit, accendit lucernam, & in abscondito ponit neque sub modio, sed super candelabrum ut qui ingrediuntur, lumen videant. Noster VVICLEFF, igitur nemo est qui caput ecclesie sic abscondit sub modio quod tantum dicit potest esse: & facit ut qui ingrediuntur cecutiunt siue palpant, lumen autem eius non vident. Totum autem absconditum est, totum immanifestum, & caput ecclesie & corpus ecclesie. Totum in fornace laterum fouet incognitas. Corpus ecclesie si non nisi predestinatorum vniuersitas fuerit quod magis immanifestum, quid magis occultum, quid soli deo secretius significat? Aut fallitur Augustinus redarguens Donatistas de immanifesta ecclesia, aut iste falsus finxit ecclesiam totam in corpore immanifestam & capite militarem: sed absconditum predicat & derogat manifesto ut ipse in manifesto errare posset imputare nec vili velle regulariter obedire: & idcirco detestatur capitum successione cum tamen secundum Apostolum plures facti sint sacerdotes. Idcirco quod

morte prohiberetur permanere. Inter conclusiones eius ter damnatas est conclusio, clxxxv. VVICLEFF. Credere debet catholicus quod Imperator nec vniuersalis ecclesia nec de potentia absoluta ordinare potest, quod eo quo successit post Petrum vocatus in facie ecclesie Romanus episcopus vel papa eo ipso sit caput vel pars ecclesie cui obediendum est, AVCT. Non obtendat aliquis VVICLEFF, vel quis catholicus falsa pietate seductus vel excusationis tam aperto flagitio quod sic vel sic intelligat, scilicet quod quis non legitime succedat vel tale quid aliud, termini plani sunt & certiorum huiusmodi heresis sobole impregnata: sed quod est patulum capiamus, regulari enim successione in Christi vicaria pro posse diuinitatis. Sic enim declarat intentum suum conclusio ibi sequens, c. lxxxviii, VVICLEFF. Non permittit deus, inquit, quod quicumque in officio pastoralis Petro Romae successerit gaudebit dignitate ut sit ecclesie caput, AVCT. Videamus ergo si sic neglexerit deus officium prime sedis ut nec pro successione eius prouidere dignum duxerit ecclesie sue certissimos presideres. Ut enim ab ipso fundamento sumamus exordium, sacerdotis officium in Aaronica primo coepit esse familia. vnde de RABANUS lib. de instit. clericorum, c. iiii. Inuitum quippe sacerdotii Aaron fuit in veteri testamento, & Melchisedech primo obtulit sacrificium, & post hoc Abraham, vel post hunc Abraham Isaac & Iacob legem & a Noe altare aedificasse & super illud dominum holocaustum obtulisse: sed isti spontanea voluntate non sacerdotali auctoritate ista fecerunt. In nouo autem post Christum testamento ordo sacerdotalis a Petro coepit. Ipsi enim primum datus est pontificatus in ecclesia Christi. Hic ergo ligandi atque soluendi potestate primum accepit, primumque ad fidem pulchram virtute sue predicacionis adduxit, hec ille. Cossimiliter quoque magnus ISIDORUS lib. ii. de orig. officiorum, c. v. sic rem elucidat. Quod est, inquit, sacerdotii fundamentum vel quo auctore pontificalis ordo adoleuit in seculo? Inuitum quidem sacerdotii ab Aarone fuit quod & Melchisedech prior obtulerit sacrificium & post hunc Abraham Isaac & Iacob, sed isti spontanea voluntate non sacerdotali auctoritate ista fecerunt. Ceterum Aarone primum in lege sacerdotali nomine accepit primumque pontificali stola infatus victimas obtulit, iubente domino acloquente ad Moysen, Accipe, inquit, Aarone & filios eius & applicabis ad ostium tabernaculi testimonium. Cumque laueris patrem cum filiis suis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est linea tunica & super

humerali & rationali qđ cōstringes baltheo, & pones tiarā in capite eius, & laminā sanctā sup tiarā, & oleū vnctōnis fundes sup caput eius, atq; hoc ritu cōsecrabis. Filios quoq; ei⁹ applicabis & indues tunicis lineis, cingeq; baltheo Aarō & filios eius, & impones eis mitras: erūtq; sacerdotes mei religione ppetua. Quo loco cōtemplari oportet Aaron summū sacerdotē, id est episcopū fuisse, & filios eius presbyterorū figurā ministrasse. Fuerūt enī filii Aarō & ipsi sacerdotes qb⁹ merito astare debuissent Leuitae sicut summo sacerdoti: & hoc fuit inter Aaron summū sacerdotē & filios eiusdē Aarō, qđ ipsi erāt sacerdotes, qđ Aarō sup tunicā accipiebat poderē stolā sanctam & coronā aureā mitrā & brachiale aureū & superhumale &c. qđ memorata sunt. Hęc ille, AVCTOR. Nō sine magno fructu recitauim⁹ hęc dicta, patris Isidori, vnde & nosse poterimus fundamentū primī sacerdoti, & quō pōtificat⁹ nostri sumi prim⁹ Aarō figurā expōsit: cui successit figuratiter in noua lege primus Petr⁹ post Christū. Sed quia de primo & summo pōtificatu quātū ad ei⁹ originē dixim⁹, iā de eius successione & cōtinuo pcessu in hac mortali carne dicam⁹: habet enī lex dñi Numer. xx. locutus est dñs ad Moysē dicens, Pergat Aarō ad populos suos, nō enī intrabit terrā quā dedi filiis Israel, eo qđ incredul⁹ fuerit ori meo ad aquas cōtraditionis. Tolle Aarō & filiū eius cū eo, & duces eōs ī mōtē Hor. Cūq; nudaueris patrē veste sua indues eā Eleazarū filiū eius & Aarō colligetur & moriet̄ ibi. Fecit Moyses vt pcepit dñs, & ascēderūt in montē Hor coram oī multitudine. Cūq; Aarō spoliasset se vestibus suis induit eas Eleazarū filiū ei⁹. Hęc de successione summi pōtificatus figuralis gerenda de⁹ instituit: qđ ergo de successione veripōtificis ī noua lege de⁹ efficiet. Beat⁹ enī AVGVST. de q̄stionib⁹ nūmerorū q̄stioe. xlii. dicit. Qđ sacerdotiū illud & sacrificia nullā partē tenēt hodie fidei Christianæ, nisi qđ ī vmbra futurorū atq; signis acta sūt cū vero ambob⁹ fratrib⁹. i. Aarō & Moysi dicit̄ vt apponatur ad populū suū, manifestū est non esse in illos irā dei qđ cōperat a pace sc̄ta societatis eterne. Vnde manifestant̄ nō solū officia, sed etiā mortes eorū futurorū fuisse signa. Hęc ille. AVCT. Iā videm⁹ qđ sacerdotiū illud Aaroniticū esset a Christianorū secta pphanū, nisi qđ sit vmbra sacerdotiū & pōtificiū Christiani. Manifestant̄, igit, nō solū officia, sed & mortes eorū signa fuisse futurorū: sic etiā sacrificia

& holocaustomata & ritus & festi dies, & q̄cūq; alia solū in figura cōtingebāt illis, nobis autē in veritate succedūt. Si ergo nō tūc deo cura fuit de hoīb⁹, quid tantopere curabat de successore habēdo summi pōtificatus Aaronici: nisi nō magis foret sollicit⁹ episcopū de successione sumi pōtificiū sancti Petri? An figurā volebat veritati pferre & succurrere, voluit poti⁹ ne occuberet sacerdotiū Iudeorū & magnū pōtificatū quem ipse primo post seipsum dedicauit in Petro patiet̄ occubere. Quis ista putaret, nisi qđ in hoc loco tm̄, sed etiā nisi prius Eleazaro cōmendauit de Thuribus seditionis fieri laminas ductiles in altaris ornamentū hoc idē de successione pōtificatus insinuat. Vñ AVGVST. in q̄stionib⁹ numerorū. q̄stione. xxviii. Hoc loco cur nō ad Moysen & Aarō sicut in superiorib⁹ dñs locutus sit, sed ad Moysen & Eleazarū filiū Aarō hęc mihi causa interim occurrit: Qm̄ qđ erat de pgenie sacerdotū, i. de quo genere esse deberēt. Vnde illi ex alio genere quia sibi vsurpare sacerdotiū ausi sunt cū horrēdo & admirabili supplicio perierūt non ad Aarō qđ summus iā sacerdos erat sed ad Eleazarū voluit loqui deus qđ ei succedere debebat, & secūdo iā sacerdotio fungebat: vt eo modo ferē se ordinis cōmēdaret qđ in successione sacerdotū esse deberet. Sequit̄. Hoc ergo modo voluit per Eleazarū deus nō sacerdotiū qđ iā erat in Aarō sed successione sacerdotalis pgenie cōmēdare. hęc August. AVCT. Pluris vñ fideles veraciter credit pōtificiū successio debet esse Christiani vt nō totū obierit cū sc̄to Petro sed ad Eleazarū mysticū transferatur. Reuera moritur⁹ Aarō veste spoliat, qua vestitur Eleazar pōtifex subrogad⁹: & moritur⁹ Petrus se exiit summi potestate pōtificis, qua Clementem instituit ad formā & ritū legitimi successoris, sicut refert idē CLEMENS in epist. ad Iacobū Hierosolym. ep̄m. ī p̄ncip. libri dicti decreta pōtificum. Audite, inquit, me & fratres & cōserui mei qm̄ sicut edocui sum ab eo qđ misit me dño & magistro meo Iesu Christo, dies mortis mee instat. Clementē hūc ep̄m vobis ordino: cui soli mee p̄dicationis & doctrine cathedram trado, qui mihi ab initio vsq; ad finē comes in oīb⁹ fuit: & p hoc veritate totius mee p̄dicationis agnouit: qui in oīb⁹ tētationibus meis locus extitit, fideliter perseuerans, quē prae ceteris expressum deū colentē, hoīes diligentē, castū, discēdit studiis deditū, sobriū, benignū, iustū, patientem, scientē ferre nōnullorū etiā ex his qui in

verbo dei instituitur iniurias. Propter quod ipsi trado mihi traditā a deo potestate ligādī atq; soluēdi: vt de oīb⁹ de quibuscūq; decreuerit in terris hoc decretū sit & in celis. ligabit enim qđ ligari oportet, & soluet quod expedit solui tanq; qui ad liquidū ecclesie regulā nouerit. Hęc ille, AVCT. Secundū hęc pene formā verborum HIERON. lib. de gestis Roman. pontif. ex Damasco lib. i. Beatus Petrus, inquit, apostolus & princeps apostolorū Antiochen⁹ filius Ioānis, prouincie Galilee primū sedit cathedā episcopatus in Antiochia annos septē. Hic Petrus ingressus est urbē Romā, Claudii Cęsaris tēporibus, ibiq; sedit cathedā episcopatus annos. xxii. mēses. i. dies. iiii. sequitur. Hic ordinauit episcopos, Linū & Cletū qui presentialiter oē ministeriū sacerdotale in urbe Roma populo vel supuenientibus exhiberēt. Beatus autē Petrus vacabat ab ordinatione, p̄dicatione sua populū erudiēs, & infra. Hic beatū Clementem ep̄m cōstituit, ei cathedā vel ecclesiā omnē dīspōnēdā cōmisit dicens, Sicut mihi gubernātī tradita est a dño Iesu Christo ligādī atq; soluēdi potestas: ita tibi ego cōmitto vt ordines dīspōsitores diuersarū causarū p quos actus ecclesiastici p̄figētur, & tu minimū curis seculari dedit⁹ reperiaris, sed solummodo ad orationem, & p̄dicare populo vacare stude. hęc ibi. AVCT. Phātissima ergo est de quo turbant plurimū magistri quō. i. potuit Petro Clementes succedere forma posteris pōtificib⁹ incōcessa, non aduertētes quō lux suam vmbra adēquet, claritas typum suū appeller, & figuram suā apte describat veritas respōsalis. Solus Aaron adhuc superstes pontificatū subrogat successorī, Solus Petrus supstes adhuc donat illū Clementi. Ceteri legis pontifices p̄cessore suo mortuo vel expulso subintrāt: singuli quoq; pōtifices legis Christi. Sed deo iubētē hoc tantum in primo pontifice legis cōpletū est vt aliquādo daret regula successione seruādā, eā ipsam causam in hoc facto perperdere, in primo pontifice gratie. Vestem suā exiit Aarō, potestate suā Petrus. Sic enī dicit HIERON. in annotationib⁹ epistolarum Pauli super hunc textū, Mulier velamē debet habere sup caput. Velamen, inquit, signū potestatis esse declarat, hęc ille. AVCT. Velamē ergo vestis sue Petrus Clementi vt Aaron successorī suo distribuit quādo ligādī atq; soluēdi de quibuscūq; decreuerit potestatem tradidit. Videtis iam quomodo seruicē osculent lux & vmbra, veritas & figu

ra. Si tamē verborū proprietates strictius lector attendat, Eleazarū Aaroni & Clementē Petro accessisse, qđ successisse, dicerem⁹ potius: eo qđ vterq; possessori suo incolūmī cōiunct⁹ est, quīs prin⁹ obituro, qualiter PAVLINUS in epist. ad Romanū de Augustino dicit inter epistolas Augustini. xx. Non tm̄ hoc scribimus gratulādum qđ episcopatū Augustinus acceperit, sed quia hanc dei curā meruerunt Africane ecclesie vt verba celestia Augustini ore piperēt, qui ad maiorē dominici muneris gloriā nouo more prouectus ita consecrat⁹ est, vt nō succederet in cathedra episcopo sed accederet. Nā incolūmī Valerio Hipponēsis ecclesie coepiscop⁹ Augustin⁹ est. hęc ille. AVCT. Vides qđ dicit nouū morē istum esse, sic enī dixi aut raro postea contigisse vel nunq; Vtrū tamē cū vixerāt Petrus & Valerius pōtificatus suos illis accessorib⁹ cōcedebāt nō tamē cedebāt ex toto: qualiter Aaron amittēdo sacerdotium cessit filio: q̄stio noua est & dictis impertinēs. Nota tamē qđ ppter hęc dicta de sumo Petri sacerdotio a primo sacerdotio gratie Christi non excludit, nec sic est oīno summi pōtifex sc̄tis Petri. Christus enī rex & sacerdos pōtifex fact⁹ est in eternū sc̄dm ordinē Melchisedech, sc̄dm Apostolū: Petri⁹ tñ pōtifex & vtriq; tpalis, & ideo quantū ad hoc sc̄dm ordinē Aaron, quia solū pontifex nō rex erat. In hac mensura posuit Christus Petriū & singulos successores cū diceret, Reges gentiū dominātur eorū, vos autē nō: sic, Et secūdū hoc Petri⁹ pōtificatus gratie primitias celebrauit. Vnde ISIDORVS lib. ii. de origine offic. c. v. In nouo testamento post Christū sacerdotalis ordo a Petro coepit. Ipsi enim primum est datus pontificatus in ecclesia Christi: sic enim loquitur ad eum dñs, Tu es Petrus & sup hęc petra edificabo ecclesiā meā, & portā inferorū non vincēt eā, & tibi dabo clauēs regni cælorū. Hic igit ligādī soluēdiq; potestas primus accepit: primusq; ad fidē populū virtute sue p̄dicationis adduxit: siquidē & ceteri Apostoli cū Petro pari cōsortio honoris & potestatis effecti sunt, qui etiā in toto orbe dispersi euāgelium p̄dicarūt, quibusq; decedētib⁹ successerunt ep̄i qui sunt cōstituti p totū mūdū in sedib⁹ Apostolorū, qui iam nō ex genere carnis & sanguinis eligūtur, sicut primus sc̄dm ordinem Aaron, sed pro vnusquisq; merito quod in eū gratia diuina cōtulerit. Hęc ille, AVCTOR. Ecce quāta diligentia succedēdi seruata est, ne Apostolica auctoritas per

toti orbē careret herede. Vbi iā ille absconditus tu? quē tu sine auctoritate Christi caput ecclesie præfecisti. Illa dico simplex psona mūdo vt incognita tibi soli reuelata de qua vt oēs scim? Christus, nō meminit qm̄ Petrū nō in abscondito, sed palā corā Apostolis fecit caput ecclesie Matt. xvi. Et Ioā. vlt. Petr⁹ ergo ille nō erat, Matthe⁹ ille nō erat, cui⁹ electio publica celebrabat i strata. Null⁹ insup Apostolorū abscondit⁹ ille fuerit quoz q̄libet i manifeste elect⁹ audiuit christū dicere, Vos estis lux mūdi. Postremo oēs apostolicę ministraciones de occulto in publicū pcesserūt. An nō Matthias corā centū viginti hoīb⁹ a cœtu apostolorū assumit? Stephan⁹ insup & socii eius corā oī multitudine diaconi ordinant. Paul⁹ & Barnabas toti ecclesie publice a spū sancto reuelant in opus Apostolicū trāsferēdi. Et in occulto locutus sum nihil, dixit Iesus. Et hęc formā statuēdi caput ecclesie sc̄tus Petr⁹ sequit vt supra legit in Clemēt. epist. CL. Emēs. Cū hęc dixisset, inq̄t, i medio corā oīb⁹ man⁹ mihi imposuit & in cathedra sua ingēti veracundia fatigatū federe me cōpulsit. Hęc ille. AVCT. Et si ille abscondit⁹ tu? vt iactas plus p̄fecit ecclesie, pl⁹ ergo Petro, pl⁹ Stephano, pl⁹ Barnaba & Paulo q vt nubes volabāt in aera regionū & quasi colūbē ad fenestras: & mēdacē fecisti Paulū dicētē pl⁹ oīb⁹ laboraui,

De serie venerāda Romanorū Antistitū, succedētū sancto Petro. Cap. XXXI. AVCT.

Nollem insup se multū vexare catholicos sup immediata successiōe Clemētis audieres aliquos pponere illi Linū: qdā pręponūt nō Linū sed, vt Eusebius Anacletū: dū tamen de immediata s̄titutione ei⁹ a Petro dubiū nullū restet: q̄ ea ratione successerit cūcti prædicāt orthodoxi. Hieron. enī cōtra Iouin. lib. i. de virginū p̄fessione auctores inducēs. Hoz inquit typpus est spado illę reginę Candaces, in Act. Apost. qui ob robur fidei viri nomen obtinuit. Ad hos & Clemēs successor apostoli Petri, cui⁹ Paul⁹ meminit scribēs epistolas. Omnē pene sermonē suū de virginitatis puritate contexit, hęc ille. AVCT. Vbi de successiōe ei⁹ nō fixisset Hieronym⁹ tā specialem notā, si nō vt quidā existimāt de immediata eius successiōe intēderet, & hęc frequentior dictio Latinorū. Vñ idē Hieron. de illust. viris. c. xv. Clemēs de quo Apostol⁹ Paul⁹ ad Philippēses ait, cū Clemēte in ceteris coope-

ratorib⁹ meis quorū noīa sunt in libro vitæ. Quart⁹ post Petrū Romę ep̄s: siquidē secūdus fuerat Linus, tertius Cletus: tā est pluri mi Latinorū secūdum dicūt post Petrū fuisse Clemētē. hęc ille. AVCT. In decretis vero p̄tifficū sub decreto Ioānis papę aīsc̄loris magni Gregorii ad hoc idē agitur. IOANNES PAPA. Petrus, inq̄t, princeps apostolorū adiutores sibi asc̄iuit Linū & Cletū, non tamen p̄tifficū potestātē aut ligādū vel soluēdi normam eis tradidit: sed successorī suo Clemētī qui sedē apostolicā post eū & potestātē p̄tifficāle tradere illi Petro tenere p̄meruit. Lin⁹ vero & Clet⁹ ministrabāt exteriora. Pr̄iceps autē Apostolorū Petr⁹ verbo & orationi instebat, Linū namq̄ & Cletū nihil legitur vnq̄ egisse ex p̄tifficali potestate ministerioꝝ, sed quātū eis a beato Petro p̄cipiebāt, tātū solūmodo agebāt. hęc ille. AVCT. Nō sis p̄ceps interpres sed intellige p̄tifficatū, summū p̄sularū illius ecclesie sanciri, & q̄ notariū ob reuerentiā primī Apostoli colaboradores inscribūt cōi patrū catalogo: duos æquo passu renumerātes in vno vt laudē eius oneris episcopalīs sentirēt in pte quā secūdū veritatē nō merebāt in toto. Imitātes morē notariū euāgelici Lucę, q̄ ob Christi reuerentiā Heli patrē Ioseph inscripsit, qui nō secūdū veritatē germinis sed ad eius parētēlā vsū tm̄ legis accessit, & dignū fuit vt tā regīa soboles neminē fineret tā affini perēni nota carere. Nec magis errat in Lino, dicēs q̄ successit, q̄ errabat Lucas in Heli q̄ genuit vel alioq̄ Christi p̄genitor fuit. Ideo Hieron. huic cōsonans lib. de gest. Rom. pontif. ex Damaso. c. de Clemēte. Hic, inquit, ex p̄cepto beati Petri suscepit ecclesie p̄tifficatū gubernādū sicut ei fuerat a dño Iesu Christo cathedra tradita vel cōmissa: tamē in epist. q̄ ad Iacobū scripta est qualiter ei a beato Petro cōmissa est ecclesia reperies: ideo Linus & Clet⁹ ante eū scribunt eo q̄ ab ipso principe Apostolorū ad ministrū sacerdotale exhibēdum sint ep̄i ordinati. hęc ille. AVCT. Plures igit̄ inter Romanos p̄tiffices numerātur: quia in illa ecclesia ministrabāt episcopalia vice Petri, non quia illi ecclesie p̄sidebāt: sicut cōtrario multi certis de causis ab illo numero excludūtur q̄ tamē realiter p̄fuerūt. q̄ si aliter sapitur, cur annumerātes Linū omittūt Cletum: & cōtrario. Sufficit enī sanctis scriptorib⁹ vnū eorū inscribere vt ipso vocato statī recordemur de socio. Autumet, aliud qui vult. Nō leuiter credā Augustinū vel falso vel frustra Romanos

calculasse pontiffices. Et tā accurata diligētia descripsisse per nomina atq̄ loca p̄sules inuicē succedētes i epistola sua ad Generosum inter epistolas. cxxxiii. AVGV. Si inquit ordo episcoporū sibi inuicē succedentiū cōsiderandus est quāto certius & vero salubrius ab ipso Petro numeramus, cui totā ecclesie figurā gerētī dñs ait, Sup hęc petrā ædificabo ecclesiā meā, & portę inferi nō p̄ualebūt aduersus eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemēs, Clemētī Anacletus, Anacleto Euaristus, Euaristo Sixt⁹, Sixto Telephorus, Telephoro Igin⁹, Iginō Anicet⁹, Aniceto Pi⁹, Pio Sother, Sotherī Alexander, Alexandro Victor, Victori Zepherin⁹, Zepherino Calixt⁹, Calixto Vrban⁹, Urbano Pōtian⁹, Pōtiano Atther⁹, Authero Fabian⁹, Fabiano Cornelius, Cornelio Luci⁹, Lucio Stephan⁹, Stephano Sixtus, Sixto Dionysius, Dionysio Felix, Felici Eutician⁹, Euticiano Caius, Caio Marcellus, Marcello Eusebi⁹, Eusebio Melchiasdes, Melchiadi Siluester, Siluestro Marc⁹, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damafus, Damaso Syricius, Syricio Anastasius. In hoc ordine successiōis nullus Donatista episcopus inuenit. Sed ex trāsuerso ex Africa ordinatū miserāt q̄ paucis p̄sides in vrbe Roma Mōtensū vel Cusupitarū vocabulū p̄pagauit. In istū autē ordinē episcoporū qui ducit ab ipso Petro vsq̄ ad Athanasū qui nūc eadem cathedrā tenet null⁹ traditor inuenit. Sed & si quisq̄ traditor p̄ illa tēpora subrepsisset nihil noceret ecclesie & innocētib⁹ Christianis: quib⁹ dñs prouidens ait de Prępositis malis, Quę dicūt facite, q̄ aut̄ faciūt facere nolite: dicunt enī & nō faciūt. Vt certa sit fidelis spes quę nō in hoīe sed in dño collocata nunq̄ tēpestate sacrilegi schismatis dissipatur. Hęc August. AVCT. Hoc certissimū cōpendium credimus Augustini qd̄ sine magno fructu nō duxit ad publicū, hoc vnū iterim notem⁹ de multis qd̄ ipse significauit. In ordinatione inq̄t successiōis null⁹ Donatista ep̄s inuenitur testor Christū, sed nec aliquis Vvitcleui. Quid inde? Notā ergo isamie & suspitionis doctrinę vitiatę icurrūt Donatistę q̄ inter Romanos p̄tiffices nec vnū merebantur habere tutorē vel patrē. Quid ergo dicem⁹ de Vvitcleui. qui totā pene illā p̄geniē simul sp̄nit & cathedrā maxīe vero a sc̄to Urbano & deiceps q̄ prim⁹ cōsuetudinē iduxit dotationis immobilis. Sed dicam⁹, nos oēs fideles & filii Romanę m̄is ecclesie q̄ sicut recitara genitorū series i genealogia Christi certifficū

genuit argumētū de veritate, ita series succedētū in Romana sede p̄tifficū idē semp docēdū certiffimū efficit argumētū cūctis fidelib⁹ de veritate doctrinę. Sic etiā AVGV. Scribit de seipso itra metas sanę fidei hac forma retēto cōtra epistolā fundamēti alloquēs Manichęos fere in p̄cipio. Certe q̄ppe, inq̄t, turbam nō intelligēdi viuacitas sed credēdi simplicitas turiffimā facit. Vt ergo hęc omittā sapientiā quā in ecclesia esse catholica nō creditis, multa sunt alia q̄ in eius gremio me iustissime teneāt. Tenet cōsensio populorum atq̄ gētū, tenet auctoritas miraculis ichoantape nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipa sede Petri apostoli, cui pascēdas oues suas post resurrectionē dñs cōmēdauit vsq̄ ad p̄sentē episcopatū, successiō sacerdotū. hęc August. AVCT. Quid dicis mi Vvitcleui, quē ista successiō nō tenet? & ideo discursis vag⁹ & p̄ugus sup terrā: successiō sacerdotū p̄dicta tenuit August. & ne dicas in pte ipse dixit: ab ipsa sede Petri vsq̄ ad episcopatū p̄sentē, & q̄ tūc p̄sens ep̄s, Anastasius forsan, is supra fixit catalogū, Siluestri ergo nō excipit & deiceps, Marcū, Iulii, Liberii, Damafum, & Siritiū, q̄ oēs sicut in p̄sularu Romano, ita in dotatione Cęsarea successerūt. Sed nec sanctū Urbanū, Pontianū, Autherū, sanctū Fabianū, Cornelii, Lucii, Stephanū, Sixtū, Dionysii, Felicē, Eutitarianum, Caiū, Marcellū, Eusebiū, Melchiadē, q̄ oēs dotem p̄babāt, quā nō solēnter abūdantē sicut ex Cęsare posterī p̄ceperūt. Quid si recitamus alios a tpe Athanasii vsq̄ ad magnum Gregoriū succedētes: Certe nec p̄ oēs simul noster Vvitcleui. tenebit. Hos enī oēs vnā p̄sonā aggregatā nūcupat Antichristi. In mēdacissimo illo libello de ferm. do. in mōre tractat. ii. c. xxix. VVITCL. Nos, inq̄t, q̄ tm̄ sūspeci sum⁹ de hęcresi debem⁹ plane ex patulo sensu scripturę p̄babiliter dicere solum n̄m intendēdo illi grāmaticę vulgari quā habet Ioānes dicēs, Antichristi facti sunt multi: sic videlicet q̄ q̄libet p̄sona simplex aggregata q̄ est notabilis cōtra Christū sc̄dm fidē scripturę Antichrist⁹ d̄, & isto supposito cū fide cōuersatiōis Christi & ex cōuersatione papę videēt fidelib⁹ cognoscētib⁹ aīcedēs, q̄ papa sit patul⁹ Antichrist⁹, & nō solū illa simplex p̄sona q̄ pl⁹ stabilit plures leges cōtrarias legi Christi, sed multitudo paparū a tpe dotationis ecclesie cardinaliū episcoporū & eorū cōplicitū aliorū. Illa est enī Antichristi p̄sona composita monstruosa. Hęc ibi. Et notantur


inter cōclusiones dānatas, cōclusionē, v. AVCTOR. Sed bene dixit, nos qui tantū suspēcti sum⁹ de heresi debem⁹ hoc dicere, immo vos plani heretici, vos falsi Christi p̄nēfici, vos aduersarii Iesu Christi: sed demēs est oīs qui talē sibi doctorem assumit: characterē in fronte sua gerentē testis blasphemantis. Sed filii Christi & sponse ecclesie Augustinū potius Gregorium & ceteros pios patres p̄dictos sequētur: non audietur voces alienorum. Hos enim p̄dictos, patres constitutos fateamur ecclesie, & principes sup omnē terram. Sicut & per totū mundū sacri antistites Apostolorū locis accedūt, qualiter dicit AVGVSTINVS exponēs de hac re illud p̄pheticum, Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filii, in Psalm. xliiii. Genuerūt te, inq̄t, Apostoli: ipsi missi sunt, ipsi p̄dicauerunt, ipsi patres: sed nunquid nobiscū corporaliter semper esse potuerūt? Et si vnus ipsorū dixit, Cupio dissolui & esse cū Christo, multo magis optimum: remanere in carne necessariū est propter vos. Dixit hoc quidem, sed q̄diu hic manere potuit: nunquid vsq̄ ad hoc tēpus: nūquid vsq̄ in posterū? ergo illorū abscessu deserta est ecclesia? Absit. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Quid est p̄ patrib⁹ tuis & c. Patres missi sunt Apostoli: pro Apostolis filii nati constituti sunt episcopi. Hodie enī episcopi q̄ sunt per totū mundū vnde nati sunt, ipsa ecclesia patres eos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrū. Non te ergo putes desertā quia nō vides Petrum, quia nō vides Paulū, quia nō vides illos per quos nata es. De prole tibi creuit paternitas, Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnē terram. Sequitur. Hęc est ecclesia catholica. Filii eius cōstituti sunt super omnē terrā principes, filii eius cōstituti pro patribus: agnoscant quē p̄cisi sunt, veniant ad vnitatem, adducantur in templū regis. Templum suum deus qui vbīq̄ collocauit fundamēta Prophetarū & Apostolorum vbīq̄ firmavit. Filios genuit ecclesia, Constituit eos pro patribus suis principes sup oēm terrā. Hęc August. AVCT. Si ergo durante toto cœtu paparū a sancto Vrbaño vsq̄ ad p̄sentē an̄cristitē non est deserta ecclesia, sed ipsa mater nostra filios suos cōstituit principes sup omnē terrā in sedib⁹ patrū, vel est crederib⁹ nouerca & nō vera mater q̄ p̄posuit nobis tā Antichristū longēvū, vel Vviteless, noster maledictū matris incurrit qui tā icandalosum mendacium de matre confinxit.

Q̄ ROMANA SEDES TENET

primatum super omnes ecclesias.

Caput XXXII.

AVCTOR.



Minētia autem auctoritatis S

firmissime & casti cuiusdam honoris per singulorū p̄sulum Romanorū cathēnā successiuā concreuit ex traduce quā quotidian⁹ canis noster mordere blasphemis dentibus non verec̄tatu suo secundo de ferm. dñi in mōte. cap. xxii. VVITCLEF. Quidā, inquit, volūt fundare vt fidem, q̄ episcopus Romanā ecclesie p̄cēmineat capitaliter super omnes alios episcopos: sicut Christus dominatus fuit super cūctos suos Apostolos: & talē maioritatē inter archiepiscopos & episcopos reperies in multis regnis Christianissimis, & ista supba heresis fecit dissensionē nimirū in ecclesia militante. Et cap. xxxvii. sup illud Euang. Cum videritis abominationē desolationis stantem in loco sancto & c. Dicit, inquit, p̄dict⁹ fidelis tanq̄ sibi probabile, q̄ Christus intelligit per hęc verba papam siue Romanū p̄rificē. Ipse enim est radix totius huius malitię: quā mēdaciis a sequela Christi degenerat. Ipse est abominatio desolationis in abstracto cum ex sua antiqua malitia sit in diaboli p̄ueritatem induratus. Est autem abominatio: quia sicut veritas quę est adēquatio rei ad primū intellectum est summe cōsolabilis, sic mendacium super eadē veritate in homine fingente se esse summū Christi vicarium, nedum est summe abominabile, sed abominatio in abstracto. & infra, Stat autē in loco sancto intelligēdo per locum qui secundū logicos est sedes argumenti sedē auctoritatis summe. Cū nō solū innuat se facere posse omnia quę Christ⁹ potuit, sed multa quę Christus non potuit, Et sic secundū Apostolum quo ad duplicem naturam extollitur supra Christū: quia certum est q̄ Christus nō potuit in illa opera taliter cōuersando: considerādo ergo eminentiā illi⁹ peccati supra Luciferinā superbā videtur q̄ istud peccatū attingit vsq̄ ad summū gradū malitię in peccādo: & illa statio & succedens sessio videtur notare illā inflexibilē superbā in Romano p̄tifice induratā. Et finaliter cōcludit. Quis ergo foret Antichristus, nisi diabolus taliter exaltatus: hęc ille. Et notatur inter cōclusiones ter dānatas, cōclusionē, viii. AVCT. Audistis iam sediciosum istū quomodo cōtra cathedram Petri & eminentiam

eius quam successoribus suis sanctus Petrus instituit scripturas quas peruertit instaurat: quam autem cathedram isterturbulētus doctor teneat scire velle, an non cathedram illam pestilentia quam Psalmista desepit. Augustino videtur q̄ sic tangenti cum textum in libro de quæstionib⁹ noui & veteris testamenti cap. C. x. de talibus erigentibus contra Romanam cathedram disputantī, AVGVSTINVS. Nam ordinem inquit, ab apostolo Petro cœptū & vsq̄ ad hoc tempus per traducem succedentium episcoporum seruatū perturbāt, ordinem sibi sine origine vendicātes, hoc est corpus sine capite profidentes. Vnde congruit etiam eorum sedem cathedram pestilentia appellare. Nec ideo enī impune erit qua sub dei nomine agunt (Constat enim suas illos causas sub dei nomine agere) nō enim zelo dei hoc agunt sed sibi tū, volentes defendere cum sciamus chore, & ducētos quinquaginta viros per p̄sumptionē deo offerētes hiatu terrę absorptos esse, & Osiā regē cum deo illicite obrulisset lepra fronte percussū. Hęc ille, AVCT. Ecce q̄ plane ordinem succedentium episcoporum per traducem conseruatam a sancto Petro Augustinus commendat, perturbantes illum ordinem Vviteleistas obisurgat, quia volunt ponere ipsum sine origine, & corpus sine capite, id est sedem sine antistite, an putas sine Christo? Non: quia minus tunc publice mentirentur: sed quia sine mortali capite statuerent vellent ecclesiam, Augustinus insequitur, P̄sul ergo Romanus secundum eum est caput ecclesie, vel erit corpus sine capite, dicentes autem oppositum suas causas dicit agere sub nomine Christi sicut hīc Vvitele, dicens papam se exaltare supra Christum, sed nec per hoc transibit impune, q̄ sup cathedrā sedet pestilentie, & recte. Pestilentia enim ordinem nullum seruat, sed irregulari quodam volatu postq̄ per aliquot annos aut dies dormierit terrę plagam insilit, & rursus incit inseparato veneno: & iterum per tempus mortua iterum conualescit. Est ergo catholica cathedra quę fidem suam sanam & mores paternos sine interpollatione conseruat ex traduce: ea vero est cathedra pestilentie quę linea successione abrupta, vel per censuras principum vel catholicorum pontificum post diu latuerit, iterū pululal rediuit. Sic enim hui⁹ pestis prim-

cipes contra primatum ecclesie Augustinus Chore cōmemorat & cliētes, qui quasi ore Vviteless loquētes cōtra p̄cipes suos & Moysen & Aaron dixerunt. Sufficiat vobis q̄ omnis sanctorum multitudo est, & in ipsis est dominus cur eleuamini super populum domini. Sed huius pestilentie capitibus ab inferno consumptis, Numēf. de cimo sexto. In ecclesia modo Christi istortū imitatione, omnes pene hareses principes contra Romanorum P̄sulum potestatem insurgunt, dicētes cū patre suo Chore, cur eleuamini super populum. Sic enim Arrii sectatores contra eam, pestilentem rebellionem comminantur intentam tempore Iulii pape, si nollet cum eis damnare catholicos sicut eius decreta testantur in decretis Pontificum. Epistola enim eorū hęc est, ARRIANI Domino beatissimo & honorabili patri Iulio apostolicę sedis venerabili Episcopo Eusebius, Theognius, Theodorus & Berynthus, vna cum reliquis fratribus & coepiscopis nostris in Antiochia congregatis, & infra. Sunt namq̄ a nobis & maxime a totius orientis episcopis damnati Anastasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcellus, Aucit⁹, Asclepius, Gazelucianusq̄ Adriopolis pro certis criminibus quibus aduersarii sunt apud nos inscripti, quæ per p̄sentes hui⁹ epistolę latores omnia sub certa relatione vestrę innotescere non omittimus sanctitati: quibus agnitis si nostris placitis magis q̄ eorum machinationibus consentire, & ordinatos episcopos in dānatorum loco confirmare eligitis, pacem vobiscum & communionem habere volum⁹: si vero aliter egeritis, & eos amplius q̄ nobis consentire iudicaueritis, contraria celebriabimus: & vobiscum deinceps nec congregari nec vobis obedire, nec vobis vestrisque fauere volumus: sed per nos quicquid melius elegerimus, agere. Hęc ibi. AVCTOR. Exemplum autem istorum voluit ad posteros, & iam tardis diebus abbas Ioachim, & post eum Petrus Ioannes ea peste tanguntur. Vnde GVIDO libel. Io de haresibus maledicta eius describens, Sextum, inquit, capitulum continet primo q̄ ecclesia Romana est carnalis synagoga Sathanæ. Secundo q̄ ecclesia Romana destructa est in statu tertio sicut synagoga destruebatur in statu secundo. Hęc ibi. AVCTOR. Et istius Petri Ioannis, Vvite-

cleff auctoritate assumit iam supra de abominacione desolationis appellans eam ibi sententiam magistralem. Huius etiam pestis sectator erat Gerardus Sagarellus de Parma, Vnde GVIDO, Primus error vbi supra q̄ tota potestas collata ecclesie a Christo est omnino euacuata propter malitiam prælatorum & ipsa ecclesia Romana est metrix Babylon apostatans a fide Christi. Hęc ille, AVCTOR, Hæretici quoq̄ Valdenses hanc sibi blasphemiam colligebant. Vnde GVIDO vndecimo loco, Isti dānāt totū statū Romanæ ecclesie i se & i suis mēbris, duodecimo dicunt q̄ sancta Romana ecclesia est domus mendacii. Hęc ille, AVCTOR, His ergo & similibus aliis deridendis doctoribus assurgit noster Vvicleff & sagarellinæ scholæ se spondet discipulum, hi ergo patriarchas suos reuenter extollunt Chore Dathan & Abiron, sic seditiose agentes contra summum Pontificem legis Christi sicut illi contra Aaron summum Pontificem legis Moisaicæ & textum verborum non perdunt, sed dicuntur Romani Pontifices eleuamini super populum domini, Omnis sanctorum multitudo est, & in ipsis est dominus, ea scilicet auctoritate & potestate vestre non impari, Qui enim est humilior, & ecclesie seruientior, ipse est papa & caput ecclesie, Sed saltē auctoritate ipsa quā spernunt ipsi intereunt, iustis absorbentur sententiis, & descendunt in infernum viuentes, Nō enim per ipsos stat summum legis Pontificium Christi, nec propter eorum fremitus & garrus hæreticos subuertetur promittente Christo q̄ portæ inferi non præualebunt aduersus ecclesiam sancti Petri, Vnde senior & sanctus pater CYRILLVS, exponens ipsū textum Matthei decimosexto, Petro inquit dictum est, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: secundum hanc domini promissionem ecclesia apostolica Petri ab omni seductione & hæretici circumuentione immaculata manet super omnes præpositos & episcopos, & super omnes ecclesiarum primatus & populorum in suis pontificibus in fide plenissima & auctoritate Petri: & cū alię ecclesie quorundam errore sint verecundatę: stabilita in quassabiliter ipsa sola regnat, silentium imponens & omnium obturans ora hæreticorum, & nos necessitate salutis non decepti superbia, neq̄ vino superbiæ inebria-

ti, typum veritatis & sanctę apostolicę traditionis vna cum ipsa confitemur & prædicamus, Hęc ille, AVCTOR, Audite hęc omnes Vvicleuista, & gentes seditionis hæreticę, Status summī Pontificis ex ipsa saluatoris pollicitatione dependet, & idcirco regnat super omnes præpositos orbis terrę & omnī ora decreti sui terribili fulgore contundit: quæ quidem omnia verissima diceretis, nisi vino inebriati essetis cōsummatę superbiæ, Coincidit huic sententię Cyrilli beatus vir ATHANASIVS Alexandrinus epistolā sua ad Marcum papam, & habetur in decretis Pontificum, Quia, inquit, inimici sanctę dei ecclesie, & maxime Arriani a quibus quotidie terimur, oppugnamur & opprimimur, præfata lxx. Niceni concilii capitula quæ de præfata synodo iubente domino nostro Alexandro decreto omnium episcoporum attuli, quę etiam coram omnib⁹ recitauit atq̄ transcripsi sunt igne combusta: optam⁹ & a vestre sanctę sedis ecclesie auctoritate quæ est caput & mater omnium ecclesiarū ea ad correctionem & recreationem fidelis orthodoxorū percipere per præsentis legatos mereamur: quaten⁹ vestra fulti auctoritate nostrisq̄ precib⁹ roborati illesi a memoratis æmulis sanctę dei ecclesie & matris euadere, nobisq̄ commisso gregi seruire valeamus, vsq̄ huc vere nouim⁹ apostolatus vestri cor, gratia sancti spiritus intantum esse accensum, vt omnib⁹ oppressis succurratis: quantomagis nobis, qui licet exigui, ordinis vestri cum simus vobis, q̄ obedientes cū omnibus vobis & sumus & semper esse volumus, Hęc ille, AVCTOR, Itē ex eodem volumine in decreto Damasi papę cap. i. DAMASVS, Scitis fratres charissimi firmamētū adeo fixum & immobile atq̄ tūtū lucidissimū sanctorū sacerdotū & oim episcoporū apostolicā sedem esse cōstitutā & verticē ecclesiarū, Tu es enim sicut diuinum veraciter p̄nunciat verbū Petri⁹ & super firmamētū tuū ecclesie colūne q̄ episcopi intelligunt, cōfirmatę sunt, Tibi & clauēs regni cœlorū cōmissę atq̄ ligare & solvere potestātē, q̄ in celis sunt & quę in terris pmulgauit, tu p̄phetarum hominū & mēbrorū meorū maxime discipulorū meorum ex istis princeps & doctor orthodoxę atq̄ immaculatę fidei, cuius vice hodie ex grandī p̄ Christo legatione fungimur, & omnes sanctę huius sedis præfules hui⁹ vi-

cem gesserunt & gerent, Hęc ille, AVCTOR, Hęc insuper dictione vs⁹ est GREGOIVS in registri sui lib. vii. epistola xxxvi. ad Eulogium Syracusanū episcopum, Quis em̄ nesciat sanctam ecclesiam in apostolorum p̄cipis soliditate firmatam qui firmitate mentis traxit in nomine vt Petrus a petra vocaretur cui veritatis voce dicitur, Tibi dabo clauēs regni cœlorū, Cui rursus dicitur, Et tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos, Iterūq̄, Simon Ioannis amas me! pace oues meas, Itaq̄ cum multi sint apostoli pro ipso tamē principatu sola apostolorum principis sedes in auctoritate conuuluit, Hęc ille, AVCTOR, Prudenter valde Greg. induxit Romanā ecclesiam sublimē factam auctoritate Pontificis sui Petri. Et licet oēs essent apostoli, ipse tamē erat p̄inceps apostolorū, & ex principatu sedes eius super omnes ecclesias auctoritate conuuluit, Beat⁹ itē AVGVST. cōsimiliter apostolicā istā sedem culmen auctoritatis obrinuisse confirmat libro suo de vtilitate credendi versus finē, Cum, inquit, tantū profectum fructumq̄ videam⁹: dubitabim⁹ nos ecclesie eius credere gremio, quæ vsq̄ ad confessionē generis humani ab apostolica sede per successiones episcopoz̄ frustra hæreticis circumlagentibus & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate dānatis culmen auctoritatis obrinuit, Cui nolle primatū dare vel summę p̄fecto impietatis est vel p̄cipitis arrogantię, Nam si nulla certa ad sapiētiam salutēq̄ animis via est nisi cum in eis rationi præcedit fides: quid est aliud ingrātū esse opī atq̄ auxilio q̄ tanto labore prædicatę auctoritati resistere? Hęc ille, AVCTOR, Conuincit ergo se prædicta familia diuinę opī ingrātam, quæ tantę sedis auctoritati præstitit obicē: & quia ipsi semper placuit denegare primatum summę impietatis aut p̄cipitis arrogantię se docuit esse ream, Cur ergo cōtra Romanum primatū insurgis! cur sic irasceris audiens q̄ episcopus Romanę ecclesie præminet capitaliter sup omnes alios episcopos: sanctissimi Christi pontifices hunc primatū in vniuersa ecclesia confessi sunt, beat⁹ Augustin⁹ episcop⁹ fuit: & huic primatū nō iuidit sed et̄ humillime recognouit, Vnde ad Bonifaciu papā scribens lib. i. cōtra duas epistolas Pelagianoz̄ cap. i. AVGVST. Neq̄ inquit, dedigna-

ris q̄ nō alta sapis quīs altus præsideas esse amicus humiliū & amorē prætere impem, Et infra, Cū vero nō deficient inimici fremere, inimici scilicet gratiæ Christi ad dūci gregis caulas, ad diripiēdas tāto p̄cio redēptas oues adit⁹ vndeciq̄ rimari: cōmunisq̄ sit omnib⁹ nobis qui fungimur episcopar⁹ officio, quīs ipse in eo præmineas celsiore fastigio specula pastorali, facio qd̄ possum p̄ mea muneris particula q̄tū mihi domin⁹ adiuuātib⁹ orationibus tuis donare dignat⁹ vt pestilētib⁹ & insidiātib⁹ eorum scriptis mendetia & iniuriā scripta prætendā, quib⁹ rabies q̄ furium, aut etiā ipsa sanet, aut alendis aliis repellat, Hęc Aug. AVCTOR, Ecce papa Bonifaci⁹ secundum confessionē sincerissimā Augustini nō alta sapuit quīs alti⁹ præsidebat esse amic⁹ Augustini humilis antistitis: & omnes episcopi habēt aliqd̄ cōmune quīs papa in eo episcopar⁹ officio præminet celsiore fastigio specula pastorali: omnes æqualiter episcopipi, sed inter omnes & super omnes Romanus episcop⁹ celsitudine habet fastigiū, & secundū locū præminet in specula pastorali, Vnde & idē insuper AVGVST. lib. primo cōtra Iulianū, Postq̄ in testimoniū fidei induxit Hirenium Lugdunensem tēpori apostolorum vicinū Cyprianū Carthaginē sem primatē, Reticū Augustudēsē, Olympiū Hispanū, Hylarium Pictauesem, & Ambrosium Mediolanensem episcopos, Tandem Innocētium prædicti Bonifacii prædecessorē Romanum inducēs Iulianum alloquens, Sancto inquit, Innocētio vide quid respōdeas, qui nihil aliud de hac re sapit q̄ qd̄ isti in quorū te conuentum si tamē p̄deset introduxi, Cū his etiā ipse confidet et̄ posterior tēpore prior loco, Hęc Aug. ibi cap. sexto, AVCTOR, Quid ergo inflatur superbus hæretic⁹ cōtra præminentiā primę sedis, Humilis Augustin⁹ cum Romanum Innocētium in conuentum tantorū primatum & episcoporum induxit cū his inquit, ipse confidet, & si posterior tempore prior loco, sede maior, præstantior dignitate, Non est noua ista præminencia quæ tūc temporis Augustino & sanctis patrib⁹ fuit sine omni dubitatione certissima.

CŌ præminentiā potestatis papalis est in Christi lege fundata: non ex potestate Cæsarea deriuata.
CAP. XXXIII.

T VRSVM cōtra primatum Petri frameam suam acuit Vvitleuista, tamē annuēte deo semper defecerūt fra meē in finem, & dicunt hūc primatū non a beato Petro, sed a Cōstāntino Cēsare deriuari: & sic potuūt se fieri vt doctores sequētes eū extollerent forma prādicta, vñ de Christo & Antichristo, cap. vii. VVITCLEF. Cōstat primo ex fide quomodo potestas quā exerceret papa fuit a potestate Cēsarea deriuata, nec habet fundamentum in fide scripturā nisi vt loquar ironice ex isto, Lucē xii, Reges gentium, &c. Ideo si non sit potestas nisi a deo, patet q̄ maior potestas falsē vendicata sit potestas sophistica, & sic a diabolo vsurpata. Hęc Vvitleff, AVCTOR. Nec est vis distinguendī plurimam potestatem & prēmīnētiam in prādictis, quia habet vtrosq̄ terminos quasi pares. Idcirco inter conclusiones dānatas est cōclusio, C. xi. Certū videtur ex Chronicis q̄ non a Christo sed a Cēsare Constantino Romanus episcopus accepit vel vsurpauit potestatem, & conclusio proxima est q̄ ex fide euangelii ista prēmīnētia papalis cepit ortum, est a que falsum, sicut ex prima veritate error illis est exortus. Hęc ibi, AVCTOR. Hoc modo sinuntur errare qui se mendacis asuefaciunt vt aliquando cadant in publico, & quantitatem peccati sui singuli deprehendant. Toto ferme tempore quo sub persecutione principum tyrannorum Christi premebatur ecclesia Romani Pontifices vendicabant sibi primatū, qualiter de Anacleto papa legimus qui secundum compotum August. & Hiero. ex Damasco, successit immediate Clementi quartus a Petro. Nam & is decreto suo tertio, ANACLETVS inquit, seruus Iesu Christi in sede apostolica a domino cōstitutus a sancto Petro apostolo; principe presbyter ordinatus omnibus episcopis & reliquis Christi sacerdotibus salutē, & demū cap. iii. Hęc inqt sancta Romana ecclesia apostolica, nō ab apostolis sed ab ipso saluatore nro primatū obtinuit: sicut bto Petro apostolo dixit, Tu es Petrus & super hęc petra edificabo ecclesiā meā, Et tibi dabo clauēs regni coelorum &c. Prima ergo sedes est cœlestis beneficio Romana ecclesia quā vt memoratū est beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio cōsecrarūt. Hęc, Anacleto ibi, AVCT. Istū si iā fuisset tā ppiquē

Cōstantino q̄ fuit pxim⁹ sctō Petro, potueras hęc de dotis fauore suspectum. Sed quō rogo mi Vvitleff in ecclesia Romana primatū suū & potestātē prēmīnētīę vsurpauit aliqs papa auctoritate Cēsarea Cōstāntini, quā iam successisse cōpim⁹ a diebus veteris Anacleti? Adhuc audi q̄ audax scribat ibidem cap. iiii. ANACLETVS. Si inquit, causā difficilēs inter vos ortæ fuerint, ad huius sanctæ sedis apicem eas quasi ad caput referte, vt apostolico terminentur iudicio: quia sic velle ab eo a quo ita cōstitutū esse dicitis testimoniis declaratur. Hęc vero apostolica sedes caput & cardo (vt factū est a dño & non ab alio) est constituta: & sicut cardine ostiū regit, sic hui⁹ sanctæ sedis auctoritate omēs ecclesiæ domino disponēte regunt. Hęc ibi, AVCT. Iuxta qd̄ habet in lib. decretorū cap. Anaclet⁹ iuxta illud decretū præfulis Anacleti nō principis Cōstāntini Romana sedes vendicāt sibi ab antiquo rationē capitis sup omēs locales ecclesias, non qd̄ ab ipis apostolis sed sic a domino instituta. Demū ad Alexandrū pergam⁹ secundū ab isto: sextū a Petro secūdū Hieronymū, & ipse qd̄ in decreto, in suo proœmio decreti sic ait, ALEXANDER rursū insuper est ad hui⁹ sanctę & apostolicę sedis apicē cui summarū dispensationes causarum & omnīū negotia ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso quoq̄ dicēte principi apostolo; Petro, Tu es Petrus, & sup hęc petra edificabo ecclesiā meā &c. Hęc ille, AVCTOR. Iam bene cōmemorat Alexander antiquam prerogatiuā suā ecclesiæ sibi dispensatā a Christo, iuxta quod Anacletus supra testat. Insuper SIXTVS papa successor ei⁹ in decreto ca. primo, Sixt⁹ inqt, vniuersalis ecclesiæ apostolicę eps oib⁹ episcopis salutē in domino. Et in ca. ii. Si q̄ vestrū pulsat⁹ fuerit in alia qua aduersitate licēter hanc sanctā & apostolicā appellet sedē, & ad eā quasi ad caput habeat suffugium. Ne innocens dānet aut ecclesia sua detrimentū patiat. & infra, Ab hac em̄ stā sede ab apostolis tueri, defēdi, & liberari episcopi iussi sunt: vt sicut eorū dispositiōe ordināte dño sunt primit⁹ constituti, sic hui⁹ sanctę sedis cui⁹ dispositiōi eorū causas & iudicia seruauerūt futuris temporibus sint ab oib⁹ aduersitatibus semper liberi. Hęc ille. VICTOR quoq̄ papa sic scribit in decreto suo cap. iii. Culpant, inquit, vt scriptū est fratres qui aliter contra

episcopos iudicare præsumunt q̄ apostolicę sedi fieri placuit, & quis est qui iudicat eum quem dominus sibi & huic sanctę sedi referuari voluit iudicandum? Hęc ille. Itē ZEPHERINUS papa xiiii. a beato Petro secūdum Augustinum decreto suo primo cap. viii. Iudicia nāq̄ episcoporum maioreq̄ ecclesiæ causæ a sede apostolica & non ab alia (sicut apostoli & sancti successores eorum cum aliis episcopis statuerunt) sunt terminandæ: quia licet in alios transferatur episcopos, beato tamen apostolo Petro dictum est, Quodcūq̄ ligaueris super terram erit ligatum & in celis: & quodcūq̄ solueris super terram, erit solutum & in celis, & reliqua priuilegia quæ soli huic sanctę sedi concessa sunt, & in constitutis apostolicorum eorumq̄ successorū aliisq̄ plurimis cum eis concinētib⁹ habētur inserta. Hęc ille. Itē CALIXTVS papa & martyris immediatus præcessor Urbani secundum Hieronymum decreti sui, cap. primo, Nulli inquit, dubiū est quin apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cui⁹ vos regulis nullatenus conuenit deuiare: & sicut filius dei venit facere voluntatē patris, sic & vos voluntatē impleatis matris vestre, quæ est ecclesia, quicquid igit sine discretionē iustitiæ contra eius disciplinam actum fuerit ratū haberi ratio nulla permittit. Hęc ille. Item DIONYSIVS papa sextus ante Siluestrum secundum Hieronymum in salutatione sui decreti Dionysius inquit, Seuero episcopo salutem. Olim & ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam vt habeamus auctoritatem vniuersali ecclesiæ auxiliante domino subuenire, & quicquid nociuum est auctoritate apostolica corrigere & emēdare. Hęc ille, AVCTOR. Et hęc omnia vt signantur in locis habere potes in annofo libro decretorum Pontificum, Ecce nondum venit Cōstantinus in orbē: adhuc ecclesia habebatur odiosa principibus, adhuc astiterunt reges terræ & principes conuenienter in vnum aduersus dominum & aduersus Christum eius, & tamen suam prēmīnētiam papalis sedes exercet in vniuersalem potestatem, in corrigendis nociuis in causis maioribus terminandis, & vniuersalem tuitionem offensis personis extendens auctoritate non Cēsaris. Nō vtiq̄ (quod maius est) ab apostolis, sed a Christo domino promittit, exhibet & ex

ponit. Veniat iam Vvitleff & dicat si audeat q̄ potestas quā papa exercet sit a potestate Cēsarea deriuata & q̄ non a Christo sed a Cēsare Constantino Romanus episcopus potestatem suam vsurpat, vnde ipsi hoc? vnde istud autumat, nisi forte quia interdum papa potestatem talem decenter exercet in ecclesia qualem Cēsare olim in re publica Romana, & tamen non ex hoc eius potestas magis deriuatur a potestate Cēsarea q̄ potestas electionis Christi & flagellationis de templo successit ipsi ab angelo equite & equo suo belligero, de quo secūdum Machabeorum tertio, Si forte offendit historia illa ecclesiæ quam Beda scripsit de temporibus cap. de Foca Cēsare. BEDA. Focas inquit, regnauit annis octo, hui⁹ secundo anno indictione octaua Gregorius migravit ad dominum. Hic rogante Papa Bonifacio statuit sedem Romanę & apostolicę ecclesiæ caput esse omnium ecclesiarū, quia ecclesia Constantinopolitana primā se omnium ecclesiarum scribebat. Hęc Beda, AVCTOR. Sed si hoc arguat apud cōceptum tuum potestatem papæ a Cēsare esse traditam & traductam, tamen mendacium non euades q̄ Cēsarem illum Constantinum dixeris cum historia dicit Bonifaciu ideo impetrasse de Foca qui successit Siluestro papæ trigessimus tertius. Et iterū si hoc dicit non esse Romanam sedem caput omnium ecclesiarum nisi ex potestate Cēsarea, eo q̄ pro capitalitate eius Imperator decreuit, ergo conformiter potestas baptizandi fideles non inest sacerdotibus nisi a potestate Cēsarea, eo q̄ pro ea primus Philippus Imperator Romanus diu ante Constantinum ipse baptizatus liberam potestatem baptizandi concessit, & potestas prædicandi non adesset sacerdotibus Anglię nisi a potestate regiā, eo q̄ Ithelbertus potestatem concessit, & laxam prædicandi licentiam condonauit Augustino legato Gregorii. Et in primo introitu suo ad regnum post collationem regiā secundum Bedam de gestis Anglorum, sed seductoria motiua sunt ista, & norunt cuncti fideles potestatem istorum Regum fuisse solum tutoriam: & ita Focas Cēsare quādo capitalitatem statuit Romanę ecclesiæ non ipse tunc eam primo concessit, sed antiqui iuris potestate contra insurgentes imperia li suo decreto protexit, & hoc sonat ratio textus quæ dixit q̄ hoc Imperator decre-

uit, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat. Sic etiam Constantinopolitani episcopi post tralatium ad eos imperium de Roma frequenter vsurpabant primatum. Vnde & beatus Gregorius super tali quadam querebat iniuria apud Augustum Mauricum, quã intulisse sibi visus est Ioannes ibi episcopus no minãdo se vniuersalem episcopum quinto libro registri, epistola ad Augustam Constantiniam quã incipit, Omnipotens deus, GREGORIVS, Per omnipotentem inquit, dominum rogo ne pietatis vestrã tẽpora permittatis vnus hominis elatione maculari: neq; tam peruerso vocabulo vltimum quoquo modo prãbeatis assensum, atq; in hac causa nequaquam me pietas vestra despiciat, quia & si peccata Gregorii tanta sunt vt pari talia debeat, Petri tamẽ apostoli peccata nulla sunt vt vestris temporibus pati ista mereatur. Vnde iterum atq; iterum per omnipotentem deum rogo vt sicut parentes vestri, priores principes sancti apostoli Petri gratiam quaesierunt: Vos quoq; hanc nobis quaerere & seruare curetis, & propter peccata nostra qui ei indigne seruimus eius apud vos honor nullatenus minuat, q; & vobis modo adiutor esse in omnibus & postmodum vestra valeat peccata dimittere. Hęc ille, AVCTOR. Ecce institit apud Augustos Gregorius vt seruaret honorem sancti Petri, nuquid ergo ex eorum arbitrali decreto pendit: sed neq; prãeminentia potestatis eiusdem ecclesie a potestate Cæsare derivatur, quãuis in tuitione eius decretum suum Focas adiecit, sed ideo cautius nostro Vviteless errauit magister eius Vvilmelmus significans rationes, sed non tempora huius vsurpationis prædicte eminentie in Romana ecclesia super aliorum ecclesias locorum, non q; ei forent, inquit, aliqua auctoritate subiecta, sed propter apostolorum Petri & Pauli præeminentiam, & propter multitudinem solennium personarum in ea præpollentium atq; doctrinam, quæ etiam propter illorum charitatem immensam & sollicitudinem assumptis aliis ecclesiarum prælatis & singulares fideles alios instruere & monere, At contra hoc alius schismaticus volens excusare Constantinopolitanam ecclesiam (quia semper abundauit hæreticis) Nicætes scilicet eiusdem ecclesie episcopus, vt refert Anselmus in suo Antichimonen gre

ce quod est cūtrapositorum latine, NICEATES, Ibi, inquit, id est Constantinopoli præsidebant semper clari philosophi, prægrandes dialectici & profundus theologus: qui scient & bonum & malum abunde cõferre. Romæ ecõtrario viri simplices idiotæ pauca veritate contenti qui forsitan nesciunt & si vellent errare constanter. Et concludit cum prioribus quatuor olim ecclesias fuisse sorores Constantinopolitanam, Antiochenam, Alexandrinam, & Romanam, sed Romanam vsurpasse primatum. AVCT. Et mirum qua arte idiotæ Romani super tot quos iactat sagaces & doctos poterant vsurpare primatum. Sed sic videtis qualiter heretici viri ex suo sensu potestatem quærentes ecclesie demoliri contrarias vias inuenire coguntur: quarum vtraq; potest esse falsa, vtraq; nunq; vera. Sed contra omnes simul tam Latinos q; Græcos hereticos qui sine auctoritate vel scripturæ vel sanctorum patrum adinventiones suas contra eminentiam sanctæ sedis intrudunt, loquatur concors sanctorum patrum oratio qui ex orientis & occidentis partibus in Nicenã synodum conuenerunt. Cuius capitula quidem continet rescriptum Iulii papæ ad orientis episcopos Theoginum, Theodori, Beorinthum, & alios, quorum primus IULIVS papa vt omnes episcopi qui quibusdã in grauioribus pulsantur vel criminantur causis quotiens necesse sit apostolicam libere appellent sedem atq; ad eam quasi ad matrem confugiant, vt ab ea sicut semper fuit pie fulciantur, defendantur, & liberentur, cuius dispositioni omnes ecclesiasticas maiores causas & episcoporum iudicia antiqua apostolorum eorumq; successorum atq; canonum antiqua auctoritas referuauit. Quoniam culpam episcopi qui aliter contra fratres egerint q; eiusdem sedis papæ placuerit. Hęc ibi, AVCTOR. Ecce quid vniuersis decreuit sanctorum patrum conciliũ, nõ ex latinis tantũ sed & Græcis, Africis, cæterisq; vniuersi orbis conuocatis episcopis in saluberrima illa synodo: & maius pondus auctoritatis habente omni concilio citra tempus apostolorum vsq; in præsens per omnes Christi ecclesias. Omnes inquit, episcopi pulsati in grauib; libere appellent apostolicã sedem cui etiam dispositionem referuauit omnium maiorum causarum ecclesie antiqua apostolorum & successorum eorum auctoritas. Vbi est iam Vviteless q; dicit emi

nentiã Romanã sedis in dispositione omnium maiorum causarum ecclesie emanasse de Cæsare, vbi Vvilmelmite, vbi Græci schismatici dicentes eam vsurparã a Romanis prefulib; hic in prima mundi synodo eam nõ vsurpatam, nec venisse de Cæsare concors omnium patrum definit edictum, sed ipsi seruata esse per antiquam apostolorum auctoritatem, & canones successorum & non primo ab apostolis. Quãuis a tempore apostolorum, sed vt ab ea sicut semper fuit fulciatur & defendentur episcopi, sic habet etiam capitulum primum CONCILIVM NICENVM, Placuit si accusatus vel damnatus episcopus appellauerit Romanum pontificem id statuedũ quod ipse censuerit. Hęc ibi, AVCTOR. Sed notetur q; dixit sicut semper fuit, scilicet ab ipso Christo sicut supra dixit Anaclætus: qualiter etiam Augustinus dicit principatum ecclesie apostolicæ semper viguisse Romæ auctoritate Christi & traditione apostolorum in epistola ad Donatistarum episcopos inter epistolas xciiii. AVGVSTINVS, Erat etiam transmarinis vicinis regionibus Carthago, scilicet & fama celeberrima nobilis, vnde non medio crius auctoritatis vtriq; habebat episcopum qui non posset non curare multitudinem conspirantem inimicorum cum se videret & Romanæ ecclesie in qua semper apostolicæ cathedræ principatus viguit & cæteris terris, vnde euangelium ad Africam venit per communicatorias literas esse iunctum. Hęc Augustinus, AVCTOR. Iam securi teneamus præeminentiam & principatum Romanæ sedis nõ emanasse de Cæsare nec vsurpatum esse post apostolos quem pene primus omnium Anaclætus scripsit fluxisse de Christo & splendida synodus Nicena, demum & egregius Augustinus semper inibi viguisse concedunt.

De præeminentia potestatis papæ iurisdictionaliter coactiue.

Caput. XXXIII.

AVCTOR.

NEC tantum præeminentia potestatis hortatoriæ incumbit Romano pontifici ex lege Christi sic indulgentis & iniungentis ecclesie, sed etiam præeminentia potestatis coactiue: vt sic vtar termino eũ Vvilmelmo pedagogo nostri Vviteless ducente a proposito & probante oppo

situm, VVILHELMVS, Papa inquit, non habet maiorem iurisdictionem coactiua quam habuit Christus cuius est vicarius, sed Christus non habuit in quantum homo mortalis iurisdictionem coactiuam: quia iurisdictionis coactiua sine diuitiis, vel adiutorio habentium diuitias cõuenienter exerceri nõ potest, & per consequens inutiliter retinetur: Christus autem omnes diuitias necessarias ad iurisdictionem coactiuam exercendam quo ad dominium penitus abdicauit, diuitiisq; adiutorio minime vtebatur, ergo iuxta hanc magistri sui sententiam incedens Vviteless dicit libro de præuaricantia scriptarum cap. iiii. de papa loquens, VVITCLEFF, Licet iste refugium vendicat nunc iudicare totam ecclesiam militantem, & q; habeat plene sensum domini, quæ necesse est ipsi assistere, totum quod fecerit confirmando, & sic q; Christus fuit in moribus ipsi similis scilicet, & erit in die iudicii cum tamẽ ista existimatio sit blasphemata, & per consequens nunq; non dubium quin in die iudicii verus iudex seculi arguet ipsum, & blasphemiam istam statuet contra ipsius mentis faciem. Hęc ille, AVCTOR. Et consequenter secundũ hunc tenorẽ, habet cõclusio ter dãnata xix. Potestates quæ fingunt a papa & aliis quatuor nouis sectis sunt fictæ, & ad seducendum subditos diaboli ce introductæ, vt prælatorum Cæsareorum ex cõmunicatio, citatio, incarcerationio, & redditus pecuniarum vendicatio. Hęc Vviteless, AVCTOR. Hoc dubiũ soluunt filii ecclesie dicentes potestatem quãdam moderatissimæ coactionis ad cessandum de viitiis & corruptiuis ecclesie, concessam beato Petro & eius successoribus in ecclesia Iesu Christi cum diceret, Quicquid ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cælis. Vñ q; cõcedit beato Petro potestã, solutione potestã in gratis indulgẽdis: sed negat ipsi iurisdictionem in obduratorũ retinẽdis criminibus, si dimidiant potentia sancti Petri, & Christi capitis inuidet largitati, Exposcit torua fronte foundatione huius potestatis in Christo & apostolis. At ecclesia solet allegare potestatem illã qua Christus videntes & emetes eiecit e templo, vbi cuncta nõ regali ter facies in opus regni, sed in obsequium dei vice sacerdotis, Nolite, inqt, facere domum patris mei, domũ negotiationis. Hic subridet VVILHELMVS, sed magister Petrus, inqt, plane dicit eũ tũc esse sanctũ

vice ostiarii qđ vtq; ministrū tantum est non auctoritas. AVCTOR. Sed adhuc falleris, quia dici potest qđ Christū hoc fecerit bina vice. Semel in initio signorum starrim adepto baptisate, de quo Ioannis, ii. Et iterum ante passionis suę modicum intruallum, de quo Lucę xix. Vnum cū sub auctoritate quadam remisit perfecit, alterū vero cū potestatis plenitudine, Vñ CHRY SOSTOMVS sup Ioannē Homilia xxiiii. tractans hunc textum Ioannis, Quoniam prope erat Pascha & ascendit Iesus Hierosolymam. Ascendens inquit, Hierosolymā quid fecit? Rem multa auctoritate plenam. Cauponas enim illos & nūmularios, & eos qui columbas & boues & oues vendebant, & ideo illic conuersantes, eiecit. Et alius quidam euangelista habet quoniam efficiens dicebat, Ne facite domum patris mei speluncam latronum. hic autem ait domum negotiationis: non contraria ad inuicem dicentes sed ostēdentes quoniam secūdo hoc fecit: etenim non secundum idem tempus vtrāq; facta sunt: sed illud quidē in initiis, nunc autem in ipsam passionem veniens hoc facit, ideoq; vehementioribus sermonibus vtens speluncam vocauit. In principio vero signorum nō ita sed remissa quodammodo increpatione vtitur, vnde dicitur mus secundo hoc factum esse. Hęc Chrysostomus. AVCTOR. Ecce bina vice Christus eiecit de templo, semel initio signorum attestans ordinē ostiarii qui pene primitus est, & in ipso ingressu situs ordinis clericalis: & demum cum potestate & vehemētia magna ad terminum vite suę quasi gerēs in hoc vicem sacerdotis vel forsan episcopi, qui est consummatus sacerdos & terminus perfectionis in ordine clericali, & huic consonat Augustini expositio in quæstionibus super euangelium Lucę, quæstione lii. AVGVSTINVS. Domus, inquit, mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncā latronum: significauit futuros esse in ecclesia qui sua negocia potius agerent vel receptaculum vbi manerent ad occultandum scelera sua qđ vt Christi charitatem sequerentur, & peccatorum confessione accepta venia corrigerentur. Hęc ille. AVCTOR. Correctio vero & indulgentia veniē in confessione peccatorū, non ostiariis sed solis incumbit sacerdotibus, quibus dixit Christus, Quorum remi-

seritis peccata, remittuntur eis. Ad quid probat Vvtilhelmus cum dicit Christū nō habuisse diuitias necessarias ad iurisdictionem coactiuam, vel adiutorium habentū diuitias: ergo Christū non habuit iurisdictionem coactiuam. Mirabile quid qđ hucusq; vir literarum peritus possit stultescere. Non hominem tantum pauperem conseruitur fideles fuisse Christum, sed & diuitem deum. Ex parte hominis querit Petrus in actibus de Iuda cur persecutus sit hominē inopē & mendicum. Ex parte dei Dauid cecinit, Dixit, inquit, domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorū non eges, vestigium ergo dei & hominis est diues medicitas & infirmitas summe potēs. Mira res inquis, mira valde sed certa. Audi hoc Ambrosium dicentem libro viii. super Lucā cap. vii. AMBROSIVS. Aes effuditur vt gratia colligatur, mensa numulariorū euertitur vt domino subigat. Ara deiicit vt erigant altaria: atq; hoc non alia qua succinctus armatorum manu diuitiū faciebat, sed flagello de restibus cędebat turbas & resistere nullus audebat, & nunc virga vtitur nunc flagello. virga enim recta est virga regni tui, virga vt corrigat, flagello vt suadeat directa illic, hic moralis quasi inflexa præceptio qua peccatoris conscientia velut lato verberē flagellatur. Alii enim sunt terrores prophetici, alii apostolicę suasiones. In vtroq; tamen est vnus verbi disciplina. Hęc ille. AVCTOR. Ecce qđ sine potestatis manu hominum armatorum, sine diuitiis potuit Christus in flagello proprio cadere turbas, tam potenter vt nullus resisteret sibi, qđ credis: nōne qđ Christū in hoc dedit facto intelligi qđ sine omni respectu ad diuitias vel potestatem principū haberet pastoralis eminētia in ecclesiam suam coactiuam, vt siue in flagello apostoli colente suadeat, siue in virga cum terrore corripiat, in vtroq; erit diuini vnus verbi Christi & nō Cęsarea disciplina? Sed quorsum hęc, nisi hanc ipsam inquis, coactiuā potestatem Christus commisisset apostolis? Multa enim fecit Christus quæ ceteris nō incumbunt. Apostoli vt hic per te exponit Ambrosius, suadebāt in flagello non terrebant in virga: immo vtriusq; potestatis tradidit eis Christus per tria loca euangelica. Si peccauerit, inquit, frater tuus, vade & corripe ipsum inter te & ipsum solum, &c.

vsq; sibi, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Item in eo vbi commisit clauum potestatis, quæcunq; ligaueris super terram erunt ligata & in cœlis. Et iterum vbi vter sanctum dare canibus, quantum autem hęc loca arguant actiuam potestatem commissam ecclesiasticis viris & Christi apostolis, si quid valeat AVGVSTINVS exponat in libro suo vtriusq; de fide & operibus circa principium. Ipse inquit dominus exemplum singulare patientiæ qui etiam in duodecim apostolis vsq; ad passionem diabolū pertulit, & qui ait, Sinite vtrāq; crescere vique ad messem, ne forte dum vultis colligere zizania, simul eradicetis & triticum: reatq; illa in similitudine ecclesię vsq; ad litus, id est vsq; seculi finem bonos & malos pisces habitura prædixit &c. Si qua de permixtione bonorum & malorum, siue aperte siue per similitudines est locutus, nō ideo omittendam censuit ecclesię disciplinā: immo vero admonuit adhibendam quando ait, Attendite vobis si peccauerit, in te frater tuus, corripe eū inter te & ipsum solum. Quod si te nō audierit, adhibe testes: quod si hos nō audierit dic ecclesię: Si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Deinde ipsius seueritatis terrorem grauissimum adiecit, etiam loco eo dicens, Quæ solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo, & quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cœlo. Prohibet etiam sanctum dare canibus. Hęc Augustinus. AVCTOR. Iam habes ecce disciplinā ecclesiasticę potestatem commissam pastoribus, non quidem constituendā tantum modo sacerdotes, vt tu exponis, sed nec lente consulendā in poenitentia foro priuato vt suggeris, sed ipsius inquit seueritatis terrorem grauissimum adiecit dicens, Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo. At quibus dixit ista Christus? Nunquid imperatoribus aut regibus, quia commilitones ipsorum fingunt istam esse potestatem regiam? Sed videant si ex hoc regibus committatur libereligandi & soluendū potestas, & ipsis etiam potestatis largire soluendū: aut hoc istis dimidia illud illis: ridicula sunt ista quia tunc non adorabant Christum omnes reges terrę, immo principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Et soli Petro porrectum est verbum potestatis: sed in Petro omnibus non tan-

tantum presentibus, sed etiam futuris. Sed hic aures nostras quæstione fatigant, & quomodo Petro est hic certifica commissam potestas, & vbi executam per Petrum inquit. At breuiter respondemus qđ vbi est apostolis omnibus vna cum Petro tradita potestas moderate ligandi, vbi Petrus præ aliis eminenter accepit quod acceperunt oēs cōmuniter, & hanc etiā eminētia singularē executioni exhibuit, vbi præ aliis extracto gladio aurē mæcipiū apertauit. AMBROSIO. Ex hoc Petro dirigit sermonē dicēs, Tollat ergo Petrus aurem, quare Petrus? quia ipse est qui accepit clauas regni cœlorum. Ille autem qui damnat & qui absoluit, quoniam ligandi idem & soluendū adeptus est potestatem. Tollat aurem, aurem male audientem, tollat aurem gladio spiritali aurem interiorē male intelligentem. Hęc Ambrosius super Lucam libro vltimo capitulo tertio. AVCTOR. Ecce ex hoc quod Petrus accepit clauas regni cœlorum ipse damnat, & amputat aurem, male intelligentem: & quare Petrus plus qđ omnes? quia ipse est qui accepit clauas regni cœlorum, id est eminenter accepit: ideo ipse est qui damnat in gladio præ aliis: ipse præ aliis coactiuam potestatem natus ecclesię, aurem tollit. Sed dicis non tollit nisi in gladio spirituali: hoc ipsum verum dicis tollit Cęsar ferro, sed Petrus verbo, sed & vtrique verbo dei pertingit vique ad diuisionem animę & spiritus, & tradidit Satanę saltem ad interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini: & hoc gladio non solus Petrus, sed & omnes successores Petri funguntur, quorum nomine sciscitatus est Christū Petrus dicēs, Domine si percutimus in gladio! Et BERNARDVS secundo ad Eugenium quasi quæstioni annuēs. Aliorū inquit potestas præ ceteris arcta limitibus tua extenditur. Et in ipsos qui potestatem super alios acceperunt: nonne si causa extiterit, tu ipse cœlum claudere, tu ipse ab episcopatu depocere & etiam tradere Satanę potes? Stat igitur inconcussum priuilegium tibi tam in datis clauibus, quàm in ouibus commendatis. Hęc Bernardus. AVCTOR. Ecce successorem Petri. Eugenium Bernardus quasi Petrum alloquitur, & generalī potestate quam etiam in episcopos suę potestatis participēs accepit ex clauis

commissione salutat, vt sic pateat papam quemlibet in commissione clauium generalitatem in vsu coactiua & terrificae potestatis ceteris antistitibus anteferri, & in de SIXTVS papa secundum calculu Augustini sextus a Petro cum iam non inuit papam sed oppressit potetia principalis in decreto suo capitulo secundo, Si quis inquit vestrum pulsatus fuerit in aliqua aduersitate licenter hanc sanctam & apostolicam appellet sedem, & ad eam quasi ad caput suffugium habeat ne innocens damnatur, aut ecclesia sua detrimentum patiat, & infra. Ab hac enim sede sancta ab apostolis tueri, defendi & liberari episcopi iussi sunt, vt sicut eorum dispositione adornante domino sunt primitus constituti, sic huius sanctae sedis, cuius dispositio ni suas causas & iudicia seruauerunt, protectione futuris temporibus sint ab omnibus aduersitatibus semper liberi. Vnde culpadi si qui aliter circa fratres egerint, q̄ huius sanctae sedis rectoribus placere cognouerint, Hæc ille, AVCTOR. Declarat iste textus potestatem & tuendi & culpandi hanc sedem suam accepisse ab apostolis, id est primo per ipsos sic ordinatæ & disponente ipsi domino pro futuris temporibus, nescio, & vt verius dicam non scio vtrum tam cito, quonia iam præesse crux fuit non gloria potestatem vsurpare indebitam, De censuris ecclesiae & speciebus huius tempestatis dicitur in sequentibus. Iam autem quam iste locus interrogat dixisse sufficit, vt qualiter potestatem istam piissimus Christus per seipsum exercuit: & qualiter ex vi clauium toti praelaturæ ecclesiae eminentius autem sancto Petro & successoribus sedis illius commisit eandem,

Quod omnis Romanus Episcopus seu Papa rite ingrediens, in potestatem & præminentiam ecclesiae succedit cum Petro.

CAP. XXXV.



Rrant igitur grauiter qui primae sedis potestatem exemplatam a Christo donatam dissimulant: magis autem qui negant, quia solis coniecturis iniqui sensus ne Petrus in potestate sibi concessa a

Christo: aut quisquam alius Petro succedat arguunt, approbant & inducunt, Colorem sibi fingunt ex merito præfidentis, volentes vt quisquis Petro succedit in officio, succedat & in merito: Ita vt quisque Petri caruerit moribus, careat & potestate. Vnde VVICLEFF de sermone domini in monasterio secunda parte capitulo xxix, Si inquit papa non sequitur Christum in moribus, nec imitatur Petrum in conuersatione sancta, sed viuunt omnino contrarie, quid ipsi & Petro, vt ex vita Petri habeat illud nomen? Euidetia quidem est cum nec Christus nec Petrus canduit tali cupidine mundanorum, nec premebatur talibus vitis cuiusmodi sunt in papa: non sequitur, nisi a contrario sensu. Isti sic præfiebantur ecclesiae: ergo & papa. Hæc ille, AVCTOR. Et iuxta hoc, est inter ter damnatas conclusiones conclusio C. lxxxviii. Quod non promissit deus quod quicumque in officio pastoralis Petro successerit gaudebit dignitate, vt sit caput ecclesiae, AVCTOR. Optime deus tu nostri quantum in pastoribus tuorum fidelium laudat Christiani tui sanctam vitam sanctae cathedrae respondentem, quantoque ardore concupiscentes, quantoque apud te subiectorum suorum gemitibus postulat tam sanctam veneranda, tam præcella cõcordia pietatis & potestatis, magni meriti & alti fastigii, sublimitatis & sanctitatis, feruidum osculum & intemperatum connubium. Tu ipse tamen docuisti ecclesiam, potentiam illam quam tuis pastoribus largitus es, tuam esse non illius: & ideo quod soluunt velligant, quod baptizant, quod consecrant, non ex vita dependere, vel merito, sed ex infinitæ tuæ arbitrio maiestatis. Et per hoc scimus quantum a fide tuæ veritatis exorbitat qui vitam Petri cum tua tam præcella potentia commenfurat: quoniam quod certe concedimus quod vita vitæ & mores moribus, & actio distrahatur actioni, tam certe negamus fideliter quod vita potestati derogat. BERNARDVS enim dixit ad Eugenium papam libro secundo de consideratione, Quid inquit si summus pontifex sis nunquid quia summus pontifex, ideo summus, infimum noris te esse, si summum putas. Quis summus? cui addi non possit, grauius erras si te ipsum existimas: absit. Non tu de illis es qui dignitates virtutes putant, Tibi autem tam experta virtus quam dignitas

fuit. Augustus relinquit illam sententiam, & alii qui diuinis colli honoribus non timuerunt verbi gratia Nabuchodonosor Alexander Antiocho Herodi: tu vero considerat non cõsummatione summum te dici sed cõparatione: Nec putes me cõparatione dicere meritorum, sed ministeriorum. Sic te existimet homo, vt ministrum Christi & absque præiudicio sanctitatis cuiuspiam dixerim summum plane inter ministros, Alioqui niti te ad summum velim non putare summum, aut velle putari antequam sis. Hæc Bernardus, AVCTOR. Ecce summum patrem, ecce summam potestatem, non merito, sed ministerio. Paganus error fuit summam potestatem, summam asfirmare virtutem, opinionem idolatrarum Antiochi & Alexandri fouet Vvicleuista cum dicit potestatem papalem summam vitæ virtutem: aut alioquin sacerdotium hominis ex suis vita & operibus æstimandum, dicunt fideles ergo papam non esse, sed imitari debere vitæ melioris ascensum, esse tamen papam potestatem & sede & quasi identice papam Petrum non persona sed officio, & qualitate potestatis quantum imparitate virtutis. BERNARDVS Age inquit illud Indagemus adhuc diligenti qui, sis, quam geras videlicet pro tempore personam in ecclesia dei. Quis es? sacerdos magnus, summus pontifex. Tu princeps episcoporum, Tu herus apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, in ducatu Samuel, potestate Petrus, vñctione Christi. Tu es cui clauis tradita, cui oues creditæ sunt. Hæc Bernardus, AVCTOR. Ecce papa Eugenius, papa Petrus potestatem, & vñctione Christus, quid iam dicit noster Vvicleff, quomodo conuenit ipse Bernardo sancto, cum dicit conclusione inter damnatas C. xxxvi. VVICLEFF. Quod papa sit summus pontifex est ridiculum, & Christus: nec in Petro nec in alio talem ap probat dignitatem. AVCTOR. Cui est hoc ridiculum nisi quibus Christus est stultitia? De quibus queritur in psalmo. Oes videntes me deriserunt: deriserunt in persona eius tunc deridentes, & nunc in corpore eius quod est ecclesia. Viderunt enim eam hostes eius, & deriserunt sabbata eius Hi derident, his est papa ridiculum, quos

tamen nec papa nec ecclesia dei dignatur aspiciere, scientes scriptum esse prouerborum nono, Qui erudit derisorem, ipse sibi facit iniuriam. Et BEDA. Frustra inquit laborat qui verbum sapientiae inculcare nititur ei qui audire contemnit, sapientior se doctore, & maiorem existere credens. Hæc ille, AVCTOR. Sed deseramus istum derisorem & eius ridiculum, & reuertamur ad docendum & certificandum fideles de potestate summum pastoris fidelis in terris Ambiguitas vna de maximis infertur ab his qui dicunt. Et si credere debeamus Petrum habuisse tam extensam potentiam, cui palam est ex scriptura Christum commisisse ecclesiam, sed quo iure hoc traiciunt successores quod Christus non expressit? Audiuimus Christum Petro dicere, Pasce oues meas, & confirma fratres tuos. Nunquid audiuimus confirmate omnes successores Petri? Aut omnes vos pascite oues meas? Et scitis omnes summum pontifices in plenitudine potestatis? Huic videtur satis facere praxis scripturæ: Ecce tertii Regum decimonono legimus dixisse dominum ad Heliam. Vade & reuere in viam tuam per desertum in Damascum: cumque peruenis illuc, vnges Azael regem super Syriam: Nam si Iehu filium vnges regem super Israel, Helyseum autem filium Saphat qui est de Abelmetula, vnges prophetam pro te. hic vides, Accepit Helias potestatem vngendi & præficiendi duos reges in populo, & vñctam prophetam ab ore domini specialiter committentis, reuolue scripturas, inuenies Heliam institueri Helyseum prophetam, statim ibidem dicente scriptura: Profectus in de Helias inuenit Helyseum filium Saphat arantem in xii. iugis bouum misitque pallium suum super eum: reges vero prædictos non instituit, sed Helyseus vñxit Azael regem Syriæ, vt putant velle scripturam. iiii. Regum octauo: & non velle quod ipse iam Helyseus vñxit Iehu. Sed adolescens quidam ex filiis prophetarum quarto Regum nono, & qua potestate hoc fecerit Helyseus, quæ etiam potestate commiserit hoc alteri vicaria potestate Helias, quam ipse successio nis iure contraxit, quantum deus vel scriptura de hac potestate subiecit. Potior est potestas Petri summi pontificis in noua lege quam in lege veteri Helie prophete. Commisit enim Petro Christus insignem potestatem toti ecclesiae

instituenti primos pastores ecclesie per seipsum: & instituenti vel instruendi & vngendi reges & duces regnorum per alios prerogatiua super potentia amplioris successoribus reseruata, quod ipsi integram in se & aliis committendi habeant facultate: quemadmodum Heliseus vnctionem Iehu commisit alteri. Vide iam modum diuina legis tam esse precisum & grauem, vt putet satis esse successori potestatis quod accepit eam in patribus. Sic enim Augustinus dicit quod tota ecclesia in omni posteritate sua iurisdictionis suæ dotem simul accepit esse Petro, cum diceret ei dominus, Tibi dabo clauis regni cœlorum &c. Homilia quinta quagesima super Ioannem. AVGVSTINVS. Si inquit in Petro non esset ecclesie sacramentum, non ei diceret dominus, Tibi dabo clauis regni cœlorum, quæ cum solueris super terram, erunt soluta & in cœlo. Si hoc Petro tantum dictum est non hoc facit ecclesia: si autem & in ecclesia sit, vt quæ in terra ligantur, ligentur in cœlo, & quæ soluantur in terra, soluantur in cœlo: quia cum excommunicatur ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus: cum reconciliatur ab ecclesia, in cœlo soluitur reconciliatus. Si ergo hoc in ecclesia sit, Petrus quando clauis accepit, ecclesiam sanctam significauit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce tota ecclesia habuit equam potestatem vna cum Petro, quod si soli Petro daretur illa potestas, iam nec aliquis in ecclesia sacerdos vel episcopus quicquam posset soluere vel ligare. Idcirco RABANVS super hunc textum, Tu es Petrus. In expositione super Marthæum, Hæc inquit ligandi atque soluendi potestas, quibus soli Petro data videatur a domino, tamen & ceteris apostolis datur: necnon etiam nunc episcopis ac presbyteris ecclesie, sed ideo Petrus specialiter clauis regni cœlorum & principatum iudicariæ potestatis accepit, vt omnes per orbem credentes intelligant, quacunque ab vnitate fidei vel societatis illius quolibet modo seipso segregant, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec sanuam possunt ingredi regni cœlestis. Hæc ille. AVCTOR. Quod si cunctis in ecclesia prelati simul vt Petro, loquens Petro Christus Petri contulit potestatem, Petri successores de omni hæreditate & potestate paterna reliquisse

credis ex parte credat hoc hæreticus orthodoxus non credet, quoniam etiam hoc magis profitetur, & credit non solum Petrum & successores Petri alloquutum esse Christum cum diceret, Pasce oues meas. Sed etiam cum personam Petri signasse videtur, dicendo, Tu es Petrus. Non enim solum tunc Petrus in petro, sed vide Clementem, & in Clemente Petrus videtur. Vide Anacletum, & in ipso Petrus idemitate potestatis & sedis. Idcirco verbum permanentis semper stans, Tu es Petrus. Si diceret tu fuisti, iam occidit: si eris, nondum orietur: sic supra dixit Augustinus in libro octogesimo tertio questionum. Quod occidit, non est, sed hoc dixit veritas Petro de papa in papam, Tu es Petrus, quod ait Psalmista domino, A seculo in seculum tu es deus. Hoc venerabilis EVLOGIUS patriarcha Alexandrinus scripsit Gregorio, quod idem GREGORIUS humiliter affirmat in septimo libro registri epistola trigesima sexta. Suauissima mihi sanctitas vestra inquit Gregorius, Multa in epistolis suis de sancti apostolorum principis Petri cathedra locuta est dicens, quod ipse in ea nunc vsque in suis successoribus sedeat: & quidem ego indignum me esse non solum in honore præsentium, sed etiam in numero stantium agnosco, sed cuncta quæ dicta sunt in eo libenter accepi quod ille mihi de Petri cathedra locutus est qui Petri cathedram sedet, & cum spiritualis honor nullo modo delectat valde lætatur sum, quia vos sanctissimi quod mihi impendistis vobismetipsis dedistis, Quis enim nesciat sanctam ecclesiam in apostolorum principis soliditate firmatam: qui firmitatem traxit in nomine vt Petrus a petra vocetur, cui veritatis voce dicitur, Tibi dabo clauis regni cœlorum: cui rursus dicitur, Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Iterumque Simon Ioannis amas me, pasce oues meas. Itaque cum multi sint apostoli, pro ipso tamen principatu sola apostolorum principis sedes in auctoritate conualuit. Hæc Gregorius, AVCTOR. Ecce quod diximus ipse Petrus in Petri cathedra nunc vsque in suis successoribus sedet. Nullus hoc maniacus occidentalis: sed Alexandrinus dixit hoc Eulogius, præsul Græcus.

Quod papa fideliter appellatur sanctissimus pater.

CAPVT XXXVI.

Y



Flagit item cor suum Vvit cleff flagellis torquentis inuidia, quod a fidelibus & sanctis viris consuevit papa vocari sanctissimus pater, aut pater beatissimus aut eminenti vocabulo pape. Vnde de Christo & Antichristo capitulo decimo VVITCLEFF. Vt fides inquit capit quod papa sit pater sanctissimus, & caput ecclesie, in tantum quod vt experimento didici negans istam sententiam erit tanquam sit hæreticus persecutus. Sed certum est quod nec papa in persona propria nec ecclesia conuersans cum illo cui non sit reuelatum, noscit: an prædestinatus fuerit an præscitus, & per consequens vtrum sit membrum ecclesie an diabolus incarnatus. Hæc ille. AVCTOR. Periti omnes theologi non ignorant istam calumniam eum formasse contra papam ex crassa malitia, aut ex ignorantia scripturarum & non intellectu vocabuli: habet consuetudo sanctæ scripturæ sancta vocare siue viuentia siue non viuentia, quæ ab vsu publico segregata, in priuatum vsu sumuntur præcipui cultus dei, nec contaminari possunt impune. Et hæc est interpretatio iusta vocabuli. Vnde HIERONYMVS. in magno volumine interpretationis suæ triformis. Sanctum inquit dicitur quando aliquid sancitur, quo violato poena committatur. Hæc ille. AVCTOR. Hoc modo adhuc sanctum dicitur, aliquando ex merito & a violatione longinquum quem admodum Christus maxime. Vnde Psalm. Non dabis sanctum tuum videre corrupti onem. Et in euangelio quod nascetur ex te sanctum. Aliquando ab officio, vt homines sancti quauis aliter criminosi. Sic enim Numerorum decimo octauo, Dixit dominus ad Moysen, Tu & filii tui, & domus patris tui portabitis iniquitatem sanctuarii: secundum translationem antiquam lxx. Sumetis peccata sanctorum. Videat & iam qui oculos videndi habeat, quomodo hic ex ore domini Moyses cum familia signati sunt portare dignitatem sanctuarii & sumere peccata sanctorum. Si

sanctuarium, quomodo habet iniquitatem & quod sancti sunt, quomodo habent peccata? ORIGENES autem hanc ambiguitatem soluens super librum Numerorum. Querendum inquit quomodo aliqui sancti dicantur, & de peccatis eorum scribatur: Non enim vt putant quidam statim qui sanctus esse coepit peccare non potest, & continuo sine peccato est, dicitur enim per Ezechielem a sanctis meis incipietis: Si enim sancti sine peccato sunt, quomodo primi succumbunt supplicio peccatorum? & alibi iustus in principio sermonis sui accusator fit. Apostolus quoque qui in principio epistolæ suæ scribit, Omnibus qui Romæ sunt dilectis dei vocatis sanctis. Et postea eisdem dicit, Nolite propter cibum soluere opus dei. Et ad Corinthios Paulus vocatus apostolus Iesu Christi ecclesie dei, quæ est Corinthi sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis. Postea dicitur, Cum enim sint inter vos æmulationes & cõtentiones, nonne carnales estis, & secundum honorem ambulatis? & paulo post, Omnino autem inter vos auditur fornicatio qualis nec inter gentes, & inflati estis. In quo nullum in pane relinquit, dum aliis fornicationem, aliis inflationem & superbie crimen ascribit. Sed sanctorum multæ diffrentie sunt. Sancti enim dicuntur idem, quod peccatores qui se deo vouerunt & separauerunt a vulgo vitam suam vt domino seruiant: huiusmodi homo secundum hoc quod ceteris actibus carnalis estis, & secundum incipit sanctus dicitur, sed forte in hoc quod domino seruit: non ita gerit omnia vt domino competit, sed in aliquibus delinquit sicut enim qui separat se ab omnibus actibus vt disciplinam medicinæ vel philosophiæ consequatur, non continuo ita perfectus est vt in aliquo non peccet: immo pluries delinquendo vix ad perfectionem peruenit: vt tamen ad huiusmodi scholas se tradidit: certum est eum vel inter medicos vel inter philosophos numerari: Ita qui se mancipat studiis sanctitatis secundum hoc quod proposuit sanctus appellatur, secundum hoc vero quod necesse est eum in multis delinquere donec vsu donec diligentia abscondatur consuetudo peccandi, peccator dicitur. Hæc ille. AVCTOR. Disce iam sanctum dici quenquam ex sancto proposito, quibus adhuc ex consuetudine peccandi peccata

non vicit ex consuetudine antiqua quoque sacrae scripturae veteris testamenti, & apostoli Pauli ipsos eosdem dici debere sanctos qui & blasphemii sunt, & peccatorum praesens voragine, quia iuxta primam vim vocabuli potius habet & sonat denominationem participii quam nominis qualitatem. Et idcirco esse sanguine purificatum dictum est post factum esse sanctum. Vnde ISIDO. x. etymolog. cap. decimonono, Sanctus est a veteri consuetudine appellatus, eo quod si qui purificari volebat sanguine hostiae tingebantur & ex hoc sanctum nomen acciperunt sanguine tincti. Hae ille. Item libro decimoquinto capitulo quarto sanctum est quod constat esse sanctum: sanctum autem est confirmare & in irrogationem poenae ab iniuria defendere, sic & leges sanctae, & mores sancti esse dicuntur. Hae Isidorus. AVCT. Iuxta hunc modum in scriptura sacra non tantum praedestinari, reuelati, sed & viri reprobii & prophani dicti sunt sancti, sicut Nabuchodonosor Cyrus & alii potentes de seculo propter opus in quod assumpserat eos deus, dicente Hieremia in persona domini capitulo decimo sexto, Sanctificabo super te interficientem virum, Super quod Hieronymus in commentario libro quarto, Sanctus inquit vocatur Nabuchodonosor. Et omnis eius exercitus, quia exequitur sententiam dei. Hae ille. AVCTOR. Et mirum quod inter sanctum virum & iustum iustitia vitae nullam distinctionem inuenit, ut videtur cum & ipse tantum de philosophia superbit, & commetator vir per omnia philosophus ethnicus nouit dicere super primis ethicorum commento quadragesimonono. Quod sanctum differt a iusto, quonia quidem in ea quae est ad eos quae sunt eiusdem speciei aequalitate consideratur: hoc vero in honore dicente deum & diuina, & quidem quis obscure de primo & secundo, tamen concorditer sentit cum theologis sanctum scilicet esse quod in honorem dei decenter assumitur. Post haec omnia quid momenti habet, quid ponderis quod Vvitleff noster non intelligendo quid sanctum sit nec iuxta vim vocabuli, nec iuxta conceptum scripturae canonicae redarguit in Romano papa quod vocetur sanctus vel sanctissimus. Hac ratione rudibili, quae nec papa in persona propria, nec ecclesia commouens, cum illo cui non sit reuelatio non

scit utrum praedestinatus fuerit an praesci tus, & per consequens ecclesiae membrum an diabolus incarnatus. Putas ne ideo quod Moyses nouit totam familiam illam esse praedestinatum, quam dixit sacratam & sanctos: aut an Hieremias nouit Nabuchodonosor & omnem suum exercitum esse praedestinatum, & nullum inter eos diabolum incarnatum, quia dixit illos sanctos? Aut an Paulus inter reuelationes caelestes accipit omnes illos Corinthios praedestinatos quos sine exceptione dixit sanctos, & tamen fornicarios inuidios & elatos? Erit ergo papa Romanus omnibus sanctus pater & sanctissimum membrum ecclesiae quantum diu in communione manserit, quantum incertum sit de eius praedestinatione. sanctus enim est, quia secundum Hieronymum supra, ita in opus dei sanctus ut non impune ista sanctitas violetur. Aliter tamen sanctus quam crudelis Nabuchodonosor, sicut dicit Hieronymus consequenter in praefatum Hieremias locum. Alia inquit est interfectorum sanctificatio & armorum eius & alia sacerdotum & eorum qui domini ministrant. Hae ille. AVCTOR. Nepe a maiori alia est sanctitas primi sacerdotis, alia cuiuscumque fidelis: non tantum comparatione, sed specie: sed & de comparatione dicentes quod quilibet fidelis sanctus est, quia Christi sanguine tinctus, & in opus eius singulariter est assumptus: multo magis sancti religiosi & clerici, qui secundum Origenem supra, se deo vouerunt & separauerunt a vulgo vitam suam ut deo seruiant. Excellentior autem sancti pontifices ipsi sunt, quod sicut Christus eis ita ipsi Christo suum sanguinem dedicant professione solenni: quo modo ergo non erit sanctissimus in comparatione sanctorum Petri & Christi vicarius & caput sanctorum vniuersorum in terris? hanc igitur aequiuocationem vocabuli quomodo dispersum multis conueniat, beatus AMBROSIVS libro primo de spiritu capitulo quarto determinat. Non inquit accipit a creaturis, sed accipitur spiritus sanctus: sicut non sanctificatur, sed ipse sanctificat. Creatum enim sanctificatur: sanctificat autem spiritus sanctus in quo licet verbi communio, discretio tamen naturae est: sanctus enim dicitur qui accipit, & deus qui tribuit sanctitatem: quia legimus. Estote sancti quoniam ego

sanctus sum. Hae ille. AVCTOR. Ecce sanctus deus sanctificat. Et ecce sanctus homo qui accipit sanctitatem: ergo qui post deum magis sanctificat, sanctus papa, & quod maiorem saltu officii accipit sanctitatem: vere sanctus & magnus pater. CYRILLVS Carmelita cum vniuerso cetero patrum Ephesini concilii magni non veteratur ita nuncupare Romanum antistitem Caestinum in epistola synodica directa ad Nestorium qui incipit Religioso & deo amabili. Ecce, inquit, cum sancta synodo quae apud praesentem urbem Romam congregata est praesentem sanctissimum & veneratissimo fratre sacerdote nostro Caestino episcopo: & infra. Quod si hoc religio tua facere distulerit iuxta dilationem literis praesentem sanctissimi & veneratissimi confessoris nostri Romani praesulis esse Caestini, scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum nec colloquium cum dei sacerdotibus & episcopis obtinere. Hae ille. AVCTOR. Vides quod non praesumptuose usurpat papa de nouo nomen sanctissimi patris, sed ex dignitate & celsitudine sedis & officii omnes patres antiqui reputabant eum sanctissimum: & quidem ante fauorem doris admittit, si bene colligas nomen sanctitatis antonomatice vendicauit: si superbe tu videris, qui non soles talia dicere de his qui dotem praebant. Vnde FABIANVS papa qui fuit tempore Originis, & erat decimus nonus a beato Petro duodecimus ante Syluestrum secundo suo decreto. Ista inquit a sanctis apostolis & eorum successoribus accepimus vobisque tenenda mandamus. Hae sancta Romana ecclesia & Antiochena a tempore apostolorum custodit. Hae ille. Et SIXTVS papa in modico successor eius decreto suo primo. In hac inquit sancta sede dudum a multis episcopis constitutum est: & modo ad vestrum & ceterorum fratrum auxilium est denuo roboratum, ut omnes episcopi & ceteri littere apostolicam appellent sedem. Hae ille. AVCTOR. Multa sunt istiusmodi antiquorum patrum testimonia, quibus probari potest quod nomen sanctitatis tam antonomatice Romana sedes non sibi vendicauit a nouo. Concludamus ergo quod qui nouiter suggillat in sanctitatis tam antiquum vocabulum, plane demonstrat se inuidum & non sanctum. Vnde & sanctus GREGORIUS duodecimo Moralium capitulo

decimonono tractatus textum, Conceptit dolorem & peperit iniquitatem, Grauis, inquit, iniquitas est quando is qui peruersus est offendere alios peruersus molitur, ut inde ipse quasi sanctus appareat quod alios sanctos non esse docuerit. Hae ille. AVCTOR. Sed nobis & sanctus pater Hieronymus non veretur scribere sanctum papam & commemorans gloriam eius sanctitatis, ut habetur in libro qui inscribitur ei de gestis Romanorum pontificum ex Damasco scribis ad papam Damasum in principio, Gloria inquit sanctitatis tuae nostra humilitas deprecatur, ut secundum apostolicae sedis, quam cognouimus a te gubernari, perpetuam sanctitatem, actus gestorum a beati Petri apostoli principatu usque ad nostra tempora quae gesta sunt in sede tua non bis per ordinem enumerare digneris. Hae ille. AVCT. Ecce gloriam sanctitatis papae & sanctitatem perpetuam sedis apostolicae.

Quod papa sit pater beatissimus,
CAP. XXXVII.



Vror autem haereticæ prauitatis arguit iterum Pium papam super appellatione beatissimi patris, secunda parte vesaniae suae de sermone domini in monte cap. vii. VVITGLEF. Ipse inquitens papa vendicat quod sit primus in discubitu, & vocetur pater beatissimus cum conditionibus ceteris hic damnatis a Christo: & cum hoc dicit vocaliter tanquam hypocrita quod sit immediatus Christi vicarius in terris. Hae Vvitleff. AVCTOR. Perlegi plerumque antiquae institutionis volumina: recensui litteras & rescripta, definitiones, canones & edicta Romanae ecclesiae & eiusdem sanctae sedis antistitem, & nunquam vidi quod papa se scripsit vel celsit beatissimum patrem, sed quod Romanum episcopum, quandoque illius sedis pontificem usque ad Gregorium. & deinceps seruum seruorum dei. Sic potius titulo pedestris vernaculi se submittens quam gloriam vendicans excessiuam. Ceteri tamen non minus sanctitatis & auctoritatis & peritiae praesens admirantes summam potestatis eius & virtutis eius vicinitate quam pene Christum attingit, reprobatiue scripserunt eum beatissimum esse patrem, quod quod potestatis quod sacramentalis gratiae, quod dispensationis caelestis a Christo capite ecclesiae recommissum eius est administrationi

& tutelæ depositum. Ius enim commune seruatur in supposito, & ab illo cõi iure persona non iam sua, sed publica reputatur: quemadmodum secundum Augustinum Homil. vltima super Ioannem. Petrus cõi a Christo clauis accepit totam ecclesiam figuravit. AVGVSTINVS. Hoc inquit agit ecclesia spe beata in hac vita erumno sa, cuius ecclesiæ Petrus apostolus propter apostolatus sui primatum gerebat figura ta generalitate personam. Quæ enim ad ipsum priuati pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus christianus, abundantior re gratia vnus idemque primus apostolus: sed quando ei dictum est, Tibi dabo clauis regni coelorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in coelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in coelis: vniversam signabat ecclesiam. Et sequitur, Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo, clauis ab eo regni coelorum accepit in Petro, id est potestatem ligandi & solvendi peccata. Hæc ille, AVCTOR. Ecce quæ Petrus in seipso representauit ecclesiam quæ pro tota ecclesia impressit ipsi Christus insignia clauium & omnium munera publica gratiarum. Ita quoque si papa sit successor Petri adhuc ipse dono tota ecclesiæ representat, & dona necessaria publico statui eius a Christo capite deriuanda, ipse in se coelitus accipit dispensanda. Non tamẽ intendo derogare priuatis gratiis quas per seipsum Christus seruis suis priuato more distribuit: sed publica dico gratiarum charismata ecclesiæ statui communi accommoda per ministrum suum publicum conferre iugiter assuevit. Ipse igitur primus pastor est & pastor pastorum, successor & socius piscatoris: ipse vena maior militantis ecclesiæ. Apotheca celestium munerum sifterna supernorum imbrum: & primum receptaculum sublimium gratiarum. Iungam ergo his quod dicit BOETIVS de consolatione beati describens libro primo, Id inquit est omnium bonorum summum, cõi etiam intra se bona continens, cui si quid abforet, summum esse non posset, quin relinquent extrinsecus quod posset optari: liquet igitur beatitudinem esse statum bonorum omnium aggregatione perfectum. Hæc ille. AVCTOR. Propter hoc ergo quod in patre papa contineri solent largitate Christi omnia bona spiritualia ecclesiæ vsibus pro tempore suæ militationis accõ

moda, non tantum beatus, sed pater beatus simus a patribus appellatur, quoniam & si sit peruersus in supposito, tamen in officio est beatus: quæadmodum & beatum tempus dicitur quo veniunt optima, & non tamen in stet amulus quod ex hoc esset papa extra statum viæ, & haberet quicquid vellet, & quod nullum bonum ipsi deesset: ne iterato respondere, quod nondum scripturæ mores agnouit dicentis aliquid quandoque sola spe aliquid ipsa re beatum: qualiter supradixit ecclesiam Augustinus iam spe beatam: & sic Christus dixit pauperes spiritu & fletus & esurientes esse beatos: & Palmista dicit illos beatos qui ex toto corde querunt eum. Vnde super psalmum cxviii, sermone primo. AVGVSTINVS. Quomodo inquit iam beati cum adhuc testimonia eius scrutantur, & exquirunt eum: cum hoc facere possint impij & iniqui, beatos autem esse impios & iniquos quis vel impius dixerit vel iniquus? Ergo spe beati, sicut beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: non propterea quod adest quandiu mala patiuntur, sed propterea quod aderit, quoniam ipsum forum est regnum coelorum. Et beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, non quia esuriunt & sitiunt, sed propter id quod sequitur. Quoniam ipsi saturabuntur. Et beati qui plorant: non quia plorant, sed propter id quod sequitur, Quia ipsi ridebunt. Proinde beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eum: non quia scrutantur & exquirunt, sed quia inuenturi sunt quod exquirunt. Hæc ille, AVCTOR. Hoc ergo modo beati, qui spe beati: etiam cum hac re miserè: de quibus alibi scriptura dicit, Expectantes beatam spem: & aduertum glorie. Adhuc cum scriptores sancti beatos dicunt quibus scribunt iuxta famosam etymologiam aut interpretationem vocabuli. Vnde in magno volumine interpretationis suæ triformis ait HIERONYMVS. Beatus dicitur igitur cõmodus, scilicet, fidelis, diues, locuples, fortunatus, pecuniosus copiosus, opulentus, potens, abundans, bene auctus. Hæc ille, AVCTOR. Secundum hæc omnia discrete dicuntur fideles esse beati, maxime si qui fidelium populis præfunt: aut quia commodi sunt in obseruatione iustitiæ, secundum illud: beati qui custodierunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore: aut quia potenter sufferunt temptamenta multorum. Vnde beatus vir

qui sufferit temptationem: aut quia elemosynarii locupletes, secundum illud. Beatius est magis dare quam accipere: aut quia ad utilitatem politicam bene sunt aucti vel promoti. Vnde de beata terra cuius rex nobilis est, & beata virgo, beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potes est &c. & hoc modo etiam imperator Constantini beatus pater HILARIVS beatissimum nuncupauit in epistola sua ad eundem de fide. Beata nescia, inquiens natura tua domine beatissima Auguste cum benigna voluntate concordat: & quoniam de fonte paternæ pietatis tuæ misericordia largitur profuisti, quod rogamus facilliter nos impetrare posse confidimus. Hæc ille. Item BEDA in epistola ad Accam episcopi quæ expositioni eius super Lucam famosæ præponitur. Domino inquit beatissimo, & nimisrum desideratissimo Accæ episcopo Beda humillimus presbyter in domino æterno salutem. Hæc ille. Item AMBROSIVS. Sic scribit quibusdam sacerdotibus & episcopis quos ipse consequenter arguit de symonia & multis excessibus in libro suo pastorali quæ de obseruatione episcoporum inscribit & incipit. Si quis frater. Audite me inquit beatissimi patres & dignum ducite sanctissimi fratres. Audite me stirps Leuitica, germen sacerdotale, progog sanctificata, duces & rectores gregis Christi. Hæc Ambrosius. AVCTOR. Conuenire tamẽ existimo sincere scribentibus ut terminorum vires metiantur, & appedat perfectius iuxta potera dignitatem, & tunc non criminaliter possunt cõtos fideles in Christi pace viuetes appellare beatos, in perfectionis culmine persistentes beatiores describere: & summum patrem ecclesiæ sub capite Christi beatissimum nuncupare. Iuxta quod beatus HIERONYMVS in annotationibus suis super Pauli epistolas tractans hunc textum primæ Corinthiorum. vii. Beatior erit si sic pmanerit &c. gradus comparationis prudenter distribuit, beata inquit habens maritum si custodiat iustitiam, beatior vi dua quia minore labore maiorem inuenit castitatem: beatissima virgo, quæ sine labore ad summum premium possit peruenire. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Sed si scandalum tibi sumas cum audis papam dici beatissimum patrem, superlatiõne ibi reputas hyperbolicam, etiã miror quod hoc in Cesare & inferioribus episcopis nõ incales cum audis eos pluries beatissimos dici. Aut credis quod ipsi sibi tales titulos vendicauerit, si hoc putas quod sic scripserunt homines, putes nõ hoc vendicasse papam quan

do cum terminis humilibus positivis stetit cõtertus, sic enim religiosus pater. RVFINVS, apologiam defensoriam mittens pro seipso ad Anastasium papam super crimine hæresis. Audiuim enim quosdam cum apud beatitudinem tuam siue de fide siue de aliis nescio quibus quaestionibus cõtrouersias cõmemorant & mei nominis fecisse mentionem. Et tua quidem sanctitas velut ab ipsis incunabilis per ecclesiasticæ traditionis regulas instituta de absente, sibi bene & in fide & in charitate dei cognito caluniantibus, non accommodauit auditum, & infra versus finem. Nemo ergo mihi ex hoc gloriæ facte & venerabilis & beate pater cõfiteri uidiã, nemo factionibus utatur & calumniis, quod in ecclesia dei fieri non licet. Hæc ille, AVCTOR. Ecce iam politice beatus pater papa & superlatiue beatissimi patres Caesar & episcopi. Quid aliorum facta retorques in papam? Si crimen est quod damnasti, auctores eius inculpa: si laus, nihil eis & papæ, laudanda artifices.

DE HOC NOMINE PAPA, QUOD NON SIT PRO CAESARE INTRODUCTUM. CAP. XXXVIII.



Ehemeter etiã calumnia beatissimum patrem nostrum de presumptuoso papæ vocabulo: ut habet inter conclusiones terdãnatas, cõclusionem. xii. dicẽs. VVITCL. Papa & cardinales fuerunt nõ ordinati a domino, sed per diabolum introducti. In cuius signum nomen papæ vel cardinalis non inserit in scriptura, sed ut chronicantes referunt quoniam venenum effusum est in ecclesiam, inuentum est. Et concorditer ad hoc noster Vvitecliff in dialogo veritatis & mendacii cap. xxiiii. Cui inquit hoc nomen papa sit terminus extra fidem scripturæ, videtur quod in dotatione ecclesiæ præsumpta per Cesare est inuentum: & sic si cõnotet ista ordinationem ut nimis salubre foret ecclesiæ quod non forent papa vel aliqui cardinales. Hæc ille, AVCTOR. Vocabulum papa quædo primus vel a quo primum sit reperiunt adhuc mihi non patuit. Tediosum enim esset omnium appellationum scrutari patronos & generationis exordia. Sufficiat ergo grammatice modo scire cum grammaticis post papæ vocabulum ab interiectione stuporis nomen papæ sumpsit originem. Iuxta illud poetæ simul describentis suppositum & interpretantis vocabulum ornatu rhetorico, Papa

stupor mundi: sic ergo summum patrem papam dicimus quia fulgore virtutum & gratiarum copia est ceteris in stuporem. Iuxta autem nominis etymologiam dicitur pater vel pater patrum, & inde pater correpta syllaba geminat, quod si ita est, ista dictio quantum de se non est omnino extra fidem scripturæ, sed aut ex quarto Regum ad Heliam pater mi pater mi. Currus Israel & auriga eius: aut hoc est quod Paulus dixit abba pater, pater, latine, quod sequi videtur clarus doctor. **HVG** secundo libro de sacramentis parte tertia cap. iiii, ubi recitatis ordinibus ecclesiasticis & dignitatibus, Post omnes hos inquit sequitur summus pontifex quem papam, id est patrem patrum consuetudo ecclesiastica nominare instituit. Hic est principalis & maximus in ecclesia Romana successor. Unde & ipsum specialiter apostolicum sancta consuetudo ecclesiastica nominare consuevit. Hæc ille. **AVCTOR**. Sed ut decedamus propius miror qua temeritate in redarguendo falsum ut dicit tam plana sectator mendacia, videtur inquit quod in Casaris donatione nomen papæ est inuentum: nescio an tibi sic videtur, sed cum Christo volo ut sic videntes cæci fiant, & vide cæcitatem ipsamet libro suo de cura pastoralis cap. vi. Christus inquit est papa generalissimus. **AVCT**. Quid facis blasphemur Christum polluisi nomine diabolico, nomine Papæ eum appellans quod extra fidem scripturæ post donationem per Casarem est inuentum: sed si Christus non est pollutus ex nomine cur occasionem detrahendi papæ ex eodem vocabulo præsumpsisti: Ideo non dubium si cæcus non esset iste magister cum discipulis, bene vidissent Romanos pontifices sic dictos papas ab aliis diu ante dotæ, immo & sic appellasse seiplos. **EVARISTVS** papa quartus a Petro secundum calculum Augustini in decreto suo cap. ii, sic exorditur, Euaristus papa omnibus episcopis, Deus omnipotens ut nos a præcipiti sententiæ prolatione compesceret, ut omnia nuda & aperta sunt oculis eius mala tamen Sodomæ & Gomoræ voluit inaudita iudicare. Hæc ille. Item **SOTHER** papa decimus a beato Petro & ante Syluestrum decimus nonus in decreto suo capitulo vnico, Dilectissimis inquit fratribus per Italiam provincias sanctis constitutis episcopis Sother papa. Sacratas deo monachas vel foeminas sacra vasa vel sacratas palas penes vos contingere & incensum est circa altaria deferre, perlatum est ad sedem apo-

stolicam. Hæc ille. Item **VICTOR** papa duodecimus a beato Petro in decreto suo capitulo primo, Victor inquit papa Theophilo episcopo. Audiuimus apud vos vestrosque diuersa iudicia fieri & incerta iudicari, incerta charissimi nullatenus iudicemus quousque veniat dominus, qui latentia producat in lucem. Hæc ille. Item **SIXTVS** papa secundus vicissimul secundus a beato Petro octauus ante Syluestrum. **Sixtus** inquit papa Romanus episcopis per Hispaniam constitutis. Incerta quæ nemo pontificum iurare præsumat, quibus vera sint non tamen credenda sunt nisi quia manifesto iudicio communicantur. Hæc ille. Item **SIXTVS**. In hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum est, & modo ad vestrum & cæterorum fratrum auxilium est denuo roboratum ut omnes episcopi qui in grauioribus pullantur vel criminantur causis quotiens necesse fuerit libere apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea sicut semper factitatum fuit pie fulciantur, defendantur & liberentur & sequitur. Quoniam culpantur episcopi qui aliter erga fratres egerint quam eiusdem sedis papæ fieri placuerit. Hæc ille. **AVCTOR**. Vide quotiens pontifices isti Romani se dixerunt papas diu ante dotatis insignia, videre potes, ista & similia in verustro illo libro decretorum pontificum, & in decretorum Iuonis libro quarto, Demum autem iam visitato vocabulo sanctus Syluester in decreto suo appellatus est papa, sed notario hoc scribente ibidem cap. i. **NOTARIVS** Syluester, Temporibus sancti Syluestri & Constantini piissimi, Augusti factum est concilium magnum in Nicea Bithynia, & congregati regulariter eiusdem Syluestri papæ vocatione in idipsum, ccccvii. catholici episcopi: qui exposuerunt fidem integram catholicam immaculatam: & dānauerunt **Arrium**, **Fotinū**, **Sabellium** atque sequaces eorum. Hæc ibi. Et ibi iterum cap. vi. Eodē quoque tempore. xiii. Calēdarū Iuliarum die quādo memoratum magnum concilium in Nicea congregatum est: iam præfatus papa in urbem Romam congregauit, & ipse cum consilio præfati Constantini Augusti, cclxxvii. episcopos, & damnauit iterum tam **Euaristum** quam **Arrium** quam **Forinum** atque **Sabellium**. Hæc ibi. **AVCT**. Hæc antiquitatis forma cæteri subsequentes patres grauiissimi atque sanctissimi in ecclesia dei & peritissimi literarum sanctarum dignati sunt Romanos pontifices appellare papas vniuersalis ecclesiæ. Quemadmodum beatus

athanasius aduersarius **Arrii** capitalis ad **Marcum** papam scribens, Dñs inquit sancto & apostolici culminis dignitate venerando **Marco** sancte Romanæ & apostolicæ sedis atque vniuersalis ecclesiæ **Papæ Athanasius** & vniuersi Aegyptiorum episcopi. Et infra loquens de **Syluestro**. Missa sunt inquit prædicto papæ **Syluestro** cum assipatione subnixæ capitula, lxx. Hæc ille. Item ad **Liberium** papam. Idem **ATHANASIVS** in epistola synodica, Domino inquit beatissimo & honorabilissimo patri **Liberio** papæ **Athanasius** & vniuersi Aegyptiorum episcopi in vni synodice apud **Alexandriam** congregati. Vestra beatissime paternitas iura penes dominum sunt manifesta. Hæc ille. Item **STEPHANVS**. Archiepiscopus cum omnibus episcopis mauritanie, Domino inquit beatissimo & apostolico culmine sublimato sancto patri **Damaso** papæ & summo omnium præfati pontifici, **Stephanus** archiepiscopus concilii **Mauritanie** & vniuersi episcopi de tribus conciliis videlicet **Africanæ** prouinciæ: notum vestri facimus beatitudini, quod quidam fratres in confinio nobis positi. Et infra. Maxime vero isti debet ab ipso præfatum examinari veritate, cuius vetusta sollicitudo est tam mala dānare quam releuare laudanda. Et subscribitur in fine epistolæ. Quod & istis atque omnibus vos semper facere optamus sanctissime pater papa. Subscriptio & alia manu: ora pro nobis beatissime pater. Hæc ille. **AVCTOR**. Hæc omnia de anno libro prædicto cui titulus decreta pontificum ut scribuntur in suis locis excerpti. Si quid autem deficit de appellatione sanctissimi & beatissimi patris siue papæ, hic habes ad penam: simul nec te prætereat quod etymologiam nominis papæ hæc expressit epistola dicens. Sancto patri patrū **Damaso**, eidem quoque **Damaso** scribens sanctus **HIERONYMVVS** epistolam quæ est inter epistolas eius secunda. Beatissimo inquit papæ **Damaso**. Postquam epistolam tuam sanctitatis accepi confestim accito notario ut exciperet imperavi. Hæc ille. **HIERONYMVS**. Idem in subsequenti epistola ibidem. Beatissimo **Damaso**, **Hieronymus**, **Origenes** cum in cæteris libris omnes vicerit: in Canticis Canticorum ipse se vicit. Hæc ille. **AVCTOR**. Non ab his peritus sed & sanctus exorbitat **AVGVST**. Ipse enim in libro suo contra duas epistolas **Pelagianorum** in prologo alloquens **Bonifacium** papam, Noueram te quidē inquit fama celeberrima predicante & frequentissimis atque

veracissimis nunciis quanta esses dei gratia plenius acceperam beatissime atque venerande papa **Bonifaci**. Hæc ille. Et idē ibidem lib. secundum cap. i. commemorans, papam **Innocentium**. Nunc inquit cum primitus beatissimi papæ **Innocentii** literæ episcoporum literis respondētis afortum pariter hunc errorē quē conantē isti persuadere dānauerint. Successor quoque eius pater sanctus & papa **Zozimus** hoc tenendū esse quod isti de paruulis sentiūt nusquam dixerit nusquam scripserit &c. Hæc **Augustinus**. Item **AVRELIVS** primas & archiepiscopus **Carthagenensis** tempore **Augustini** ad eundem **Innocentium** mittens de **Carthagenensi** concilio, Domino, inquit, beatissimo & honorabilissimo sancto patri **Innocentio** papæ **Aurelius** **Munidius** & **Rusticianus** & cæteri quod concilio **Carthagenensis** ecclesiæ affuimus. Cum ex more ad **Carthagenensem** ecclesiam solenniter venissemus, atque ex diuersis causis congregata ex nobis synodus habere, cōpresbyter noster **Orosius** &c. Hæc ibi. **AVCTOR**. Eidem insuper **Innocentio** venerabilissimus præfatum cœtus in concilio **Milenitano** talem ex calamo **Augustini** synodicam transmisit epistolam contra **Pelagium** & **Cælestium** hereticos: & est inter epistolas **Augustini**. c. xxx. **AVGVSTINVS**. Domino beatissimo meritoque venerabili in **Christo** honorando papæ **Innocentio**, **Siluanus**, **Valentinus**, **Aurelius**, **Donatus**, **Restitutus**, **Lucianus**, **Alepius**, **Fortunius**, **Seuerus**, **Augustinus**, **Posidius**, **Novatius** secundus, **Marentius**, **Leo**, **Faustianus**, **Cresconius**, **Lucius**, **Adeodatus**, **Malcus**, **Litorius** **Fortunatus**, **Donatus**, **Ponticanus**, **Saturninus**, **Cresconius**, **Honorius**, **Cresconius**, **Processus** secundus, **Felix** **Asiaticus**, **Rufinianus**, **Faustinus** **Seruius**, **Trentius** **Cresconius** **Sperantius**, **Quadratus**, **Lucilius**, **Sabinus**, **Faustinus** **Cresconius**, **Victor**, **Gigantius**, **Possidonius**, **Anthonius**, **Innocentius**, **Felix**, **Antonius**, **Victor**, **Honoratus**, **Donatus**, **Petrus**, **Præsidius** **Cresconius**, **Lapadius** **Delphinus** ex concilio **Milenitano** in dño salutē papæ **Innocentio**. Quia te dñs gratiæ suę scipuo numere in sede apostolica collocauit &c. Hæc ibi. **AVCT**. Quid tibi sufficiet si hæc fuerint diminuta ad confirmandum celeberrimum nomen papæ tanto potius dignissime conuenire. Si crimineris vocabulum quasi ambitiosum, saltē caue nolique criminari tot sanctos patres, tot sancta concilia per te atque culpabilis ambitiois fautoribus. Si dānes de adulatione vocabulum abijt ut ipsos sã-

cos oēs de adulationis stupro dānemus: fac quod vis nō tu talis vel tātus es apd Christi fideles, vt his cōtēptis tibi donet credentiam. Insuper argumentū est peritis fidelibus q̄ nō p̄pter ambitionē summi Romani pōtifficis nomen papae tā iugiter est assumptū, quia eodē tpe sancti patres magnos & claros Christi pōtiffices citra Romanum papas vocabāt. Quē admodū sanctus AVGVST. ad Aureliū iā dictū scripsit primatē suū in prologo s̄ignis voluminis de trinitate, Domino inquit beatissimo & syncerissima charitate venerando sancto fratri & cōsacerdoti papae Aurelio Ambrosio & Augustino in domino salutē. Impletū est gaudio os nostrum &c. Hęc ibi. Itē etiā HIERONYMVS rigidus & sanctus pater Augustinū papā appellat in epistolis ad eum directis. Vñ in epistolarū suarū exordio prima eius ad Augustinū q̄ est etiā scda habet, Domino vere sancto & beatissimo papae Augustino Hieronymus in Christo salutem. Anno p̄terito p̄ fratrem nostrū Asteriū Hypodiatonū &c. Itē epistola eiusdē tertia ad eundē sic habet. Dño vere sancto & beatissimo papae Augustino Hieronymus. Tres simul epistolae immo libellos p̄ diaconū Cyprianū tuę dignitatis accepi. Itē epistola eius quinta ad eundē. Venerabili papae Augustino Hieronymus. Virū venerabilē fratrem meū filiū dignitatis tuę Orosiū presbyterū &c. Itē epist. vi. eius est. Dño sancto ac beatissimo papae Augustino Hieronymus. Omni quidē tpe beatitudinē tuā eo quo decet honore veneratus sū &c. Itē quoq; IOANNES CASSIANUS pater sct̄⁹ ac venerabilis senex de institutis monachorū de scripturis & alia quedā opuscula emisit ad Castorē episcopū, papā eū appellās in p̄logo primi libri. Tu his inquit eruditus exēplis beatissime papa Castor verū ac rōnabile deo tēplū nō lapidibus insensibilibus, sed sanctorū virorū cōgregatione nec corruptibile & tēporale, sed aternū atq; inexpugnabile aedificare disponis. & iterū ibi bene s̄tra. Quapropter beatissime papa initiū religiōis & humilitatis exemplar, tuis p̄cibus animatus secundū vires ingenii mei opus quod in iungis aggrediar. Et in p̄fatione collationū. Debitū qđ beatissimo papae Castori ī meorū voluminū p̄fatione promiseram &c. Et ibidē, infra alloquens quendam episcopum Leonarium. Vobis potissimum o beatissime pater Leonti & sancte frater Helladi credidī conserandas. Hęc ille, AVCTOR. Possent innu-mera talium exemplaria recitari, Sed fateor

parco labori & fatigatione lassus cesso, nec tot iam collegissem in vnum nisi vt bestiam quę terigit montē illum qui creuit ex Christo, lapide angulari & iam replet mundum, ita numerosa lapidū auctoritate subruerēt ne p̄sumptam vitra posset aspirare blasphemiam. Habet hic ecce Romanos pontiffices citro post Petri tempora papas appellari solitos frequēter, habet in tempore doris, habet post dotem a patribus & synceris viris ecclesie sic vocatos, habet tādē alios s̄ignis pōtiffices sic vocatos ne soliti nominis titulum soli inuideret p̄suli Romanorum. Et quid vitra faceremus ignoro vt pugillarem & rationem eius indoctam duceremus ad publicū quā dicit q̄ cum hoc nomē papa sit terminus extra fidem scripturā videtur q̄ in dotatione ecclesie s̄ia per Cēsarem est inuentum. Et iterū papa & cardinales sunt per diaboli introducti: in cuius signum nomen papae non inseritur in scriptura, de tali ratione rusticus quisq; erubesceret aut villanus, & pudet me ipsi obistere quicq; graue. Quid si ducere ipsi in mentē de hoc nomine essentia vna in deo, quid de trina persona: quā vtq; appellationes in supra ex Augustino monstrauit non sunt insertae scripturę. Sed ab ipso interrogo vbi infame cognomē Vvicleff inseritur in scriptura. qđ si nō inuenias, argumētū eius resumā, ergo Vvicleff insanus hereticus est p̄ diaboli introductus. Nolite hęc audire fideles, sed noueritis hęc ex antiquo more viros hæreticos, vt qñ rationes eis cessant ex rebus statim incipiūt instaurare sibi calumnias q̄ tales aut tales termini non sunt in scripturis. Sic enim longo tpe Arriani vexabant catholicos de termino homouision, q̄ in scripturis sanctis non est habitus vt tradit Cassiodorus in tripartita historia. Et habet AVGVSTINVS epistola ad Pascentiū Arrianum, & inde volebant terminum & fidē eius ex terminasse de medio, sed respōdet ibi Augustin⁹. q̄ nec pater ingenuus reperitur, ibidē & subdit. Vides inquā posse fieri vt etiā de verbo quod in scriptura dei nō est reddatur, tamē ratio vnde recte dici ostēdatur. Hęc ille. AVCT. De talibus deo dante plura dicentur in posterū, sed quantum ad p̄sens capiant fideles regulam Augustini lib. iiii. cōtra Academicos & resumit eādē lib. de quāritate animae de sapiētia loquēs. AVGV. Docuit ingere me cū de re constat propter quam verba dicuntur de verbis domini debere contendī, & quisquis id faciat si imperitia faciat docēdū

esse, si malitia deserendum. Si doceri non potest monendum vt aliquid aliud potius agat q̄ tps in superfluis operāq; consumat. Si non obtēperat negligendū. Hęc Augustinus. AVCTOR. Vide in quo horum tu fueris, & insipidū te cognosce q̄ sic dixeris.

DE ELECTIONE PAPAE PER COELECTORUM Cardinalium, Cap. XXXIX.


Berius procedentes hostē ecclesie Christi semp̄ quā si ex aduerso ante faciē cernimus, qui & postq̄ de appellatione papae struxit callidias intēdit turbare fideles super electione papae, & origine potestatis, vnde de veritate & mēdacio capitulo. xvi. VVITCLEFF. Quā inquit maior infidelitas q̄ approbare electiones cardinaliū qui ex vobis sine dubio sunt diaboli incarnati q̄ si eligentur qualemcunq; personam in papam tūc ipse est pater sanctissimus & immediatus Christi vicarius hic in terris, hęc ibi. Itē conclusio. xiiii. Inter cōclusiones ter damnatas Electiones inquit cardinaliū cū ceteris hūanis traditionibus nō sunt dignę memoria: cū non sit maior color q̄ deus ipsas conficit q̄ sequatur q̄ ex vna vesania deus papā statuit focium Iesu Christo. Hęc ille. AVCTOR. Cur autem tam moleste ferat illā electionem honestā, nescio nisi quia pmoueri cupit illū papā suū absconditū qui nō posset eū criminari de hæresi quia totum mundum latet & sibi ipsi manet ignotus. Sed ideo a solo deo foret in papā eligendus, sicut soli deo est cognitus immo verus papa esset se nescio. Sed nouerit qui scrutantur scripturas q̄ dominus deus pene per cuncta opera sua postq̄ primas rerū formas instituit taliter, & talia faciendū de cætero secūdū ipsam dei formā aliis creaturis iniungit. Deus instituit per se primum hominē, primū Leonē, primū alinū & familia. De cætero vero talia supposita p̄pagare homini, leoni, asino reddidit potestātē, vt autē descēdamus ad Politicā primas tabulas legis ipse manu sua cōsūxit. Ipsis fractis secundas nō reddidit, sed Moyi iussit tales excidere instar priorum. Ipse primū Aaron per se ipsum in sacerdotē elegit in germine virgē: deum Eleazarum per successionē carnis. Numeri. xviii. &. xx. In nouo testamento elegit. xii. apostolos per se ipsum. Demū autē Matthiam per Apostolos & vii. diaconos nō quā

dē secundū carnē sed mentis decretū: vt trāslato sacerdotio de carne ad spiritū, etiam de electione carnis in electionē spiritus legis esset translatio. De qua Esaias, quō si offerant filii Israel victimas suas mihi quō s̄ palmista in domo dñi, & ex eis sumam sacerdotes & leuitas dicit. Super quod dicit HIERONYMVS. in. xviii. libro commentarii. Qui saluari fuerint vt gentibus p̄dicarent, de quibus vnus loquebatur. Sic nos reputet homo quā si ministros Christi & quasi ministros dei dispensatores: vt Lucas euangelista. Sicut tradiderunt inquit vobis qui a principio viderunt, & ministri fuerunt sermonis de quibus & supra legimus. Vos autē eritis mihi sacerdotēs domini. Quō autē in abscondito vidēs est, qui spiritu circūciditur: de quibus scriptū est. Nos sumus circūcisio qui spiritu dei seruimus & offerimus, victimas placentes deo: psallimus quia spiritu & sensu: sic & sacerdotēs & lenitē sunt in abscondito, qui non ferie generis sequuntur sed ordinē fidei. Hęc Hieronymus. AVCTOR. Si quē ergo vis palā absconditum talē assume, qui quā nō patenter hanc dignitatē assequitur successione carnis, quē admodum solebat de stirpe Aaron, sed abscondite, secundum decretū priuatę cōsciētē eligentes, pateat tamen hominibus p̄ apertam impositionē manuum consecratis: nec vili nunc p̄sumant sibi sacerdotiū, nisi per electionem hominū ex hominibus assumantur & pro hominibus a cōsiderante hoste constituantur. In his quā sunt ad deū, iuxta Paulum apostolū. Et AVGVSTINVM dicētē libro de quęstionibus noui & veteris testamēti cap. xlvi. Si sacerdos alicubi desit, potest alterius loci sacerdos rogatus venire & vicem eius agere, non tamen propheta quīs sanctę vitę sit agere potest, quod sibi scit minime esse cōcessum. Aliud est enim bene viuere, & aliud potestātē alicuius accipere officii. Sicut enim qui sacerdos est non ex eo vitā suā cōmendatā putare debet: ita & qui sanctę conuersationis, & vitę, est non tam ex eo sibi sacerdotiū vēdicare debet. Quis enim bonum sit sacerdotiū tamen malum erit ei cui concessum non est, & p̄sumit. Hęc Augustinus AVCT. Nō ergo potest absconditū tuus esse verus quicq; sacerdos, multo magis non sumus sacerdos, quantacūq; fulgeat sanctitate, quousq; potestātē tāti officii a concedente sibi susceperit. Sumū autē sacerdotiū p̄ electōnē pluriū ep̄orū accipiat: quē admodū exēplificauit sanctus sp̄s p̄ apostolos in Matthia:

Sed iam cardinales episcopi & alii loca supplēt episcoporum primatum qui vice apostolorum inferiorum episcoporum solebat electiones & vias tractare quod non possunt in papam qui non habet primatum. Vnde HVGONVS de sacramentis lib. ii. parte. iii. ca. xiiii. quia inquit sedes apostolica cunctis in orbe terrarum praefertur ecclesiis atque super se metropolitanam habere non potest, cardinales episcopi proculdubio metropolitanam vice funguntur, qui videlicet electum antistitem ad apostolicum culminis apicem perueniunt. Facta autem electione si forte casus vel violentia aliqua obstitit ut is qui electus est in sede apostolica iuxta consuetudinem inthronizari non valeat, electus tamen quemadmodum statutum est sicut papa auctoritate obtinere debet regendi sanctam Romanam ecclesiam & disponendi facultates eius. Haec ille. AVCT. Haec ergo cardinalium patrum electio quantum ad electionis substantiam nescio a quo possit coloratus depravari quam ab eo qui omnem ecclesiam politica deullit, sed nulla procreat, nulla disponit, sufficit autem simplicitati fidelium quod Christus vocaliter elegit plures apostolos, ut hac exemplari forma magistrum aut voce aut sensibili quidam signo vnus rite eligatur a pluribus: quemadmodum vnus Matthias a pluribus apostolis, vnus Paulus, vnus Barnabas in opus apostolicum domini a spiritu sancto, sed non sine apostolorum ministerio segregati. Et cur non a pluribus patribus cardinalibus vnus papa? Sed successiue plures oportet fieri sacerdotes, idcirco quod morte prohibentur permanere. Vnde in antiquo lib. decretorum pontificum ex synodali decreto Nicolai papae sanctum inueni. NICOLAI DECRETUM. Primo inquit inspectore deo statutum est ut electio Romani pontificis in potestate cardinalium episcoporum sit, ita ut si quis apostolicam sedem sine praesentia concordii & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum & laicorum consensu inthronizetur, non papa vel apostolus, sed apostaticus habeatur. Haec ille. AVCT. Sic haec credimus obseruatum circa electionem papae ut hi eligant, illi consentiant sic electo. Plus de hoc videri poterit lib. iiii. decretorum Iuonis. In principio quod idem est. xxiiii. distinctione in nomine domini. Sed cum dicta VITICLIUS in hac parte non faciat fortiter luctum, rationes eius breuiter percurramus. VITICLIUS. Dicit inquit curiam istam sibi statueret per regulam quod papa sit quod summus Christi vicarius a cardinalibus eligatur. Videtur error in isto principio multas sequentes haereses prurire. Christus enim ve-

rus deus & homo ex summa sapientia elegit sibi. xii. apostolos: & ex fide cardinales non possunt in isto comparari isti sapientie increatae, ergo stultitia presumptio foret hoc sine euidencia fidei attingere. Haec VITICLIUS de Christo & antichristo ca. ix. AVCT. Heu stolidus iste homo qui ut Augustinus ait de Iuliano, consuetudine resumpta perdidit sensum suum. Vide quod ex hac arguenti forma sequatur. Christus praedixit pauperibus, Christus orauit patrem, Christus instruxit discipulos: sed ceteri viatores ex fide non possunt comparari sapientiae increatae, ergo nullus viator purus sine euidencia fidei ista debet haec tenus attentare. Sed quod dicit si respondeat cardinales hoc attentare illa euidencia fidei, qua Christus elegit apostolos, docet eos secundum hanc formam vnus Christi in vno Christi spiritu conuenire ad eligendum in ecclesia qualiter omnes apostoli vno spiritu Christi elegerunt Matthiam, Paulum quoque & Barnabam seriatim apostolos Christo hoc volente. Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis & vos faciatis. Si soli Christo licebat cur hoc attendebat apostolus? cur Paulus? timotheum coelebrauit episcopus? cur Petrus? Marcum? Quod si apostolis hoc licebat ex instructione Christi ad conseruandas successiones sacerdotum quod tamen comparari non poterant Christo sapientie increatae, quod valet in quo redarguit cardinales? Rursum scio statim quod in textu subiecit ibi deum, VITICLIUS. Papa igitur non est sufficiens ad eligendum sibi cardinales loco apostolorum, multo magis ipsi cardinales non sufficiunt sine errore papae eligere tamquam Christus. Haec VITICLIUS. vbi iam supra. AVCT. iam sentire possunt quo nauigat argumentum, vult enim danare vniuersaliter electionem cardinalium quae ex se sine errore non sufficit eligere bonum papam, sed Christus dominus: nam in propria acie reuerberat hoc motum quod sine omni errore diuina sua prouidentia elegit malum & tradidit apostolum ut nos deberemus moderate ferre si contra spiritum nostrum elegerimus inuitile, quemadmodum lib. ii. super Lucam cap. x. loquens de Scarioth. BEDA. Non per imprudenciam igitur, sed per prouidentiam iter apostolos eligit, quanta enim est veritas quam nec aduersariis misterium committat: quanta dominum moralitas, quod picitari apud nos iudicium suum quod affectum maluit? Suscepit enim hominis fragilitatem & ideo nec has pres reculauit infirmitatis humanam. Voluit deserui, voluit prodi, voluit ab apostolo suo tradi, ut tu a socio deseres, a socio perdit moderate feras tamen errasse iudicium, pisse beneficium. Haec Beda. AVCT. Ecce cardinales & tota ecclesia compromittunt eorum arbitrio super electione papae futuri, non incurrit reatum sed scitiam

tur ad virtutem si volentes bene eligere errant habuere iudicium, & debet moderate ferre perisse beneficium, quia Christus qui non fallitur propter hoc scienter elegit peruersum qui super electione sua non potest iuste conuinci: nec debes formidare electionem tuam bonae conscientiae ne sinistra succedat relaxasse periculo cum Christus te praecesserit, males periclitari apud homines suum iudicium quod affectum. RESPONDETUR AD OBIECTA, VITICLIUS, contra electionem papae per cardinales. Cap. XL.



Quod secundo contra hanc papae electionem per cardinales ibidem de Christo & Antichristo ca. ix. VITICLIUS. Nemo inquit debet procedere in sibi ambiguo, vbi operatio securior magis patet. Electio papatum per istos cardinales est illis ambigua & operatio securior atque meritorior est a domino limitata, ergo illa electio est secundum dei prouidentiam dimittenda, & alia operatio ut euangelizatio, dictio orationis dominicae vel alia a deo ordinata ad edificationem ecclesiae est humiliter amplectenda, & probat maior ex illo de consecratione distinctione. v. Non mediocriter, Et sequitur. Quis dubitat quin recta euangelizatio securior atque facilius sit quam papae talis electio: igitur electores debent hoc magis bonum eligere & illud secundum dimittere. Et ista videtur sententia apostoli ad Romanos decimo quinto. Non inquit audio aliquid eorum loqui quae per me non efficit Christus: nisi quid credimus istos electores cognoscere quod Christus ad edificationem ecclesiae elegit hunc in papam? Haec VITICLIUS. AVCTOR. Possunt ne videre omnes periti quod fabulose & admodum indocti hominis lacerum consistit argumentum, si meritorior & securior operatio esset dictio orationis dominicae quam talis electio pro illa hora, & ideo preponenda sub peccata peccati, quare non dixit Christus orationem dominicam, dimittens electionem apostolorum. xii. quare non dixit Petrus orationem dominicam cum eligeretur Matthias immo illam vnam receter subintulit. Tu dicit qui corda nostri omnium &c. immo tu quare comedis aut dormis, & meliore operatione postponis euangelizationis aut dictio-nis orationis dominicae? Quod si dicas etiam bene operantem bene orare cur non bene orant cardinales quodammodo eligunt bonum vel bene papam, immo quod illa oratio vel talis euangelizatio hac opera-

tionem dimissa esset melior restat ut probes totum, dimittit ista laicis, vulgi collatio fabricat haec motiua. Sed audiamus quod esset ex apostolo, non audeo aliquid eorum loqui quod per me non efficit Christus: & tunc addit. Nisi quid credimus istos electores cognoscere quod Christus ad edificationem ecclesiae elegit hunc in papam quasi diceret alioquin fatua est eorum electio, & sic casta, Ecclesia Christi repodet non oportere eos hoc cognoscere, sed hoc fideliter debere supponere. Ecce scriptura est in foribus. Act. i. Elegerunt apostoli duos Ioseph & Matthiam. Nisi quid isti electores cognoscere debent quod Christus ad edificationem ecclesiae vtriusque istorum elegit in apostolum: certum est quod non quia tunc vterque fuisset apostolus. Ergo alterum non elegit Christus cum elegerent vtrumque, quo rogo iudicio diuino an humano? AVG. Plane dicit apostolos secundum humanum iudicium elegerunt duos & alterum commisisse dei iudicio super psalm. xxx. tractatu. ii. Sors inquit non aliquid mali est, sed res est in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem. Nam & fortes miserunt apostoli quam Iudas tradito domino non perierit. Et sicut de illo scriptum est. Abiit in locum suum: coepit quaeri quis in locum eius ordinareretur. Electi sunt duo iudicio humano. Et electus de duobus vnus iudicio diuino. De duobus consultus est deus quemnam ipsorum ipse vellet, & cecidit fors super Matthiam. Haec Augustinus. AVCT. Ecce tota apostolorum electio erat humano iudicio, & tamen Christus illam approbas vnus elegit de duobus, & non elegit extra istos: cur ergo tu blasphemias electionem cardinalium humano iudicio & conscientia consummatam, quod tale offerat Christo, vnus quem suo iudicio existimat ceteris aptiore? An putas indigne Christum ferre quod quod alio quam diuino iudicio eligat? Et frustra tunc fecisset humanum iudicium & inaniter subiecerat sibi quicquam. Ecce regulariter Christus admittit sacerdotes veteris legis sine discretionem boni vel mali quos ab origine Aaron propagatio carnis promittit. Numeri. xviii. Omnia quae sanctificantur a filiis Israel tibi tradidi & filiis tuis pro officio tuo sacerdotali, legitima sempiterna: sed melior & certior est mentis electio quam ventris. Ideo inter omnia iura politica praestantissimum est ius electionis quam partus. Ideo regulariter electi ab hominibus non corruptis certissime & sanctissime succedunt, in potestate iurisdictionis Iesu Christi. Alioquin enim praesens fuissent apostoli sacerdotum noui testamenti ichoare per humanum arbitrium Sed ipse subdit, & e motum eius. iiii. VITICLIUS.

Videat inquit ex apostolorum facto post missionem spiritus sancti contrarium: nam ipsi eligendo Matthiam non audebant istud praesumere, sed miserunt sortes super Matthiam & Ioseph, & cecidit fors super Matthiam. Actum primo. Quae ergo prudentia &c. Reuera videtur, quod sit irregularis electio frontosa. Haec Vviteless. AVCTOR. Dignus doctor Vvitelessitarum qui tam abundanter scripturas allegat, quas nescit immo in quas tam frontose mentitur. Primo quia dicit apostolos elegerunt Matthiam quasi determinate elegerint eum, quod falsum est, sed hoc referuauerunt diuino iudicio eligentes duos coniunctim, & neutrum de certo. Iterum quia dicit hoc factum apostolorum super electione Matthiae post missionem spiritus sancti cum plane constet hanc electionem factam antepentecosten & post ascensionem. Tempore illo quo reuerit discipuli ab oliuero Hierosolymis manserunt in cenaculo vnanimiter orantes cum mulieribus & Maria matre Iesu, iuxta saluatoris monitum, Luc. ultimo. Vos inquit sedete in ciuitate donec induamini virtute ab alto. Vnde & textus ipse post electione Matthiae subiungit miraculum pentecosten: ideo doctor de Lira dixit. Inter ascensionem & sancti spiritus missionem hoc factum. At ne quisque nouus historicus sectae eius volens magistrum sui iuuare mendacium dicat sic positum esse textum per anticipationem, adhuc obuiat textus dicens eos per reuersionem a saluatoris ascensu in cenaculo commansisse, & statim electionis historiam Matthiae subinferens. In diebus inquit illis, Exurgens Petrus in medio fratrum &c. Quod si textus ipse non sufficit adiatur expositio eius BEDA super Actus Apostolorum, in eundem locum textu. Et derunt sortes eis. Hic inquit Matthias sorte eligitur, ne apostoli electio mandato discrepare legis veteris viderentur. Vbi summus sacerdos sorte queri iubebat, sicut de Zacharia dicitur secundum consuetudinem sacerdotii sorte exit, vt incensum poneret. Qui idcirco vt reor tunc sorte eligebatur, vt in typo figuraretur verum semper querendum fuisse sacerdotem donec veniret, cui repositum erat. Sequitur, donec ergo veritas compleretur in figura licuit exerceri. Vnde est quod Matthias qui ante pentecosten ordinatur sorte queritur. vii. vero diaconi, qui postea nequaquam sortis agitatione, sed discipulorum tantum electione, apostolorum vero oratione & manus impositione sunt ordinati. Haec ille. AVCTOR.

Ecce quod Matthias ordinatur Apostolus ante festum pentecosten & congrue, ne tantae illustrationi paracliti perfectus apostolorum desisset numerus consecratus: & ecce iterum rationem quare forte fuit electus Matthias, quia licuit exercere figuram donec veritas completeretur, id est licuit exercere modum eligendi veteris legis donec nouae legis in aduentu spiritus sancti veritas doceretur. Cuncta ergo in sapientiam Vvitelessi producant foras & praevident quod electionem Matthiae subsequi dixit sancti spiritus missionem quae de sancto praecessit. Succurrat illi sophiste hereticus quod subsequerebatur donationem sancti spiritus factam a Christo dicente apostolus. Accipite spiritum sanctum: dum modo fideles noscant scripturas cum doctoribus illam ab ista sic distinguere, quia illam donationem appellat istam specialiter missionem. Vnde Christus. Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis &c. Et mittam etiam vobis spiritum paracletum & sic illud psal. illo die assumis. Emitte spiritum tuum & creabuntur. Etiam causa Vvitelessi ex qua sumperat argumentum confunditur. Non audebant inquit istud praesumere, ideo forte elegerunt. Si non audebant nescio forte quia nondum veritas spiritus apparerebat. Sed hoc scio quod post missionem spiritus bene audebant. vii. diaconos per seipsos eligere sine sorte, & nonne concurrebat eis Christus sicut ante ita & tunc? Necdum me fatet dixisse putabo quod diu verbum illud manet intactum. Supra enim dixit. Nunquid credimus istos electores cognoscere quod Christus ad edificationem ecclesiae elegit hunc in papam. Quid ergo hoc modo nulla vniquam fore electio nisi de electione Christi certa reuelatio antecederet. Ego autem de scriptura sancta confusus tibi dico quia nec Christus semper elegit ad aedificationem ecclesiae hunc in papam, hunc in regem vel episcopum, sed aliquando in vindictam & malum plebis saltem pro tempore. Vnde super librum Iudicum Homil. iiii. ORIGENES. Dicit fortasse populus. Num aliquando ecclesia dei sine iudice est? Eriam si prior decesserit alter adhibet. Audacter fortassis aliquid dicemus, tamen quod scriptum est dicemus. Non semper princeps populi, & ecclesiae iudex per dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt: si mali sunt actus nostri & operamus malignum in conspectu dei, dantur nobis principes secundum cor nostrum: & hoc tibi de scripturis probabo. Audi namque quid dominus dicat. Fecerunt

sibi regem & non per me, & principem & non per consilium meum. Et hoc dictum videtur de Saule illo, quem vix dominus ipse elegerat & regem fieri iusserat: sed quoniam non secundum dei voluntatem sed secundum peccatorum populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua voluntate vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid in ecclesia intelligam? etiam in ecclesiis fieri, quia pro meritis populi aut in verbo & opere, potes a deo tribuitur rector ecclesiae, aut si malignum faciat populus in conspectu domini talis ecclesiae iudex datur sub quo famem & sitim populus patiatur non famem panis neque sitim aquae sed famem ad audiendum verbum dei. haec ille. AVCTOR. Ecce quod dominus ipse elegit malum Saule in regem propter peccatum populi: quem inquit ipse dominus elegerat & regem fieri iusserat. Quid ergo mirum si tale quid eligentes faciant ne scilicet seducti propter peccatum populi, quando dominus scilicet malum elegit propter idem: & ita cardinales peccatis populi excaecati eligunt quandoque malum ecclesiae iudicem sub quo populus famem patiatur: nec propter hoc est electio criminosa sicut nec electio Christi Iesu. Et nota dum existimo quod tempore Origenis non omiserunt fideles electiones & substitutiones antistiti dicendo orationem dominicam secundum consilium Vvitelessi, dicente Origenes. Num aliquando ecclesia dei sine iudice est, si prior decesserit alter adhibet. Iterum ponderandum quod Origenes dicit non semper princeps populi & ecclesiae iudex per dei arbitrium datur: hoc intelligens arbitrium quod nos beneplacitam voluntatem, secundum quam deus dat ad utilitatem ecclesiae: quandoque non sic, ad modum loquendi AVGVSTINI, qui super psalmum, hoc est in titulo, inquit. Saul rex non ad permanendum electus a domino, sed secundum cor populi durus & malum datus ad eorum correctionem non ad utilitatem: secundum illam sententiam scripturam quod ait de deo, Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi: cum ergo talis esset hic Saul persequeretur David in quo deus praefigurabat regnum salutis aeternae, & quem deus elegerat permanens, in se manere. haec Augustinus? AVCTOR. Iam vides quod nec deus quos eligi, eligi semper ad utilitatem sed aliquando ad correptionem. Et iterum quod non semper eligi deus ut electus permaneat sed quandoque ut traseat. Secundum has electiones dei distinctas contingit duci mentes eligentium sine omni culpa ipsorum ad eligendum quandoque eum qui non permaneat ad utilitatem, sed ut sedeat ad horam ad correptionem plebis

iniuste. Vbi blasphemiam VVITCLEFF, plane soluitur cum dicit in supplemento Trialogi. cap. v. Quis dubitat quin sit fallacia mundi dæmonii si Petrus fuit secundum tres conditiones predictas electus a domino? Igitur oportet quod habeat in ecclesia successorem conditionis & vitæ oppositæ a diabolis & non a domino sic electum, haec Vvitelessi. AVCTOR. Iam orthodoxi tibi dixerunt oportere vnum esse electum, non quidem Petro oppositum, sed quibus Petro opponatur, hunc tamē non solum cardinales sed & Christum elegit fors an non ut ad utilitatem permaneat, sed ut vitam peccatorum populi Christum asperius in peruerso pastore corripiat. Vnde scires si scripturas agnosceres quod de? quandoque eligi ad opus probationis quandoque ad opus retentionis. Primo modo elegit. xi. Apostolos. Alio modo Iudam: & hoc scilicet, quia non nescienter elegit. Vnde super psalm. lv. AVGVST. Sciens, inquit, ille scilicet Christum elegit vnum vnde tibi solatiū faceret nescituro quos devotes: poterat enim ille non eligere Iudam: quia nouerat Iudam. Ait quippe discipulis, Nonne ego vos, xij. elegi: & vnus ex vobis diabolus est? Ergo & diabolus electus est: aut si electus non est quomodo. xii. elegit & non potius, xij. Electus & ille sed ad aliud, Electi sunt. xi. ad opus probationis. Electus est vnus ad opus retentionis: vnde posset tibi exemplum dare nescituro quos devotes malos, quos caueas falsos, & fictos incoherentes & abscondentes, & cur nisi dicat tibi, ecce habui vnum ipsorum, praecessit exemplum tolerauit, perferre volui quod sciebam ut tibi nescienti praebere solatiū. haec ille. AVCTOR. Quis apertus, quis proprius responderet calumnianti Vvitelessi. cardinales: quia eligunt quem nesciunt ecclesiae futurum utile. Christus elegit scilicet Iudam non ad aliud quod opus probabile sed ad tentandum inquit Augustinus: ad dandum exemplum cunctis fidelibus non tantum nobis sed & cardinalibus de certo nescituris quos ante deuissent qui eligant, ut patienter ferant si praeter spem male succedat. Ac si Christum diceret, perferre volui quod sciebam ut tibi nescienti solatiū adhibere. Dicamus ergo concordenter necesse habet homines si non velint tentare dominum bono suo politico providere ne pereant & omniconsummata humana diligentia diuina citius impetrabunt. Vnde per Osee prophetam dicitur dicitur eis, filii dei viuere & cogregabuntur filii Iuda & filii Israel pariter, & ponent sibi caput vnum. Osee primo. Ecce quod permittit scriptura de fidelibus legis Christi, quia filii dei vni-

uentis sunt, & tamē subditur, quia cōgregati pariter caput sibi ponent, quasi diceret inde se filios ostendit q̄ diligenter satagunt ne sine capite vno disperſi laſciuiāt. Nec tā cōueniēter occurrit tropologia illa de Christo & ecclesia in qua Iudaei & gentes cōgregati ponant sibi fideliter Christum caput, vt quidā exponunt, q̄ litera mera de Latinis & Græcis qui veraciter electione legitima ponunt sibi Christi vicariū caput papam, eo q̄ fideles nō ponunt Christū caput: sed ad hoc est positus a patre qui dixit, Posui te in lucem gentium vt sis salus mea vsq̄ ad extremum terræ. Et inde Christus ad Apostolos, Non vos me elegistis sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis &c. Sed filii Israel & filii Iuda, id est q̄ natione separantur & lingua, ad hoc vnum cōgregantur deo cōplacitum vt ponant sibi sub Christo capite caput vnum. Et q̄ huic eorū ordinationi quia humana videt̄ obſiſtit: huic laudi scripturæ & ordinationi diuine cum Chore & Dathan schisma cōponit, qualiter Iſaagogis suis super librum Numerorum, c. xlii. magnus scribit ISLDORVS, Per hos scilicet Chore & Dathan significatur ii qui hereses & schismata facere conantur & multos secum trahēdo decipiunt contēnentes sacerdotes Christi & se a clero eius plebisq̄ societate segregates, cōstituerē audēt ecclesias & aliud altare precemq̄ alterā illicitis votis faciunt, dominicæ hostiæ veritate per falsa sacrificia prophanantes, hi qui contra deū ordinationē nituntur ob temeritatis audaciā terrē cōpagibus ruptis viuētēs profundo hiatus merguntur. Nec tantū hi qui duces errorū sunt, sed & qui consentiendo participes cordem effecti sunt, in ignem æterni iudicii præparata ultione peribunt. Hæc ille, AVCTOR. Ecce Dathanita Vvicleff, quare sacerdotē Christi papam contemnīs, & cleri eius puri testimoniū per quod sublimatur in caput, Incepit te veteris Tertulliani testimonium quod in laudē Christianæ disciplinæ contra paganos inferre solebat libro tuo, qui inscribitur Apologeticus, de ignoratiā in Christo Iesu, cap. xxxix. TERTULLIANVS, Præſident probati quicq̄ seniores honorem istum non precio sed testimonio adepti. Neq̄ enim precio villa res dei constat. Hęc ille, AVCTOR. Præſidentij honorem ecce testimonio non precio probati seniores acquirunt: quod testimonium honorem non faceret nisi cōcors esset multorum ad modū electionis veræ in vnum votum testantium.

DE SEDE PAPAE IN ROMA
vrbe. Caput XLI.



Nocus papalis sedis quæ Petrus elegit in Roma postq̄ recessit Antiochia, iā iter blasphemias Vvicleff. accipit partem suam, vnde in. ii. tract. suo de ferm. do. in monte, c. xxviii. Qz, inquit, Roma est locus aptus vt papa ſmediatus Christi vicarius ibi resideat reuera nō est color, nisi in altera infami istarū causarū: primo, quia papa ibi infideliter perdit vitas animarū, sicut prius Cæsar infideliter ibi perdidit vitas corporū Christi martyriū. Secūda causa quia Cæsar resedit in illa villa qui dotauit papā contra legē quam Christus suis apostolis ordinauit: & sic locus iste est testis huius duplicitaris infamis pro domīno contra papam. Hæc Vvicleff, & est inter cōclusiones ter dānatas, cōclusionē. xix. AVCT. Audacter iste homo dicit reuera nō esse aliū colorē nisi in altera infami causarū quas assignat vt papa immediat⁹ Christi vicarius in Roma tanq̄ loco apto resideat. Reuera ecclesia catholica alias causas tradit fidelibus: quidā enim filiorū eius Augustin⁹ vocans Romā regnū antonomatice eo q̄ esset regnū quartū, ferrū quod domuit omnia regna. Daniel. ii. Supponitur deū vocasse ad regnum primo piscatore Petri & Pauli, scilicet ad sedendū Romē vt sic vocaret postea imperatores. Quorū primus Petrus apud fideles post Christū fuit indubie primus papa & quatuor causas assignat. AVGVVS. Quid ingt aliud demōstrare dignat⁹ est qd̄ regnū primo vocare voluit piscatores, postea vocaturus imperatores, nisi vt q̄ gloriatur in dño gloriatur? Nā vtq̄ nobilitū doctorū potētū non salutē contempſit quib⁹ ignobiles imperitos, infirmosq̄ preposuit. Sed nisi prius eligeretur vilitas infirmorum nō sanaretur inflatio supborū. Sequitur. Quāto nunc modo meli⁹ quāto ordinat⁹ q̄ prius erexit de terra inopē, & de stercore pauperē exaltauit, vt collocaret eum cum potētibus populi sui: vt munus intelligētiae & doctrinæ nō solum ex deo esset, sed etiā ex deo esse appareret. Cum quāta itaq̄ lētitia & quāta dei gloria cōtuemur ab animo piscationis contēni opes imperatoris, fundi preces imperatoris ad memoriam piscatoris vt nec ille ex eo quod nō habuit iaceret, nec iste ex eo quod habuit superbirer. Et infra ad finē. Habet ergo Roma ca-

put gentium duo lumina gentiū, scilicet Petrum & Paulum ab illo accēsa qui illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū: vñ in quo deus abiectā exaltauit humilitatē, alterum in quo damnandā sanauit iniquitatē. In isto discamus non superbire, in illo nō desperare. Hęc August. iiii. parte sermonū, sermone. cxxiiii. AVCT. Et ego iā resūpto spiritu huic inimico homini qui tam cōfiderer dixit respondeo, Reuera deciperis, iam si vis causam Romanę sedis dānare noli dānare nouissimū papā anteq̄ interrogēs primū Petri. Si situs lunę vel solis aut secūdam quosdam magni mundi displiceat quid mundo detrahis siue soli q̄ situm ab origine deputatū obferuat. Si tibi ripa Tibris, non videtur honesta, noli Romā oburgare nō Constantinum vel Caium sed Romulū. Non iste papa hodiernus nō præcessor eius etiā ante mille annos nouissimos Romā elegit in sedē, sed ante eum Fabianus ante eum Sixtus ab Euaristo ante eum Anacletus & ante eū Clemens, & a primo Petro, & quidē vt iam dicit Augustinus, non hoc Petrus a seipso sed a deo vocatē delegit: & causas quidē vocationis ad tantum Romæ regnū assignat primā vt sequēs vocatio imperatoris ad fidē magis appareret esse a deo, q̄ non per nobiles aut per mūdi doctores imperator traheretur ad fidē, sed p̄ ignobiles & pauperes piscatoris sordidi successores: secūdam vt fideles ad magnam dei gloriā lētāter viderēt omnē imperatoris mūdi opulentiam a piscatore nostro sine respectu esse contemptrā. Tertiam, vt latarentur fideles cum cernerēt seuos imperatores fundere preces ad tumultū piscatoris. Vnde idē Augustinus super psalm. xliiii. AVGVST. Intellige filias regum ciuitates quæ crediderunt in Christum a regibus conditæ sunt, & a domibus superbis elatæ. Ostendatur mihi Romæ in honore tanto templū Romulū in quanto ibi ostendo memoriā Petri. In Petro quis honoratur nisi ille defunctus pro nobis, Sumus enim Christiani non Petronianū. hæc ille. AVCTOR. Quartā vero causam quare deus sedem Petri limitauit in regno Romano designat vt inops Petrus aut successor eius in illa sede cum imperatorem volēte deo conuerteret non posset, se de diuitiis aut potestate iactare quam de facto nō habuit: nec etiam imperator iam victus ab inope ex potestate quam habuit superbire. Hæc multo meliores causæ mi Vvicleff: papalis sedis in Roma si verū sit illud famosum, Quicq̄ est cau-

sa causę est causa causati. Si iste sint causę Petri assumptis & finaliter hæredibus relinquentis sedē in Roma, & ipse successoribus suis prestitit istas causas. Sed adhuc quod argumentatur audiamus prædicto cap. xxviii. Vvicleff. Fideles erubescet de ista duplici infideli arguria, supposito quidē quod Roma sit principalis locus in quo regnat seculū hic in terris quod testantur petragranates contractas manifestissime esse fallum: quid hoc vt papa qui maxime debet elogiari a seculo sicut Christus, residens sit in Roma? nisi enim locus ex auctoritate residētis apparetur Bethleem aut Hierusalē est potius eligenda. Hæc Vvicleff. AVCTOR. Respondet ecclesia vice Petri qui iam si nō iuuetur heretico eum accubante succumbere, quia ipse primo Romæ seipsum ac deinceps Clementem & alios vsq̄ ad præsentem episcopū residere constituit. Non, inquit, erit Hierusalem aut Bethleē locus principalis ecclesię auctoritate residētis, quia ibi passus erat Christus aut natus: quia nec Christus ipse fecit Euāgelio signa quæ fecit alibi, fecit in patria sua: immo nec poterat ibi vllā virtutem facere nisi paucos egros sanare: quia nemo, inquit propheta acceptus est in patria sua, vnde & infidelitas magis indureſcebat Hierosolymis post ascensionem Christi: vt patet ex historiis temporum, in Actibus Apostolorum intantum vt pene adimpletum videbatur Apostolis quod ante prophetauit Christus in Samaria, Veniet tempus & nunc est quando nec in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis patrē. Præuidēs igitur in spiritu Petrus ecclesiam ibi defecturam in breui & messem multam alibi successuram, excusso puluere pedum suorum simul & Pauli & aliorum primorum apostolorum in eos tanquam incredulos conuersi sunt ad gētes: ac Petrus tanquā præcipuus ad primas gentium sedes perrexit vt amplius Christo lucrificeret & ecclesiam Christi fundaret supra petram immobiliter permasuram quam neq̄ paganici ventī nec hæreticorum procellæ obruent vnq̄. Sic enim Antherus papa vigesimus a beato Petro secundum Augustinum. xviii. scribit episcopis Bœotiar, & Toletī locorū docens translationis Petri causam ab Antiochia vsq̄ Romam in decreto suo, capitulo vnico. ANTHERVS, Charissimis atq̄ dulcissimis fratribus per Bœotiar, atque Toletī prouincias episcopis constitutis Antherus episcopus, in domino salutem.

de inuentione episcoporum vnde sanctam sedem apostolicam consulere voluistis, scitote eam communi utilitate atque necessitate fieri licere, licet non libito cuiusquam aut dominatione, Petrus sanctus magister noster & princeps Apostolorum de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. hec ille, AVCT. Ia respondet Antherus infamiae tuae non propter ambitum seculi aut libitum cuiusquam dominationis ut tu pessime suspicaris, elegit sanctus Petrus residentiam papae Romae, sed maioris utilitatis causa & necessitatis fidelis: ita quasi diceret Petrus illud in Canticis, Posuerit me custodem in vineis, vineam meam non custodiuisti. Supra quod in expositione supra Cantica CASSIODORUS, Vineam vineam suam primum ecclesia Hierosolymis sed ob Iudaicam persecutionem dispersis omnibus credentibus multae vineae factae sunt, id est multae ecclesiae constructae sunt per vniuersum mundum, Sequitur, Vineam meam non custodiuisti, id est illam vineam ecclesiam quae fuit Hierosolymis non custodiuisti: hoc autem non ad votum neque ad mentem est referendum sed ad locum, Non custodiuisti, subaudi ut esset ibi ubi coepit, haec ille, AVCT. Alio igitur quam Hierosolymas ubi coepit ecclesia translaturatur & Christi vinea custoditur. Post ista ergo omnia notetur Petrum locum papalem elegisse Romam Hierosolyma relicta: ut ibi proficeret in urbe quae Christi Hierosolymis profecit in orbe: quod etiam Innocentius declarare videtur sequens auctoritate Augustini & Antheri, INNOCENTIVS, Dignus deus puidit & congruus preuidit & dignus ut ille qui erat princeps ecclesiae sedem constitueret apud urbem quam tenebat principatum, Et ideo dominus ait ad Petrum, Duc in altum quasi diceret, Vade Romam atque cum tuis te transfer ad urbem & laxate ibi retia in capturam, Ecce liqui do patet quantum deus urbem istam voluit honorare ut eadem esset sacerdotalis & regia imperialis & apostolica: obtinens & exercens non solum dominium supra corpora, verum etiam magistratum supra animas: longe nunc maior & dignior legatione diuina quam olim potestate terrena. Per istam enim habemus clauem regni caelorum, per istam orbis terrarum reges habent, ne tamen dignitatis honor vel potius tanti honoris dignitas ad aliam ciuitatem quacumque ratione transfret, sed in hac urbe iuxta dispositionem diuinam perpetua lege maneret, haec ille in sermone octauis Apostoli incipit, Duc in altum rere, AVCT. Sed huius ambitionis tuae gustabit venens quidam recentiori tempore Antiochia conuersantes qui ab obedientia Romani pontificis se depreuerunt

abripere, iudicantes se debere precellere quia prius ibi Petrus quam Romae sedit & prior ibi fundauit ecclesiam: ut papa MARCELLUS in decreto suo respondens, c. unico dixit illud, Dulcissimis fratribus vniuersis episcopis per Antiochia provinciam constitutis Marcellus, Sequitur infra, Rogamus vos fratres ut non aliud sentiat neque doceatis quam quod a beato Petro Apostolo & reliquis apostolis & patribus accepistis, ab illo enim primo instructi estis, Ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem & alteros sequi, Ipse est enim caput totius ecclesiae: cui ait dominus, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, Eius enim sedes primitus apud vos fuit, quae post iubente domino translata est: cui adminiculare gratia diuina hodierna praesidemus die, Nec ab eius dispositione vos deuiare oportet ad quam cuncta maiora ecclesiastica negotia diuina disponente gratia iussa sunt referenda: ut ab ea regulariter disponantur a qua sumptere principia, Si vestra vero Antiochena quae olim prima erat Romanae cessit sedi nulla est quae eius non sit subiecta ditioni, haec ille, AVCT. Ecce iam positio sedis papalis in Roma quam tu blasphemias non ab alicuius recetis papae, immo non Petri sed ipsius domini iussione, ut dicit Marcellus, Sumpsit exordium: & notet Vitaleff, quomodo iste papa vendicat sibi obedientiam ab vniuersis ecclesiis, cuncta inquit maiora ecclesiastica negotia ab hac sede regulariter disponantur, & nulla est ecclesia quae eius non sit subiecta ditioni, Et quomodo hoc vendicasset per potestatem Caesarem qui praecessit donationem Caesaris tertio ante Siluestrum, xxviii, a beato Petro secundum Augustinum, Secunda eius argutia est haec, ubi supra, VVITCLEFF, Per hoc, inquit, pater quod secunda infamis argutia non habet scintillam coloris, cum Christus occisus extra portam Hierusalem relinqueret maiorem sanctitatem ut ibi eius immediatus vicarius resideret, cum, ii, Maccab. v, doceatur quod locus non sanctificat hominem sed homo potius ipsum locum, haec Vitaleff, AVCT. Ibi legit ecclesia Iesu Christi, quod non propter locum gentem sed propter gentem locum elegit sibi dominus, & idcirco propter Romanam gentem principem huius mundi, elegit suo vicario deus Romam, non autem propter Hierosolymam elegit dominus omnes gentes illic debere consistere, & per consequens suum vicarium illic residere: & quia de sanctitate loci facis instantiam: Hierosolymis extra portam passus est Christus mortem, sed in monte Thabor ostendit Christus caelestem vitam, patrem in nube, spiritum

sanctum in claritate in fulgore seipsum: ita ut diceret ei Petrus, Domine, bonum est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula, Sed designans dominus non esse in hac terra beatum locum querendum neque sanctorum locum vtiliori pro merito proponendum distulit concedere quod optauit, Vnde de hoc loco Marth. xvii, Dominus, bonum est nos hic esse, loquens de Petro, HIERONYMUS, Qui inquit confederat non vult ad terram descendere, sed semper in sublimibus perseverare, haec ille, AVCTOR, Non debuit ergo Petrus Hierosolymis in primo loco manere sed ei cedens novum locum petere & mundi fluctibus evangelicum rete committere piscaturum, Ideo reor ipsum ex Apostolorum consensu dedisse primum locum Iacobo gubernanti ob Christi reuerentiam cui frater erat secundum carnem: & sic Petrus humilitate exitum in finem mundi locum Romam accepit in sortem omni spurcicia demonum & idolorum caterua sordetem sanctum locum Hierosolymorum iuste Iacobo cedens germano sanguine purpuratum, Et haec videtur causa apud antiquum patrem Clementem qui discipulus erat Apostolorum in vi, lib. disput. suarum: putat allegat eum grandaeuus pater Eusebius, ii, lib. Ecclesiasticae histor. cap. iii, EVSEBIUS, Hunc denique Iacobum qui dicebatur frater domini pro eo quod esset filius Ioseph, qui quasi Christi pater habebatur quoniam quidam desponsata ei fuerat virgo Maria qui priusquam conueniret cum ea inuetera est in vtero habens de spiritu sancto sicut Euangelista protestatur: hunc inquam ipsum Iacobum qui & iustus cognominatur est ab antiquis virtutum merito & insignis vitae privilegio primum historiae tradiderunt suscepisse ecclesiam quam in Hierosolymis est sedem, sicut Clementens in vi, disputationum lib. asserit dicens, CLEMENS, Petrus enim, inquit, & Iacobus & Ioannes post ascensionem domini saluatoris quauis ab ipso fuerint omnibus pene praelati non tamen sibi vendicant primatus gloriam, sed Iacobum qui dicebatur iustus Apostolorum episcopum statuit, Idemque ipse in vii, eiusdem operis lib. addit de ipso etiam haec, Iacobus inquit qui dicebatur iustus & Ioanni & Petro post resurrectionem suam dominus omnem scientiam tradidit, haec ille, AVCTOR, Iam vides Petrum cum ad nuptias venire ut scilicet stabiliter aliquam regendam sibi desponsatam ecclesiam elegisset sibi in finem locum Romam & Hierosolymorum ex humilitate fugisse primatum: nec erat ei ingratus dominus quod accepto sibi tempore imperator Constantinus fecit eum ascendere: ita ut esset ipsi gloria coram simul discumbentibus in mensa vniuersalis ecclesiae

Christiane, Huc tamen accedit quod quem diximus episcopum Romanae sedis, non illius tamen sed magis totius erit orbis antistes, Sedeat Romae placet dummodo non solis Romanis praesideat Anglicis relictis & Fracis, Si Romae sit ibi est episcopus: vbiunque sit, Anglicus erit papa, Quemadmodum HIERONIMUS, habet in epist. xliiii, Non altera Romanae urbis ecclesia altera totius orbis aestimanda est, & Gallia & Britannia & Africa & Persis & Oriens & India, & omnes barbare nationes vni Christum adorant, vna obseruat regulam veritatis, Si auctoritas queritur, orbis maior est urbe: vbiunque fuerit episcopus siue Romae, siue Egubii, siue Constantinopoli, siue Rhegi, siue Alexandria, siue Caphnis eiusdem est meriti eiusdem & sacerdotii: potentia diuitiarum & paupertatis humilitas vel sublimior vel inferior episcopi facit: ceterorum omnes Apostolorum successores sunt, Haec Hieronymus, AVCT. Intellige hic quod vna Romana sedes duplici auctoritate choruscet, episcopalis scilicet illius loci & papalis in orbe, Sed dum auctoritas queritur sicut orbis est urbe: ita denique maior est auctoritas pontificis orbis quam eiusdem pontificis urbis in eadem sede, Et inde est quod vbiunque papa sedeat siue Romae siue Egubii, ibi noster fulget antistes, Non habet necesse noster praesul ut in Romana sede medicet auctoritatem sed vendicat,

DE PRIVILEGIIS PAPALIBVS & fundatione eorum. Caput XLII.



Privilegorum papalium fundamentum erigitur in iure diuino, & exempli ratio postulat a patribus, Sed audiamus primo blasphemias bestiales, VVITCLEFF, & eius lobolis serpentinae, Monens nos palmista, Ecce, inquit, loquetur in ore suo & gladius in labiis eorum, & vide quis gladius secundo tractatu de sermone domini in monte, cap. xxvii, Videtur, inquit, multis evidens quod quicquid papa fecerit tanquam papa querit gloriam suam & lucrum proprium, quomodo ergo in hoc sequitur dominum Iesum Christum? Nam coronando Caesarem, conferendo episcopatum & alias dignitates: concedendo privilegia & alias indulgentias quae nesciunt an consonant beneplacito dei patris, videtur os quae ad gloriam mundanam & lucrum proprium aspirare: haec Vitaleff, AVCT. Ecce quis gladius de-

ridendo peruerit vocabulū vocans p̄uilegia que honorifice alias priuilegia dicebant, sed quis aptius q̄ vniuersaliter prau? p̄uilegium diceret qui ecclesie studia sine expositione deprauat. Quinto autē lib. Etymolog. ISIDORVS. Priuilegia inq̄ sunt leges priuatorū quasi priuatae leges. Nā priuilegiū in de dictū q̄ in priuato ferat. hęc ille. AVCT. Que autē de coronādo Cęsare aut collatione episcopatuū dicit, ad priuilegia pertinet secundis Romane. Ideo videt nugas agere in passu predicto. Vnde ex decreto pape. ci. MELCHIAS. Hoc etiā priuilegiū huic sanctę fedis a tēporibus apostolorū statutū est seruari quod illā sum manet vsq̄ in hodiernū diē. Episcopos ergo quos sibi dñs elegit & colūnas ecclesie esse voluit, quib? etiā ligandi & soluendi dedit potestātē suo iudicio referuauit, atq̄ hoc priuilegiū beato clauigero Petro sua vice solūmodo cōmissit; que eius p̄rogatiua iuste succedit futuris hęreditanda atq̄ tenēda tēporib?. hęc ille. AVCT. Habet ergo Romana sedes sua priuilegia: habet patriarchatū & oīm episcopos sedes vt illis incūbunt. Verū tamē quātū ad diuinā legē attingit multis de causis vidēt priuilegia fuisse cōcessa diuino instinctu aliquādo p̄sonę in clyre p̄pter suā reuerentiā sicut Hester quīto rex ait, Quid habes Hester, ego sum frater tuus noli metuerē, nō morieris. Nō enim pro te sed p̄ oīs cōstituta est hęc lex, hoc est dicere priuato iure cęlebrer, nec volo vt lex illa te sicut & omnes obliget, sed te apud oēs volo vt subleuet claritas dignitatis. Sicut etiā de priuilegio exēptionis suę Christus cōmemorat Matth. xvii. dices. Filios regū liberos esse a solutione tributū, hoc modo solent magni principat? in ecclesia remunerari priuilegiis quę admodū reges Gothorū, Toletanū cōciliū quartū sub magno Isidoro hispalēsi, primate tali p̄rogatiua p̄mouit. c. lxxiii. CONCILIū Toletanū. Post instituta quędam ecclesiastici ordinis, postrema nobis cūctis sacerdotib? sententiā est pro robore nostrorū & regū & stabilitate gentis Gothorū p̄rificale vltimū sub deo iudice ferre decretum. Multarū quippe gentium vt fama est tanta extar p̄fidia animorū vt fidē sacramēto promissam regib? suis obseruare contentant & ore simul iuramentū p̄fessionē dñi mēre retinet p̄fidie impietate. Et infra. Nullus apud nos p̄sumptione regnū arripiat, null? excitet multas seditiones ciuū, nemo meditet interire regū, sed defuncto in pace p̄cipe primates

totius gētis cum sacerdotibus successorē regni cōmuni cōsilio cōstituant. Et in fine concluditur, Ideo si placet oīs qui adfētis hic tertio reiterata sententiā vestre vocis cōsensu firmetur ab vniuerso clero vel populo dictū est: Qui cōtra vestrā definitionē p̄sumpserint anathema maranatha, hoc est p̄ditio dñi in aduētū dñi sint, & cū Iuda Scarioth partē habeant, & ipsi & socii eorū, Amen. Ego Isidorus in Christi nomine ecclesie Hispalensis metropolitanus episcopus hęc statūes subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserūt numero. xl. hęc ille. AVCT. Cōceditur etiā priuilegia de iure diuino deī ministris in assiduo altaris officio p̄pter diuini cult? sustinētiā. Sicut Leuitē liberi erāt a tumultibus p̄rionorū, tū vt tabernaculo deferuēt Numer. ii. Et ex eis adhuc quodā priuilegio filii Aaron fungebātur sacerdotio, & ad tangenda vasa sanctuarii & ad altare accedere solī permīssi sunt. Numer. xviii. Et hoc est priuilegiū clericorū oīm in ecclesia deī & priuilegiū aliud speciale sacerdotū & sanctorū antistitū. vnde ANACLERUS papa in decreto scribēs omnib? episcopis & reliquis sacerdotib?. Priuilegia, inquit, ecclesiarū & sacerdotum intemerata & inuiolata cūctis decreuim? manere t̄pib?. Hęc ille. AVCT. In oīs tamē priuilegium fuit prophetarū sanctorū & filiorū eorū arduum, qui nec regum nec sacerdotū monitis ab ocio sancto & vacatione prophetica terre batur, quoniā secundū dignitatē propheticā quasi imperare videbantur in populo & operam dabāt diuinis & carminibus scripturarum, vt t̄gitur Ecclesiast. xliiii. Secundū quē ritū credo dñm nostrū Iesum sub quodā speciali priuilegio Ioāni Euangelistę in pectore suo cū cōnaret dedisse recubitum, quādo vt creditur diuina mysteria contēplatus sanctā requiē in sancto pectore capebat, & p̄ beata maria Magdalena Christus aduocatum se p̄stitit ne ad Marthę curas cogere contēplationis sanctę fastigio parū p̄sē. Et cū Petrus quasi de vita & cōuersatione Ioānis curaret interrogās Christū, Dñe, hic autē quidē quasi eximēs eū ab hac cura Petri iā p̄sēns Christ? in corpore & summū caput ecclesie. Quid ad te, inquit, sic eū volo manere. Ita pie exponēdus mihi videt hic locus q̄ i hoc facto relinqt Christ? exēplū sūmū pastorib? curā suā p̄sonaliter debere exhibere religiosis assidua cōtēplatiōe aut graui paup̄tate detētis: & p̄ hoc tutela paterna poti? destitutis & q̄rētib? subditis aut p̄ oīs vni: hic autē quidē

Pro Christi paruis & tenellis episcopi in vno omnes se obiciant dicentes, quid ad te? sic eū volo manere. Pastor vniuersalis ego sum, quare nō secundū prophetam pascā gregem meū. In brachio meo cōgregabo agnos, & in sinu meo leuabo, scetas ego portabo. Sic vtiq; pius pastor ad Martianū Augustū ait. LEO PAPA. Priuilegia ecclesiarū & monasteriorū sanctorū patrum auctoritate instituta nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere auxiliāte Christo fideliter exequēdo necesse est huius sanctę sedis p̄tiffices p̄seuerāter exhibere famulatū. Dissipatiō enim credita est & ad nostrū reatum tēdit vt paternarū regulę sanctionis nobis cōsentitētibus vel negligētibus violētur. hęc ille. AVCT. Itē Vigili? papa gntus añ Gregoriū ad instātiā Celiberti regis Francorū abbatie ciuitatis Arelatēsis quędam cōcessit priuilegia que beat? Gregori? postea cōfirmare dignatus est vt recitat lib. ix. sui registri. GREG. Igitur inq̄t gloriose memorię Celiberti? Francorū rex religionis amore succēsus intra muros Arelatēsis ciuitatis monasteriū viroꝝ vt scripto reperimus p̄ sua mercede cōstituens quā ibidē p̄ habitantū sustētatione cōcessit. Cuius ne volūtas vnq̄ duceret i irritū, & ea quę pro quiete monachorū disposita fuerāt turbarent, queq̄ cōtulit & iura eiusdē monasterii pater episcopis suis Apostolica petiit auctoritate firmari: hoc quoq; sue petitiōi subiungēs vt eidē monasterio tā in dispositione rerū q̄ in ordinatione abbatis quędam pariter priuilegia largirētur: scis quippe eā apostolicę sedi reuerentiā a fidelib? exhiberi, vt que eius fuissent decreto disposita, nulli? deinceps illicita vsurpationis molestia quaterētur: vnde quia effectū & regis volūtas & res valde desiderata posebat apostolicę auctoritatis libēri annūsi firmata sunt: quia difficultatē parī nō potuit: hmoi res petita sed vt fraternitas vestra q̄ fuerāt tēpore illō decreta cognoscat antedicti p̄decessoris nostri scripta, his p̄uide mus scriptis adūgi q̄b? lectione p̄curis hortamur vt omnia sacerdotali, sicut decet, studio inuiolata cōserues, nihilq; illic de veritis nihil permittas de illicitis irrogari: nec ea quadam paritatis vsurpatione cōuelli. Nā licet ea que semel apostolicę sedis auctoritate sancita sūt nihil egeat firmitatis, ex abūdati tamē cūcta que p̄ hui? rei quiete a p̄decessore nostro statuta sunt nostra iterū auctoritate roboram?. hęc Gregor. AVCT. Beato Gregorio igi? placet donari priuilegiū p̄dicto monasterio

ad petitionē deuoti p̄cipis Celiberti & vult omne semel ab Apostolica sede largitū nulla posse ratione conuelli. Ita vt vere sit priuilegiū lex priuata nulla possibilis. abrogatione deleri, put exprimit p̄dictū decretū Leonis & p̄decessoris eius Anacleri, & cumulat? patet xxv. q̄st. i. & ii. & idē Gregor. i. regist. vel. vii. epist. q̄ est ad Respectā abbatissā. GREGORI?. Monasteriū qd̄ in honore sancti Cassiani est cōsecratū, in quo p̄esse dinosceris iuxta petitionē filiorū nostrorū Diuanii atq; Aureliane q̄ id religiosa deuotiōe domui iuris sui iustitias vnisse edificii cōprobant priuilegia p̄uidemus indulgeri cōstituetes vt obēire antedicti monasterii abbatissā, non extranea sed quā cōgregatio sibi de suis elegit ordinetur: quā tamē si digna monasterio iudicata fuerit, eiusdē loci ep̄s ordinet. In reb? autē vel dispositione eiusdē monasterii neq; ep̄m neq; ecclesiasticorū quēq; habere decernim? potestātē, sed has ad sollicitudinis tue curā vel q̄ post te in eodē loco fuerit abbatissā statuim? p̄ omnia p̄tinere. Die siquidē natalis vel dedicationis supradicti monasterii ep̄s missarū illuc cōueniat solēnia celebrare a quo tamen ita est hoc officii exsoluendū vt cathedra ep̄i archiepiscopi nisi p̄dictis dieb? cū illic missarū solēnia celebrat nō ponat. Quo discedente simul etiā cathedra illius de eodē oratorio auferat. Ceteris vero dieb? p̄ p̄byterū qui ab eodē ep̄o fuerit deputat? missarū officia p̄agatur. Et tādē munitionē apponēs in fine priuilegiū. Hęc oīa, inquit, que huius pagina p̄ceptionis amplectit monasterio tuo i oīs? & ab oīs? in p̄petuū seruari Christo p̄tegete cēlemus, quatenus indultorū priuilegiorū beneficicia in sua semp inuolabiliter firmitate permanēat. hęc Gregor. AVCT. Idē quoq; GREGOR. eodē regist. li. xviii. epist. ad Brūchildē Frācorū reginā. Epistolis inq̄t vestris i dicātib? agnoscentes ecclesiam vos sancti Martini in suburbano Augustudinēsi atq; monasteriū ancillarū deī, necnō & xenodochiū i vrbe eadē cōstruxisse, valde letati sum?. Et gratias oportētī deo retulim? q̄ cordis vestri sinceritātē ad hęc opanda cōpugit: qua de re vt nos in bonis vestris i aliquo p̄cipies haberemus priuilegia locis ipsi pro quiete & munitione illic degētū sicut voluistis indulim?. nec excellentię vestre amplectēda nobis desideria vel ad modicū differre p̄tulim?. hęc Gregor. AVCT. Videt ergo necessariū q̄ priuilegia dispēntur hoībus: alioquin enim nō possēt in cōitate seruari iustitia, q̄ aliquando plus

merebuntur quidam qui debent ex vniuersali lege sperare pro premio. Neque enim legislator potest omnia prouidere que in particulari contingunt: quoniam in particulari improviso aliquando lex vniuersaliter lata capit instantiam: & idcirco in talibus princeps dominatur quae scilicet per legem positam determinari non possunt: ut habet Politia philosophi. iii. Politic. Et. xxv. q. i. GRATIANUS. Licet, inquit, prius sedi contra generalia decreta specialia privilegia indulgere: ex speciali beneficio concedere quod generali prohibet decreto: quod si decretorum intentione diligenter aduertamur nequaquam contra sanctorum canonum auctoritatem aliquid concedere inueniantur. Sacri quidem canones ita aliquid constituunt ut suae interpretationis auctoritatem sanctae Romanae ecclesiae referunt. Haec ille. AVCTOR. Ita videtur privilegium non derogare legi communi nec contra eam facere sed supplere potius si consideretur causa privilegii & partis bene meritis. Sic enim debuisset legislator edidisse decretum si de tali particulari contingentia praesensisset euentum.

RESPONDETUR AD EXPVGNATORES privilegiorum papalium. Cap. XLIII.

F Dio habuerunt gratis privilegia sacrorum pontificum duo hominum genera. Hi scilicet homines qui de singulis actibus hominum iudicare ambiunt, aut alii quibus bonum quod in seipsis non obtinent habentibus invidet. Sicut ait Hieron. quod serpens factus exul celi inuidit primus ecclesiae gloriae paradisi. Arguunt quidem utriusque insuperabiliter ut putant dicentes contra principia esse naturae quod aliqui eximantur a iurisdictione & obediencia coactiva inferioris antistitis, existimantque sibi suffragari quod BERNARDUS dicit lib. iii. ad Eugenium. Subtrahuntur, inquit, abbates episcopis, episcopi archiepiscopis, archiepiscopi patriarchis siue primatibus. Bona species haec mirum si excusari queat vel opus sit factitandi. Et post multa infra. Si dicat episcopus nolo esse sub archiepiscopo, vel abbas nolo obedire episcopo, hoc de caelo est: Non, nisi forte angelorum quaequam dicentem audisti. Nolo sub archangelis esse aut ex alio quolibet inferiorum ordinum non ferentem subesse cuiquam nisi deo. Haec ille. AVCTOR. Importuni petitores sunt isti qui generali clausula nulla exceptioe admittenda omni derogant speciali. Mitius adhuc ista tra-

ctavit aduersarius omnes ecclesiae Christi Vitaleff. qui utilitate privilegiorum non negavit in casu dicens de papa in finali capitulo de Christo & Antichristo. VVITCL. Quantum ad privilegia vel opera quaecumque fingit se facere vel sunt vitia vel nociua: si vitia tunc sunt prius rationabilia apud deum, & per consequens sine exceptione eius licetque factibilia absque periculo. Si autem sunt nociua tunc non sunt periculum eius licentiae faciendae. Haec Vitaleff. AVCTOR. In extremo eius vitioso convenit uterque tam primus dicens tales dispensationes a nullo dispensatore faciendas, quam iste secundus qui aliquas implicat faciendas ut vitales, sed non a iusto dispensatore querendas. Pergat ergo uterque ad beatum patrem Bernardum quem primi dicunt tali dispensatione exemptioni aduersum, & videat quomodo ipse moderamen rebus imponat & aduersetur utriusque. In praedicto iam loco statim consequenter adiungens. BERNARDUS. Quid inquit prohibes dispensare? Non, sed dissipare. Non sum tam rudis ut ignorem vos positos dispensatores sed in aedificationem non in destructionem. Denique queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur: ubi necessitas urget excusabilis dispensatio est: ubi utilitas prouocat dispensatio laudabilis est: utilitas dico communis non propria. Nam cum nihil est horum, non plane fidelis dispensatio sed crudelis dissipatio est: nonnulla tamen monasteria sita in diuersis episcopatibus quo specialius prouocantur ab ipsa sua fundatione ad sedem apostolicam pro voluntate fundatorum, bene adiudicari postulerunt. Quis nesciat, sed aliud est quod largitur deuotio aliud quod molitur ambitio impatiens subiectionis, haec Bernardus. AVCTOR. Hoc est quod plane respondet ad omnia: hoc est quod deicit Vitaleff. istas. Non sum tam rudis, inquit, ut vos ignorem positos dispensatores. Non cuiusque est hoc iudicium scire scilicet vitalem dispensationem esse an nociuam sed dispensatorum ministeriorum dei. Nec illis sublata est omnis dispensandi facultas ut dicunt primi, quia sic nulla dispensatio credita eis esset. sed ubi utilitas poscit communis atque necessitas, Et ne nimis obstrueret aditum, voluntatem fundatorum & hoc quod largitur deuotio interponit necessarium praedictum vel vitale. Solum autem excludit quod molitur ambitio subiectionis impatiens: & merito omne tale privilegium est abiectum cuius fructum ego dedi gnor: forsitan hoc est quod Hieronymus interpretatur in lib. interpretationum suarum triformi. Privilegium inquit lex non publica sed

privata siue propria praesumptio contra legem faciens. Haec ille. AVCTOR. Expediens autem nos spiritus sanctus de omni necessario & vitale privilegii fundamento alloquitur carnales quosdam in ecclesia monens de dilecta dicente: leua eius sub capite meo. Adiuro vos filiae Hierusalem ne suscitatis neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Canticorum octauo, id est sponsum iam pro vita ista supponentem capiti suo dispensationis gratia laeam temporalem mei subsidium & quietis, non suscitatis per curas & vexationes iuris vulgaris, sed meditetur & legat ad fructum & utilitatem ecclesiae donec velit. Vnde primo passu libro quinto super Cantica. BEDA. Fit ut plerumque felix bonorum requies, & quasi si sopor gratissimus qui intentam diuinis rebus mentem eorum huic mundo velut insensibilem facit, improborum turbetur incursum eorum videlicet qui huius foelicissimae dormitionis ignari vigilare potius mundi labentis amore consueuerint, atque vitam soli qui ad mundum aperte pertinent pacem impugnant ecclesiae, & non etiam ipsa in se eos qui spiritualia eius studia carnalibus suis moribus impediunt, tenerent. Verum quia & ipsa plures gignit tales, admonet eos dominus ne animos fidelium ecclesiae orationi siue lectioni seu aliis pietatis actionibus deditas inquietare praesumant. Dum audito desiderio cordis eius ipse continuo subiunxit. Adiuro vos filiae Hierusalem ne suscitatis, neque euigilare faciatis, dilectam donec ipsa velit. Sequitur. Ne ergo suscitatis inquit dilectam tumultu carnalium perturbationum, & vigilare faciatis a quiete per placidam deuotionis eius qua conspectibus sui conditoris astare delectatur, donec ipsa velit, id est donec rite completis diuinis seruitutis obsequiis ipsa ad communem redire curam humanam fragilitatis necessitatibus admonita consentiat. Haec Beda. AVCTOR. Cum ergo deus vult tales sibi dilectas animas ab humanis tumultibus liberari, ut orationi siue lectioni, praedicationi aut scripturarum expositioni licenter indulgeant requiro ego sacros Christi antistites, qui ista dispensent. Quod si ipsorum incuria rem negligant, quid rectius quid diuinam iussioni consonantius quam ut primus praesul cui sollicitudo omnium ecclesiarum incumbit, diuinae iussioni respondeat & ipse per seipsum taliter contemplanter tueatur ordinem & defendat. Parcant ministri Apostolorum haeredes non credo tot mo-

nasteria reseruanda fuisse prima apostolicae cathedrae si episcopi satisfecerint voto & ad iurationem sponsae praedictae, cohibentes impetus ministrorum suorum carnalium sub colore legum a perturbatione importabili, & inquietudine, Christi monasterialis ecclesiae. Hoc ne putas esse quod Beda facere conuenit ritur atque inquit, vitam qui ad mundum aperte pertinent pacem impugnant ecclesiae, & non etiam ipsa in se eos &c. Sed contra primos dispensationum sponsum damnatore hoc paruum erigam argumentum. Duos legimus ordines ecclesiae ministrorum & potestatum, ita ut ministri sint omnes colentes Christi ecclesiam a primo papa usque ad vltimum clericum, aut in religione tonsuram vel velatam. Est & ordo potestatum, regum scilicet & ducum & aliorum sub iudicium usque ad vltimum praesidem villae vel oppidi. Et isti duo ordines sunt in ecclesia laterales quorum neuter ortum habet ex altero ut declarabitur infra. Sed papa praesidens ministrorum potestatem privilegiare omnem ordinem ministrorum a iurisdictione potestatum secundum quid in omnibus, ut in causis criminalibus actiue & passiuae, & in sanguine & in his quae iura tangunt ecclesiae, aut si causa sit fidei. Vnde AMBROSIVS epistola ad Valentinianum Augustum contra Auxentium libro octauo. Quando inquit audisti clementissimae pater in causa fidei laicos de episcopo iudicasse? Sequitur. Si docendus est episcopus a laico quid sequatur. Laicus igitur disputet & episcopus audiat, episcopus dicat a laico. haec ille. AVCTOR. Ita ergo ratione causa aut ratione officii soluuntur per ecclesiam ministri eius a iurisdictione omnium iudicum laicorum. Igitur magis ecclesia potest, & debet dispensare exemptione cum ministris suis ne subiciantur in casibus iudicibus etiam ordinariis sui fori. Si autem casus exigat aut necessitas hoc requirat patet consequentia a maiori: quia plus potest quisque summus in ordine proprio quam in ordine laterali. Sicut plus potuit Aaron summus sacerdos legis in tribu Leui quam in tribu Benjamin siue Manasse. Quae lege ergo posset summus Hierarcha noster papa exemptiones facere clericorum a subordinatione iudicibus in ordine principali & nullo modo in ordine clericali. Hoc ergo modo beatus Gregorius in dispensatione privilegiali utrumque ordinem combinat, antistitem puta & principum, & simul ab utriusque pariter competentem poena religiosos quosdam ex-

mit, vt recitat in Registro libro decimoter-
tio epistola octaua ad Senatoriū presbyterū
& abbatem in Xenodochio Francorū. GRE-
GORIVS. Iuxta scripta filiorum præcellen-
tissimorum regum Brunehildis & nepotis
eius Theoderici Xenodochio Francorū quod
in ciuitate Augustinensi a Siagrio reue-
rendę memorię episcopo & prædicta excel-
lentissima filia nostra regina constructum est
cui tu præesse dignosceris huiusmodi priuile-
gia presentis auctoritatis nostrę decreto in-
dulgemus, concedimus, atq; firmamus: statu-
entes nullum regum, antistitum nullū quacu-
que præditum dignitate vel quenq; alium de
iis que Xenodochio a supra scriptis præcellen-
tissimis filiis nostris regibus ita donata sunt
vel in futuro a quibuslibet aliis de proprio
fuerint iure collata, sub cuiuslibet causę occa-
sionisve specie minuire vel auferre siue suis
vñsibus applicare vel aliis quasi piis causis ꝑ
suę auaritię excusatione concedere: sed cun-
cta que ibi oblata sunt vel offerri contigerit
tam a te q̄ ab eis qui in tuo officio locoq; suc-
cesserint perhēni tempore illibata, & sine in-
quietudine aliqua volumus possideri: eorum
tātum vñsibus pro quorum sustentatione gu-
bernationeq; concessa sunt modis omnibus
profutura. Et subiicit ibi abbatem non depo-
nendum nisi in causa criminis associatis epi-
scopo ciuitatis sex coepiscopis in iudices:
abbatem quoq; non posse consecrari episco-
pum quousq; de omnibus illius domus red-
diderit rationem: nullumq; monachum sine
licentia abstrahi posse per episcopum loci ad
ecclesiasticum ordinem aut ad causam quam
cunq; & tandem in fine. Si quis inquit regū,
sacerdotum, iudicum, atq; secularium perso-
narum hanc constitutionis nostrę paginam
agnoscens contra eam venire temptauerit,
potestatis honorisq; sui dignitate careat: re-
umque se diuino iudicio existere perpetrata
iniquitate cognoscat. Hęc Gregorius, AV-
CTOR. Consequenter quoque subiungitur
alia priuilegiaris epistola Chalasię abbatissę
penitus sub eodem contextu verborum, &
sub eodem patronatu & intercessione ibidē
Christi ancillis &c. Alia quoq; omnium ma-
xima per beatum Gregorium ibi conceditur
abbatię sancti Medardi Suesionis cui præ-
erat Geraldus abbas facta prius confirmatio
ne veteris priuilegii a papa Ioanne concessi
tertio ante Gregorium & tandem, GRE-
GORIVS. Auctoritate ergo, diuina vice bea-
ti Petri Apostolorum principis consensu

omnium Romanorum pontificum & volun-
tate totius Senatus Romani suadente nobis
viro apostolico Ausericus iussorū vrbis pon-
tificę & omnium fauente Gallię episcopo-
rum iudicio decernimus vt nullus archiepi-
scoporū, episcoporum, archidiaconorū, fra-
tres præfate Basilicę de ordinatione sui aba-
batis vel ecclesiasticorum graduum assum-
ptione inquietet, sed secundum prærogati-
uam ipsius loci nobis modo recitatam bea-
tissimi prædecessorum nostri domini Ioan-
nis papę tempore decretam & apostolica au-
toritate firmatam, ordinatione sui abba-
tis ipsi fratres prægant & ecclesiasticorū gra-
duum dignitatem suscipiant: consecrationes
quoq; Fontium, & in ipso monasterio cele-
brent: chrismatis quoq; olei altaris calicis
corporalis a quocunq; voluerint pontifice
benedictionē expectāt: ne tātus honor a quo-
uis rectore vñsibus occasiois causa vel necessi-
tatis intermittatur, ne vilescat tantę sublimi-
tatis locus sanctę Marię & beati Petri nec
non protomartyris Stephani & domini Me-
dardi meritis sacratus: quem caput monaste-
riorum totius Gallię constituimus nulliusq;
ditioni patimur subesse: sed velut hæc sedes
Romana speculatione sua toti orbi iudicia,
& nouas consuetudines mittit & omniū per-
sonarum seruitio caret. Ita præfatus locus re-
mota omni consuetudine pessima regum an-
tistitum iudicum exemplum diuinę religio-
nis & honestatis cæteris exhibeat monaste-
riis & super omnia plena gaudeat libertate.
Cuius rectores & filii presentes & successuri
tm̄ sub regali custodia positi aduocatiōe sã-
cti Petri & successorum eius, huius sanctę
Romane sedis pontificum auctoritatem pro-
clament, & si necessitas incumbat adeant. Et
infra de altaribus quoq; iuxta institutionem
domini papę Ioannis apostolica auctoritate
confirmamus, vt qui fuerit rector præfati mo-
nasterii fiat persona altarium & præsul om-
nium ecclesiarum ad se pertinentium. Et se-
quitur, Subiungimus & aliud edictum vt si
causa capitalis criminis abbas est deponēdus
non prius deponatur donec depositores apo-
stolicam auctoritatem requirant, & ibi sint
tres metropolitani cum suffraganeis suis &
abbates q̄ plurimi. In ipso autem cōcilio ac-
cusationes vnusquisque cum duodecim tes-
tibus presentes asciscant, & ita veri iudicii
examine probent se vidisse, vt audiente cō-
cilio obtestentur. Ad vltimum vero ipse ab-
bas rationem suę excusationis reddat & iu-

reiuuando peracto super factorum mytheria
quatuor euangeliorum satisfaciatur. Tūc ve-
ro si cōuictus fuerit deponatur, Sin autē, suo ho-
nori reddatur, & ecclesiasticę dignitatis mini-
steria recipiat: & intra sacra missarū solēnia
benedictionem & prædicationem iuxta insti-
tuta domini papę Ioannis peragat, & suę con-
uersationis vitam melioribus exemplis dedu-
cat. Tandem in conclusione finaliter subin-
fertur, Hęc ergo omnia que huius apostoli-
cę auctoritatis & nostrę præceptionis priuile-
gio continentur, præfati monasterii rectori-
bus & filiis presentibus & futuris & omnibus
monasteriis ipsi loco subiectis vel sociatis,
sub anathemate seruanda constituimus. Si
quis autem regum, antistitum, iudicum vel
quarumcunq; secularium personarum huius
apostolicę auctoritatis & nostrę præceptio-
nis decreta violauerit aut contradixerit aut
negligenda duxerit, vel fratres inquietauerit
vel turbauerit vel aliter ordinauerit, cuiuscunq;
que dignitatis vel sublimitatis sit honore
suo priuerit: & vt catholice fidei depraua-
tor vel sanctę ecclesię dei destructor a con-
sortio Christianitatis & corpore & sanguine
domini nostri Iesu Christi sequestretur, &
omnium maledictionum anathemate quibꝫ
infideles & heretici ab initio seculi vsque in
presens damnati sunt cum Iuda traditore do-
mini inferno inferiori damnentur, nisi per di-
gnā poenitentia præfatorum sanctorum sibi
reproptinuerit clementiam. Fratrum com-
munem reconciliauerit concordia. Ego Gre-
gorius sanctę Romanę sedis antistes huic
priuilegio subscripsi. Aetherius Arelaten-
sis archiepiscopus, Sanctus Georgius Portuen-
sis episcopus, Sanctus Andreas Albanensis
episcopus, Sanctus Augustinus Canthuari-
orum episcopus, Sanctus Anastasius Tiburti-
nensis episcopus, Sanctus Sergius Præne-
stinensis episcopus, Sanctus Petrus Amari-
nensis episcopus, Sanctus Anellus Sutrinen-
sis episcopus, Sanctus Mellitus Londonensis
episcopus, Sanctus Ioānes Velitrensis epi-
scopus, Sanctus Tyberius Syluę Cădidę epi-
scopus, Sanctus Maurinianus Rauennensis
episcopus, Sanctus Venantius Liuiensis epi-
scopus, Sanctus Vitulinus Sipontinensis epi-
scopus, Sanctus Ioannes Syracusensis epi-
scopus, Sanctus Sabinianus Tuderrinorum epi-
scopus, Sanctus Eulogius Alexandrię episcopus, Sanctus
Dominicus Carthagenensis episcopus, Sanctus
Fortunatus Neapolitanus episcopus, Sanctus
Ioannes Surrentinensis episcopus.

Sanctus Primitius Nuceriensis episcopus, Sã-
ctus Felix Portuenis episcopus, Sãctus Glo-
sus Ostiensis episcopus, Sanctus Constantinus
Narniensis episcopus, Sanctus Constantinus
Mediolanensis episcopus, Sanctus Vitellius
Burdegalensis episcopus, Sanctus Vitalis Ne-
sosenis episcopus, Sanctus Bonifacius Placē-
tinenis episcopus, Sanctus Siagrius Angu-
studenis episcopus, Sanctus Flauius Remo-
rum archiepiscopus, Sãctus Ausericus Sues-
forū episcopus, Sãctus Theodoricus rex, Sã-
cta Brunehildis regina. Et ego Petrus No-
tarius sanctę Romanę ecclesię sedis scripsi,
& sigillauit, Datū, vi. Kal. Iunij, Anno ab in-
carnatiōe domini, dccc. lxxi. Hęc in re-
gistro Gregorii libro vltimo epistola penul-
tima. AVCTOR. Inter hæc omnia videant
que sunt in prædictis a beato Gregorio sub
appellatione priuilegii largita, & desinant
oblatrare concessis aut ipsi renuncient priu-
ilegii clericatus per quę exempti sunt ab or-
dinario iudice curię secularis. Dicantq; cui
libebit. Tu meo vtere priuilegio quo me libe-
ter carere p̄fiteor Ruth. iiii. & iudices adẽnt
seculares passim vt laici cum tamẽ nõ possint
seipsos nisi a deo dicere cõstitutos in ordine
potestatum sicut sancti episcopi in ordine ec-
clesię ministrorum. Quare ergo non possit
papa ad huiusmodi iurisdictione fidelem
eximere sicut hic Gregoriꝫ eximit ab vtro-
que. Quinimmo si originalis causa quæra-
tur priuilegiorum religionis claustralis non
deerit qui quæstionem absoluat. Dicēs clau-
stralem vitam nõ nisi sub quiete sancta pro-
ficere: quam cum inferiores quidã clericis mo-
lestarunt sub negligente, vel cõnuente præ-
lato, vera & prima mater Romana ecclesia
non negligit volens cum Christo congrega-
re filios suos quemadmodum gallina cõgre-
gat pullos suos sub alis. Vñ & de hac re scri-
bens. GREGORIVS lib. vii. registri epist. xxvi.
ad Marinianum Rauennatēsem episcopum.
Miramur inquit cur sic in breui fraternita-
tis tuę fuerit immunita discretio, vt ea quę
postulat nõ adduertat. Ex qua re dolemꝫ ga-
manifestum præbes iudicium plus apud te
vel ba male suadentium valuisse q̄ diuine le-
ctionis studiū profecisse. Cūq; monasteriate
oporteat defendere, & religiosos illuc sũmo
pere congregare, vt lucrum de animarum cõ-
gregatione possis efficere, in eorū te ediuer-
so grauamina sicut literę tuę testantur desi-
deras exercere. Et infra, Præterea peruenit ad
nos quia monasteria quę sub fraternitate

sunt constituta clericorum, importunitatibus & diuersis eorum molestiis praegraventur. Quod ne de cetero fiat districta hoc interminatione compescere quatinus monachis illic de gentibus libere in dei nostri laudibus liceat exultare. Hæc ille. Item idem eodem libro septimo registri epistolæ xxxix. GREGOR. Dum ad nos multorum relatione peruenerat monasteria in Raouennensibus partibus constituta omnino clericorum vestrorum domino praegravata ut occasione quasi regimini ea quod dici graue est, velut in propria te possideant. Et infra. Hortamur ergo ut omni mora omnique excusatione submoti ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis grauiamine releuare: quatinus nullam deinceps in eis clerici vel ii qui in sacro sunt ordine constituti ob aliud habeant nisi orandi tantummodo causa accedendi licentiam: aut si forte ad pagenda sacra missarum fuerint inuitati mysteria. Hæc ille. Et idem libro quarto epistola xxx. ad Ioannem Scillitanum episcopum. Graue nimis & contra sacerdotale constat esse propositum velle cuiusque monasterii priuilegia olim indulta confundere & ad irritum quæ sunt pro quiete disposita niti deducere. Quæ istaque nobis sunt monachi Castaliensis monasterii quæ in fraternitatis vestrae est ciuitate constitutum quia eidem monasterio quadam contra quæ prædecessoribus vestris permissa atque consuetudine longa seruata sunt, festinatis inducere & antiquam ordinationem quadam præiudicii nouitate turbare. Proinde his fraternitatem vestram hortamur assatibus, ut si ita est, ab eius se molestia sine aliqua excusatione contineat: & quæ ei sunt diutius custodita nulla occasione temptet usurpatione conuellerè, sed cuncta illibate & sine aliqua studeat refragatione seruare: & plus sibi in eodem monasterio quæ prædecessoribus suis licuit, nouerit non licere. Hæc Gregorius. AVCTOR. Vbiq; vides quo spiritu quæ necessitate commotus fuit sanctus præsul prædictis manachis provideat: Iussit enim prius episcopo ut quieti eorum opportune succurreret: ut non sicut in populum clericis & sacerdotibus curati licentiam inuenirent, quod quia neglexit episcopus facere ipse suppleuit & clericos omnes & sacerdotes a claustris submouit cura: & exemit a iugo. Necessè enim habent alia principatibus & legibus dirigi quam turbidum vulgus, qui ab omni mundo suspensi soli deo cum omni mentis officio silenter & sine interpola-

lacione deseruiunt.

DE OBEDIENTIA OCCIDENTALIS ecclesie ad papam, & similiter orientalis.
Cap. XLIII.



Bedire oportet deo magis quam hominibus: & inde maior virtute & diuturnior tempore est obedientia præstita dei ministris sub timore dei, quam regnorum imperiis sub timore seruilibus edicti. Non est in expertum quod dico, sed cum attenditur magnum mirum, vbi iam est obedientia Cæsari dedita, quam tam potenter olim exegit inter & super omnes Latinos & Græcos: cui vix quarta pars obedit Europæ, Romanæ vero ecclesie ex parte dei sine diminutione obedit omnis orbis occiduus. Maior ergo terror animi quam gladii, maior mentis quam ensis: & eo longæuior quo diuini sacerdotalis coercitio quam regalis. At quætu credis hic sermo complacere nostro VVITCLEFF, qui dicit tractatu suo secundo de sermone domini in monte capitulo tricesimo octauo. Genus humanum profundatur in Europa specialiter in ista hæresi nimis caeca, quod oportet totam ecclesiam duci per regimen Antichristi. Hæc Vvitcleff, & est conclusio sexta inter damnatas. AVCTOR. Et propter istam deuotam obedientiam latinæ ecclesie solet vocare occidentalis ecclesie fideles Maniacos. Vnde de Christo & Antichristo capitulo octauo VVITCLEFF. Eadem inquit est causa casus secundi quare Græci nominetenus a fidelibus sunt diuisi: creditur tamen quod nostri occidui sunt nimis maniaci. Diuisi sunt a Græcis fidelibus & fide domini Iesu Christi, Hæc ille. AVCTOR. Si primo debemus huius dicti scrutari patrum, non Vvitcleff, sed magister eius Iulianus prius occurrit acerrimus Pelagianorum defensor qui Maniacos vocauit omnes episcopos & fideles occidentalis ecclesie, pro eo quod fugant inde magistrum suum Pelagium prout recitat: & obicit illi libro primo contra eundem Iulianum capitulo secundo AVGVST. Tu inquit qui tam crebro nobis Manichæorum nomen opponis quos & quæ viros & quætos fidei catholice defensores tam execrabili criminatione appetere audeas, si euigilas intueri, Et tandem post

capitulo sexto, Non est cur prouoces ad ortus antistites, quia & ipsi vtiq; Christiani sunt & vtriusque partis orbis terrarum fides ista vna est quia & fides ista Christiana est. Et certe occidentalis terra generauit, occidentalis regenerauit ecclesia: quid ei quæris inferre quod in ea non inuenisti: immo auferre quod in ea tu quoque accepisti. Sequitur. O fili male ex Adam nate, sed in Christo renate: sacramenta quibus te peperit, tuæ matri conaris auferre. Nunquid Manichæa fuit quando te hoc modo peperit: quomodo iam non vis, ut pariat, & ingeris ei vanitatis opprobria ut in ea cæteris claudas ex quibus ipse natus es viscerata pietatis. Hæc ille. AVCTOR. Nollem ut transiret intactum quod ex transuerso hic Augustinus insinuat Iulianum scilicet proteruum episcopum & hereticum pertinacem fuisse bene participem sancti baptismatis. Fili inquamens male ex Adam nate, sed bene in Christo renate. Vnde propter malitiam suam ætalem non debuit supponi filius esse diaboli & membrum præscitum secundum doctrinam Vvitcleff. Sed iterum ponderet lector quomodo Iulianus appellauit omnes occiduos Manichæos quos Vvitcleff docilis eius discipulus primitiuo appellat vocabulo Maniacos a mania enim, id est insaniam Manichæi deriuatum est nomen. Dicente libro de hæresibus capitulo quadragesimo sexto AVGVSTINO. Manichæi a quodam Persa extiterunt qui vocabatur Manes: quibus & ipsum quæ eius insana doctrina cœpisset in Græcia prædicari Manichæum discipuli eius appellare maluerunt deuitantes nomen insanie, vnde quidam eorum quasi doctores, & eo ipso mædaciores, geminata n, litera Mannichæum vocant quasi manna fundentem. Hæc Augustinus. AVCTOR. Videris ergo qualiter inter se conueniunt doctor & discipulus, quorum duorum doctor est benignior regens verecundiam nominis sub insaniam deriuata, quam aliter impudenter reuelat in scandalo primitiuo. Sed nec mirum, quia & ipse vere erat Maniacus ut quidam discipulorum eius hucusque superstitibus hæresum eius detestandam scaturiginem excusare conantur. Misendum est inquit, mania laborauit interdum. Sed quid nos talem magistrum patimur exaudiri, cuius lucida interualla nusquam correxerint aberrantem proteruiam: euigilate ergo fideles occidui & cognoscite matrem vestram Romanam ecclesiam cui ingratos vos filios omnes hæretici maxime Vvitcleff

nouelli facere moliantur. Execramini Vvitcleff qui maternum maledictum sæpe iteratum secum portauit e seculo. Siqui autem ingrati estis aut per verba eius moti fuistis non dum abiicit vos pia mater, immo pro vobis orat deum, ut hoc demonium expellat & vos reuocet ad salutem. Ipsa est enim secundum sanctum virum Hieronymum illa Syrophœnissa quæ rogabat Christum ut eiceret a filia sua laborante demonium Marci septimo. Super quem locum in commentario Marci HIERONYMVS. Mulier inquit rogat per filia sua quæ est mater nostra Romana ecclesia. Nata demoniaca est barbarica occidentalis natio, cuius fides fecit de cane ouem. Micas intellectus non panem infractum literæ cupit, fidelis prudens & humilis meretur quod possit. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Ecce iam vter horum magister syncerior an Hieronymus dico an Vvitcleff: Vvitcleff dicit occidentalem plagam, quia sequebatur Romanam ecclesiam esse maniacam, Hieronymus dicit antequam sequeretur fuisse barbariam demoniacam & prece matris sue fuisse sanam: simul & fidelem, cuius fides inquit fecit de cane ouem, & quia micas intellectus non panem infractum literæ cupit prudens & fidelis occidentalis dico natio nata matris suæ Romæ meretur habere quod possit, & ratio est specialis huius maternitatis Romanæ ecclesie quia in Christo Iesu per euangelium ipsa nos genuit. Ipsa omnem hunc orbem occiduum per se aut sacerdotes a se missos ad fidem conuertit in fide aluit & imbuit sacramentis dicente Innocentio papa iam superstiti te Augustino in proemio primi decreti. INNOCENTIVS. Quis nesciat aut non aduertat illud quod a principibus Apostolorum Romanæ ecclesie traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superduci aut introduci aliquid quod auctoritate non habeat aut aliunde accipere videat exemplum: præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus aut eius successores constituerunt sacerdotes: aut legat si in prouinciis aliis apostolorum inueniuntur aut legitur docuisse quod si nusquam inueniunt oportet eos hoc sequi quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis assertioibus studet, caput institutionum videantur omittere. Hæc ille.

H AVCTOR. Huic iam Vvitleff respōdeat an doctrina sua sapuit pietatē cū docuit filiā matrē suā contēnere, mundum occidentalē Romanā ecclesiam spernere. Et quidem quibus occidentalē natio sit specialis filia Romanæ ecclesie, quia per ipsam est tota ad fidē reduta non tamen ipsa præcise est filia eius quin ab antiquo ecclesiæ orientalis tam Græcarū q̄ Hierosolomitānā partium præfules diu ante Cēsarē fuerunt Romano antistiti prone obnoxii nō tā monitis q̄ censuris. Quod vt mihi videtur Vvitleff nō sapuit cū diceret in supplemento Trialogi cap. ix. loquēs de fratribus. VVITCLEFF. Qui inquit in vltimo cōcilio terremotus illudebant episcopi Christum dominū nostrum cū membris suis trīphantis ecclesiæ tanq̄ hæreticum condemnādo. Sequitur. Recoluerunt ex timore patris sui de Romano pontifice condemnando vt hæresim, q̄ viuendum est post istum Vrbānum non more Græcorum non sic Romano pontifici parendo: quia vt inquit hoc manifeste destrueret ecclesiam sanctam dei. Cōstat quidem ex Chronicis q̄ Græcia a tempore conuersionis suæ per Paulum apostolum seruauit nobis longe perfectius legem Christi, vnde martyres & sancti doctores de Græcia multum superarunt milites nostros occiduos. Ideo videtur q̄ nos occidentales. Maniaci moueremur Græcos quo ad Romanū episcopum imitari. Hęc Vvitleff. AVCTOR. Vel iste processus est minus sensatus, vel destruere conatur sententiam fratru in cōcilio illo episcoporum Londinensī de non deserendo obedientiam Romani pontificis, sicut Græci fecerunt ne destruat ecclesia sancta dei. At ipse allegans Græciæ fidem a tempore conuersionis eius per Paulum dicit illos imitandos ab occidentalibus maniacis vt potiores in lege Christi. Sed ex hoc videtur q̄ non omnia vidit iste. Nam qualiter ista diceret si vidisset quomodo Victor Romanus papa decimus tertius a beato Petro & decimus octauus ante Siluestrum excommunicauit tot egregios præfules Asiæ pro eo quod contra votū edicti publici non semp̄ ī dominica die celebrabāt pascha. de qua re in Ecclesiastica historia lib. v. ca. xliii. EVSEBIVS. Victor Romanæ ecclesiæ episcopus pertinacius agēs passim totius Asiæ ac vicinarū puinciarū ecclesias a communionis societate abscindere nititur tanq̄ in hæresim declinantes: & literas mittit quibus omnes simul absq̄ discregiōe ab Ecclesiastico fodere segregaret. Hęc

ille. AVCT. Ecce q̄ antiquus præful Victor tantam turbam episcoporum orientalium & ecclesiarum ecclesiastica censura potuit innodare, nec reprehēdebat ut aliquo fecisse qd̄ non potuit, sed quod non debuit vel quod patri ecclesiæ non congruebat. Vnde subdit ibi statim EVSEBIVS. Hoc non placebat omnibus episcopis quin potius econtrario scribentes ei iubeant vt magis quæ pacis sunt ageret & concordia. Deniq̄ extant ipsorum literæ quibus asperius obiurgabant Victore velut inutiliter ecclesiæ commodis consulentem. Nam & Hireneus cum cæteris cū quibus erat Gallorum episcopis scribens confirmat quidem vt in dominica die resurrectionis domini mysterium celebretur, Victorem tamen arguit q̄ non recte fecerit abscindendo a corpore vnitatis tot & tantas ecclesias dei quæ morem sibi antiquitus traditum custodirent. Hęc Eusebius. AVCTOR. Hireneus quidem iste non longe ab Apostolorum temporibus discipulus fuit Polycarpi discipuli sancti Ioannis & ab eo instituti sup̄ oēs ecclesias Asiæ: & ita videri potest q̄ non recens est hæc obedientia papæ in Asiæ partibus Orientalis ecclesiæ. huius etiā facti Hirenei recolat lib. de illustribus viris, cap. xxxv. HIERONYMVS. Ferunt inquit & aliq̄ eius ad Victore ep̄m Romanū de cōclusionē paschæ epistolę in quibus eū cōmonet nō facile debeat vnitatē collegii scindere. Siquidē Victor multos & Orientis & Asię ep̄os q̄. xliii. lita cū Iudeis celebrabāt pascha dānandos crediderat. In qua sententia, etiā ii q̄ discrepabant ab illis Victori nō dedere manus, sicut sub Cōmodo principe. Hęc Hieronymus. AVCT. Ecce q̄ nec Latini Hieronymus nec Eusebius Græcus contradixerunt pontificis potestati, sed nō consenserunt atrocitati vindictis præfulis. Victori inquit nō dedere manus, id est nō præstitere fauorem. Item FABIANUS papa decimus nonus a beato Petro ante Siluestri. xii. mandatū suū decreuit oibus ep̄is orientibus de noui chris̄matis cōsecratione annuali in decreto suo. ii. ca. v. nico. Fabianus inquit ep̄s vrbis Romæ oibus Orientalibus episcopis & cunctis fidelibus salutē. Sequit. Cura est nostrę sollicitudini adhibenda, vt ea quę sunt ab apostolis eorumq̄ successoribus ordinata & instigante sancto spiritu instituta, nec dissimulatio negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare: literis vero vestris inter cætera insertum inuenimus quosdam regionis vestrę a vestro nostrę

ordine discrepare & non per singulos annos in cœna domini chris̄ma conficere, sed duos aut tres annos confectionem sancti chris̄matis semel actam seruare. Et sequitur infra. Ista a sanctis Apostolis & successoribus eorum accepimus vobisque tenenda, hæc sancta Romana ecclesia & Antiochena a tēpore Apostolorum custodit. Hęc Hierosolymorum & Ephesiorum tenet ecclesia. In quibus apostoli residentes hæc docuerunt, & vetus chris̄ma incendi, & non amplius quam vno anno permiserunt vtī, atque deinceps nouo frui & non veteri iubentes docuerūt. Si quis ergo his obuiare tentauerit omnem sibi per nos & per omnes recte intelligentes indulgentiæ aditum intelligat obseratum. Hęc ille. AVCTOR. Et habentur in antiquario ecclesiæ Christi, decreti dicto pontificum. Cornelius papa successor eius misit ep̄stolas continentes anathema ad Fabium Antiochenum sem episcopum, vt refert idem Hieronymus de illustribus viris capitulo sexagesimo. HIERONYMVS. Cornelius inquit Romanæ vrbis episcopus ad quem octo sunt Cypriani ep̄stolę scripsit ep̄stolam ad Fabium Antiochenis episcopum de synodo Romæ & Italiæ & Africæ: & aliq̄ de Nouatio, & iis qui lapsi sunt. Tertiā de gestis synodi. Quar tam ad eundem Fabium valde prolixam: & Nouatianę hereseos causas & anathema continentem. Hęc ille. AVCTOR. Nec desit ista potest as a tam antiquo Romano pontifice visque ad tarda tempora. Nam & Gregorius magni ibi fuit auctoritas. Sicut ex sexto. Registro patet in ep̄stola ad Ioannem Constantinopolitanum super inquisitione facta hæreticæ prauitatis contra Ioannem Calcedonensem episcopum. Et passim alibi: immo diu post in tempore Theodori papæ qui & ipse Græcus erat de quo refert Beda de temporibus de Heracloua. iiii. dist. xciii. Pyrrhus inquit his temporibus, id est sub Theodoro papa Romam veniens ex Africa fida, vt post apparuit poenitentia obtulit eidem papæ præsentē cuncto clero & populo libellum cum sua subscriptione in quo condemnarentur omnia quæ a se vel a prædecessoribus suis scripta vel acta sunt aduersus catholicā fidem. Vnde & benigne susceptus est ab eo quasi regiæ pontifex ciuitatis: sed quia reuersus domū repertit, & errorem domesticum, memoratus papa Theodorus aduocatis cunctis sacerdotibus & clero in ecclesiam beati principis Apostolorum Petri con-

demnauit eum sub vinculo anathematis, hæc ille. Et consequenter capitulo subsequente secundo. Martinus papa congregata Romæ synodo centum & quinq̄ episcoporum damnavit sub anathemate præfatos Cyrum, Sergium, Pyrrhum & Paulum hæreticos. Hęc Beda AVCTOR. Et ibi scribitur quod ille Cyrus Alexandrię, Sergius & Pyrrhus regię vrbis erant episcopi. Quid igitur docet nos Vvitleff imitari Græcos in repellendo obedientiam Romani antistitis qui vsque ad tam recentiora tempora Romanæ ecclesiæ sunt subiecti: & quia a tempore conuersionis sancti Pauli ducit historiam a temporibus illis non continget illum supputare contrarium. Audi insuper quid magnū conciliū ep̄orum Græcorum Constantinopoli congregatum sancto Damaso papæ & cæteris episcopis conuenientibus Romæ conscripsit referente Cassiodoro in nono libro historię Triperitę capitulo decimo quarto. CASSIODORVS. Verum inquit literas direxerunt Damaso cæterisque præfulibus quas pro clariorī notitia subdere necessarium iudicauī. Dominis honorabilibus atque venerandis fratribus & comministris Damaso, Ambrosio, Brutonio, Valeriano, Accolio, Basilio & reliquis sanctis episcopis in maxima Roma collectis sancta synodus orthodoxorum episcoporum congregatorum in maxima ciuitate Constantinopoli, in domino salutem. Et bene infra. Quia supernam circa nos charitatem ministrantes synodum in Romana vrbe dei voluntate fecistis, & nos illuc tanq̄ membra propria literis deo amabilis principis euocastis. Vt quoniam tunc ad tribulationes soli sumus addicti nunc sub imperatorum pia concordia non sine nobis regnaretis, sed etiam nos vobiscum secundum apostolicam vocem conregnaremus, oratio quidē vestra fuit, si esset possibile, vt omnes nostras simul relinquentes ecclesias desertio vtili iungeremur. Hęc ille. AVCT. Ecce quod non dedignabantur se eum suis ecclesiis membra propria scribere Romanæ ecclesiæ.

Q̄ OBEDIENTIA ORBIS DEbetur simpliciter & vniuersaliter Romano pontifici: nec obstant schismatica interualla. Cap. XLV.

Nec apponat antiquis amatorum illius tam proteruo magistro defensionis vmboneu pro eo q̄ ita dixit se velle obedientiā non istam quo ad papam esse rationabilem q̄ obediatur ipsi tanq̄ domino Iesu Christo & vicario eius sancto Petro: q̄ hoc exponens de sermone domini in monte tractatu secundo cap. li. VVITCLEF. Obediendum est inquit papæ & cuiuscunq̄ prælati Caesario præcise de quanto ipse fidei Christi docuerit & virtutes: & declarās se subdit. Ideo de rāto obedire debet catholicus etiam diabolo incarnato, Hæc Vvitleff, AVCT. Ecce papalem obedientiam quantum promouet, Simulat dico vobis quicquid dixerit ad fauorem ecclesiæ, & sub malignādi fuco paliat omne verbum: aut cur aliter totiens insultando renouaret rumores illos luctuosos omnibus Christianis de scissura longæua summi pontificatus Romani inter Romanū Vrbani sextum & Auionensem Clementem in Trialogo, in supplemento eius, In dialogo in de Antichristo, in sermonibus, in locis infinitis maxime iactans vindictam fuisse, toti ecclesiæ a deo inflictam propter potestatem & obediētiā, quam ipse vocat Caesaream a papali sede præsumptam: & de schismate eligendi loquens, in supplemento Trialogi cap. decimo. VVITCLEF. Ex turbatione inquit armatorum Romæ non voluerunt eligere illum in papam quem cardinales decreuerant eligendum: & ideo eligēdo vrbani quem æmuli vocarunt pseudo papam, vocarūt ad tps: & cito post, Deus inquit non sinens apostema in ecclesiā sua amplius perdurare soluebat istam putredinem in nido isto diabolico cōgregatam sed diuisit in duo capita, vt melius pateat sanies & virulentia Antichristi. Hæc Vvitleff, intelligens in Antichristo papā vt infra patebit. AVCT. Et inter concludēs dānatas cōclusionē, xxvi. VVITC. Ex diffensionē pontificum de papatu magnum bonum prouenit, quia iā visa debilitate Antichristi confortantur fideles publicare multas sententias euangelicas &c. AVCTOR. Adhuc ergo remittendus est iste congaudēs super iniquitate qualiter charitas nunq̄ facit, ad magistrum suum illum eclauēsem Iulianum, qui propter damnationis sententiā a Romana sede delatam in præceptorem suū Pelagium insultabat Augustino dicitās tūc temporis schisma Romanorum pontificum

inflictum pro vindicta, vt recitat libro sexto contra Iulianum cap. xlii. ipse AVGVSTI. NVS. Memento inquit sane quemadmodū de constituendo episcopo diffensionem populi Romani insultabundus obiectas, quod abs te quero vtrum homines vni fecerint voluntate: quod si negas quomodo liberum defendis arbitrium, si autem fateris quomodo eā vocas vltionē dei, atq̄ a nostro dogmate exorbitas dum putari diuinitus vindicatus affectas. Sequitur, Hoc enim nisi in tua sapientia sapuisses nullo modo factum hominū, vltionem dei esse dixisses, sed q̄ ante annos plurimos tale illi quiddam de beato Damaso & Vrsino contigit, & nondum Pelagianos ecclesiā Romana damnauerat. Hæc Augustinus. AVCTOR. Et ego iuxta istas rationes Augustinū interrogo etiā a te sicut ipse a Iuliano petiit. Vtrum cardinales hanc electionem fecerūt sua mera voluntate: qd̄ si neges quomodo defenderis liberum arbitrium. Si hoc sua voluntate fecerunt, quomodo tu dicis deum istud fecisse sua propria voluntate: scilicet uidens in duo capita vt melius pateret sanies Antichristi, & quasi sit vltio dei soluētis istā putredinē putari te diuinitus vindicatum affectas. Et tertio loco te commoneo, ex consimili facto quod contigit inter Vrsinum & Damasum contententes, quando nec dū Pelagianū schisma confectum erat: & a posteriori nec tuum dogma. An tuam sectam tantū putas apud deum esse momēti, vt propter eam plantandam necesse habeat deus scindere totum mūdum! Nec in altero illorum Damalo putes Antichristi saniem patuisse, qui tā salubriter sanctus erat. De ipso enim scribit in historia tripartita libro nono capitulo secundo, CASSIODORVS. Is enim Damasus Romanæ vrbis episcopus laude dignus, vir mirabilis semp̄, virtutib⁹ ornatus vt q̄ dicet, faceret pro apostolicis dogmatibus cuncta, festinus post Liberium gubernacula suscepit ecclesiæ. Hæc ille, AVCTOR. Sed nec in Bonifacio qui vt reor is erat quē iste eclauēsis deprauat contra quem schismatici zauit Eulalius secundum Hieronymum de gestis Romanorum pōtificum ex Damasco. Aut si per censuras malignantium occasione sumis aduersus antistites sacros, dānes Ambrosium contra quem ecclesiā scidit Auxentius Arrianus, Damnes sanctum Alexandrū contra quem Arrius, Damnes Arhanasū cōtra quem & Petrum Lucius Alexandrinam rapuerunt ecclesiā, Damnes magnum Na-

zianzenū Gregorium. Damnes Chrysostrum & sanctos innumeros qui oēs scissores pro captu tēporis cum ingēri gemitu tolerabant: sed tamē iuste ipsi scissoribus ecclesiās non dederūt. AMBROSIVS enim cōtra scissorem suū Auxentium, viii. lib. epist. & est epistola, lxxvi. Tu domine, inquit, vno momento mūdū redemisti, Auxentius vno momento tot populos quot in ipso eēt trucidabat, alios gladio, alios sacrilegio. Mitti basilicam petit cruento ore sanguinolētis manibus. Et infra. Nabuth vires suas vel proprio cruore defendit: sed ille vineā non tradidit suam: nos tradimus ecclesiā Christi: quid ergo responsum est a me cōtumaciter, dixi enī conuētui. Absit a me vt tradā Christi hereditatē: si ille patris hereditatē non tradidit, ego tradam Christi hereditatē! Sed & hoc addidi absit vt tradā Christi hereditatē patris, hoc est hereditatē Dionysii qui in exilio i causa fidei defunct⁹ ē! Hereditatē Extorgi, atq̄ oīm retro episcoporum fidelitū. Respondi ego quod sacerdotis est, quod imperatoris est faciat imperator & prius est vt animā mihi quā fidē auferat, hæc Ambrosius. AVCTOR. Quid putas mi Vvitleff, q̄ superbia vel cupiditas vtrorūq̄ istorū pastorum erat in causa huius schismatis, & q̄ sacer & mentalis martyr Ambrosius cupiditate vel proteruitate deuictus nolebat reddere ecclesiā funesto Auxentio. Ambrosius non ibi fixit causam suā, Sed si Nabuth noluit tradere hereditatē patrum suorum rano, nec ipse hereditatē Christi & patrum suorum anristitum sacrilego Arriano. Pessime ergo ista suspicaris de Romanis pontificibus q̄ ipsorū superbia & cupiditas præessendi est causa quare Græci a Latinis fidelibus sunt diuisi i libello de Christo & Antichristo, viii. cap. Dico tibi hereditas erat Romanorū pōtificum Græca ecclesiā ab Apostolicis institutis: ideo volebāt tradere: sed iam quod tu videre nō merueras deo cōcedēte ipsi per se percurant introitū qui cū Iuda male liberi per se ipsos exibant foras & petebāt egressum, qd̄ ipsorū factū vt mihi videtur, arguit ex parte Romani præsulis originalem iustitiam. Ecce aqua vel ferrum calefactum per se ad originale & primitiuum frigus reuertitur, & hoc signū q̄ contra nature modū prius efferbuit sub calore: & arborū ramus cum reuertitur ostēdit qua violētia tenebatur: vt dicit Gregorius Nazianzenus lib. vii. de recōciliatione monachorū. GREGORIVS NAZIANZEN⁹. Intantū nos affixisti dñe inquatū suffice-

ret bonū pacis per diffidii intelligere differētiā & per odiorū nimietatem docuisti nos charitatis bonū. O incredibile atq̄ inestimabilem medicinā: dolorem infixisti vt quid boni esset sanitas nosceremus, vt aduersus curarentur aduersa didicisti fumus & iterū cōtinuati sumus: quāto diffusius segregati sumus, tanto ardentius & instructius adunamur: vt lut si quis arborū ramum in aliā partē vi detorqueat & inflectat: cum forte remisit in id qd̄ fuerat ad matris pectus recurrit & naturę prioris obtinet: locū atq̄ ostendit q̄ vio lenter quidē declinatus fuerit, non tamen redierit violēter. hæc Gregori⁹. AVCT. Ita ergo credis q̄ Græcorum ecclesiā diu fraudata sponso suo legitimo & merens sub adultero tanq̄ violentiam passa per seipsam iter repetit ad maritū, ac pius præsul assumens verbū domini ad tropologiā suam alacriter responderet illud propheticū Hier. iii. Si dimiserit vir vxorē suā & recedens ab eo duxerit virū alterum nunq̄ reuertetur ad eā vltra: Nunquid nō polluta & cōtaminata erit mulier illa! Tu autem fornicata es cū amatoribus multis tamen reuertere ad me dicit dñs papa, & ego suscipiam te, Super hac re scribēs EVARISTVS papa decreto suo secundo episcopis Aegypti vt pateat iurisdicctio papæ originalis super partes Græcię cum ipse fuerit quintus a Petro. Euaristus, inquit, vrbis Romę episcopus omnibus per Aegyptū domino cōglutinatis fratribus in domino salutem. Et infra, Sicut vir nō debet adulterare vxorem suā: ita nec episcopus ecclesiā suā, id est vt illam dimittat ad quā sacrat⁹ est absq̄ inuitabili necessitate aut Apostolica vel regulari mutatione, vt alteri se ambitus causa cōiūgat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suū vt alteri se viuēte eo matrimonio societ aut eū adulteret licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta Apostolū aut viro suo debet recōciliari, aut manere innupta: ita ecclesię non licet dimittere episcopū, hæc ille. AVCT. Scribēs ergo Aegyptis decretalē suā epistolam plane ostendit ibi populū obediisse & esse Græcā ecclesiā sponsam suā. ALEXANDER vero papa sextus a beato Petro secundū Hieronymum dicit sibi curā esse sine exceptione omnī ecclesiarum. Alexander, inquit, episcopus oībus orthodoxis per vniuersas prouincias Christo dño famulātibus. Sequitur, Cui omnī ecclesiarum cura cōmissa est si dissimilem audīā a dño dicente, Reiecit is mandatū dei. Et infra, Relatum est insuper ad huius sanctæ &

apostolicę sedis apicem cui summariū dispensationis caularū & omnia negocia ecclesiarū ab ipso dño tradita sunt, quasi ad caput ipso quoq; dicente principi Apostolorū Petro, Tu es Petrus & super hęc petram ædificabo ecclesiam meam. Quidam tamen amuli eiusq; ecclesie sanctę inlidiatorez sacerdotes dei ad iudices publicos accusare p̄sump̄t. hęc ille. AVCT. Ecce Alexander mittit fusi edictum ad vniuersas mundi prouincias famulātibus orthodoxis & dicit summariū dispensationes caularum suę ecclesie quasi capiti a domino esse directas cū diceret Petro, Tu es Petrus. Hoc idem sensit Anacletus successor Clemētis, decreto suo primo, cap. iiii. ANACLETUS. Sidifficiliores inquit ortę fuerit quæstiones aut episcopoz vel maiorū iudicia, aut maiores, fuerint causę, ad sedem apostolicam si appellata fuerint, referant: quoniā hoc apostoli statuerunt iussione Saluatoris vt maiores & difficiliores quæstiones semper ad sedem deferantur apostolicā; super quā Christus vniuersam cōstruxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum principē Apostolorum Petrū, Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā, hęc ille. AVCT. VICTOR quoq; papa de quo supra. xiii. a Petro mittēs decretalem suā epistolā Theophilo Alexandrino primati & aliis congregatis ibidem. VICTOR, inquit, vniuersalis ecclesie Romanę archiepiscopus Theophilo episcopo & cūctis fratribus Alexandrię domino famulātibus salutē in dño. Et subdit ibi cap. iiii. Eo vos iudicare ad Apostolicam delatū est sedē quę p̄ter nostrā vobis nō licet definire auctoritatē, id est episcopoz causas. Vnde ita cōstitutum liquet a tēpore Apostolorū, & deinceps placuit vt accusatus vel iudicatus a comprouincialibus in aliqua causa episcopus licēter appelleret & ad eam apostolicę sedis pontificem qui aut per se aut per vicarios suos negociū eius tractare procuraret. Sequitur. Qz̄ a cōprouincialibus episcopis accusati episcopi causam serutarū licet non tamen definire incōsulito Romano pontifice permiffum est, cū beato Petro Apostolo non ab alio q̄ ab ipso dictū sit domino, Quodcūq; lig. super terrā, erit lig. & i cęl. Et quodecūq; sol. sup. terrę sol. & in cęlis. Alibi legitur in statutis apostolicis, Si quis putauerit se a proprio metropolitanogratuari: apud patriarchā vel primatē dioceseos aut penes vniuersalis ecclesie apostolicę iudicetur sedē, hęc ille. AVCT. Videtis passim qualiter isti senes pontifices sine p̄sumptionis spiritu

mandata sua & monita seruari iubebant per omnes Christi prouincias & noīarim in Gręcia auctoritatē suam semper figētes in Christo & apostologę statutis. EVSEBIUS papa p̄cessor Melchiadis immediati Siluestro decretum suū inchoauit hoc modo Gręcis catholicis dirigendum. Eusebius Romanę & apostolicę sedis ecclesie episcopus, dilectissimis & i Christi charitate vnanimitatis glorio cōnexis fratribus p̄ Alexandriā & Aegyptum domino militātibus & rectam fidē tenentibus in dño salutem; Oues quę pastori suo commissę fuerint cum nec reprehendere nisi a fide deuiauerit debēt, hęc ille. AVCT. Hęc & similia multa in lib. veteri decretorū pontificū suis scribuntur in locis, quę omnia declarant a primitiuis ecclesie ecclesie Gręcorum Romano obedisse p̄tiffici; & q̄ inter ea per deobediētā iniustā ceruicē erexerint suffragari nō poterit sic erectis. Ideo p̄clarus doctor HVGO notans auctoritatē papę extensue quo ad orbē & quo ad originē lib. ii. de sacramētis, parte. iiii. c. iiii. Hic est, inquit, principalis & maximus sedis apostolicę in ecclesia Romana successor. Vnde & ipsam specialiter Apostolicū sancta ecclesia nominare cōsuevit. Cui vice Petri principis Apostolorum p̄sidentī omnis ecclesiasticus ordo obtēperare debet: qui solus p̄rogatiua dignitatis claus habet ligandi omnia & soluēdi sup̄ terram. Hęc ille. AVCT. Nota p̄sidentē vice Petri, & idcirco oīs ipi ecclesiasticus ordo obtēperat: & nota p̄rogatiua dignitatis eius qua solus ligandi & soluēdi, id est in plenitudine claus habet.

QUALITER VVITCLEVISTAR

cū aliis hæreticis impudenter deobediūt monitis Romani p̄tifficis ne iudicet in causa hæretica prauitatis.

Caput XLVI.



Vm ad papalis auctoritatis stamus insignia ratione cui vniuersę subseruit ecclesie: ministeriū quod debet fidei, ingētis est ponderis: cui est maxime interdum conuerti & confirmare fratres suos: cōfirmare puta docēdo in spiritu principali, & iterum cōfirmare cædendo quemadmodum in persona ecclesie Iudith, Confirma me dñe, inquit, deus Israel in hac hora p̄scindens ictu bino, id est ictu bini iuris diuini scilicet

& humanum caput Holofernis iniqui, id est cuiusuis principantis errabido collegio. Infirmare enim perfidiam magnā confert fidei firmitatem, maxime in successore Petri cuius est percutere in gladio, si tamen cum Petri clauibus zelum Petri susceperit: tūc enim fortis erit vt mors dilectio ei; dura sicut infernū æmulatio legis dei. At cui attinet si nō illi in hæretica prauitate discernere, reos conuincere, damnare cōuictos, publicare damnatos, a catholicorum finib; exterminare proteruos, & si nerenus p̄scribere pertinaces? Cōtra hanc autem auctoritatis illius speciem furiens Vvitcleff, insurgit & imponit papę generale mēdam in moribus vt cœtus paparum cum suo clero ad conuincendū de heresi reddatur inualidus: in dialogo suo de speculo militātis ecclesie, cap. iiii. VVITCLEFF. Si inqt illi sunt maledicti qui declinant a mādatis domini, manifestum videtur q̄ clerus qui tam pertinaciter in tēporali omnino obuiat legi dei, est hæreticus maledictus. Sequitur, Et ex illo conuincunt vltorius cum talis apud deum sit indispositus ad conuincendum alios sup̄ heretica prauitate: iuxta illud Ioannis, viii. Qui sine peccato est vestrum &c. Curia Romana est nimis, indisposita ad conuincendum alios super heretica prauitate: istud tamen p̄sumit temere quia est ad sensum mysticū castellū quod est cōtra Christi apostolos, hęc Vvitcleff. Est est quæstio ter dā natarum, cxli. AVCT. Ab inueteratis hæreticis suxit Vvitcleff hoc resultandi consiliū: quidam erant antiquitus qui dicerent nullis obediendū nisi bonis p̄latis, nec sacramenta suscipienda esse nec decreta valere recitantes pro se quod ait populus Iosue primo. Si cut obediimus in cūctis Moyfi, ita obediemus & tibi: tantū sit dominus deus tuus tecum, sicut fuit cū Moyse: quasi dicerēt si non ita fuerit dominus tecum nec obedire proponimus. Vnde STEPHANUS Cantuariensis in expositione sua super hęc locū. Hic, inquit, arctantur quidā dicentes malis p̄latis nō esse obediendum quasi dicerēt nisi dominus sit tecū non obediemus tibi, sed nihil dicūt quia q̄ malis sit obediendū quātum ad ea quę spectant ad cathedram probatur per hoc quod dominus dicit in Euangelio: Quęcūq; dicūt vobis seruate, & facite, hęc ille. Et nūquid dicit lib. ii. HIERON. Episcopus & p̄byter & diaconus nō meritorū sunt nomina sed officiorū. Nec dicitur si quis episcopatum desiderat bonum gradū, sed bonū opus desiderat

rat: q̄ in maiori ordinē constitutus possit si velit occasionem exercedarum habere virtutum. Hęc ille. AVCT. Hoc modo tamē Valenses se vallabant inaniter cōtra Clerū: contra quos homil. lxvii. sup̄ Gática. BERNARDUS. Iam inquit qui ecclesiam non cognoscūt non est mirū si ecclesie ordinibus detrahunt: si instituta non recipiūt, si sacramenta contemunt, si mandatis nō obediūt: peccatores inquit sunt apostolici, archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, p̄byteri: ac p̄ hoc nec dādis nec accipiēdis idonei sacramentis. Nunq̄ ista duo cōueniūt episcopū esse & peccatorē. Falsum est. Episcopus erat Caiphas, & tamē quātus peccator qui in dñm mortis dictauit sententiā. Si negas episcopū argue testimoniu Ioannis qui in testimoniu illius pontificatus etiā propheta refert, Apostolus erat Iudas, & licet auarus & sceleratus electus a dño. An tu de illius dubitas apostolatu quē deus elegit? Nōne vos, inquit, duodecim elegi & vnus ex vobis diabolus est: Audis electum eundem apostolū & extitisse diabolū & negas posse esse episcopum qui peccator est, Super cathedram Moyfi sederunt Scribę & Pharisei, & qui non obediunt eis tanq̄ episcopis inobediētē rei fuerūt. Et ideo ipso dño p̄cipiēte & dicente, q̄ dicūt facite, pater quis sint scribę, quis pharisei, quis maximi peccatores, p̄pter cathedrā tamen Moyfi ad eos quoq; nihilominus pertinere. Quod itē dixit, Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit, hęc ille. AVCT. In multis iā tetigit Bernardus nostrū Vvitcleff, in cōlocis eius hęresis tetigit qui p̄latos contempserāt quos ipi reos mortis iudicabant. Tetigit cum diceret Caiapham episcopū & Iudam apostolū cōtra hoc quod Vvitcleff p̄dixit ex p̄scieria certa dei fuisse diabolos: & per hoc nec mēbra ecclesie nec epos, & de Iuda dicit plane q̄ nunq̄ ambulauit cū Christo vt apostolus eius, sed vt solet dicere solā reputatione ap̄tus. Bernardus vero arguit eū ex electione Apostoli. An de illius inqt dubitas apostolatu quē deus elegit. Et hic ergo falsatus est Vvitcleff, cū dixit Iudā non diuinit? sed solū humanit? electū a dño de ecclesia & mēbris, c. xii. Cū Bernardus dicit, quē deus elegit, sed si nō verus erat apostolatus eius, sed reputatus & fictus: ergo nec diuina electio vera fuit, sed reputata vel ficta. Nec tecū dixit Augustinus cū ait Iudam vnum de. xii. numero nō merito. Nec hoc est dicere Iudā, vni de. xii. reputatione nō veritate, immo contra te agit q̄ sine Apostolico

merito in apostolorum numero computatur. Tunc dico cum traditurus esset magistrū sed cū eligeretur a magistro non sine merito fuit vt ait lib. iiii. contra Iouinianū, circa mediū. **HIERONYMUS.** Quanto inqt maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris & criminis est: & quāto maioris criminis tanto maioris poenæ: potentes enim potēter tormēta patiunt. Arbor mala fructus bonos non facit, nec bona malos. Si hoc ita est, responde mihi, Quo modo Paulus cū esset arbor mala, persequēs ecclesiam Christi, postea fructus bonos: & Iudas cum esset arbor bona, signa faciens cū apostolis, postea versus in proditorē fecerit fructus malos? Tandiu ergo nec arbor bona malos fructus facit nec mala bonos q̄diu vel in bonitate sua vel in malitia p̄seuerāt, hec ille. **AVCTOR.** Ecce Iudas fuit arbor bona ante peccatū qui q̄diu perseueraret nō posset facere fructus malos, & tunc illa eius bonitas fuit secundū presentem iustitiā talis. Non est ergo truncus p̄sciētīe diuinæ arbor bonifrutus vel mali: meriti vel demeriti sed p̄sēs habitus charitatis: fuit ergo Iudas tūc verus Christi Apostolus. Et Caiphas si non verus episcopus nec verā edidit prophetiā: qua vi rogo qua necessitate sequeretur fictum pontificem prophetia non fallax nec ficta ratio ne potēstia? At scriptura sic dicit, Cum esset p̄sēs anni illius. Verus ergo Apostolus Iudas, & verus episcopus? Caiphas neuter verus veritate vitæ, vterq̄ verus veritate cathedræ. Auctoritate non bonitate, officio sed nō merito. Iterū adhuc audiat **BERNARDUS** dicēs omnis Christi sententia iudicari rebelles, qui scribis & phariseis obedire contempserūt, & eis incumbere ratione cathedræ quā sederūt: qd̄ Christ⁹ alibi dixit, Qui vos spernit me spernit, quis scelestissimi peccatores inquit. Qua fronte ergo papam indispositū arguis ad iudicandum de heresi & eum p̄sumere dicis, quous probaueris peccatorem? An non tibi videris Christū spernere qui spernis episcopū in cathedra Christi sedentem? Vide si hoc fecerit olim Christus qui cū liberaturus erat adulterā, prius an aliquis eā dānauit interrogat. At illa dicente, Nemo domine, subiunxit, nec ego te condēnabo: cauens ne ipse solueret quam iudices ligassent: & iudicem legis euacuet sententiam: & tu primū iudicem dicis indispositū? Quid est hoc nisi resiliāre a iudice & spernere iudicem? Sed vt similibus patribus apparet, & ne priscorum hereticorum tuis te differeris heredē si dege-

nerares in moribus, Hoc enim ab auitis hereticis omnibus contraxisti, nolle parere sententiæ iudicis qui statuat terminum falsē litis. Hoc modo Maximianistæ hereticū etiam contra papam Melchiam iudicantem pro Ceciliano Carthagenensī episcopo quem ipsi falso damnarant absentem exceperant: quos optima forma conuicit lib. primo contra Parmenianum post medium **AVGVST.** Negtam timēda sunt, inqt, quæ criminatur Parmenianus quā intuenta quæ confitetur, cum enim diceret per Osium Hispanū adiutorium p̄stititum Ceciliano vt ad eorū communionem sanctorum & illibatorum numerus cogeretur: & huic impediētī fidem feruorum dei integrā restitisse vltro passus est suos adisse etiam Constantium & eo arbitro a iudicibus episcopis causam cognitam, quib⁹ p̄fuit Melchiades Romanæ vr̄bis episcopus. In quo iudicio sicut ecclesiastica gesta stantur, quia victi sunt isti & innocens Cecilianus inuentus, eundē Melchiam crimine traditionis accusant: quod quæro quomodo cognouerint. Si enim ante iudiciū, nō sibi p̄ iudicare debuerūt vt apud talē iudicem causam agere inciperent, etiā ex p̄cepto imperatoris quē ipsi adierant tale subire iudiciū. Si autem post dictam causam prolataq̄ sententiam: eum traditorem didicisse perhibēt, vsq̄ adeo dementes sunt homines, vt contra iudices apud quos victi sunt victis litigatorib⁹ credāt, hec ille. **AVCTOR.** Videris hos hereticos iuste conuictos contra papā iudicem cōspirare dicētes eum traditorem dogmatis Christiani, quod si ante iudiciū cognouerūt, cur talem admiserunt in iudicem? si post iudiciū, demētes homines sunt qui hereticis victis credūt: ideo cōtendētib⁹ quia coram iudice iusto succumbunt. Sic arguit Augustinus: simul & pensandū q̄ Melchiam iste tanquā papa in hoc iudicio omnibus episcopis p̄fuit & inde tulit sententiam cum necdum quisquam episcopus erat vel papa Cæsareus. P̄cessor enim fuit Siluestri. Hoc modo Pelagianistæ per Iulianum episcopū Eclauentem papam Zozimum arguunt p̄uaricatorum, quia contra Celestium patronū suæ hæreseos tulit sententiam: prout lib. vi. contra Iulianum cap. xiii. idem scribit **AVGVSTINVS.** Quale inquit est quod beate memoriæ Zozimum apostolicæ sedis episcopum vt in tua prauitate persistas p̄uaricationis accusas, qui non recessit a suo p̄celso fore Innocentio quem tu nominare timu-

isti sed maluisti Zozimū, quia egit primitus leuius cum Celestio quoniam se in sensibus vestris si quis displiceret paratū dixerat esse corrigi & Innocentio consensurum esse promiserat. Hæc Augustinus. **AVCTOR.** Mira proteruita vnde heretici leuem occasionem suscipiunt malignandi quia primo leuiter fecit papa cum heretico eo quod profitebatur emendam: ideo eum p̄uaricationis arguunt quia damnauit eundem falsarium veritatis effectum. Sed sic mille locis & causis contra iudices ecclesiasticos exceperunt, nec tantum quia fuerunt iudices cleri sed quia catholici: quia contra episcopos, nec contra summos episcopos apostolicæ sedis, sed contra imperatores quando contra eos iustissime definitur, corruptionis maculam obiecerunt, velut in Constantinum Cæsarem Donatistæ dicente lib. i. contra Parmenianum cito post mediū. **AVGVST.** Faterur Parmenianus ad Relatē oppidū & episcopos iudices & patres ex Africa cōuenisse Cecilianum, scilicet atq̄ Donatistas: vbi omnia suis credidit, cui nihil victi potuerunt de iudicibus cōqueri, nec tamen negat eos rursus ad Constantinū venisse, & quia ibi vltimo quoq̄ iudicio superati sunt, etiam ipsum gratia corruptum esse criminatur. Quibus omnibus cōsideratis qui sine studio partiū iudicat eligat quibus credat: vtrū iudicibus sententiā proferentibus an litigatoribus, cōtra quos prolata sit litem finire volentibus, & certe orbis terrarū iudicibus credidit. Et infra, Necessē est vt qui victi fuerūt conquerātur. Non solum enim qui bonā causam perdidit de iniquo vel tardo vel negligente iudice queritur, sed etiam qui iuste iussu victus est ea cecitate de innocēte iudice murmurat, qua cecitate cum innocēte aduersario litigabat, hæc Augustinus. **AVCTOR.** Videris iam toruos hereticos quomodo contra iudicem, quomodo finaliter cōtra Constantinum Cæsarem inieperunt, dico vobis non alia ratione cōtra cleri iudices episcopos atq̄ papas indispositionis notam opponunt q̄ cōtra seculares iudices si victi sint catholici murmurabunt. Adhuc his nostris annis Vircleuistæ nostri fecere cōformiter. Quid clamauerunt fortius, quid instantius q̄ vt apud dominos seculares tam fidei q̄ morū iudicia remaneret: & tamen iam cū regnare cepisset illustris rex Hæricus quintus qui adhuc agit in sceptris, & de eorum perfidia per catholicos benedictos legem statui fecit vt vbiq̄ per regnum Vircleuista probatus

vt reus puniretur de crimine, Iesū maiestatis, statim per libellos famulos clamabant si delem principem esse corruptū: & nominare ceperūt eū principem sacerdotū. Bene dixit ergo Augustinus q̄ ea cecitate hereticus de innocēte iudice murmurat qua cecitate cum innocēte litigabat aduersario. Nā si vtraq̄ potestas & cleri & seculi simul contra eos dīctaret sententiam putas ne q̄ prius vtrinq̄ catholicum iudicem q̄ suam heresim accusabunt: Si vis probare expertis, crede. Donatistæ enim hoc modo simul papam & imperatorem Cæsarem contempserunt: quia concordiam eos sententiā damnauerunt. Verum admistrans q̄ talibus non credebāt iudicibus. **AVGVSTINVS.** His, inquit, iudicibus si non potius credidisset etiam si alii qui victi sunt innocētes essent ego innocēs esse nō possem. Magno enim delicto implicamur si cū corāda humana non cerneremus nec disciplinam ecclesiasticam teneremus cū eis nollemus iudicātib⁹ credere vltra quos nec potuit causa trāsire, & p̄ quos poruit ad nos famā percurrere. Hæc Augustinus lib. primo cōtra Parmenianum post mediū. **AVCTOR.** Ecce q̄ indurato corde vtriq̄ iudici discredebant: vtriq̄ iudici summo & in omni orbe primo & vltimo: vltra quos non potuit causa trāsire: quia de horum sententiā locus appellandi non restat nisi forsā ad deum: & quid putas si deus iudicaret contra eos nunquid cederent iudicātib⁹? Certe q̄ non sic cederēt antiqua gesta monstrabit, an nesciri possit in ecclesia quot annis **Arriani suam heresim protelabant postq̄ deus euidenti vindicta magistrum eorū Arrium condemnauit, & viscerum ipsius effusione turpi morte contriuit!** Hoc ipsum profert libro illo de patre & filio ad Gratianum Augustum, cap. viii. **AMBROSIVS.** Arrius dixit, Erat quando non erat, sed scriptura dicit, erat, non dicit, non erat. Denique Ioannes scripsit, In principio erat verbum & verbum erat apud deum & deus erat. verbū. Ecce quorūens erat, & nusquam dicit quod non erat. Qui ergo credimus Ioanni in Christi pectore recumbēti, an Arrio inter tam effusa sua se viscera voluerant: vt agnosceremus simile Iudæ proditoris Arrii quoq̄ fuisse perfidiam quem similis Iudæ poena dānauit. Effusa sunt enī & Arrii viscera: puderet dicere vbi: atque ita crepuit medius prostratus in faciem ea in quibus Christum negauerat: fœda ora pollutus. Crepuit enim sicut etiā de Iuda Petrus Apostolus dixit, quia posse-

dit agrum de mercede iniustitiae & in faciem suam prostratus crepuit medius: & effusa sunt omnia viscera eius. Non est fortuita mors ubi in sacrilegio pari poenae parilis processit exemplum. Ve idem subirent supplicium qui eundem dominum negauerunt & eundem dominum traderunt. AVCT. Ecce tam horridam mortem Arrium accepisse in ultione haerese non differtur Ambrosius, sed & contra hanc sententiam domini quae audacter sequaces eius auctore mortuo mori haerese non sinebant, quid aliud quam factio detrahentes iudicio domini suam fidem hoc modo cum tres episcopi in haerese quasdam Antiochenam simul tenentes & diuidentes ecclesiam Paulinus scilicet Eustochianus, Apollinaris haeresiarcha & Melitius orthodoxus, qui utique cum pius vir esset & fatigatus deus iudicem postulauit, ceteri resistebant ut scribit lib. ix. histor. triperitiae cap. iii. CASSIODORVS. Porro, inquit, Melitius hominum mansuetissimus tranquillissime atque modesto Paulino dixit, Quonia & mihi harum ouium curam commisit dominus, & tibi similiter, aliarum suscipere hanc sollicitudinem & communicare alterutris sub dogmate pietatis. Iungamus amice greges & soluiamus de praesulatu contentionem & communiter offeramus. Si enim de se decertamen est, ego etiam hanc contentionem conabor expellere. In sede sacrum ponatur Euangelium, & ex utraque parte sedeamus. Et si prius quidem ego terminum vitae suscepero, solus eris antistes: si vero tibi hoc prius euenierit, ego rursus gregis habebam curam. Cum ergo haec Melitius cum omni mansuetudine protulisset, Paulinus acquiescere non consentit. Tunc magister Militie iudex utrorumque verborum ecclesiam Melitio tradidit, verum Apollinaris praesulatu nudatus ecclesiam nouitatem doctrinae suae aperta impudentia praedicabat. haec ille. AVCT. Dignus deo Melitius qui ne plus satis scinderet ecclesia, simul & vitam & dignitatem in domini arbitrium commisit: at quae illi e contrario diuiso filio maluerunt Salomonis accipere iudicium: & verum matri restituitur proles Melitio cuius pia viscera mouebantur, ardenti & optanti ut prius traderetur illis integra quam sibi cum aliis fortiretur diuisa. Sic ergo ex his omnibus cernimus haereticos induratos esse, ita ut neque papae neque regibus, sed nec iudici deo cedant quo minus cum Pharaone Christi populum suis haeresebus opprimant quousque sub vndas iudicarias pressi vindictam persoluant.

Q. PAPA HABET AB ANTIQVA quo potestatem infringibilem ad determinandum fidei veritates & debellandum & cancellandum omnes falsitates haereticas. Ca. XLVII. AVCTOR.



Rthodoxi ergo omnes ad iudices Christi currunt vicarios & ordinate requirunt ut tandem planam teneant veritatem. Propter hoc enim ut vere credunt licet doctores & ultra eos episcopos & inter omnes mortales singillatim acceptos petere papam cuius moderamen & decisio pro irrefragabili veritate tenebatur a patribus. Apud ipsum enim pie credebatur totius fidei nostrae latere mysteria & pectus eius imbutum butyro illo prophético, quo sciret reprobare malum, & eligere bonum: quod blasphemus insanus VVITELF in tractatu suo de Christo & eius aduersario Antichristo. cap. ultimo. Quando inquit papa noscitur & audit suos pseudo clericos dicere quod nemo debet ipsum corrigere quonia habet in scrinio sui pectoris cunctas leges: & potest tam verbo quam opere cum cunctis conditis legibus dispensare, immo cum lege dei, & articulis fidei: quia potest cuncta talia innouare. Sequitur, Et potest quacumque sibi contradicentem desinire & publicare esse haereticum, & postmodum tractare ipsum poenalter quomodocumque ipse cum suis cardinalibus voluerit adaptare. Haec ille. AVCTOR. Hoc unum conatur furor eius haereticus ut papa ad determinandum & approbandum veritates catholicas & e contrario ad cancellandum & destruendum molitiones haereticas, facultatem nullam habeat ceteris altiore: sed explicet nobis sententiam suam pius, & inter omnes antistes sacerdos & columnaris episcopus Augustinus. Is enim scribens ad Bonifacium papam librum illum, quem vocauit contra duas Pelagianorum epistolas in prologo libri, papam alloquitur dicens. AVGVST. Haec ergo quae istis ut dixi duabus epistolis eorum ista disputatione respondet ad tuam potissimum dirigere sententiam, non tam discenda quam examinanda, & ubi forsitan aliquid displicuerit emendanda constitui. Haec Augustinus. AVCTOR. Ecce humilis Augustinus inter omnes ad papam potissime librum suum committit examinandum & quicquid displicuerit emendandum: propter hoc quod VVITELF. rulit inconueniens

dicens quomodocumque ipse cum suis cardinalibus voluerit adoptare. Idem etiam AVGVSTINUS ad Innocentium papam scribens librum suum de gratia, & peccato originali contra Pelagium & Celestium. Quod si hominibus inquit quipiam ignorantiae obrepserit tua sententia corrigatur. haec ille. AVCTOR. Idem etiam Augustinus contra defamatores suos in materia de praesentia dei in fulcimentum suae innocentiae tuetur opus suum sub auctoritate Romani pontificis in lib. inscripto de quibusdam casibus sibi falso imputatis in prologo. Propositis inquit singillatim. xvi. capitulis sub vnoquoque eorum sensus nostri & fidei quam contra Pelagianos ex apostolica sedis auctoritate proteximus ut qui sese paululum ad legem dignari fuerint occupare euidenter agnoscat impiarum prophandarumque opinionum nullum cordibus nostris inhaesisse vestigium. haec Augustinus. AVCTOR. Valde protectum se sentit Augustinus quando libellum suum apostolica sedis auctoritate probauit & scripsit. Conformiter hanc auctoritatem tanquam validissimum iaculum contra Parmenianum obiecit de damnatione Celestii & Pelagii facta per Innocentium Zozinum & Bonifacium summos pontifices successiue apud Romam lib. iii. contra duas epistolas Pelagianorum cap. i. AVGVST. Cum, inquit, primitus beatissimi papae Innocentii literae episcoporum literis respondentes Aphrodisi pariter hunc errorem quem conantur isti persuadere damnauerint, successor quoque eius sanctus papa Zozimus hoc tenendum esse quod isti de paruulis sentiunt, nusquam dixerit nusquam scripserit. Insuper etiam Celestium se purgare molientem ad consentiendum supradictis sedis apostolicae literis crebra interlocutione costringit, pfecto quicquid interea leuius actum est cum Celestio seruata dumtaxat antiquissime & robustissima fidei firmitate correctio fuit clementissima prauitatis. Et quod ab eodem sacerdote postea Celestius & Pelagius repetita auctoritate damnati sunt paululum intermissis iam necessario proferenda ratio sententiae fuit non praeruaricatio prius cognitae vel noua cognitio veritatis. haec Augustinus. AVCT. Colligat iam VVITELF. ista si discipuli Christi saltem videri cupierint, colligant iam beati Augustini sententias intergras & sententiarum fragmenta ne pereant. Innocentius papa auctoritate sua damnauit errores Celestii Africae episcopi, & per literas suam notum fecit Afrorum episcopis. Augustinus approbat & adducit Innocentium beatissimum papam: nominat, approbat & adducit Cele-

stius coram Zozimo papa successore eius sicut coram continuo & suo iudice purgationem appetit, sed papa interlocutionibus crebris ad consentiendum Celestium damnationi in eiusdem literis contentae costringit & eas apostolicae sedis literas Augustinus nominatim approbat & adducit. Quid amplius ab eodem Zozimo papa, Pelagius & Celestius propter pertinaciam haereticam eadem auctoritate sed repetita damnatur. Augustinus approbat & adducit. Ita videntur Augustino per locum auctoritate valida argumenta & iterum resumptis argumentationes interrogationes papae Innocentii & responsione celestii subiicit. AVGVST. Interrogationibus enim sancti praecessoris tui & Celestii responsionibus quibus se beati Innocentii papae literis consentientem professus est, quis non videatur quemadmodum sic Celestius sit colligat & vinculo saluberrimo obstrictus ne ulterius defendere audeat in haereticis praeruaricacionibus non dimitti originale peccatum. haec ille. AVCT. Adhuc ecce habes Celestium colligatum & vinculo papae obstrictum, quia dixisti papam non tractare haereticos suos poenalter & habes beatum papam Innocentium: nec leuiter dimittit istam papae sententiam AVGVSTINVS. Idcirco amplius eam inferens. Venerabilis, inquit, Innocentius episcopi de hac re ista sunt verba ad Carthaginense concilium: Liberum enim inquit arbitrium olim ille permissus dum suis inconsultius vitur bonis cadens in praeruaricacionis profunda demersus nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit. Sequitur, Quid ista sedis apostolicae sententia clarius atque manifestius huic se Celestius consentire professus est quando cum illi a sancto praedeceessore tuo dictum esset. Illa omnia damnas quae iactata sunt de nomine tuo! Ipse respondit damno secundum sententiam beatae memoriae praecessoris tui Innocentii. AVCTOR. Iam enim alloquebatur Augustinus Bonifacium papam post praedicta consequenter. Adduximus ideo ista ut viderent omnes fideles nouellorum VVITELF. pertinatiam super istos haereticos antiquatos qui papas ad conuincendum de haeretica prauitate non dixerunt indispositos iudices quoniam iam dotati essent, sed obstringi & ligari volebant auctoritatem tam plenariam formidantes. Et tandem finaliter damnationis meritum subire sententiam Augustino & cunctis fidelibus visam esse plenam robore, ratam firmam & iustam. Iam proficiscamur ad alias. Beatus Hieronymus cum omnem fidem suam expressisset in

symbolo, tãdem ad beatũ Damafum papam se conuertens ait. HIERON. Hęc fides est papa beatiffime quã in catholica ecclesia cõdicimus: quã femper tenuimus: in qua si minus perite aut parum caute aliquid forte positũ est emendari cupimus a te qui Petri & fidem & sedem tenes: sin autem hęc nostra cõfessio apostolatus tui iudicio cõprobatur quicunq; me maculare voluerit se imperitũ vel maliolum etiã catholicum non me hereticũ cõprobabit, hęc Hieronymus, & est in loco epist. xxxi. AVCT. Iã ecce Hieronymus sine dote fuit pauper monachus apud presepẽ dñi delitescens, & ipse nouit apud papã Romanũ auctoritatem esse ad emendandũ fidem incongruam vel ad probandũ catholicã: & postq̃ a tanto apostolatu haberetur vt recta sine dubio foret per nullũ aliũ violanda, ad eiusdem quoq; Damasi papę doctrinã tanq̃ ad infallibilem fidei regulã catholici episcopi illo tempore suos aduersarios hæreticos coegerunt quibus interdũ finxerũt quẽadmodũ & Apollinarem super hæretica fictione Flavianus cõuicit secundũ qđ habet CASSIODORVS, lib. ix. historie triper. cap. iiii. Paulinus inquit fatebatur se Damasi esse participẽ promittebat & Apollinaris hoc ipsum languore celato, Porro Flavianus sapiẽtissimus tunc in ordine presbyterii constitutus primo quidem veniente magistro militũ ita Paulinum allocutus est: Si cõmunione Damasi o amice sectaris ostende dogmatũ concordia, & suscipe secundũ legem ecclesias. Et infra. Si autem hoc false loquimur te forsitan accusantes vel nũc nouitate a te natam denega & Damasi amplexus doctrinam cepra suscipe veneranda. Hęc Cassiodorus. AVCT. Videtis qđ metuẽdum fuit his Gręcis episcopis & Antiochenensium partium cõtrauenire definitioni papę in materia fidei. Idcirco Rufinus magnus inter patres cum accusandus esset ab emulis, cepit fidem suã apud Romanũ papã Anastasiũ subsequenti defensione deponere scribens ad eum epistolã apologeticam quę incipit. Audiui quosdã vbi ad finem infert. RVFINUS. Nemo ergo mihi ex hoc quãso te sancte ac venerabilis & beate pater conslet inuidiã, nemo factionibus vtatur & calumniis qđ in ecclesia dei fieri non licet: vbi enim simplicitas tuta erit & innocẽtia si hic nõ erit: Origenis ego neq; defensor sum neq; assertor, neq; primus interpres. Alii ante me hoc opus fecerant, feci & ego postremus rogatus a fratribus, Si iubetur ne fiat iussio solet obseruari

in posterum. Si culpantur qui ante iussionem fecerũt culpa a primis incipiat. Ego enĩ præter hęc fidẽ quam supra exposui, id est quam ecclesia Romana & Alexandrina & aquileiensis nostra tenet, queq; Hierosolymis prædicatur aliam nec habui vnq; nec habeo in Christi noĩe nec habebõ: & si quis aliter crediderit quisq; ille est anathema sit. Hęc Rufinus presbyter tunc Aquileiensis ecclesię. AVCT. Vide laudes eius apud Gẽnadiũ de illustribus viris qđ opus Gẽnadius scribit seipm fecisse ad Gelasium papam de illustribus viris in calce libri. GENNADIUS. Ego, inq; Gẽnadius, Massilię presbyter scripsi aduersus omnes hæreses libros. viii. aduersus Nestoriũ libros sex. Sequitur. Et epistolã de fide mea misi ad beatum Gelasium vrbis Romę episcopũ, hęc ille. AVCT. Conformi modo magnus & vetus pater Origenes scripsisse fertur epistolam excusatoriã suã infamie ad Fabianum Romanę vrbis episcopũ. In qua poenitentiam agit de gestis, prout refert Hieronymus epistola ad Pammachiũ Oceanũ quę incipit. Sedulo quas misistis, HIERON. Ipse, inq; Origenes in epistola quã scribit ad Fabianũ vrbis Romę episcopũ, poenitentia agit cur talia scripsit, & causam temeritatis in Ambrosiũ refert qđ secreto edita in publicũ protulerit: & quẽdã nunc dicunt aliena esse quã displicent. hęc Hieronymus. AVCT. Fabianus nõdum erat (vt recte loquar) papa Cæsareus & tamen papa, & ad quẽ dignum erat, vt Origenes magnus ille magister ecclesiarum, vt fert Hieronymus post Apostolos super excusatione sui sceleris dicitur epistolã, adhuc intra secundũ centenariũ a Christi incarnatione rem agens. Ad quid hoc nisi quia ad eius arbitriũ Romanę sedis & auctoritatis antiq; pendebat in materia fidei vel laudare credulos vel condẽnare distortos: Et si vis ad huius auctoritatis antiquitatem accẽdere ad beatũ Petri accede sine cuius auctoritate nec magnus ipse Euangelista Christi Marcus euangelii suũ scribere potuit. Sic enim Hieronymus de illustribus viris. c. viii. Marcus, inquit, discipulus & interpres petri iuxta quod Petrum audierat referentẽ rogatus Romę a fratribus breue scripsit Euãgelii: quod cum Petrus legisset, probauit & in ecclesiis legendum sua auctoritate cõtradidit sicut scripsit Clemens. hęc ille. AVCTOR. Nonne Euãgelista Marcus suffultus erat spiritu sancto in euangelii scriptione: sed quia sine summo pontifice & vniuersali Christi vicario nõ de-

bet res fieri ne cassa videretur præsentis auctoritas. Iterum si vis venias descendendo ad Innocentiũ papam ad quem scripsit Aurelius Carthaginensis cum toto cõtatu episcoporum Africę congregatorum, tunc in Carthaginensi cõcilio quatinus auctoritate sua plenissima ad omnes totius orbis ecclesias scriberet decretalem epistolam de baprismo paruulorum, vt in decreto Innocentiũ reperitur in decretis pontificum. Innocentius Aurelio & omnibus sanctis episcopis qui in concilio Carthaginensi affuerunt ecclesię dilectissimis fratribus in domino salutem. Et infra. Gratulor fratres Charissimi quod per fratrem & coepiscopum nostrum Iulium literas ad nos destinatis, & cum illis curam geritis quibus præsideris ecclesiis sollicitudinem vestram pro omni vtilitate monstratis, & per cunctas totius orbis ecclesias omnibus vna quod proficit decernendum esse deciscitis, vt suis constabilita regulis ecclesia, & quo illos caueat pronunciarionis iustę firmata decreto talibus patere non possit qui peruersis instructi immo destructi verborum argutiis sub imagine catholice fidei disputantes velut pestiferum exhalant virus, & vt hominum recte sentientium in deterior partem corda corrumpant totam veri dogmatis quærunt euertere disciplinã. Hęc ille. AVCTOR. Quid creditis Vviticleff. ste iam infatuatos tot Christi & ecclesię præfules, quorum numero nec tunc defuit Augustinus vt instarent papę Innocentio quod in materia fidei vniuersale per totum orbem mandaret editum, si non crederent eum auctoritate sultum plenaria sic iubendi magna illorum fuisset importunitas, sed maior fuit & de Hilario papa scribit in de gestis Romanorum pontificum ex Damasco. HIERONYMVS. Hilarius inquit natione Sardus ex patre Crispino sedit annos sex, menses tres, dies decem. Hic fecit decretalem & per vniuersum Orientem direxit & epistolas de fide catholica fecit. Hęc Hieronymus.

DE PRAEROGATIVA PERPETUAE IMMUNITATIS ROMANAE ECCLESIAE, IN FIDE CHRISTI & AB OMNI CONGRAGIONE HÆRESIS ILLIBATE.

Cap. XLVIII.



Octis ergo vnde fluxit ab M exordio sapientia Christiana, Romana est ecclesia. Ab hac enim præstatur humana inertia dirigen- dae assistit sapientia sediti diuinarum, vt nobiscũ sit & nobiscũ laborer vt sciamus quid acceptum sit coram deo omni tempore. Sed ad hęc locum sciebat Vviticleff. Iudas noster qđ tradebat tantopere Christum nostrum qđ frequenter Iesus quem nemo potest dicere nisi in spiritu sancto illuc conuenerat cum discipulis suis, quotiens scilicet in articulis fidei expressa postulari instructio. Idcirco satagit prædictam ecclesiam arguere leuitatis & tato insitit fortius quãto certius tota per orbem confitetur ecclesia Romana sedem intemeratam hucusq; mansisse in fide & pene sine peccato, semper determinasse credibiles veritates & fortiter de bellasse hæreticas prauitates. Vnde in sermone epistolarib; suis sermone. viiii. Vviticleff. Radicalis inquit fundatio facta in ista materia stat in isto, qđ Romana ecclesia sic determinat: sed ipsa non potest peccare & specialiter in materia fidei, ergo sic generaliter est credendum: & inter omnes blasphemias quę vnq; de Antichristo surreperãt hęc est maior. Et inde fluat conclusio ter damnata. CCXIII. A tempore quo Romana ecclesia declinavit a Christi sequela est demonstrabile qđ curia Rõana ex nuda auctoritate sua hoc asserit, ergo hoc est falsum. Hęc Vviticleff. AVCTOR. Ex nuda auctoritate non vult exponere exclusã auctoritate scripturæ quę omnem continet veritatem: sed hoc intẽdit inducere, scilicet fideles in obaudiẽtiam proteruam determinantur in alma sede Romana: hanc enim vnam prærogatiuam Christianorum secta inter omnes sectas & præter eas obtinet, qđ sine diuisione vni schismate fidei semper docet & docuit vbiq; locorum id ipsum: & hoc solum omnes hæretici in quo gloriatur ecclesia, nituntur euertere diuersas doctrinas & institutiones discordes machinantes vnde scindant ecclesias, quẽadmodũ de Valẽte imperatore scribit in historia Triperita libro octauo, capitulo duodecimo. CASSIODORVS. Interea Valens in Antiochia Syrię degens consubstantialitatis cultores vehemẽter insequatur, nisi eum liber Theophrastus philosophi reuocasset in quo perorauerat qđ eum esse non oporteret infestũ propter discordiam ecclesiasticorum dogmatũ

quia etiam apud paganos plusq̄ trecetarum sectarum differentia videretur, & vnusquisq̄ pro dogmate proprio in sententia diuersa cōsisteret. Er forte hoc deo gratum potius esset dū non facile cognoscitur & diuerso modo glorificatur quīs vnusquisq̄ amplius timeat dū integritatem eius scientiæ vel quo modo aut qualis quantusq̄ sit magis ignorat. Hæc ille, AVCTOR. Sed ad honorē dei quid magis cōgrueret melius Themistio sciuit noster philosophus Ioānes quī dixit vn⁹ deus vna fides. & quomodo erit vna fides, quando pro captu suo vnusquisq̄ varia meditat̄ & inuenit: nisi vno magistro spirante, vnus doceat Pedagogus. Ille puta quē ad hoc officiū præ cæteris Christus elegit cum diceret. Ego rogauī pro te Petre vt nō deficiat fides tua. Auxilietur mihi deus credo si non cōstātiū omnibus aliis ecclesiis docuisset roborasset & defensasset fidem Christi Romana ecclesia, defecisset fides Christi ab habitabili terra nostra. Nec tamen hanc laudem per suam industriam, sed a Christi rogatu promeruisse crediderim. Et quid mirum si Christo rogante Romana ecclesia non potest in fide deficere, non est magnū hæretice non est magnū vt quod per se caderet Christo sustinente non possit cadere. Hoc enim libro tercio contra Rufinum circa mediū Pat̄ter HIERONYMVS. Scito inquit Romanam fidem apostolica voce laudatā istiusmodi præstigia non recipere, & etiam si angelus aliter annunciet q̄ semel prædicatum est apostoli auctoritate munitam non posse mutari. Hæc Hieronymus, AVCTOR. Iam volue sophismata, expositiones tuas statue, de sensu cōposito & diuiso intricatos syllogismos intrare compelle, non proderis contra fidē Romanam nec angelus de cælo poterit mutare. Ergo audacter dico in Christi nomine & Christo iuuante Romanā ecclesiā i doctrina Christi impeccabile. Audiant igit̄ oēs fideles doctum & sanctū Hieronymū. Et nōne ipse morib⁹, fide purior, industria cauti⁹, intellectu viuacior q̄ rudis & torus Vvicleff, hinc verbis hinc sensibus. Ipse enim clarissimus doctor & magister ecclesiæ, cum semel in Orientis partibus late perflaret hæresis Ariana ad solum Romanum pontificem confugit rogans vt auctoritate sedis suæ quā dixit incorruptā statueret ac sterneat poellam eius in auram, docens de recta fide & cui communicare debuit in doctrina sua catholica. In epistola eiusdē tituli ad Damasum pa-

pā inter epistolas Hieronymi nona. HIERONYMVS. Profligato a sobole mala patrimonio apud vos solos incorrupta patrum seruat̄ auctoritas. Ibi cespit̄ terra facundo dominici seminis puritate centenos fructus refert. hæc obruta sulcis frumenta in lolium auenamq̄ degenerant. Nunc in occidente sol iustitiæ oritur. In Oriente autem Lucifer ille qui ceciderat super sydera posuit thronum suum, vos estis lux mundi. Vos estis sal terræ. Vos vasa aurea & argentea. Hic te stea vasa vel lignea virgam ferream, & eternum operantur incendium. Sequitur. Et q̄ pro facinoribus meis ad eam sollicitudinem cōmigravi quæ Syriam coniuncto Barbariæ sine determinat. Nec possum semen sanctum domini tor interiacetibus spatii a sanctimonia tua semper expetere: Ideo hic collegas tuos Aegyptios confessos sequor, & subonerariis nauibus parua nauicula delitescō. Non noui Vitalem, Melitium respuo. Ignoro Paulinum, quicumq̄ tecum non colligit spargit. Hoc est qui Christi non est Antichristi est. Et finaliter habet. Quamobrē obtestor beatitudinem tuam per crucifixū hominū trinitatem, vt mihi epistolis tuis siue tacendarum, siue dicendarum clare hypostaseon detur auctoritas. Et ne forte obscuritas loci in quo dego fallat, baiulos literarum ad Euagriū presbyterum quem optime nosti, dignare scripta transmittere, simul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare significes: quia Campanenses cum Tarrensibus hæreticis copulati nihil aliud ambuēt q̄ vt auctoritate cōmuniōis vestræ sulati tres hypostases cum antiquo sensu prædicent. Hæc Hieronymus, AVCTOR. Ecce iam quanta fiduria vsus est cum de Romanorum pontificum sententia loqueretur apud eos solos dicens. q̄ incorrupta patrum seruabatur auctoritas sine labe sine crimine: & propter hanc incorruptionem & claritatē famosam, omnes viri catholici quantūcūq̄ magni, quantūlibet sancti simul & auctoritate territi magnæ sedis, ab hac susceperunt in duobis fidei documenta terrificā, int̄m q̄ hæretici magni saltem de fūco Romanæ fidei gaudebant suas hæreses colorare. Illic inquit in occidēte sol iustitiæ oritur, Vos estis lux mundi, vos estis sal terræ, & per crucifixum obtestatur sanctitatem summi pontificis. vt tacendarum & dicendarum rerum sibi detur auctoritas. Hoc nō est dicere Romana ecclesia auctoritate sua determinat sic, ergo hoc est sala-

sum. Nunq̄ fecisset Hieronymus argumētū ridiculū. ecclesia Romana quæ nō potest peccare in fide sic determinat: ergo sic generaliter est credendū. Saltem ex qualitate vocum. Iam videtur quæ vox foret orthodoxi Hieronymi, & quæ vox hæretici ter damnati. Sed interrogat quis, vnde Romanæ ecclesiæ tāta auctoritas? Mihi videtur ex concessione Christi ad confessionē Petri primi ibi pontificis. Primus enim confessor fuit diuinę generationis dicens. Tu es Christus filius dei viui: & idcirco primus a Christo prerogatiuā auctoritatis accepit, vt super fidem eius præ aliis apostolis fundaretur ecclesia. Quomodo ergo in dubiis fidei ad illam de fide consulēdā non curritur super quam totā ecclesiam suā Christus fundasse conuincitur? Nec t̄m apud Petrum hæc prerogatiua remāsit: ad cuius ciuitatis ecclesiā Paulus præ cæteris omnib⁹ ecclesiis immo quod nullis aliis scripsit: primū inquit gratias ago q̄ fides vestra annūciatur vniuerso mundo. Cur fides Romanorum plusq̄ fides Hierosolymitanorum contineat perseverantiū in tēplo ad orationē: quorum erat cor vnū & anima vna, nisi q̄ hæc sit fides annuncianda per quā tanq̄ ad regulam subdatur orbis deo. Vnde primo lib. super epistolam ad Romanos tractans hūc textum. ORIGENES. Potest inquit ita intellegi q̄ fides ista quam habent Romani ipsa eadem sit & non alia quæ in vniuerso mundo annūciatur & creditur quæ non solū in terris sed etiā in cælis prædicatur, quia Iesus passus est per suum sanguinē non solū quæ in terra sunt sed etiam quæ in cælis: & in nomine eius genuflectat̄ nō solū terrestria sed etiā cælestia & infernalīa: & hoc est in vniuerso mundo fidē prædicari per quam omnis mundus subdit⁹ sit deo. Hæc Origenes, AVCTOR. Hunc autem locum apostoli notauit Hieronymus supra & nō min⁹ in ep̄la ad Marcellā cū diceret Romanā fidē apostolici voce laudatā, & nō sine causa senior noster doctor Cyrillus sup. i. Matth. xvi. Portē inferi nō pualebunt aduersus eā. Romanā fidē vt supra habebatur extollit, & adhuc recitate nō piget. CYRILLVS. Petro inquit dictū est & portæ inferi nō pualebunt aduersus eā. secundū hanc dñi promissionē ecclesia ap̄lica Petri ab omni seductione & hæretica circūuersione immaculata manet sup oēs p̄positos & episcopos, & sup oēs primates ecclesiā & apostolorū in suis pontificibus in fide plenissima, & auctoritate Petri: & cū aliq̄ ecclesiæ quorum-

dā errore sint circūdate stabilita iniqua illibiter ipsa sola regnat, silentiū imponēs, & omniū obturās ora hæreticorum. Et nos necessitate salutis nō decepti supbia, neq̄ vino superbiæ inebriati typū veritatis & sanctę apostolicę traditiōis vna cū ipsa cōstemur & p̄dicam⁹. Hæc Cyrillus, AVCTOR. Iā pectora sua tūdāt hæretici oēs, & calcibus suis nepotes suos stumulent Vvicleffitas, vt simul cū conuentu veterū Phariseorū in tēplo suo Romę vbi fides vera choruscet, Christi in pontifice suo & ecclesia sua apostolica laceret, perdāt & extinguat̄ p viribus dicētes in cordib⁹ suis: ne forte Romani isti veniāt & tollāt nobis locū & gētē. Hęcine dicis popule stulte & insipientis, & nō audis quid Christus cōtra te prouidit ecclesiæ suæ, quā supra Petri fidem instituit: portē inq̄ inferi nō pualebunt aduersus eā, & ipsa ecclesia ap̄lica sola regnat silentiū imponēs, & oīm obturās ora hæreticorū dicit Cyrillus. Portæ inferi estis: bene noui, quib⁹ datū est aīas miserar vt & leuipedes capriare gehennę. Sed sitis portē inferi, nō timeat vestros veteres rūpere clauiger paradisi. RESPONDETVR NON ESSE PAPAM Antichristum propter quinq̄ argumenta Vvicleff. Cap. XLIX.



Iceat iā filio ecclesiæ certare p̄ patre, & quæ vt Absolon regni cupidus argumētorū te la parauit in patrē, in auctore sceleris remādare. Ecce cōstituit sibi cōclusionē vnam quā tanq̄ statuā aureā adorate cōpellit trib⁹ & linguas: q̄ est inter cōclusiones ter damnatas conclusio. v. VVITC. Papa est ille Antichristus q̄ in scriptura exprimit̄ cū sit specialis pcurator diaboli pcurās p̄ mēdaciā p̄dicationē aīe cōtra Christū: & sic est iste patulus Antichrist⁹. In cōspectu autē hui⁹ p̄ ipm̄ deificati principii sonare facit tubam & symphonā & omne gen⁹ musicorū, quorū primū puocatum ad idoli sui culturā est. Alia inq̄ cōditio Antichristi Christo cōtraria stat̄ i isto, q̄ Christus aufugit seculariter dñari, Antichristus autē cupit in hoc specialiter extolli supra dñm Iesum Christū, quia fingit mēdaciū q̄ extollit seculariter sup quodlibet regnū mundi: ac si diabolus ipsi concederet illud quod Christ⁹ renuit capere a diabolo. Itē de Christo & Antichristo cap. xii. & est primū argumētū eius scđa parte de sermone dñi in mōte cap. xxxvi. Christus inq̄ fuit summe hūilis: & quo ad seculare dñum summe pauper,

papa aſit videt ſer hoſes ſūme elatus & ſūme dominās quo ad mūdū, & ppter hoc paulo ſupra, q̄s ergo foret Antichriſtus niſi diabolus taliter exaltratus: Hæc Vvitcleff, AVCTOR. Quantum mihi videtur hæreticus iſte veterū adhuc hæreticorū ſectā veſtigia, qui neſciēs tēporū intervalla diſtinguere cōtra eccleſiæ ſtatū conant arguere q̄d creuerit dignitate. Duos enim ſtatus eccleſiæ ſancitæ cōcipimus. Vnū ſub regibus pſequentibus eā a primis Chriſti exordiis humanati, alterū ſub regib⁹ obſequētib⁹ & patronis eccleſiæ. In primo ſtatu ſuit eccleſia Chriſti pauca & egena: repleta quoq; miſeriarū vlcēribus. In ſecūdo cōcepit eſſe dñā gentiū & p̄iceps puñciarū exempta tributo, ſ. principū pſequentiū, non tamen hæreticorū frementiū & invidentiū ipſi gloriā dignitatis: qualiter ap̄t ſup pſal. lxi. verſu. ii. AVGVST. Prorſus iniquiēs t̄pa ſunt in eccleſia pſecutione diſtincta, ſc̄p ſequētia. Factus eſt impetus in eccleſia q̄n reges pſequebātur: & quia conditi erāt reges & pſecuturi & credituri, impleto vno vtiq; alterū ſequebatur, factū eſt & illud quod conſequēs fuit. Crediderūt ergo reges. Data eſt pax eccleſiæ. Cōcepit eſſe i culmine dignitatis eccleſia etiā in hac terra etiā in hac vīa: ſed nō deest fremitus pſecutorū. Impetus ſuos ad cogitationes verterūt. In illis cogitationibus tanq̄ in viſco ligatus eſt diabolus, & fremit, & non erūpit. Dictum eſt enim de iis rēp̄toribus eccleſiæ, peccator videbit & irasceat. hæc Auguſtinus. AVCT. Ecce Vvitcleuſta, ſub pſecutionibus regiū magna egeſtate premebat eccleſia: lapſo tēpore pſecutionis regum, ſucceſſit pax eccleſiæ & culmen dignitatis iam obtinet. Hanc vidēs hæreticus quia peccator eſt irasceatur dentibus ſuis fremit & tabeſcit, quia nō ſub ſā ſed ſupra pſecutionē illam in vīa iſta eccleſia collocatur. Quid Chriſtū inducis fugiētē ſeculariter dñari: iñitiū primi tēporis fuit. Quid allegas apoſtolos, quid ſequentē eccleſiā vīq; ad principē Conſtantinū? Expecta tēpus, memēto finis, adhuc aſtant reges terræ, principes adhuc in vñā cōuehiunt aduerſus dñm & aduerſus Chriſtū eius. Secuturū eſt t̄ps ſecūdi, q̄n adorabūt eū oēs reges terræ i eccleſia ſua, & oēs gētes ſeruiēt ei. Adiciatur cōſequentē tale moriū de Chriſto & Antichriſto ſup. xiii. ſc̄dm argumētū VVITCL. Papa videt in oīb⁹ iſtis eſſe Chriſto cōtrari⁹: primo, q̄a abſtulit medietatē Romani imperiū q̄d nec Chriſtus nec aliq; ei⁹ ap̄t attēp̄aſſet:

& ſic de approbatiōe domini cleri dotati, & vendicantiū ſubdole dominiū ſeculare: q̄ oīa gaudēt approbat & cōfirmat, ideo cū idem ſit eē Chriſto cōtrariū & factis eius, videtur ex iſta cōtrarietate papā eē parulū Antichriſtū. Et ſubdit in fine capituli. Sed cū nō equa diſtributio t̄paliū ſit cauſa diſcordiæ & bellorū, videt q̄ papa principians tot dñia ſecularia in clero & auferens illa de ſeculari brachio, ſit principū diſcordiæ & bellorū: & illa eſt cōditio Antichriſti. Hæc Vvitcleff. AVCTOR. Iſte diſtributor inequalis ex modico magnū cōcludit, & vt ſolit⁹ eſt ex affluentia t̄paliū honorū in eccleſia vaticinatur ex corā de ſuo neceſſario mala futura & turbationes in populo: eccleſiaſticos quoq; ppter largitatē dotis eis oblatā p̄ principatus fideles dicit ineptos ad cælū & gloriā carituros. Hæc paſſim Vvitcleuſta pphetāt q̄ ab antiq; hæreticis didicerunt, vt cōquerit de dieb⁹ ſuis m̄tis & ſanctus pater Gregorius. xiii. moraliū cap. viii. tractās hūc textū. ne forte dicatis ſa uenimus ſapiētā, deus piecit eam nō homo. GREGORIVS. Vt video non eſt qui arguere poſſit lob & reſpōdere ex vobis ſermonibus eius, ne forte dicatis, inuenimus ſapiētā: deus proiecit eā nō homo. Sæpe hæretici per hoc q̄ eſt etiā hominib⁹ deſpicibiles ſolent, vt a cūctis fere gētibus ſanc̄tā eccleſiam venerari cōſpiciunt, opinione eorū quib⁹ vālen obſectationibus lacerare cōtendunt, dicentes. Idcirco illi cūcta temporalia ſupp̄tunt, quia ei præmia æternorum munerum ſubtrahunt: quorum vocibus Helin obuiat dicens. Ne forte dicatis, Inuenim⁹ ſapiētā, deus piecit eā nō homo, ac ſi arrogantes intra ſanc̄tā eccleſiā, ſed tamen fideles cōtra hæreticos dicat per hoc q̄ ſanc̄tā eccleſiā ſolere tēporaliter cernitis piecitā eā a dño nō credatis: ſcit enim redēptor eius & in hoc itinere ſolatia viuenti tribuere & puenienti ad æternam patriam ſuperna præmia reſeruare. Incaſum ergo dicitis quia deus eam & non homo proiecit, cum venerari a cūctis fere hominibus videatis, quia ſic ei terrenæ gloriæ aduſmentum tribuitur, vt per hoc multiplicius ad cæleſtia ſubuehatur. Hæc Gregorius. AVCT. Non moueatur ergo fideles callidis hæreticorū argutiis: eccleſiæ Chriſti terrena gloria in aduſmentū tribuitur vt multiplicius ad cæleſtia prouehatur. Nec putent eam a domino proiectam & deſertā cū eā in tēporalibus florere cernunt ad oculum, & per cūctas gentes & populos veneratam

Hic iterū obuiam currit Gregorio tertii argumentū. Arguit enim VVITC. xxxvi. ca. de ſermone domini in monte ſecūde partis. Papā eſſe Antichriſtū ex hac conditione eius vii. Chriſtus docuit tā vita q̄ verbis quomodo honor mundanus & eius lucrū cum eis q̄ ipſa ſapiunt ſint a fidelibus fugienda: papa autē dogmatizat quomodo dimiſſa doctrina Chriſti ſunt iſta ſollicite amplectēda. Hæc ille. Et in fine. viii. cap. de Chriſto & Antichriſto. iii. Tertio inquit dictum eſt ſi Chriſtiani adorent huiusmodi Antichriſtum ac ſi fuerit verus Chriſtus, t̄c̄ diabolus habet p̄ hoc deſideratū mediū ad ſeducendū populum ad infernum. Hæc ille. AVCT. Breuiter huic loco ſufficiat Chriſtiani, vt dimiſſo dogmate Lollardino adhæreant monitis ſancti Pauli dicentis ita ad Timoth. v. cap. Qui bene præſunt præbyteri duplici honore honorētur. Vbi Hieronymus in Annotationibus: & officiū ſcilicet & doctrinā. Habet ergo in ſūmo præbytero iſta honoris dualitas ſummū locum ſummū officii intuitu, & ſummæ doctrinæ, eo q̄ ab ipſo ſub Chriſto primo conſtituitur in totū corpus eccleſiæ. Nec fugit eccleſia in quod tū ad contēptum inducis q̄ reges Chriſtiani papā adorēt in Chriſti noſte, quīs nō hoc dicere habeant in vſu frequenti ſed hoc ipſo propheta vſus eſt dīcēs de eccleſia. Erunt reges nutriti tui & principes foeminae nutrices tuæ ſup facie terræ, adorabunt te & puluerē pedum tuorū lingēt. Eſaię xlix. Super quē locum. lib. xiii. commentariū. HIERONYMVS. Omnis inquit ætas ſexus & dignitas adorabunt Sion propter eum qui habitat in ea. Si enim caput eccleſiæ Chriſt⁹ eſt, caput adoratur in corpore. Et ſi ad quosdam dicitur. Exaltate dominū deum veſtrū, adorate ſcabellū pedum eius: non quo ſcabellum adorandum ſit, ſed quo maietas pedum illius indicetur: cur nō adoretur eccleſia que totū Chriſti corpus amplectitur, vt impleat illud quod ſcriptum eſt in ſophonia, & adorabunt eū ſinguli de loco ſuo oēs inſulæ gentiū. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Adorari ergo poteſt dñs in ſcabello, & Chriſtus i corpore ſuo quod eſt eccleſia. Q̄ ſi adoretur eccleſia in Chriſto quis eſt papa Chriſti ſūmus vicarius q̄ i tota eccleſia honorata debito priuetur honore? Sed bene ſecuri ſunt pphetā dñi principes Chriſtiani cōſummātes honorē ſummo p̄fici quē tā clare prædixit ad literā. Erunt reges nutriti tui & principes foeminae nutrices tuæ ſup facie terræ, adorabūt

te. Sup facie terræ intellige in cōmodis terrenis & t̄pali ſubſtātia. Sed ppter hoc arguat Vvitcleff papā eſſe Antichriſtū vbi iā ſupra de ſermone dñi in mōte ſecūdi conditionē tertiā Antichriſti. VVITCL. Chriſtus inquit noluit circa t̄palia acq̄ſita ſibi p̄ Cæſarē, ſed circa ſpiritualia magis vtilia occupari: papa autē dimittit occupationē circa ſpiritualia, & circa t̄palia tanq̄ cæca talpa docet in ſe, & in aliis occupari. Iterū in libello de papa quem ipſe allegat. iii. pte ſermonū cap. vi. libri. Appellat tā ſacerdotes q̄ ceteros ſeculares fide lapſos, dicens eos ſequi in illo chronica fatui impatoris lege Chriſti dimiſſa. Hic inquit dilabunt hoſes de fide tā ſacerdotes q̄ ſeculares quī magis reputant chronica vniū fatui impatoris q̄ legē Chriſti qui eſt impator cæleſtiū. Hæc Vvitcleff. AVCTOR. Is vt dixi ſemp̄ errat de tēporib⁹. Primo t̄pe eccleſiæ placuit Chriſto paup̄ eccleſia q̄ in ſecūdo ſtatu placuit ipſi diues: attamen in omni ſtatu hæretici auide amplectit̄ diuitias, & vt exp̄tum eſt p̄ his rapiēdis ab eccleſia exercēt omnē i verbis hypocriſim & in tractatib⁹ ſimulatē. Dicit enim de eccleſia, cui Cainitica gerunt tanq̄ ad Abel inuidiā: hic eſt hæres, occidamus eū & habebimus hæreditatē eius. Hoc enim toto corde ſperāt, & ideo adhuc ſine illicita eccleſiæ dotationē cūctis apparere pcurant: & factū deuoti imperatoris verbis deprauāt. Sed deus qui ad hoc agendū imperatoris edicta formauit, vtiq; non irrideat. At ne irrideas q̄ dixi deū edicta regis formaſe. Audias AVGVSTINUM tractatu ſecūdo ſup pſalmum. ciii. dicentē ſup hūc verſū. Ab increpatione tua fugient &c. Hoc factum eſt fratres: ab increpatione dei fugerūt aque, hoc eſt a preſſura montiū reſceſerunt. Iā montes ipſi erant Petrus & Paul⁹: qui modo eminet, qui ante a pſecutoribus premebatur, nunc ab imperatoribus venerant. Fugerunt enim aquæ ab increpatione dei, quia cor regum in manu dei deflexit quo voluit. Iuſſit p̄ eos pacē dari Chriſtiani. Emicuit & emicuit auctoritas apoſtolica. Nunq̄ & q̄n ſupra erāt aque montium defecerat magnitudo. Sed t̄n fratres vt oēs viderēt eminentiā montiū p̄ quos montes ſalus eſſet generi humano: ga leuauit oculos meos in mōtes, vnde venit auxilium mihi. Ab increpatione dei fugerūt aque, a voce tonitru tui formidabūt. Sequitur nudatī ſunt mōtes, iuſſit impator, ſed quid iuſſiſſet niſi deus toniſſet? ſed quia voluit deus illi miſerit & factum eſt. Ergo nullus ſibi hoim

arroget aliquid: formidauerunt aquæ sed a voce tonitru dei. Nā ecce cum voluit deus fugerunt aquæ ne premerent montes. Hęc Augustinus. AVCTOR. Quid ergo caularis quod malignaris in Cæsare: vocans eum imperatorem fatuum quia venerabatur apostolos in Siluestro & honorauit ecclesiam. Eminebat papalis auctoritas ante pacem Cæsaris quam aquæ secularis persecutionis supra eam erant. Nec tunc defuit montibus magnitudo, neque creuit post dorē per Cæsarem, sed apparuit solummodo subtraxit aquas & reddidit pacem & dotem ecclesiis: & iam non potes dicere imperatorem fatuum, qui quod fecit, fecit ad diuinum imperium. Sic dicit Augustinus. Iussit imperator sed quid iussisset nisi deus tonuisset? Non ergo labuntur hic homines de fide reputantes hoc factum imperatoris deuoti executorium esse diuini precepti. Quinto insuper arguit noster Vvicleffus papam esse Antichristum de Christo & Antichristo cap. xiii. VVITCL. Christus inquit prohibuit suos ferire gladio, sed pati ut ipse cum potuisset hostes suos facilliter si voluisset superare, ut patet Ioā. xviii. Papa autē dicitur dotare milites de bonis pauperum ad cumulandum sibi superfluitates stercoreum. Sequitur. Ex his practice declaratis declarari potest patentius quod papa ad bella sic prouocans sit patulus Antichristus. Hęc ille. AVCT. Hic patet illi cuncta indistincte confundere, & tā dammare in papa quam alios in causa Christi ecclesie prouocet ad bellandum quod ipse peccat ad bellum. Et cur ergo tradidit Christus Petro utrumque gladium spirituale ut puta & temporale? BERNARDVS ad Eugenium satis commendanter exponit lib. iiii. dicens. Quid tu denouo vsurpare gladium teptes quem semel iussus es ponere in vaginā? quē tamē qui tuū negat, nō satis mihi attendere videtur verbū domini dicentis sic: conuerte gladium tuū in vaginam. Tuus ergo, & ipse tuo forsitan nutu est non tua manu euacuandus. Alioquin si nullomodo ad te pertineret, & dicentibus apostolis. Ecce duo gladii hic, nō respondi seruis dñs satis est, sed nimis est. Vterque ergo ecclesie & spiritualis, gladius & materialis, sed is quidē p ecclesia, ille vero ab ecclesia exercendus est. Hęc ille. AVCTOR. Ecce iam non erit papa patulus Antichristus & si gladium habeat temporalē: habet etiam ad nutum in quo pro ecclesia miles cædat: quod si nec ad nutum, scilicet ne hortari possit milites in causa Christi ad peccandum in gladio, quōd habet etiam habet cerse vel fallitur Christus? qui dedit etiam ad nu-

trū dico nō ad manū, quē admodū AVGUSTINUS in xxii. lib. cōtra Faustū. Vt inquit dñs iussit rat ut ferrū discipuli eius ferrent, sed nō iussit ferat ut ferirent. Quid ergo incōgruū si Petrus post hoc peccatū factus est pastor ecclesie? sicut Moyses post percussum Aegyptium factus est rector synagoge. hęc Augustinus ibidē. DECLARATVR Q; PAPA NON sit patulus Antichristus secundū quatuor proprietates Antichristi. Cap. I.



ROPRIETATES Antichristi supponit noster Vvicleffus ex quibus arma sumit in papā, in lib. de Christo & Antichristo cap. iiii. VVITCL. Prima inquit est quod Christus sibi limitauit rationabiliter locū iurisdictionis in Iudæa. Non sum missus inquit nisi ad oues &c. ut patet Matth. xv. Quādo autē visitauit Samariā Tyrū & Sydonē vel terras alias hoc fecit figuratiue ad denotandum quod gentes fuerunt postmodū in ouile dñi cōuertendæ: & in istis terris cōuertit filios Israel. Papa autē vellet extēdere suā iurisdictionē p totā terrā habitabilē dñi sibi saperet. Sequitur. Immo si crederet istud sonare sibi in Iudæā vellet suā iurisdictionē extēdere p vacuū infinitū, hęc Vvicleffus, & resumit. ii. parte de sermone domini in morte ca. lxi. AVCT. Q; libeter iste errat in Christo vel sub colore tali fucato ferat in papā? At quod Christianus? credit Christū nō habuisse iurisdictionē nisi in Iudæa, audies ipsum dicere, oīa dedit mihi pater. Et iterū oīa trahā ad meipsum: & quod alias oues habet quod non sunt ex hoc ouili &c. & quod dñabitur a mari vsq; ad mare, & a fluuio vsq; ad terminos orbis terrarū, quod de ecclesia Christi pie dixit propheta. Et Paulus dixit se accepisse gratiā & apostolatū ad obediendū fili dei in oībus gētib; p noīe eius, ad Ro. i. Et quōd accepisset ipse in noīe Christi apostolatū in quos Christus ipse iurisdictionē nō habuisset? Nō ergo moremur in hac hæresi quā patēter ep̄atui Christi p̄iudicat. Sed rōdeamus ad inductum. Christus inquit limitauit sibi locum iurisdictionis in Iudæa non sum missus dicens nisi ad oues &c. Ex hoc innuētur quod Christus nō sit missus ad gētes: false intelligis. Ad gētes missus est Christus: & illas dixit alias oues suas quas tamen non adduxit. Sed primo omnium missus est ad oues domus Israel. secundū illud apostoli ad Ro. i. Virtus dei in salutē est omnī credēti, Iudæo primū &

Græco. Et in cōmentario super eundē locū & iam dictum textū Matth. xv. HIERONYMUS. Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel: non quod ad gentes non missus sit, sed quod primum ad Israel missus sit. Ut illis nō recipientibus euangelium iusta fieret ad gentes transmigratio. Hęc Hieronymus. AVCTOR. At ecce & perfide, cur non attendis Christum qui dixit non sum missus nisi ad oues Israel etiam pro eodem dixisse discipulis in viam gētium ne abieritis, sed si per hoc extra Iudæam iurisdictionē non habuit, cur illuc postmodum temere apostolos suos missi sit cū dixerit. Eūtes in mūdū vniuersū p̄dicate euāgelīū omni creaturæ, nisi quia dilatare voluit iurisdictionē suā p totā terrā habitabilem? Aut quid aliter congregauit spiritus Christi apostolos? Ad quid iterum per sortes diuisit ut non fabulosa refert historia quam sequi videtur in cōmentario super Esaiā lib. decimo super textum. Ipse misit eis sortem. HIERONYMVS. Dominus inquit mādauerat eis. Ite & docete omnes gētes baptizantes eos. In nomine patris & filii & spiritus sancti. Spiritus illius congregauit eos, dedit eis sortes, ut alius ad Iudæos alius ad Hispanias, alius ad Illiricum, alius ad Græciam pergeret, & vnusquisq; in euāgelīi ac doctrinæ prouincia requiesceret. Hęc Hieronymus. Et CASSIODORUS super Cantica exponens textū. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora confurgens? Quæ inquit est ista, id est qualis & quanta est ecclesia quæ progreditur, id est proficit de virtute in virtutē. Non enim stare, sed progredi dicitur ecclesia quia non est vno loco contenta, sed totum mundum caelesti occupat p̄dicatione. Hęc ille. AVCTOR. Aut ergo fecerat lucrum suū Paulus cui Iudæa nō suffecit nec Græcia spatiosa, quin ab his vsq; ad Illiricum mare repleteret Christi euāgelīū. Et beatus Petrus primo extendit iurisdictionem suam p Romam & deinceps per Europam & Ioānes per Asiā, & oēs Christi fideles adhuc Christianissime cupiunt per totum mūdum Christi fidē diffundi, clamantes ad deū ne in angusta Iudæa incarcerationetur ecclesia, qualiter propheticē precinit Esaias. Dicent inquit in auribus tuis si liq; quos perdidisti. Augustus mihi hic locus est fac mihi locum ut habitem, Esaiā. xlix. Super quod in cōmentario lib. xiii. HIERONYMVS. Quæ enim inquit prius deserta fuerat & dilapsa in solitudines & ruinas adueniente Christi euāgelio instaurabunt &

tantā habebunt habitatorū multitudinē, ut eos capere non possint ita dūtaxat ut persecutores fugentur procul. Sequitur & exhibet a te filii sterilitatis tuæ quos putabis penitus perdidisse, & illis te esse viduatam dicent in auribus. Augustus mihi est locus in synagoga, fac mihi spatium in ecclesiis, ut habitē latius, ut non cōprimar blasphemīs Iudeorum, ut totū orbem tua mecum capiat latitudo. Hęc Hieronymus. AVCT. Vides ecce votum esse spiritus sancti, ut per totū orbem latitudo protēdatur iurisdictionis ecclesie, & hoc mandauit ipse spiritus sanctus tā papæ quā omni ecclesie, ut regnum Christi p̄ fidē dilatarēt quātū possent per orbē per os eiusdē Esaię ut exponit lib. xviii. ciuitatis ca. xxix. AVGVSTINUS. Iam inquit quod de ecclesia sequitur audiamus. Letare sterilis quæ nō parit: erumpet & clama quæ nō paritur, quā multi filii deserta magis quæ habet virū, dilata locum tabernaculi tui, & caularum tuarum fige. Noli parcere, plonga funiculū tuum, & palos tuos cōforta. Adhuc in dexteram & sinistrā partem extēde & semen tuum hereditabit gentes & ciuitates desertas inhereditabis. Ne timeas quoniam confusa es neque reuereris quia exprobrata es, quoniam confusio nē æternā obliuisceris, & opprobriū nuditatis tuæ nō eris memor: quoniam facies dominus Sabaoth nomen ei & qui eruit te ipse deus Israel vniuersæ terrę vocatur. Hęc ille. AVCTOR. Vides ergo debuit esse papæ dilatare ecclesiam Christi p vniuersam terrā, quod tu interpretaris ad malū quod conat expleri preceptū: de corde ergo tuo exeunt istæ cogitationes malæ, blasphemie & testimonia falsa de papa quod hoc faciat in lucrum suū, nisi hoc blasphemus in spiritū sanctū domini. Sed vrinā non frustra in teipsum conuerteris argumētū qui faciēte diabolo in lucrum Antichristi extēdis eius iurisdictionē per terras quas vales. Aut post Angliā inelytā quid subegisti Bohemiam? De partib; Portugallie & Hispanie reuoca peruersos pastores tuos. Quid tu per totam terram habitabilem Antichristi paras imperium in detrimentum Christi ecclesie, & fidelium dispendiū avaritū. Secūda Antichristi proprietates cui papa aduersat ut dicit quasi Antichristus expressus. VVIT. Venit inquit Hieronymus sedes super asinā & pullū eius sine sella dñi discipuli posuerunt super ea vestimenta sua, & desuper sedere fecerunt. Matthæi vicessimoprimum. Papa autē dicitur habere cardinales & familiam nimis

superfluam ad onus ecclesiae: & illi cum equitant, habent sellas splendidas & finaliter papa dicitur mouere Caesares ad ducendum sibi frenum cum superfluo apparatu & sedendo postmodum in solio facere magnos & dignos fideles pedes suos cum genuflexionibus osculari: sed quae conuenientia Christi ad Beilial? Hec Vvicleff loco supradicto. AVCT. Quincum ad equitatum papae cum splendida familia, & copiosa, non necesse habet ecclesia monitione haeretica, satis instruant magistrum nostrum antilitem si tamen mitruere liceat monita filiorum. Audit bene quod olim filius eius prudens dixit ad Eugenium libro quarto, BERNARDVS. Pastorem te populo aut nega aut exhibe: non negabis ne cuius sedem tenes te neget heredem Petrus, hic est qui nescitur processisse aliquando vel gemmis ornatus vel sericis, nec tectus auro, nec vectus equo albo, nec stipatus milite, nec circumstrepentibus septus militibus abique his tamen credidit satis posse impleri salutarem mandatum. Si amas me pacse oues meas. In his successisti non Petro sed Constantino: consulo toleranda pro tempore non affectanda, pro debito. Ad ea te potius incito quorum te scio debitorem, & si purpuratus & si deauratus incedens non est quod horreas operam. Hec Bernardus. AVCTOR. Melius moderatur hunc splendorem apparatus papalis Bernardus qui Vvicleff prophanus. Contulit toleranda pro tempore non affectanda pro debito. Ad quam Antichristianam proprietatem secundum Vvicleff, quis sanctus consuleret, quis non omnibus viis dehortaretur & modis & fide magna circumstrepente familia murmur fiat. In hoc non erit papa Christo contrarius, qui ut notasti cum Hierosolyma pergeret, cum tam magnis barbarum cursibus quarum quaedam praecedebant & aliquae sequebantur, qui ex populis erant qui comitabantur eum de Hierico secundum Hieronymum ibidem in commentario Matthei: & cum tanta manu intravit ut huic mano opere euertere posset mensas mercatorum indecenter. Et quantum est de excessu solio in quo papam redarguis collocatum, mihi videtur te non aduertisse psalmistam de cathedra Petri dicentem. Exaltent eum in ecclesia plebs, & in cathedra seniorum laudet eum. Cathedra seniorum, id est presbyterorum, sic deduxi supra presbyteros appellatos. Vnde Moyse cathedra excelsa fuit quae usque ad tempus Christi successiue recepit legem eius do-

centes. Vnde dominus, super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei. Sic quod praedictus modus cathedram statuendi trahebatur ex consuetudine scripturarum, ubi cathedra Moysi deputabatur successibus cathedrae ob auctoritatem docendi legem acceptam. Vnde cora Adunatum discipulorum Manichei capitulo decimosexto. AVGVSTINVS. Ait enim super cathedram Moysi sedent, quae dicunt facite, sed quae faciunt facere nolite: quod loco & auctoritatem legis quae per Moysen data est confirmat dominus, & tamen cauendos & fugiendos esse mores eorum qui legem quam acceperant non obtemperabant. Hae ille. AVCTOR. Ita est cathedrae papae auctoritas legis Christi perceptae. De hoc etiam solio prophetauit Zacharias cap. sexto. Vir oriens nomen eius. Sequitur. Sedebit & dominabitur super solio suo & erit sacerdos super solio suo & consilium pacis erit inter eos. Ecce Christus in solio suo, & sacerdos in solio suo salua pace. Item Iob vicesimo nono appellatur cathedra. In platea inquit parabant mihi cathedram: quod exponens in libro Annotationum super Iob secundum aliam translationem. AVGVSTINVS. In plateis, inquit ponebatur mihi sella, id est a turbis deferre batur mihi docendi auctoritas. Hec ille. AVCTOR. Quid ergo peruerso sensu exponis ad pompam? Hoc Augustinus, hoc fideles catholici docendi reputant potestatem. Nec calumniari potes hanc solii gloriae exordium accepisse de dotatione Caesarea quam praue nit Vrbanus papa statuens in omnibus ecclesiis praesulum excelsam cathedram ordinandam decreto suo primo cap. quarto. VRBANVS. Quae inquit sedes in episcoporum ecclesiis excelsa constituta & preparata inueniuntur in throno speculationem & potestatem iudicandi & soluendi atque ligandi a domino eis datam materiam docent. Vnde saluator in euangelio ait. Quaecumque ligaueritis super terram, et alibi. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis. AVCTOR. Habet ergo solium papae ad minus inter cathedras sanctorum pontificum foundationem suam ab ipsa prima Petri & successorum antistitum. Sic enim supputare videtur, septimo libro registri, epistola ad Eulogium Alexandrinum GREGORIVS. Itaque cum multi sint apostoli pro ipso principatu sola Apostolorum principis sedes in auctoritate conualuit quae in tribus locis vnus est. Ipse enim sublimauit sedem in qua

etiam quiescere & presentem vitam finire dignatus est. Ipse decorauit sedem in qua Euangelistam discipulum misit. Ipse firmavit sedem in qua, vii. annis discessurus sedit, haec ille. AVCT. Ecce tres sedes erexit Petrus & sedit quis praecellere in Roma. Adhuc infert aliam Antichristi conditionem ex qua papam arguit Antichristum. ii. parte de serm. domini in monte. cap. xxxvi. VVITCLEFF. Terria, inquit, conditio Antichristi est quod ipse quaerens lucrum proprium quae rit gloriae propriam, & sic facit ad ostentationem seculi quicquid facit. Et multum infra exprimit in particulari. Nam coronado Caesarem conferendo episcopatus & alias dignitates quae nescit si consonat beneplacito dei patris, videtur omninoque ad gloriae mundanam & lucrum proprium aspirare. Hae Vvicleff. AVCT. Quantum mihi videtur non fero commissum est sacris episcopis coronis reges & vnicionibus insignire. Nam. viii. lib. epistolarum, etionibus inquirentur de traditione Basilice sanctus pater AMBROSIVS. Veteri inquit iure a sacerdotibus legitur donata imperia non usurpata: & vulgo dicitur quod imperatores sacerdotum magis optauerunt quam imperium sacerdotibus. Christus enim fugit ne rex fieret, haec Ambrosius. AVCT. Ecce non nouo, sed veteri iure sacerdotes donauerunt imperia: fuisse autem non verum sed nouum ius si in Constantino coepisset qui non praecessit diu sanctum Ambrosium. Sed forsitan vis ut sacerdotes seipsos insigniant, & sic sacramenta consecrationis alienae recusent, hoc te velle existimo de regibus quod de sacerdotibus tradidisti. Sed statim huius institutionis exordium obuiat sic dicenti cum Iosue legimus iussione domini per Moysen consecratum & principem Numeri. xxvii. Dixit dominus ad Moysen, Tolle Iosue filium Num virum in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine, & dabis ei praeccepta cunctis videlicet & parte gloriae tuae. Hic ecce tria concurrunt in consecratione principis: consensus multitudinis, cuius offerre batur praesentia. Auctoritas sacerdotis qui designabat ex nomine, & collatio consecratis cui praesentis est gloriae potestatem. Vnde datur intelligi quod quantumcunque quis gratia polleat officium consecratis recusare non debeat. Vnde in questionibus super lib. Numerorum, quae est. xliii. recitans quod dictum est, in quo est spiritus. AVGVSTINVS. Vbi quod aliud quam spiritum sanctum debemus accipere: non enim de spiritu hominis hoc diceret quod nul-

lus erat qui non habebat. Iussus est enim Moyses ei manus imponere ne quis homo praepollens gratia sacramenta consecrationis aut deat recusare. Haec Augustinus. AVCT. Sed noui insidias inimici. Statim scio occurreret obuiam Vvicleffista, qualiter ergo inquiet officium consecrandi reges per hanc legem conuenienter sacerdoti, cum hic non sacerdos Eleazar? sed dux Moyses Iosue consecrauit? Ne quicquid non tantum in rebus praeterirent figure: & per hoc omnia haec in suum principium resoluatur. Omnes potestates in lege veteri deriuantur a Moysen: & omnes potestates in lege noua trahuntur a Christo. Moyses dico tibi ibi Christi figuram gerebat: dicere Isidoro lib. ii. de origine officiorum, cap. v. ISIDORVS. Fortasse, inquit, quaeritur cuius figuram gerebat Moyses. Si enim filii Aaron, presbyterorum figuram faciebat, & Aaron summi sacerdotis, id est episcopi. Moyses cuius? Indubitanter Christi, & vere per omnia Christi quonia fuit similis domino mediatoris dei qui est inter deum & hominem Iesus Christus qui est verus dux populorum, verus princeps sacerdotum, & dominus pontificum, haec ille. AVCT. A Christo ergo omnis consecratio & impositio manuum in lege noua incepit quae deinceps solis sacerdotibus aut interdum prophetis licebat ad significandum sacerdotum tunc temporis imperfectum. Sic Samuel vnxit Saul, vnxit & Dauid in domino patris per consecrationem, cuius duae aliae vnctiones significabant solam populi consensionem & electionem gratuitam: & Sadoch sacerdos vnxit Salomonem, & sic deinceps. Ita ut in nostra tempora huius sacramenti collatio solis sacerdotibus antiquo iure, ut Ambrosius supra dixit, conueniat. Accipit quarto loco occasionem malignandi contra papam eo quod quaedam glossatores ipsum nuncupant deum, in libro de Christo & Antichristo, cap. vltimo. VVITCLEFF. De papa, inquit, dicitur quod tanta vita eius & gesta sunt ad quaerendam gloriam huius mundi, quare rogo propter causam aliam consentiret vocari pater sanctissimus & per suos glossatores vocari deus mixtus vel deus in terris. haec Vvicleff. AVCTOR. Breuiter expeditamus istam calumniam: simul enim cum fine verborum finiuit ingenium. Quis scripturarum tantillus auditor est ut nesciat deos vocari homines abusive per participationem. Qualiter dominus in euangelio dicit, Antiquus dictos eos esse deos ad quos sermo dei factus est. Et in psalm. Rex magnus super omnes deos, super quod in eundem psalmum,

AVGVST. Hic, inquit, accipit hoſes deos: non enim rex dñs ſuper dæmonia: & hic habemus ſcripturæ teſtimonium, Deus ſtetit in ſynagoga deorū, in medio autem deos diſcernit. Deos dixit participatione nō natura, gratia qua voluit facere deos, quātus deus eſt q̄ fecit deos: Hæc ille. AVCT. Vide iā vtrū dñi nō ſunt quos deus ipſe per gratiā deos facit: quid ergo latras in papam patrem ſub patre Chriſto & diuinarū vicariū gratiarū: cur oēs per gratiā adminiſtrationis eius dñi ſunt & ipſe deus nō erit inter oēs deos? Sed & aliud audeo dicere, ipſe tibi & ſecutoribus tuis eſt deus. Qualiter, per terrorē quemadmodum Moyſes eſt deus Pharaonis Exod. vii. qd̄ exponēs ſup beati immaculati. ver. portio mea dñe. AMBROS. Rex, inquit, erat Pharaō ſed deus nō erat, Moyſes factus eſt illi deus, hoc eſt regi ipſi terribilis quē rex metueret & timeret: ſed hæc erat potentia ſanctitatis. In talium cōgregatione deorū deus ſtat atq̄ diſcernit & tu ſi vis deus eſſe peccatorib⁹ terrori, regibus reuerētię & tanq̄ deo videant eſſe ſubiecta q̄ operaris ī dei nomine contēne que ſeculi ſunt & dñice paſſionis opprobriū cōtē de oibus p̄ſerre diuitiis, hæc ille. AVCT. Et in primo Regū prophētę dicunt omnes dei, quia ex ore dñi loq̄batur. Vnde in Hebraicis queſtionibus ſup Samuelē HIERON. Si timueritis dñm & ſeruiueritis ei, & audieritis vocem eius & non exaſperaueritis os dñi, Os domini dicit os p̄phetarū, quia ex ore dñi loquebatur, hæc ille. AVCT. Ergo nō eſt ſcandalum eccleſię ſi ceteri ſcripſerunt papā deū qui cūctis male potētibus debet eſſe terrori: & in ore dñi contra peccata fulminare ſententias & eſſe eis capitalis metus in noſe Chriſti Ieſu cuius geminū gladiū portat. Et quidem ſancti patres hoc ipſum titulo papæ ſignunt. Vnde lib. iiii. ad Eugenii in ſine colligēs ſummatim papatus officiū, BERNARD. De cetero inquit oportere te eſſe conſidera formā iuſtitie, ſanctimonie ſpeculum, pietatis exemplar, aſſertorē veritatis, fidei defenſorem, doctorem gentiū, Chriſtianorū ducē, amici ſponſi, ſponſe peranymphū, cleri ordinatorem, paſtorem plebiū, magiſtrū inſipientium, refrigerium oppreſſorū, pauperū aduocatum, milerorū ſpem. Sequitur, Vltorē ſcelorum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam portantium malleum, tyrannorū regum patrem, legū moderatōrē, canonū diſpenſatorem, ſal terrę, orbis lumē, ſacerdotem altiſſimū, vicarium Chriſti, Chriſtū domini,

poſtremo deum Pharaonis. Hęc Bernardus.

RESPONDETUR AD ARGVMENTUM q̄ oportet eſſe papam quīs Chriſtus perpendiculariter reſideat in cęlis ſuper omnes iuſtos. Cap. LI.



Pamma hæc hæretica que comburit mōtes, præſidentes ſcilicet in tota eccleſia Ieſu Chriſti, diſſundit ſup fornacem ſuā per tria argumenta ſpiritus vaſtatoris, diſſoluens ſuper Romani præſulatus officium, & probare conata q̄ inutiliter præſidet papa mundo. Quia Chriſtus qui directe reſidet in cęlis ſup fideles per ſe ſatis abūde miniſtrat omnē gratiā ſpiritualē petentibus ſine papa. Vnde cōcluſione inter damnatas. lx. VVITCLEFF. Expimēto cognoſcim⁹ q̄ papa vel mortuo vel deſiſto cū ſuis cardinalib⁹ & ſtatim Cęſareis nō min⁹ ſed amplius p̄p̄raretur eccleſia. Nam quātū ad ſacramētum conſirmationis, cum ſacramēto ordinis & benedictione chriſmatis cū eccleſiis dedicandis que appropriatur ep̄ſcopis, videtur q̄ Chriſtus perpendiculariter reſidens in cęlis ſuper iuſtos p̄byteros daret illis poteſtatem talia faciendi, hæc ille. AVCT. Declaratio autē huius & expreſſa pbatio habetur ex tractatu ſuo. ii. de ſerm. do. in monte. cap. xxxviii. VVITCLEFF. Blaſphemias inquit loquitur qui dicunt q̄ oportet cęleſtem radium de cęlo descendere ſuper Romanum p̄ſificem & ab ipſo reflecti ſecundū angulum ad prouincias adiacētes per terras & maria, ac ſi prima veritas quæreret angulos nec omne donū aut datum optimū deſcēderet a patre luminum: ſic q̄ deus non ſit perpendiculariter ſuper caput vniuſcuſq̄ hominis, ſed qd̄ magis hæreticum cum deus ex immēſitate ſua neceſſario ſit vbique: Hęc VVITCLEFF. AVCT. Procul dubio hæc myſtica allegoria de perpendicularibus quam vix in ſcripturis habemus duobus in locis oppoſitos etiam ſupradictę iam hæreſi facit egreſſus. Hic enim vtr̄ patet ex perpendiculari dei ſuperleſſu arguit euacuandam Romanam ſedem pontificis. Lege Eſaiā xxxiii. Et propter perpendicularē dei reſidentiam per ſententiam vindicem auferitur de Sion omnis poteſtas nobilitum atq̄ regum: vt ſic redigatur in nihilum & ſtat perpendicularum in deſolationem. Textus eſt iſte. Dies vltionis domini, annus retributionis iudicii

Sion, cōuertentur torrentes eius in picem & humus eius in ſulphur. Sequitur, Extēdetur ſuper eā menſura vt redigatur ad nihilum & perpendicularum in deſolationem: nobiles eius non erunt ibi, & omnes principes eius erunt in nihilo, & oriētur in domibus eius ſpines & vrticæ &c. Super quem locum in comment. Eſaię libro nono. HIERONYMVS. Et hoc fiet quia funiculus domini atque perpendicularum, id eſt ſententia illius non valeat immutari. Nobiles eius, id eſt Apoſtoli atq̄ credentes non erant ibi, nec perditorum numero cōiungentur, ſed regem Chriſtum potius inuocabunt. Hęc ille. AVCTOR. Hoc eſt ergo perpendicularum deſolationis & deſtructionis quod primo tollit Apoſtolos & ſucceſſores eorum ep̄ſcopos vt etiam diruatur & redigatur ad nihilum. Lege iterum in Zacharia perpendicularum reformationis & gratiæ quādo reædificanda erat domus dñi ſub Zorobabel, & Ieſu filio Iosedech. Text⁹ eſt iſte, Hęc dicit domin⁹. Reuertar in Hieruſalem, in miſericordiis: domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum: & perpendicularū extendē ſup Hieruſalē Zachar. i. vbi gloſſa. Aedificabitur ſub Zorobabel & Ieſu filio Iosedech. Et alibi domin⁹ ex miſericordia ſe eā reædificaturā promittit, & perpendicularū ſeu funiculum ſecundū meſuram & ordines ſingulorum in ea eſſe tenendum. Hęc ille. AVCTOR. Reſidet ergo dominus ſuper homines in perpendicularo deſolationis & vindictę quādo tollunt eccleſia prælati & pontifices. Reſidet ſecundū perpendicularū gratię, quādo ſub prælatiſ eccleſia ſumit ædificiū, & tenetur illi per ſupra & ſub iuxta præſidentē ordines ſingulorum. Videte ſcripturas ſi mihi non creditis, eis credere. Iſte VVITCLEFF. docet nos in hoc paſſu quomodo deſcēdat in nos perpendicularum ſeueriffimę dei vindictę per ſubtractionem Romani pontificis & ceterorum ſubiectorū ei antiſtitū quos Chriſtus parauit nobis in Apoſtolo ſuo Petro in perpendicularo gratię per ordines ſingulorū. Sed nollem inquis radiū diuinę gratię ad nos venire per angulum refractū ad aliquem. Ego vellem fideles non audire te docentē ſcripturas ne radia perpendicularis luminis diuini in vmbra tua refractus offendant fideles. Scito tamē genu noſtrum curuatum per primum peccatū, & ex eo omnes homines cum Iacob claudicaſe in ſemitis dei propter tactum nerui: cuius eſum vſq̄ hodie omnes veri Iudei, id eſt cōſeſores Chriſti, reſugiūt. Sic enim dicit RA-

BANVS de naturis rerum a cūctis genu angulum eſſe dictum li. xiii. cap. xxii. Angulus, inq̄, tractus eſt ex Gręco ſermone, id eſt a gony quod Latine dicitur genu, eo q̄ inſlexum ſpeciem anguli conformi qualitate reſtituit. Nam apud Gręcos origiē ſui nominis in deriuatōnib⁹ omnino cuſtodit, vt tragonus & pęragonus, & iis ſimilia, hæc ille. AVCTOR. Curuo genu ſemper hic incedimus & nūq̄ aut raro ſine vitio, quia ſumma natura filii irę, declinātes ſemper in ſubſtationes ab originali perpendicularo gratię. Dicis q̄ veritas nō q̄rit angulos, certe veritas que rēs ouem perditā angulos multos quærīt. Et quid dicis, eccleſia Chriſti militans in hac vita ſicut non erit ſine ruga vel vitio, ſic nec ſine angulo? quia ſic dicit propheta Hieremias cap. xxxi. Aedificatur ciuitas domino a turre Ananael vſq̄ ad portam anguli. Super quod in cōmentario lib. vi. HIERONY. Aedificatur inquit eccleſia a turre obediētię ſiue gratię & donorum dei. Hoc enim interpretatur Ananael, vſq̄ ad portam anguli: que licet initium videatur habere ſublime, tamē q̄diu in iſta carne ſubiſtitim⁹ rectam veritatis lineam nō poſſumus poſſidere: ſed in angulo ſtamus & fractis lineis exit vltra funiculus meſuræ cōtra eā, id eſt portā anguli ſuper collē Iareb qui in lingua latina ſcabies vertitur aut incoſtatus, aut vt doceat nos aduenas eſſe atq̄ peregrinos & auribus prurientes, & ad nouitatem dogmatum peſſimorum facile præbere conſenſum. Sequitur, Poſt vides quanta loca habet eccleſia, & quod illud Apoſtolicum, Vt ſit ſine macula aut ruga in futuro & in cęleſtibus referuetur: audis angulos, audis ſtabiles, audis ruinas & cineres & regionem mortis & tenebras, & de tua virtute & impęnitentiā gloriaris, Hęc Hieronymus. AVCTOR. Teipſum quærīt Hieronymus mi VVITCLEFF. te interrogat, audis angulos, audis ſcabies ſine quibus non ædificatur ciuitas domino a turre gratię. Quid ergo de tua virtute gloriaris, putas in te ſine angulo perpendicularē dei gratiam reſidere? Puto te curare debuiffe cum Ethnico ſi tunc eſſes. Quomodo collocaret Neronem luſcum ſuper axem æquilibrum ne ſedens depreſſus non ſuam viciat obliquo ſidere Romam. Aut qui ſolemnizandos putas angulos reſectos aut refractos Euclidis & Alacē perſpectiui in ſplendoribus ſanctorum, fac rogo, ne occidentis populi gratiam eius ſuſcipiāt ſub angulo reflexo qui aſcendit ſuper cęlos

celorum ad Orientē: aut dicas qualiter omne donum perfectū descendens a patre luminū veniat in perpendiculari cū non veniat ad nos nisi per filium qui iuxta visionē Stephani in Actibus ad dexterā patris stetit: & sic describitur cōsequenter in symbolo. Sed iis trufis omiffis dicendum secundū euangelicā veritatē q̄ Christus ipse angulus est: quia lapis angularis de quo dictū est, Lapidē quē reproba uerunt aedificātes, hic factus est in caput anguli. Ideo quicquid pater luminū ad nos trāsmiserit audacter dico, venit per angulū, vnde sup psalm. lxxiiii. AVGVST. Agnoscam⁹ lapidē angulārē, lapis angularis Christus nō potest esse angulus nisi duos parietes copulauerit: ad angulū de dextero veniūt sed in angulo sibi aduersantur: venit ex alia parte circūcisio, venit ex alia prepreputiū. In Christo ambo populi cōcordauerūt: quia ille fact⁹ est lapis de quo scriptū est, Lapidē quē reproba, aedif. hic fact⁹ est in cap. ang. Sequitur, Venērūt omnes gētes ad lapidē angulārē: ibi osculum pacis agnouerūt illū vnum qui de duobus fecit vnu, non quādammodum heretici qui de vno fecerūt duo. Hoc enī idē ait Apostolus de dño Christo, Ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnu. hęc ille. AVCT. Iam scio, iam palam sentio cur Vitellē angulum arguit & detestatur, quia ipse Christo angulo aduersatur faciēs de vno duo, de vna Christi ecclesia duas partes cū Christi sectatoris sit i angulo esse & hac via de Iudeorū heresi sectam tenet qui ideo horruerūt Christū in synagogam recipere ne per angulū Christū vere fidei soliditas impleret dicente Rabano de naturis rerum lib. xiiii. cap. de parietibus aedificiorum. RABANVS. Sub allusione fabricantium exponitur inanis opera Iudæorum: soli quippe hominum adhuc in mūdo vnum deum colētes aedificare videbantur dum nationes caterē idolorum cultura destruerent. Aedificantes tendūt semper ad angulum vt commissorū parietum soliditas impleatur. Iudæi vero fidei suę fabricam minime perfecērūt, quoniam ipsum qui lapis erat fortissimus angularis more dementium putauerunt esse contēndū. hęc Rabanus, AVCT. Iudaizat ergo Vitellē, quādo non pmittit Christianos aedificare vsq; in angulū, sine quo nullū possint edificū consummare. De more enim dementiū putat esse Rabanus angulū in edificio fidei contēnetes, & sicut in angulū Christū, ita multomagis ex eo in angulos Petrū & Paulū & deinceps per vicariū Romanū pō

tifficem. Sed hoc nescis intelligere quomodo Christus residet ppēdiculariter ad zenith capitis cuiuscūq; hominis in celo, & tamen per vicariū Romanum pontificē, & deinceps ceteros p̄sules in homines venit per regulas sacramentorum lineas. Credis forte diuinos radios a ppendiculo declinare si p̄ sacros episcopos & p̄ humana officia āgulos faciāt Christiformes. Qd si ita est cur tu p̄dicas vt iactitas verbū dei, cū deus residens in celis ad perpendicularum daret aliis Christianis ad plenum sine te verbi dei liberrimam facultatem: cur eminet reges in populo, cur iudices iudicat cum deus residens in celis faceret ista oprime sine eis! Dic agricolis ne sulcēt arua, ne grana sepeliāt, ne saltē maturas segetes demetant: quia deus in perpendicularo ista faceret sine eis, & stulte plātauit Paulus aut rigauit Apollo quia solus deus in ppendiculo p̄stitit incrementum. Sed dico quia deus qui in perpendicularo residet sup homines nō declinat a perpendicularo etiā cum angulū faciat. Sed simul facit in ministro angulū & seruās rectā lineā incidit fidelib⁹ & generat gratiā. Qz si hęc theologia sit tibi difficilis: discē ab Helia cur dixerit. iiii. Reg. xvii. Viuit deus in cuius conspectu sto, quia non erit iis annis ros vel pluuia super terrā nisi iuxta oris mei verba: nūqd deus resedit in celo ppēdiculariter sup capita aliorū hominum, nisi oporteret ipsum de necessitate suę nature primo descēdere p̄ os Helie, & tūc reflecti secundū angulum ad prouincias arefactas: quod si concesseris quia deus sic dicit multomagis per os Petri & successorum eius & aliorum in ecclesia sacerdotū ministrabit de⁹ regulariter effectū gratiæ cōfirmationis & ordinis qbus dixit in Petro, Tibi dabo clauē regni celorū. Et, Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittūtur eis: cur ipsi non dicēt ex iis Christi verbis: quia nō venit gratia sacramentalis roris vel pluuie nisi iuxta verba oris nostris! Et nunqd deus immediate & ppēdiculariter largiebatur postmodū rorē illum sup terrā, quis per angulū a verbis oris Helie! Ita dico ego, quicquid facit sub angulo p̄ ministrū immediate efficit & perpendiculariter insuit per seipsum. Vide hoc quomodo Cornelius renatus a deo per Petrum, per Ananiā sup Paulus: incarnatus Christ⁹ per virginē. Ipse ergo angulus & per angulos incidēs semper per perpendicularū quia in ministris suis non patiens obicem tanq; per corpora supracelstium orbium penetrat ad fidelē vltimū per effectum.

Quodāmodo enim videret hoc sentire AVGVST. super psalm. lxxxvi. dicens se ianuam intrare, per ianuā quod corpora nō possent. Angustias inquit omnia pene corpora patiūtur, neq; vbiq; esse possunt nec semp. Diuinitas autē quę vbiq; p̄sento est vndiq; ad eā potest duci similitudo. Segrur, Vno in loco ambas res dixit in Euāgelio dicens q̄ pastor per ianuā intrat & ibi dixit, Ego sum pastor bonus: & ibi dixit, Ego sum ianuā, pastor intrat p̄ ianuā: & quis est pastor qui intrat p̄ ianuā. Ego sum pastor bonus: & quę est ergo ianuā qua intras tu pastor bone! Ego sū ianuā, quō ergo tu omnia: quō per me omnia, verbi gratia, cū Paulus intrat per ianuā, nōne p̄ ianuā Christ⁹ intrat? quare! Nō quia Paulus Christus sed quia in Paulo Christus, & p̄ Christū Paulus. Ipse dixit an experimentū eius quęritis qui loquitur in me Christus! Cū sancti eius & fideles eius intrāt per ianuam, nonne Christus per ianuā intrat! Hac ille. AVCT. Ecce quomodo omnia Christus & per omnia Christus: & in perpendicularo & in angulo, in seipso & in Paulo idem Christus semper. Et p̄sequitur ibi post. AVGVSTINVS. Quare sunt fundamenta apostoli & prophete? quia eorum auctoritas portat infirmitatē nostrā. Quare sunt porte? quia p̄ ipsos intramus ad regnū dei. P̄dicat enim nobis, & cū p̄ ipsos intramus per Christū intramus. Ipse est enim ianuā: & dicuntur. xii. porte Hierusalē, & vna porta Christus, & xii. porte Christ⁹, quia & in xii. portis Christus, hęc August. AVCT. Vides ecce q̄ cum Apostoli p̄dicant & per ipsos intramus ad regnū dei, per Christū intram⁹. Quare ergo cū episcopi ordināt Christus nō ordinat? & dū ep̄i cōfirmāt Christ⁹ ipse nō cōfirmat? Omnes illę sunt porte, & tamē vna porta: quia in oibus vna porta Christus, Vtimate vero pensandū est oib⁹ fidelibus q̄ ordinē in oibus reb⁹ nō frustra deus ipse cōstituit: sed ipse vermem creat, & tamē influentiā ad hoc faciendū sol primo cōcipit & transmittit in causas pximas. Ita cū cetera ministrat hic Christus p̄ gratiā & primū radiū eius primo suscipit prim⁹ minister gratię sci licet ep̄us, & inter ep̄scopos primo prim⁹ & per ipsum sinit in alios secundū qd̄ clare docet. cap. v. ecclesiasticę hierarchie ex translat. Ioanni Scoti, Magnus DIONYSIUS. Lex quidē hæc est diuinitatis sacratissima per prima secūda ad diuinissimam suā reducere lucem. An nō sensibiles elementorū essentias videmus in magis eis cognata primum veniētes

& per illa in alia propriam diuidentes operationem. Sequitur ad propositum. Florum igitur est diuidere primorū, secundis copia se & in commensuratione quę iuxta eos est ostēdere ab ipsis sacra contēplata diuina spectacula: & docere quę hierarchica sunt cum scientia consummatiuā diuināq; eos qui post se sunt hierarchie simul bene docentium, & perfectam bene docendi virtutē accipientium, tradere secundum dignitatem sacra erudite & integre participantiū sacerdotali consummatione. Florum ergo diuinus pōtifficum ordo primus quidē diuinarū ordinationū, Sublimissimus autem iterū & nouissimus idem. Etenim in ipsum p̄ficitur & impletur omnis nostrę hierarchie dispositio, vt enim omnē hierarchiam videmus in Iesum cōsummatā, sic vnamquāq; in proprium diuinum sacerdotem, hęc ille. AVCTOR. Ecce sacerdotalis ordo primo suscipit diuinos radios & ordine illo primo ordo episcopalis, & in toto ordine illo primo primus episcopus q̄ est summus & vltim⁹ in quē cōsummatur tota hierarchia viātis ecclesie, sicut in Iesum tota hierarchia tam militantis ecclesie quā viātis. Vnde sanctus Thomas exponens hoc secundum Vercellensem. VERCELLEN SIS. Est autem generalis lex hierarchie vt inferiores per suos superiores sursum agantur ad diuinos splendorē illi lucentes: iuxta quod videmus in rebus sensibilib⁹ & elementatis quōd cognatiora sibi & propinquiora prius & familiarius immutāt secundum suam similitudinem: & illis mediantibus extendunt operationem suam ad vltiora. Cōueniēter igitur deus qui est principium & fundamentum omnis visibilis & inuisibilis ordinationis primo insuit radios suos vitales & deificos primis & superioribus sicut sibi cōformioribus, & per illos tanquā idoneos ad lumē diuinum & hauriendum & aliis influendum elucet, & superapparet inferioribus secundū ipsorum capacitatē. Sequitur, Ordo episcopalis p̄ ceteris ordinib⁹ ecclesiasticis proximus est deo & summus & vltimus & cōsummatius aliorū: quia in ordine episcopali cōsummat⁹ & adimpletur omnis ornatus ecclesiasticę hierarchie, sicut vniuersa hierarchia angelica & humana in dño Iesu consummat⁹. Ita & quęlibet specialis hierarchia in p̄prio hierarcha. Virtus autē ordinis hierarchie continet oēs virtutes & operationes ecclesiasticas quibus per inferiores fiat subministratio & ipsa operatur ministeria sibi appropriata per singulos

alios ordines. Hæc ille. AVCTOR. Hæc est regularis institutio vt Christ⁹ primo influat in primos ministros ecclesie qui sunt episcopi & per ipsos in alios radios sacramentales & doctrinales. Quamuis aliquando ex priuilegio speciali raro tamen & ppter causas quas ipse nouit alicui humili & deuote persone gratia suam influat per seipsum.

Q² PAPA NON SIT ANTICHRISTUS propter citationes suas ad sedē vel propter patrimonium crucifixi.
Caput LII.

Solam⁹ iterū duas eius nū cupatas argutias, quib⁹ cō tēdit papam esse antichristum ppter citationes scilicet quibus bonos vel malos papa vocat ad iudiciū vel ad palmā. Et inter procuraciones prouinciales quas per cognitionem capituli in vsum ecclesie sue ab antiquo solebat accipere. Vnde de Christo & Antichristo. c. xlii. VVITCLEF. Vexat, inquit, fideles anxius citando eos in tempore breui in quocūq; loco ipsum esse cōtulerit. Nūquid credim⁹ q; in hoc sequitur dominū Iesum Christū: de quo quidē legimus q; venit per magnā distantia ad Ioānem baptizandus a Ioanne: & Ioānes miratus ue dixit, Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me. At Iesus ait, Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitia. Papa autē ex tali crebra citatione cōtra dominū citando impotentes citatos a domino ad locū contrarium eodē tempore per infirmitatem impossibilitatem in loco citationis papæ incongnito comparandū: ostendit conditionem patulam antichristi. Christus enim citat ad vñū locum pro vno tempore, & ipse ad locum contrarium pro eodē. Christus etiā non permittit nos temptari vltra id quod possumus, papa autem mandat nos facere quod nō possumus, Christus etiā nunq; citat nisi ad beatitudinem vel mediū ad eandem. Ipse autē citat ad infernū positū q; ex sibi dubio in tempore qd ipse limitat suus spiritus fuit in inferno. Hæc Vvitleff. AVCT. Si citationes papæ sufficienter videātur redargui per has ratiunculas semiplenas, omnium principum & iudicum citationes videbuntur inepre, immo Apostoli desipere citando pro eo q; obuiat facto Christi qui non citauit baptistam venire, immo ipse prior venit ad eum. Sed quid

dicis ad tres magos quos Christus per stellā prænunciā per tantos terrarum tractus vsq; ad stabulum in quo est genitus ad adorandū cæli regem diuino suo citauit instinctu. Ecce pter citat reges: qui factus homo nō iam citat sed properat ad baptistam. Ipse nōne citauit quinq; milia hominū vt eos pasceret in deserto dicente Euāgelista. Quidam eorū de lōge venerūt Marci. viii. Ipse quoq; iussit Petrum venire ad se super liquecentes aquas. Ipse iterum ad omnes homines dixit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Cur ergo eius exemplo non citabit papa fideles vt si rei sint iudicio ipse premes onus iniquitatis eorum deponēs omnes etiā partes potest de fonte iustitiæ. Fidelis Petrus non tardauit impossibilitatē præterens sua per ingressibiles vndas pōderosi corporis sui molem transferre. Nec anima domini nostri Iesu Christi tetrum chaos horrebat inferni quā illuc citata per deitatem festinanter accederet. Quod factas illas quas tu ipse ingenio & dolo malo plasmasti esse cōditiones patulas Antichristi nisi ea via tua Christi Antichristum & deum probes esse diaboli. Audiamus doctorem gentium beatum Paulum qui beatum Timotheum existentem in Grecia iussit venire ad se iam existentem Romanā. Festina inquit venire ad me cito, Roma enim me dereliquit. Et iterum ibi citauit sanctum Marcū. Marcum, inquit, assume & adduc tecum & libros, maxime autem membranas, & abbrevians tempus subiungit festina ante hyemē venire. ii. Timoth. vltimo. Hoc exemplo in causis ecclesie potest papa ad seruandum communem iustitiam vel propter incrementum fidei ad eandem urbem vel aliā citare virum fidelem quo Paulus prædecessor citauit festine satis Timotheum episcopum. Ipse quoque Titum episcopum Cretæ citauit venire ad se Nicopolim. Cū, inquit, misero ad Arthemiam & Titicum festina ad me venire Nicopolim. Ibi enī statui hyemare. Ad Titū vltimo. Ecce Paulus citauit vñū Euangelistam & duos episcopos in causa canonice iustitiæ & fidei, & nullus eorum legitur imposuisse ipsi calumniam quod citauit eum ad tantam distantiam & non potius veniret ad eos sicut Christus dñs ad Baptistam: nec hoc facit sanctus quisq; catholicus, qd clamose facit omnis hæretic⁹. Vis audire verā causam Christi⁹ in Euāgelio causam dedit. Quia qui male agit odit lucē & nō venit

ad lucē vt non arguantur opera eius. Alioquin per te causas fictas omnis dycolus possit efficere vt sic quomodocūq; diu sine reformatione noceret ecclesie. Et nunquid beatus Gregorius nō euadit tuas fictitias q; sic citauit Maximum Salonitanæ ecclesie arreptorē. lib. vi. registri. epist. xxiii. GREGOR. Cum scriptis nostris quesitis quibusdam excusationibus differs obedientiam exhibere, dum p veritatis patefactiōe toties a nobis amonit⁹ venire postponis: is que aduersus te dicta sunt fidē magis ex hoc accōmodas. Et vel si qua alia deesse videbātur quæ grauēt aut noceat id agis vt sola dilatio faciat & accuset te esse culpabilem. Humiliare tandē & obedientiam te submitte atq; ad nos sine excusatione aliqua venire festina, vt requisita veritate secundum dei timorē quicūq; æquū canonicūq; fuerit decernatur. Et infra. versus finē. Pro qua te obedientiā quā decet exhibens ad nos summopere sicut diximus venire festina: ita xxx. dierum spatium habeas quatenus iter tuū præpares & omni excusatione postposita huc adesse non differas. Si qua autem a iudicibus vel manu militari seu a populo ad contradicendum itineri tuo occasio fuerit exorta, qua calliditate agatur agnoscimus. hæc Gregor. AVCT. Ecce beatus Gregorius citauit Maximum ad breue tēpus triginta dierū & nulla dilatione friuola præualete omnem eius excusationē postponit, & insup impedimenta quæ per eū procurari poterāt priusq; fiat agnoscit & cauet. Nec debet Gregorius in hoc facto argui nouitatis cuius exemplū ab antiquis Romanis pontificibus fuxerat: & ante eos ab Apostolis. SIXTUS enim papa diu iā ante dotem sextus scilicet a beato Petro secundū Augustinum. ii. c. sui decreti. Si inquit Necessē episcopo venire etiāq; appellare mini me fuerit: & vocatus tamē a sede hac sancta si fuerit nō renuat venire sed cōscilium vt ei nunciatum fuerit venire festinet: & causas p quibus vocatus est prudenter exploret atq; si necesse aliquid corrigere fuerit cum iis quos primos hic inuenerit corrigat: ad ecclesiā tamen suam non prius reuertatur q; hinc literis apostolicis scriptis vel formatis pleniter instructus atq; purgatus fuerit si fuerit vnde: vt postq; domū reuersus fuerit cognoscāt vicini sui qualiter hic suā aliorumq; causam finierit: quatenus eam absq; aliqua ambiguitate nunciare & prædicare oibus possit. hæc ille, & est in vetusto lib. decretorum pontificum. AVCT. Secundo instat contra papam

& clerū pro hoc q; papa habet in peculio ecclesie siue sint annui redditus numeratę pecunie siue possessiones immobilis pro eo q; nominatur patrimonium crucifixi. Vnde in spec. eccles. c. ix. VVITCLEF. Quantū ad nominationē patrimonii crucifixi patet q; multiplicas blasphemias cōtra clerum, Sequitur: Et clerus mētur minuitue multo abiecius cum dicat q; Christus in ligno fuerat crucifixus vt clerus suus postmodū taliter dominetur: sed quæ maior blasphemia q; Christo imponere talem culpā, & per consequens est summa blasphemia q; clerus Christi virtute huius passionis pauperis & humilis debet sicut toti seculo dominari. hæc Vvitleff. AVCT. Dicit toti seculo ppter annuos census quos papa leuat in Anglia & quibusdā regnis aliis ab antiquo sic per ea regna taxatos. Sed q; dicit Christū in ligno crucifixū vt clerus postmodum dominetur formaliter, quis hoc dicit: sed consecutiue forsan: & sic dicit Apostolus. ii. Cor. viii. Christus propter vos egenus factus est cum esset diues vt illius inopia vos diuites efficitis. Ita ergo Christus paup factus est, Christus egenus est, crucifixus est, vt nos omnes ex eius inopia diuites facti effemus, & sic verum est q; crucifixus est paup Christus vt clerus ex eius inopi morte ditesceret. Ita hoc dico sicut priora: eadē tamen dixit Apostolus: & ita pristini reges & duces orbis dixerunt clerū Christi, quia pro amore & zelo seculi Christus est mortuus: & si non offerre possunt plenū suū manipulū de substantia sua dei, saltē faciunt de possessionibus tēporalib⁹ & oblationibus supplementū. Sic enim in Romanis trib⁹ & paulo inferiorib⁹ distribuerūt reges & Cæsares in vsum ecclesie ampla bona q; vtiq; sunt de patrimonio Christi. Quia in hereditate ministrorū Christi, & ob e⁹ amorē principaliter sunt trāsata ad que q; cleric⁹ cū peruenit dicit. In hereditate dñi morabor & princeps sic patrimonii sui in patrimonii Christi trāsferens: dicat clero dotato illud. i. Cor. ii. Nihil me iudicauit scire inter vos nisi Christū Iesum & hunc crucifixū. Et cur ergo non dicat patrimonii crucifixi: cū non in vno uorū accōmodet delicias, nō i illecebras sicut li nutriēdas, nō ad ingrassādas strages populorū ex ambitu, sed vt tormētū crucis Christi in mēbris eius releuet egērib⁹. Idcirco a principibus datur stipēs & ea cōditione sumunt. Cur ergo nō recte dicat sūpra stipēs patrimonii crucifixi. Sed beat⁹ GREGOR. dixit patrimonii tale bene esse in vsum pauperū refer

uatum lib. vi. registri. epist. l. Vigilio, inquit, fratri & coepiscopo nostro dicite vt pensio- nes quas praedecessor eius p annos plurimos de patrimonio nostro percepit, & apud se retinuit, ad nos quia pauperum res sunt, studeat destinare: q si forte aliquo se modo qd non credimus) excusare voluerit, vos qui veritatem ipsam subtilius nostris, reuera qui in ecclesia ipsa tempore illo cura vice domini geretis qualiter se habeat causa differite, & ne res sancti Petri & pauperum eius apud se retinere debeat intimare. Haec Gregorius, AVCT. Ecce quod ante dixit Gregorius patrimonio suum iam dixit res beati Petri patrimonio suum scilicet suum ad curam, sed res beati Petri quartum ad vouendi substantiam & epist. ibi. v. ad Brunehildem reginam Francorum, GREGOR. Quia multarum rerum experimenta nos commouent de excellentie vestre Christianitate confidere: Idcirco paterno salutates affectu quesumus vt propter amorem beati Petri Apostolorum principis quem toto vos scimus corde diligere, dilectissimi filium nostrum Caididum presbyterum praesentium portitorem: vna cum patrimonio ad cuius eum gubernationem transmisisimus auxilio vestri patrimonii foueatis, quatenus potestatis vestre gratia roboratus patrimonio ipsum quod pauperum constat expensis proficere & salubriter regere, & si qua exinde ablata sunt ad ius ipsius patrimonii valeat reformare: proprius ecclesiae homo transmissus est. haec Gregorius. AVCTOR. Ita ergo patrimonium ecclesiae dicit beatus Gregorius qui diu ante monachus effectus cuncta sua dimisit pauperibus Iesu Christi. Sed & Paulus talia quaedam collegit in usus pauperum & si exemplum magis sit pro Anglicis qui similis ad propositum collectas facit papae in numerata pecunia: tamen vbique Christi est hereditas p pauperum eius visibus, verum est dicendum patrimonium crucifixi. Quod si obstat aduersarius pecunias Pauli fuisse spontaneas non exactas certe vtrouique video debitum & veram intueor libertatem. Dico vbi dixit secundum Corinth. viii. In hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico sed pro aliorum sollicitudine etiam vestre charitatis ingenium bonum comprobatis. Debitum autem ad Romanos. xv. vbi dicit, Probauerunt Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis & debitores sunt eorum. Nam si spirituum suorum participes facti sunt gentiles, de-

bent in carnalibus ministrare eis. AVCTOR. Ecce placet ecclesiae secundum terminos apostolicos census & collectas papales de regnis dicere debita quae sint aliunde spontanea. Voluntaria enim sunt a prima origine offerentis, & tamen sunt debita propter causam administrationis & mutuae seruitutis.

RESPONDETUR AD ARGUMENTA
ta Vvitleff, argumentantis non expe-
diens esse fore papam: nec sequitur
Petrum fuisse papam ex verbis
Christi. Cap. LIII.



Multiplicantur rationes odibiles ex subuersis scripturis canonice contra papam. Vnde tractatu secundo de sermone domini in monte, c. li. & est inter conclusiones ter dantatas. xi. VVITCLEFF. Ex isto textu expedit vobis vt ego vadam &c. Fideles eliciunt quod Christus qui promisit fidelibus quod maneret cum ipsis vsque ad consummationem seculi, voluit perpetuo sine tali vicario in caelestibus residere, vt conuersione atque affectione aspirando ad caelestia colligant suam affectionem in domino Iesu Christo, haec Vvitleff. AVCTOR. Quod dicit fideles hoc ex praedicto textu elicere scio quod fideles Christi non vident iustam viam quam infidelis & inuisam doctrinam de tali remoto verbo veritatis eliceret, Fideles enim vtrouque eliciunt, scilicet quod cum eis est Christus vsque ad consummationem seculi & cum eisdem est per interpositionem sui custodis siue vicarii. Vnde GASSIODORUS in expositione super Cantica exponens hunc textum, Vineam meam coram me est semper: quia licet eam meis commiserim custodibus, ego tamen curam semper illius habeo, nec pro illa sollicitus semper esse desisto: sed sum cum illa vsque ad consummationem seculi, haec ille, AVCT. Secundum diuinitatem ergo nobiscum est nec eget vicario: secundum humanitatem vero factus noster pontifex: quia non in se solum est praesens per vicarium. Fallitur ergo Vvitleff, quia pro praesentia deitatis excludit nobis humanitatis vicarium. Aut quid rogo sequitur apud constantem catholicum, Expedit vobis vt ego vadam, ideo volo nullum post me remanere vicarium? Suasionem ergo huius sequele disponit per hoc cum a maiori conclusione ter dantata octaua.

VVITCLEFF. Si inquit fuit expediens ecclesiae militanti quod careret corporali praesentia capitis Iesu Christi sicut contigit quando creuit ecclesia post ascensionem domini secundum illud Ioannis. Expedit vobis vt ego vadam quantum magis proficeret ecclesiae quod careret papa capitaneo qui non equiparatur in virtutibus Iesu Christo, tunc enim descenderet gratia in homines perpendiculariter vt sunt digni, haec Vvitleff. AVCTOR. Iam videtur qualiter infideles praedictam impietatem eliciunt si expedit carere corporali praesentia Christi ergo & corporali praesentia omnis sui vicarii, qui non equiparatur in virtutibus Iesu Christo: & sic expedit carere omni rege & principe temporali qui est vicarius Christi in temporalibus, vel vt melius dicamus expedit carere omni doctore haeretico & pseudoapostolo nec equiparatur Christo, nec alicui eius bono vicario in virtutibus. Sed nonne vis hominem Christum calumniam stultitiae quia peregre profectus post resurrectionem suam in caelos reliquit domum suam ecclesiam dans seruis suis potestatem cuiusque operis, id est apostolis & eorum successoribus & sanctorum, scilicet Petro cui praecipue tradidit clauem regni caelorum praecipit vt vigilet dicens, Simon dormis, Ecce nihil ab eorum cura exceptit dans potestatem cuiusque operis. Inter omnes tamen vnum praefecit cui mandauit vt vigilet. Ergo quis expediebat carere Christo homines non tamen carere seruis eius: & inter omnes illos vnico sanctorum in se & successione eius. Primo ergo expediebat curam expediebat carere corporaliter Christo. Et tunc datis causis videre si per ipsas expediret quod inferret. Augustinus videtur dicere causam vt meritum fidei crederet, quia minus potuit intellectus in deitatem Christi tendere per fidem quia sensus tam intense ferebatur in eum per intuitum corporalem. dicit enim. In de verbis domini sermone sexagesimo primo. AVGVSTINVS. Non esset meritum grande credentium, & beatitudo gloriosa si semper dominus in resuscitato corpore humanis oculis appareret. Spiritus ergo sanctus hoc magnum munus attulit credituris, vt ad eum quem carnalibus oculis non viderent a carnalibus cupiditatibus mente sobria, & spiritalibus desideriis ebria suspirarent. Et infra, Semper quidem diuinitate nobiscum est, sed nisi corporaliter abiret a nobis semper eius corpus carnaliter videre mus. Haec Augustinus. AVCTOR. Ecce

mens credentium spiritalibus desideriis ebria suspiraret ad Christum si carnalibus oculis non viderent eum. Nunquid hoc statim facerent si non viderent Ioannem Paulum aut etiam Petrum? quem vtrique reliquit suum vicarium quod tu etiam confiteris in Trilogi supplemento: & satis in superioribus est monstratum. Nunquid voluit ideo sine Petro capitulo praeposito solus in caelestibus residere, & iterum vt cognosceretur deitas eius recessit humanitas? Vt tamen plenius Christus habeatur in terris secundum deitatem adhuc praesens est per seipsum: secundum humanitatem vero praesens est per aliquem sanctum suum vicarium. Prout declarat Cassiodorus eundem textum in fine expositionis super cantica tractans hunc textum. Fuge dilecte mi & assimilare caprea hinnuloque ceruorum super montes aromatum. GASSIODORVS. Fuge inquit dilecte mi, id est completo & incarnationis tuae & passionis tuae mysterio reuertere ad caelum, vt iam te non sicut hominem, sed sicut deum super omnia te incipiam cogitare. tunc enim audies vocem meam, quia tunc te liberius omni modo praedicabo. Et hoc est quod dominus in euangelio dicit. Ego veritatem dico vobis expedit vobis vt ego vadam. Expediebat enim apostolis & omni ecclesiae vt Christus in caelum rediret, & praesentiam corporalem absentaret, quia dum praesens erat: non poterant eum spiritaliter amare, non poterant eum quem hominem cernebant vt deum inuisibilem, & vbique praesentem cogitare. Sequitur, Fuge dilecte mi, id est recede ad caelestia & qui fuisti comprehensibilis per humanitatem efficere incomprehensibilis per deitatem. Veruntamen ne me in praesenti sine tua consolatione deferas, sed digneris me crebra tua consolatione requirere. Et hoc est quod dicit similis est o capreae &c. super montes aromatum. Sicut enim capreae indomita animalia humanum refugium consortium, & tamen crebro videntur in montibus, sic & tu post tuam ascensionem, licet inuisibilis sis dignare tamen mihi saepius dono tuae gratiae apparere, & hoc super montes aromatum. Montes enim aromatum sancti dei sunt excellentia sanctae conuersionis caelo proximi & odore ac fama virtutum longe lateque fragrantes. Haec illa. AVCTOR. Sed quare si hoc expediens fuit toti ecclesiae militanti minus contulit matri suae, cui Ioannem commendat tutorem non distulit loco sui sicut

Augustinus plane docet super Ioannem in eodem loco textus. Ex illa hora accepit eam discipulis in suam. CHRYSOSTOMVS. etiam super Ioannem in eodem loco. De pape honore. Quanto discipulum honore honorauit, quia enim ipse abibat de reliquo discipulo tradidit matrem, Diligentiā habituro, quia enim decens erat quasi inquit matrem exstantem dolere & procuratorem quaerere, decenter eam committit ei qui diligebatur & huic ait, ecce mater tua. Hæc Chrysostrmus. AVCTOR. Ecce hic habes quia erat Christus abiturus de seculo, ideo decens erat vicarium & custodem matri suæ designare discipulum & non dubium, ita & ecclesiæ militanti: cuius figuram sepe beata virgo, & nō ab re in hoc ipso gerebat: quia Christus erat corporaliter discessurus eo magis esset ei indulgendus vicarius etiam qui non æquipararetur in virtutibus Iesu Christo, ne ex toto viduata deficeret. Nolo fragmenta tua secundum sensum tuum elicias, sed scripturæ præcicam attendamus. Moyses famulus domini post centum & viginti annos mortuus est, nec potuit terram intrare promissam non tamen ex hoc textu sequitur, quod expediret tanquam deo volitum, vt ecclesia illa careret Iesu capiteo qui succedens in locum Moysi ductu suo terram negatā Moysi ipse captaret qui tamen non æquipararetur Moysi in virtutibus dicente scriptura in ultimo pērateuchi. Non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses quem nosset dominus facie ad faciem in omnibus signis atque portentis quæ per eum iussit vt faceret. Aaron quoque mortuus est in monte Hor: & hoc spiritui sancto videbatur expediens, & idem tamen spiritus iudicauit expediens substituere loco suo Eleazarum filium suum qui non æquiparabatur ei in virtutibus tamen ad perpetuandum sacerdotium. Spiritui sancto etiam videbatur expediens vt David rex subtraheret corporalem suam præsentiam exercitui remisso ad capiendum Absalon: eidem tamen videbatur expediens præficere eis Ioab capitaneum qui non æquiparauit David in virtutibus. Iesu Christo etiam videbatur expediens subtrahere manifestum accessum suum ad diem festum & idem iudicauit expediens quod discipuli sui ascenderent qui non æquiparabant ei in virtutibus. Ita dico tibi, Christo expediens fuit ad fidem credentium subtrahere corporalem suam præsentiam mundo, & collocare carnem suam passam ad dexteram dei

patris, vt per spem illuc trahere posset corda fidelium. Ita etiam iudicauit expediens, vt ipso sic subtracto substitueret vicarium suum Petrum qui corporali præsentia palceret oues Christi, & confirmaret fratres suos qui tamen non æquiparauit Christum in virtutibus. & ipso subtracto alius substitueretur ipsi, qui nec esset ipsi par in virtutibus, vt discerent homines per abundantiorē humilitatem non solum Christo obedire & credere propter se, sed etiam puris hominibus propter Christum: & propter hoc huiusmodi tutela pastorum in ecclesia est continua, ex successione perpetua vt vno subtracto ministro, vel pontifice statim in locum illius alius subrogetur. Quemadmodum in mensa domini vno sublato pane statim pro eo inferbatur & alius. Vnde libro primo de tabernaculo tractans hunc locum BEDA. Fit inquit vt mensa domini nunquam inops panis remaneat, vnde mox vno sublato pane alius loco eius substituebatur, cū succedentibus sibi ministris verbi per ordinem nunquam ecclesiæ desunt apostolice, qui siue fidem pietatis siue munditiam actionis & verbis ostendant, & factis semper manente pulcherrima illa sententia qua in laude sanctæ eiusdem ecclesiæ dicitur. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitutes eos principes super omnem terram. Quasi aliis verbis tabernaculo domini diceretur. Pro patribus tuis vetustis parati sunt tibi noui: constitutes eos principes in refectionem cordium spiritualem fidelibus toto orbe terrarum. Hæc Beda. AVCTOR. Mira ergo poliria ista hæretica quæ propter scitum suum perpendiculum damnare oportet totum ecclesiæ fundamentum. Et iterum non mirum si lupus velit pastoris absentiam: cuius rapere satagit & dispergit oues. Semper ergo pastor erit in ecclesia ne lupus oues inuadat. Semper que loco panis viuui qui de caelo descendit, panis erit vicarie subrogandus. Et audiatur ratio scripturæ. sacerdotium Christi attenditur penes duos status. Primus status erat in diebus carnis. Secundus dicitur consummatus in regno. Vnde apostolus ad Hebræos quarto de Christo dicit, quod in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum a morte facere cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est, pro sua reuerentia. Vnde HAYMO. Dies carnis domini nostri Iesu Christi, dies sunt in quibus carnem assumpsit: in quibus temptatus est

& passus, & in quibus mortale corpus inhabitauit, qui scilicet Christus in diebus carnis suæ hoc est quamdiu habitauit in corpore mortali preces supplicationesque cum clamore valido, & lachrymis offerens ad deum, scilicet ad deum patrem. Hæc ille, AVCTOR. Alius status sacerdotii Christi vocatur consummatus & est in regno. Vnde Apostolus ibi consummatus factus est omnibus obtempantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus a deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech, quem probat ibi esse æternum. Ne ergo deperiret sacerdotium Christi secundum verumque statum: ipso iam retinente solum secundum: in seipso, committit Christus primum successiue continuandum in suo vicario quamdiu superest causa talis sacerdotii, scilicet status mortalium hominum viuientium in hac carne. Propter hanc enim causam ab initio esse cum hominibus oportuit sacerdotem secundum dies carnis, vt caro carnem possit sensibilibus informare de spiritu, quia inter symbola facilius est actio, & propter hoc noluit deus mittere spiritum exutum fratribus mali diuitis, sed Moysen habent inquit & prophetas, audiant eos. homines legentes Moysen & prophetas: & Helizeus noluit inuocatione spiritus dei, sed sensibili lauacro Iordanis curare Naman leprosum. Ita ergo oportet Christum habere vicarium mortalem & infirmum pro toto statu huius carnis vt per consimilem secundum quid reducantur in deum. Sic enim expresse dicit. Apostolus ad Hebræos septimo. Lex enim constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes. Et iterum capitulo quarto. Omnibus pontifex ex hominibus assumptus pro hoc &c. qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniam ipse circumdatus est infirmitate. Quod non de Christo, sed de sacerdote legali vel nostro intellexit Apłs dicente Haymone in expositione huius textus. HAYMO. Quod vero adiunxit quemadmodum, & pro populo ita pro semetipso offerre pro peccatis, hoc ad sacerdotes legales siue nostri temporis magis pertinet quam ad Christum: qui peccatum nō fecit. Potest & illud quod dixit, quoniam ipse circumdatus est infirmitate referri ad sacerdotem legis siue nostros, ita vt infirmitas accipiat pro peccato. Hæc ille. AVCTOR. Vult ergo Christus pontificem ex hominibus assumptum infirmitate circumdatum sacerdotium suum secundum dies carnis vicariatim gestare in terris, quibus

ipse idem sacerdotium secundum statum æternitatis per seipsum ministrat in caelis. Arguit iterum contra papam, sed contra Petrum in capite. VVITCLEB. Sicut non sequitur. Petrus fuit vocatus a Christo singulariter Sathanas, ergo Petrus cunctis fuit abiectior: ita non sequitur. Petrus habuit singulariter hæc priuilegia, vt sibi diceretur tibi dabo clauis regni caelorum: & rogauit pro te, vt non deficiat fides tua: ergo Petrus debuit post ascensionem esse papa & caput ecclesiæ militantis: & est conclusio inter eadem damnatas. CXI. AVCTOR. Non singularem sunt in se singula absoluenda ne frustra videamus ea dixisse superius: quomodo enim & ex quibus locis scripturæ Petrus priuilegium papatus accepit, vt esset ascensionem domini Christi caput militantis ecclesiæ prædicta demonstrant: quomodo autem Sathanas erat non tamen inde cunctis abiectior, dicenda docebunt. Vnde enim hanc occasionem dicendi præsumpsit non video quia etymologia vel iterpretatio nominis hoc nō habet. Hieronymus namque libro interpretationis, id est interpretatione Hebraica, inquit, Sathan dicitur contrarius vel aduersarius, & secundum Remigium in interpretationibus Hebraicis, Sathan contrarius vel aduersarius siue transgressor siue præuaricator dicitur. AVCTOR. Sic ergo vere dicimus Petrum tunc fuisse contrarium Christo & aduersum quando ne pateretur suggestit consilium: quod autem fuit tunc cunctis abiectior quid aduoposuit? Beatus enim AVGVSTINVS quasi totum delictum Petri aperiens super psalmum sexagesimum nonum. Præcedere quippe inquit quodam loco Petrus voluit dominum. Loquebatur enim de passione sua: quam si non suscepisset nos salui non essemus, & Petrus qui paulo ante eum confessus erat filium dei, & in illa confessione appellatus erat petra super quam fabricaretur ecclesia: paulo post dicente domino de futura sua passione, ait. Absit domine, propitius tibi esto, non fiat istud Paulo ante beatus es Simon Bariona quia nō reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui in caelis est: modo repente redi post me, Sathanas. Quid est redi post me? seque re me, præcedere me vis, consilium mihi dare vis, melius est vt consilium meum sequaris. Hoc est redi retro, redi post me. Antecedentem compescit vt retro redeat. Vnde appellat Sathanam quia vult præcedere do-

minum. Paulo ante Beatus, modo Sathanas; Vnde paulo ante beatus: quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in caelis. Vnde modo Sathanas: quia non sapiens, inquit quae dei sunt, sed quae sunt hominum. Haec ille. AVCTOR. Quis ergo docuit nostrum Vviteless istam grammaticam, vt Petrus quia Sathanas esset cunctis abiectior cū neologica suffragetur. Sed bene sequitur igitur contrarius, & diuina non sapiens. Sed ex priuilegio confessionis suae habebat, vnde esset petra super quam fabricaretur ecclesia, sic enim istic scripserat Augustinus. Et quomodo petra, super quam fabricatur ecclesia, si non est caput ecclesiae saltem vicarium: Sic enim Christus quia fundamentum fundamentorum idcirco factus est in caput anguli, vt tractat Augustinus super psalmum octogesimo sexto. Ergo Petrus quia contrarius ideo Sathanas, sed quia petra supra quam fabricatur post Christum, ecclesia: inde caput, inde papa.

DE CARDINALIBVS ROMANAE ECCLESIAE.

Cap. LIII.

Effet iam aduersarius sancti Petri & eius in hac alma sede sequacium eis impropere quod sunt Christo dissimiles, statu mundi maiores, paupertatis pristinae contemptores, eleuati, gloriosi, clericorum cardinalium turba stipati, & similia, quae vt dicit Christus pauper non habuit, Petrus non appetiit, Ecclesia christi dico tibi ab ore veritatis granum illud synopsis est, quod accipiens homo filius hominis seminauit in agro suo qui ipso exponente mundus est: maxime ergo ubi caput est mundi. Sed & hoc granum synopsis in agro fatum Romano minimum est adhuc cunctis seminibus dum scilicet inter frigidus sulcos algentem hyemem sustinet principalis tyrannidis: sed persecutionis algore transacto cum feruerit aestas & iam creuerit, maius est omnibus holeribus: & fit arbor ex grano ita vt volucres caeli veniant puta multiplices dignitates, & habitent in ramis eius. Ita ergo arbor robusta ex paruo grano processit, papatus ex Petro, & Christo cultore creuit in ramos patriarcharum puta cardinalium, primarum, pontifi-

cum, clericorum & iam maius est omnibus holeribus specie quod quantumcunque pusillum erat, prius tamen tantum erat in semine. Sed contra hos ramos Vviteless noster, vt audistis prius rotus insurgit dicens, Cardinalium coetum a diabolo introductum. In cuius signum nomen eorum non est reperitur in scriptura: & eos assignat secundos post papam de capitulo Antichristi libro suo de ecclesia & membris capitulo sexto. VVITCL. Christus inquit in scriptura non docuit aliam quam speciem ordinis de capitulo Antichristi. Ergo non est de eius beneplacito, vt sint tales. Capitulum enim istud in istis speciebus continetur vt est. Papa & cardinales, patriarchae, archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, officiales, & decani, monachi & canonici. Fratres in istis quatuor ordinibus sunt & quatuor stotes. Haec Vviteless, AVCTOR. Cardinales vero quantum reor dicuntur a cardine quia mediis eorum officiis, & industria voluit ostium militantis ecclesiae. Vicarius scilicet ostii, quod est Christus. Ac si Moyses in minori populo Iudaeorum non potuit solus portare pondus & iurgia qualiter inter tot milia populi Christiani poterit papa portare solus potera ministrorum & iurgia plactorum seu litium: domini inquit scriptura sunt cardines terrae, & posuit super eos orbem, & quomodocumque sit de nomine, tamen quod tantum est curandum res ab antiquo profecit: quod ex titulorum eius diuisione patefecit. Euaristus enim secundus a Clemente papa primo dictus est cardinalium titulos statuisse. Vnde de gestis Romanorum pontificum ex Damasco, HIERONYMVS, Euaristus inquit natione Graecus sedit annis nouem. Hic titulos in vrbe Roma diuisit. Haec ille. AVCTOR. Quos quidem titulos postea multiplicauit papa Marcellus vice simus octauus a beato Petro, & ante Siluestrum tertius. Et praefato loco notat, HIERONYMVS, Marcellus inquit natione Romanus sedit annis quinque, hic fecit coemiterium via salaria & viginti quinque titulos in vrbe Roma constituit. Haec Hieronymus. AVCTOR. Rursus non est credendum quod tarde venerunt in illam ecclesiam quae semper a sui primordio, mater fuit omnium ecclesiarum & multorum venerabilium ministrorum assiduitatem expetiit. Ab his enim olim electus est papa, vt non ignarus quisquam & iam docendus intraret ad regimen, sed satis expertus & iam probatus a longi temporis vsu doc-

ceret, & clerum & populum Christianum, quod ipse firmiter sapiebat, & si non fallax a temporibus sancti Petri hac regula cepit exordium. Vnde in decreto Stephani papae, STEPHANVS PAPA. Oportebat inquit vt haec sacrosancta domina nostra Romana ecclesia iuxta quod a beato Petro & eius successoribus institutum est rite ordinaretur, in apostolatus culmen vnus de cardinalibus presbyteris aut diaconibus consecraretur. haec ille & est in canone distincte septuagesimo nona. Oportebat, AVCTOR. Videat mihi dicere hoc decretum quod decentius eligendus sit in Romanum pontificem aliquis de cardinalibus presbyteris aut diaconibus. Et hoc a sancti Petri & successorum eius institutione Manasse: quod si ita est nec sancto Petro defuerant cardinales. Iterum ab eorum cardinalium coetu sicut ante dictum est Romani pontificis post futuri agebatur electio. Vnde venerabilis doctor HVGO libro de sacramentis secundo parte tertia capitulo decimo quarto. Quia inquit sedes apostolica cunctis in orbem terrarum praefertur ecclesiis, atque super se metropolitanam habere non potest, cardinales episcopi proculdubio metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum antistitem ad apostolici culminis apicem prouehunt. Haec Hugo. AVCTOR. Bene tangit Hugo necessitatem episcoporum cardinalium huius sedis, vt quia non potest papa supra se metropolitanum suscipere qui aut eum resuscitare possit in sententiis & instruere monitis: aut ab oppressorum releuare tumultibus: saltem assistentes consules, & prouisorum habeat qui hac vice fungantur, episcopos cardinales. sic ergo Euaristus papa propter nudam assistentiam, verbo dei cum praedicare debet papa septem signauit affore diaconos praedicanti. Vnde in de gestis Romanorum pontificum ex Damasco. HIERONYMVS. Fuit inquit temporibus Domitiani & Neruae vsque ad Galbam. Hic septem diaconos ordinauit, qui custodirent episcopum praedicantem per stylum veritatis. Haec Hieronymus. AVCTOR. Postmodum vero Lucius papa duos sacerdotes instituit, & tres diaconos: qui assistentes semper essent pontifici propter testimonium perhibendum de gestis ecclesiae. Vnde ibidem. HIERONYMVS. Lucius inquit natione Romanus, sedit annis tribus hic praecipit, vt duo presbyteri & tres diaconi in omni loco episcopum non desererent propter testimonium

ecclesiasticum. Haec Hieronymus. AVCTOR. Sic ab antiquo tales fuerunt in Romana sede ministri, sed dum nomen cardinalium non cognoscebatur in mundo caeteris appellationibus notuerunt, & dicti sunt Romani presbyteri Romanae sedis quemadmodum catholicus Hieronymus, & Nouatus haereticorum princeps in doctorum scriptis frequentius dicebantur, vel alias sicut apud Augustinum Romanae ecclesiae clerici. Vnde cum Pelagiani falso retorquere vellent, crimen suae damnationis in alios non in papam sed in Romanum clerum fremebat, coetum puta cardinalium apud quem vt dogma cognosceretur apparuit quod scilicet mutassent doctrinam antiquam. Et aliter iam sapienter quod prius sub papa Innocentio docuerunt. Vnde de contra duas epistolas Pelagianorum libro secundo capitulo primo. AVGVSTINVS, Quomodo inquit ab istis fidei defensoribus & oppugnantibus gratia Romani clerici praeuaricationis arguuntur sub episcopo Zoziomo quasi aliud fuerint in damnatione posteriori Celestii & Pelagii quam sub Innocentio in priore senserunt: quia utique cum literis venerabilis Innocentii de paruulis nisi baptizaretur aeterna morte periturus catholicis fidei clareret antigas: praefecto Romano ecclesiae praericator potius esset quicquam ab illa sententia deuiasset, quod deo propitio quoniam factum non est, sed ipsa constanter repetita Celestii, & Pelagii damnatione, seruata est, intelligant se isti vnde alios criminantur, & aliquando a fidei praeruaricatione sanentur. Haec Augustinus. AVCTOR. Audistis iam contra Romanos clericos istos Pelagianos struxisse calumnias: qualiter vt contra eosdem specie clericos cardinales instat patrum tuorum frontem ausus es leuate blasphemam: nec mirum de cardinalium ira virorum qui iudicium suorum sibi aduersas non didicerunt ferre sententias, quod solus facit inter Christi iumen ta pius & docilis animus iam factus vera sedes Christi, & eius asina subtilis. Sed quod fremant gentes & haereticorum populis meditentur inania non ex hoc cessat chorus ille sanctorum patrum fidei tanta sedis assistere, sed vt quantum valet dum militat emula fiat ecclesiae quae triumphat in conspectu sedis eiusdem. Sup. xxiiii. thronos, ipsi sederent xxiiii, seniores circumamicti vestimentis albis propter innocentiam vite, & coronas gestantes aureas propter sapientiam intellectus. Et idcirco gaudebat Augustinus ecclesiam Romanam

manam tunc fuisse a prauaricatione saluam quando per eundem clerum est constanter repetita damnatio, Celestii prætemptata. Ita nempe ita est, nec sine causa thronos sedent quibus datum est in conspectu primæ sedis facere iudicium & iustitiam in terra, & orbis pontificem præmunire consiliis. Vnde HIERONYMO videtur ibi eos loca tenere Senatus libro secundo super Esaiam textu. Et honorabilem vultu & consiliarium admirabilem. Consiliarii quoque Senatus a consule do dicuntur & principes quondam Romani consules appellati sunt vel a consulendo ciuibus vel a regendo cum consilio: & nos habemus in ecclesia senatum nostrum coetum præbyterorum. Hæc ille. AVCTOR. Sic enim pius pater BERNARDVS in eplâ quâ ad eos scribit, Dominis inquit & patribus reuerendis episcopis & cardinalibus qui sunt in curia puer sanctitatis eorum. Nulli dubium quin ad vos spectat tollere scâdala de regno dei, surgentes succidere spinas, sedare querelas: sic enim præcepit Moyses cum montem subit, Haberis ingens Aaron & Vr vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis referetis ad eos. Illum dico Moysen qui venit in aqua, & non in aqua solum sed in aqua & sanguine. Et ideo plusq̃ Moyses quoniam in sanguine venit. Et quia per Vr & Aaron stat zelus & auctoritas Romanæ ecclesie super populum dei ad ipsam merito referimus non quæstiones, sed lesiones fidei, & iniurias Christi, patrum probra atque contemptus præsentium scandala & pericula posteriorum. Irridetur simplicium fides, euiscerantur arcana dei quæstiones de altissimis rebus temerarie ventilantur, insultatur patribus quod eas magis sopiendas quam soluendas censuerint. Hæc Bernardus. AVCTOR. Ecce vides mihi Vitteless cardinales Romanos non habere modicum quid iuris in orbe. Hos habet Aaron & Vr Moyses noster papa. Ita iussit Moyses siquid natum fuerit quæstionis referetis ad eos. Non est nostrum contravenire mandatis, rebellare iudicibus, præuenire principes, & nõ cõiungi psallentibus. q̃ si dicas re psallere, mente psallas & spiritu. Psallebat Saul & queritur, num Saul inter prophetas! Psallebat David & veritatem psalmi pandebat effectus, quia mitius habebat spiritus Saul malignus. Sed si concusseris quæquam, moueris urbem & calumniantibus eam superbis & patres & filios & totam tradideris ecclesiam necesse est, vt postq̃ summos damna-

ueris damneris ab imis. Nescio tamen si in cardinalibus tm̃ damnasti vocabulũ. Quod si non placet cur displicet! si non prodest, saltem quid obest! Quid mihi aut quid contra me q̃ solus diceris Vitteless esse nisi q̃ superstitio doctrine nomen tibi fecit infamia! Sed forte inuides nomen illud ecclesie catholice quod sibi patres tui Donatistę assignarunt, & ex hoc sic appellat eos AVGVSTINVS libro primo de baprisimo paruulorum contra Donatistas cito post principiu. Hoc, inquit, confert & præstat deus per cõmunione catholicã illis qui veniunt ab alia hæresi, vel schismate vbi baprisimũ Christi acceperunt, id est non vt baprisimi sacramentum incipiant habere quod non habeant. Quapropter inter nos & ipsos quodammodo cardinales Donatistas, quorum episcopus apud Carthaginem Primianus est: nam de hac re nulla est controuersia. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Donatistę cardinales habebant, nec obicias. Sequax & vicarij Christi si habeat cardinales, immo si vniuersa ecclesia, habeat: pulmonis tibi spiraculũ exulcerauit inuidia. Magnus insuper Isidorus in officio prædicandi eosdem cardinales coniungit episcopis, & in huius figurã vestit vtrosq̃ sandaliis in sermone ad synodum de significationibus indumentorum sacerdotaliũ, q̃ incipit. Quia sanctitas vestra. ISIDOR. Vtuntur inquit episcopi & cardinales præbyteri sandaliis quæ calciamenta sunt prædicatorum. Habent autem a terra solem integram ne pes tangat terram. Super vero constant ex coriaceo quibusdam locis pertusato, quia euangelium non habet terrenis cõmodis inniti: nec omnia euangelii sacramenta omnibus reuelari, nec abscondi ab omnibus. Hæc ille. AVCTOR. Beatus insuper GREGORIUS noscitur statuisse cardinales nõ aut sine causa vt fideles de ipso credunt. Vnde lib. iiii. Registr. epistola, xiiii. ad Agnellũ scribens ep̃m de fundis, Relatio cleri simul & populi Terracinæ degēris nos valde lætificat ob hoc q̃ de tua fraternitate bona testatur. Et quia defuncto Petro p̃fite suo te Christo cardinalẽ postulatũ constitui, sacerdotũ eorũ necessario cõplẽda p̃uidimus desideria, q̃tin & illi se gaudeat ip̃trasse qd̃ postulat, & nos cõcessisse qd̃ expedit videamur. Quia igitur ob cladẽ hostilitatis nec ciuitate, nec i ecclesia tua e cuiq̃ habitãdi licẽtia, ideo te hac auctoritate Terracinẽ ecclesie cardinalẽ cõstitui? sacerdotẽ. Et ista. Id qd̃ fraternitatẽ tuã scire necesse est qm̃ sic te p̃dicat Terracinẽ, ecclesie

cardinalem esse constituimus sacerdotem vt & fundens ecclesie pontifex esse non desinas nec curam gubernationemq̃ eius prætereas. Hæc ille. Item ordini & plebi consistenti terracinẽ. Idẽ GREGORIUS in epistola subsequẽte. Quoniam grata laudandęq̃ petitioni nec effectum negari nec moram oportet innecti, secundum desideria postulationemq̃ vestrã supra scriptum Agnellum directã præceptio ne ecclesie vestre cardinalẽ esse statuimus sacerdotẽ. Pro qua re dilectionẽ vestrã pater na adhortatione cõmoneo, vt ei obedientiam præbere in omnibus debeatis. Hæc ille. AVCTOR. Hæc est ista Romana ecclesia, celebris præsul cũ clero, papa cum coetu, magnus pontifex medijs Leuitarum, vere enim signa generens certissima q̃ sit primęua proles & hæres maioris ecclesie: quia semper ictibus tunditur, læcessit heresib; & cũ vnaquaq̃ minor soror & ecclesia partialis semissem patitur Romana ecclesia torquetur ad libram. Multum doleo q̃ tantũ ab vno Anglico patiatur heretico: quia lugendã censio Anglicus Angliam. Sed sustinerem si iam terminum malorum prospicerem, Abbas etiam Ioachim me terreat si vera propheteret in expositione sua sup̃ Hieremiã tractans hũc textũ Hieremię. vi. A Dan auditus est strepitus equorũ eius. Quantũ inquit hæresiarche Gregorij Orientaliũ Romanã ecclesiam turbauerunt ipse fremitus Arrianus edisserit, qui suis limitibus non contentus in Attalia Iesabelis filia vsq̃ iam in Italiam suos impetus deriuauit. Trib; ergo Dan significat Paterenos quorũ sectã Attalia prosequitur: sicut Iesabel mater ei; perfidiã Arrianã. Vnde conuincitur q̃ ecclesia Romana tantam ab Italicis hereticis sub imperij potestate diffusis sustinebit iniuriã quantã laceratis populis & dissensionib; fatigatis incurret eius posterij ex quassatione iacturã. Hæc ille. Hãc iacturã in se & in posteris aperire videt in superiori textu. Filia populi mei accingere cilicio. Futurũ inquit est vt ecclesia latinorũ vbiq̃ diffusa quẽ ad terrorem infidelitũ & persecutorum suorum in superbiã fuit posita seculorũ mamillis regis educata, despectui suis hostibus pateat & temporalia in vita relinquat. Vnde patet q̃ sic cur ex voluntaria paupertate contendit ad gloriam sic versa vice ex cupiditate improba a dignitate descendet. AVCTORIS inuocatio. Aspice domine de excelso cælorum habitaculo super sanctuarium tuum super domum Romanæ ecclesie die ac nocte, fuga

hinc flammam omnis diuinæ vindictę superbiã. Dita eam gratis instaura virtutibus. Dñe in quã Iesu Christe inter cæteras creaturas tuas loca sancta cõsecrare dignatus es, & tempora: qui sicut Nazareth angelico nũcio, Bethleem natalitio, Iordanem lauacro, eremum panum miraculo, Syriam prædicatione, Hierosolymã passionẽ, Caluariam sancta morte, & Oliuorum montẽ ad ascensionis scalam & dextram patris ad stationis gloriã: sic absens corpore sed præsens spiritu Romanam ecclesiam ad vicarię sessionis tuæ cathedram elegisti: ita vicepastorem tuum cum sacerdotali choro in hac sede donorum cælestium sedula tua visitatione dignifices, vt verę pacis & sanctimonie cunctæ subiectæ ipsi ecclesie diuina quadam largitate donatæ se gaudeant esse participes. Flacci enim Horatii est, Dii probos mores facili iuuentẽ, Dii senectuti placidã quietem. Romuliã genti date rem prolemq̃. Et decus omne.

Sed Cassiodori nostri melior est sententiã, quẽ est in libro eius de anima in fine. CASSIO DORUS. Vere omnipotẽs dñe, qui & ipsas miserrimas fecisti potẽtes. Nullus regum egentibus tuis par est, nullę purpurę piscatorũ tuorum retibus adqueantur: qm̃ ille in mundanas tẽpestates impellit, hæc ad littus æternæ securitatis adducunt. Pauper de nobis ditẽs ex tuo socius mortalitatis nostrę, vt participes redderet æternitatis tuę. Sequitur. Tu ergo dñe Iesu Christe qui sic pro nobis flexus es, vt homo fieri dignareris: nõ in nobis patiaris perire qd̃ decreuisti miseratus assumere. Meritũ nostrũ indulgẽtia tua est. Dona quod offerã, tribue qd̃ exis vt velis coronare qd̃ p̃stas. Vince de nobis inuidã potestãtẽ q̃ sic decipit vt delectet: se delectat vt perimat. Amen.

DE PATRIARCHIS PRIMATIBVS & archiepiscopis. Cap. LV

Veniãmus tandẽ ad patriarchas & primates qui & in arboris antedictę quẽ a tempore sancti Petri creuit a grano, frondibus requiescunt qui & tales instituti sunt ecclesiis quales providente deo populo carnali Abraham & ceteri carnaliter nascebantur, ne scilicet sanctissimorũ patrũ p̃ quos. Christ; descendit in orbẽ piã memoriã oblitteraret obliuio, & vt veritate sequente figurã equali succiditate sp̃s in germine populorũ


fideliū patres multarū gētium dici possent, & nostri cum patribus synagogæ. Hos vt ante dixi, Vvitleff, noster tertius ponit de capitulo Antichristi. Sed quid de istis sentit fidelitas, melior interpres RABANVS dicat. Ipse namq; libro suo de institutis clericorum capitulo quinto. Ordo inquit episcoporum tripertitus est, id est sunt in patriarchis, Archiepiscopis qui & Metropolitanis sunt, & in episcopis. Patriarcha lingua Græca pater principum siue summus pater interpretat̃. Et ideo q̃ summo honore fungitur tali nomine cēsetur. Sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. Archiepiscopus Græco vocabulo dicitur q̃ sit summus vel princeps episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam, & præsidet episcopis cæteris. Metropolitanus autem idem vocatur eo q̃ præsideat illi ciuitati quæ cæteris ciuitatibus in eadē prouincia cōstitutis quodāmodo mater sit. Metropolis enim Græce mater ciuitatū interpretatur. Hæc ille. AVCTOR. Hæc tamē est episcoporum distinctio trifaria alias quadrifaria esse videtur eidem libro suo de Naturis rerum quarto capitulo octauo de Clericis. RABANVS. Ordo inquit episcoporum quadripartitus est, id est in patriarchis archiepiscopis, metropolitanis atq; episcopis. Patriarcha Græca lingua summus patrum interpretatur, quia primū, id est apostolicum tenet locum & ideo q̃ summo honore fungitur tali nomine cēsetur sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. Archiepiscopus Græco vocabulo dicitur, q̃ sit summus episcoporum: tenet enim vicem apostolicam & præsidet tam metropolitanis q̃ episcopis cæteris. Metropolitanus autē a mensura ciuitatum vocati sunt. Singulis enim prouinciis præminent quorum auctoritate, & doctrina cæteri sacerdotes subiecti sunt sine quibus reliquis episcopis nihil agere licet. sollicitudo enim totius prouinciæ ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines vno eodemq; vocabulo episcopi nominantur, sed ideo priuato nomine quidam vtuntur propter distinctionē potestatis quā singulariter acceperūt. Patriarcha pater principum, archos enim princeps. Archiepiscopus enim dicitur princeps episcoporum sicut metropolitanus a mensura ciuitatum. Hæc ille. AVCTOR. Hæc videtur magis distincta positio, conuenit enim in hac ipsa magno Isidoro libro septimo Erymol. capitulo. xlii. a quo transumpserat omne verbum. Hanc itidem sequi videtur cla-

rus doctor. HVGO libro secundo de sacramentis parte tertia cap. iiii. Sacerdotalis gradus dispares in eodem ordine habet dignitates. Nam post sacerdotes altiores sunt principes sacerdotum, i. episcopi. Supra quos iterum sunt archiepiscopi, & supra illos qui dicuntur primates, supra quos quidam patriarchas constituit voluit, alii eosdem primates & patriarchas dicunt. Nos tamen quatuor tm̃ ex antiquo vsu ecclesiæ patriarchas nominatos inuenimus, scilicet Alexandrinū, Hierosolymitanum, Antiochenum, Aquileiensem, qui post Grædenfis dicitur est: nisi forte secundum proprietatem linguarum iidē ipsi alibi patriarchæ, alibi primates appellati sunt. Hæc Hugo. AVCTOR. Ex his quidem videri potest prædictarum dignitatum intra episcopatum formata distinctio, ita vt super plurimos præferatur, vnus in quem tã auctoritate q̃ doctrinæ vnitatem multitudo concurrat. Nouit enim prudens artifex deus q̃ non poterat vna fides seruari, vbi nō multa rediguntur ad vnum: & idcirco multi sacerdotes ad vnum supponuntur episcopum. Episcopi etiam multi ad vnum fluunt primatem: multiq; primates cum iã sint facti pauci de pluribus ad vnum patriarcham: & tandem cum ab antiquo sint tm̃ quatuor patriarchæ ipsi ad vnum se conuertunt summum pontificem. Sicq; ab vno legislatore seruabitur per vniuersum orbem vna fides: & per dispersissimas gentes vna seruius vni deo. Aut dicat Vvitleff quantum recolere sufficit si per tot centenos annos tanta nationum diuersitas aut gentium multitudo vni seruiuit vnq; domino temporaliter: aut si per regimē Iudæorum, verus dei cultus tãto tempore sit seruatus illeus, quanto tempore sub Romano pontifice tot dispares nationes Christo domino militarūt sub eisdem legibus, in vna fide & vno cultu simplici Christiano: sed ideo secundum Aristotelem in politicis per nem fabricam facit concursus regularis partium ad suum centrum, vt in testudine facit exemplum. Sint ergo post summum pontificem quatuor patriarchæ per quos ad quatuor mundi partes vna doctrina fidei Christianæ perueniat, & per quos in vnum caput fracta fides sicut per apostolos egra proles mediana ducatur ad Christum: qualem archa Noeī qua vera figura erat ecclesiæ, inferius quidem capacissima, sed supra terminabatur ad cubitum. Non dubium quin ille minatur ruinam domus Christi, & quasi fabrica-

cam qui opat nō cōcurrere sed dispersos esse lapides sanctuarii in capite omniū platearū. Idcirco ipsa gentilitas docere potuit Christianos dignitates potestatum ecclesiasticarū locare per orbem: qualiter HVGO vbi iam supra. Isti, inquit, ordines sacri diuersis locis per orbē terrarū quacūq; ecclesiæ sanctæ corpus diffusum est disponuntur: non solum voluntaria ordinatione spiritaliū patrum sed ex ipso quoq; gētilitatis vsu conuenienti ratione assumpta. In illis siquidem ciuitatibus vbi olim gētiles flamines suos constituit cōsueuerant, ibi nūc episcopi ordinantur: vbi vero archiflamines dispositi fuerāt, archiepiscopi successerunt. Lege librū Clemētis, illic inuenies quomodo beatus Petrus p̃ diuersa orbis terrarum loca principes ecclesiæ dispositi instituit. Hęc ille. AVCT. Is autem liber Clementis quem Hugo designat in principio illius libri, qui vocatur decreta pontificū sollet inscribi, & sic habet CLEMENS. In illis, inquit ciuitatibus in quibus primi olim apud Ethnicos primi flamines eorum atq; legis doctores erant episcoporum primates poni iussit vel patriarchas q̃ reliquorū episcoporum iudicia & maiora quotiēs necesse foret negocia in fide agerent: & secundū domini voluntatem sicut sancti constituerunt Apostoli, ita vt ne quis iniuste periclitaretur definirēt. In illis autem ciuitatibus in quibus dudum apud prædictos erant Ethnicos eorum archiflamines, quos tamen minores tenebant q̃ memoratos primates archiepiscopos institui præcepit, q̃ non tamen primatū sed archiepiscoporū nomine fruerētur. Hęc ille. AVCT. Hęc sufficit Petri Christi vicarium iussisse & intinasse Clementi ne garrirer Vvitleff, in ecclesiam, inuenisse vos pro dignitatibus vestris locandis solū per fidem gētilitatis exemplum. Sed ergo non instituāt sequaces eius ecclesias, nō ministros nec vllum solennē dei cultū si apud gentiles tales ritus inuenire cōtingat: & nō ret hereticus necessitate vnam habendā tales primates secūndū sub & supra varie situatos vt reliquorum, inquit, episcoporum iudicia & maiora quotiēs necesse sit in fide agitare negocia valeant & tertio vt nequis iniuste periclitaretur auctentice definirent. Meliorem si potest præter hęc tria prædicta inueniat. noster Vvitleff, legis semitam, aut ecclesia hoc obseruet, quod ab olim & ab ecclesiæ nascētis exordio obseruauit, & vt sancti Petri & reliquorum Apostolorū validū institutum sit: sic stabilire rē decreuit ecclesia in sancta ma-

gna Nicena synodo. cap. xii. sub epistola testatoria Iulii pape. CONCILIVM Nicenum. Q̃ non alię metropolitanę ecclesię primates sint, nisi illę quę prius primates erant & post Christi aduentum auctoritate Apostolica & synodali primatē habere meruerunt. Reliquę vero non primates sed metropoles vocentur, earumq; episcopi nō primatium sed aut metropolitanorum aut archiepiscoporū nomine vtantur. Hæc ibi.

De episcopis. Caput LVI.



E Episcopis tertius iã locus exigit lectionem, quos Christi aduersarius securum hunc ordinē vestiuir in cap. Antichristi, & alibi cū ad pauciora reducit inter quatuor sectas siue quatuor ordines nouellos episcopos numerat inter primos, veluti est illud eius principium de sermone dñi in monte, tractatu. ii. cap. li. VVITCLEFF. Rationi, inquit, consonat, & scripturæ, quod nō existente papa aliquo vel cardinali vel persona aliqua de quatuor sectis nō min⁹ sed probabiliter magis staret ecclesia militans in fide & virtutibus quàm stat modo. Et intelligit vbiq; p̃ quatuor sectas prælatos Cæsareos monachos, canonicos, atq; fratres. Sic stat cōclusio ter damnata. xliii. Quorū omnīū rimatus originem dicit eos nō fundatos a Christo vnde est: cōclusio ter dānata. xxxiii. VVITCLEFF. Si per impossibile doceri possit q̃ aliquę illarū quatuor sectarū a deo sumperūt originem, tunc de rāto foret color fidelibus ad sectas de cōditione laudabili approbadas: cum autem non sit a deo sumperunt originē licet Christianis ipsas redarguere: quia qui nō intrat per ostiū, sur est & latro. hęc Vvitleff. AVCT. Restat ergo fidelibus Christi redargutionem istā redarguere & sanctorū Christi antistitū primo a Christo domino nostro probare originē. Nescio tamen si heresis ista ad tantā hebetudinem mētis & obliuionem veritatis deuenerit vt necesse sit probare eis Christū instituisse episcoporū officium: & si nesciant Christū instituisse sacros Apostolos simul episcopos: de quorū pessimo scilicet Iuda palam ista ppheticè cecinit. Et episcopatus eius accipiet alter. Et nunquid sacer idē chorus Paulum & Barnabam contra votū Christi constituerunt episcopos. Postea q; idē Paulus etiam cōtra Christum instituit episcopū

Timotheum & Titum Cretensem. Priorem illorum docens in epistola officium veri episcopi & quomodo oportet eum irreprehensibilem esse. Quod si per scripturam sola admittas constitutos episcopos, & eos dānas qui extra scripturam antistites ordinantur, nōne perditionis argues sanctum Petrum qui multos in scriptura nō memoratos instituit? & ultra, Clementē docebat ad alias partes novos episcopos mittere ad quas ipse non legauit. Vnde in epistola Clementis ad Iacobū, Hierosolymorum, cito post medium, CLEMENS, Episcopus, inquit, per singulas ciuitates quibus ille non miserat scilicet Petrus, per doctos & prudentes vt serpentes, & simplices vt colubas, iuxta domini praeceptū, nobis mittere praecepit quod etiā facere inchoauimus & domino opem ferente facturi sumus. Vos autē per vestras dioeceses episcopos sacrate & mitite: quia nos ad alias partes quod idem iusserat agere curabimus. Aliquos vero ad Gallias Hispaniasq; mittere, & quosdam ad Germaniam & Italiam atq; ad reliquas gentes dirigere cupimus, vbi autem ferociiores & rebeliores gētes fore cognouerimus, illuc dirigere sapiētiores & austeriores necesse habemus, qui quotidie nō cessent diuina semina seminare. Hęc Clemens, & est in decretis pontificiū. AVCT, Ecce habes hic episcopos ad iussione Petri per Clementem sacros: vtrum isti fures sint & per ostium Christi nō intrauerunt: dicat noster Iatro. Sed hunc textum tuū peruersum aliquis forsitan secretus tuis accedit interpretens dicens te hoc non intelligere de veris episcopis Iesu Christi, sed de Cæsareis & diuitiis & mundi opibus implicatis: tales inquit non instituit Christus Iesus. Assumens dogma tuū in opere sermonū epistolariū sermone. xxvii. VVITCLEFF. Vbi dicit quod sicut anima in subtilitate distat a corpore: sic episcopus Pius distat ab episcopis per mundanos peruersis. Primo enim ad tēpus successerunt episcopi per Petrum & Clementē & sanctos alios loco Christi. Sed a tēpore quo relicta Christi imitatio & mundi diuitiis peruersi sunt sub doctrina & ductu scholastico Antichristi. hęc Vvitecleff. AVCT. Ex hac ratione volens reputari subtilis nō omnes episcopos dānat sed Cæsareos, & eorū sciscitatur originem: ac si quæret quis fecerit hūc rogatum presbyterum aut calciatum & nō possit apte responderi quod deus, sed quod sartor vel futor. Aut si quis maniacum seipsum nō a suis pa-

tribus sed ab elatione propria habuisse principium dicat. Satis est hęc inepta rhetorica & logica puerilis. Non enim nisi rudis grāmatica talem peperit dogmatistam. Non mirū si indigne ferā nomen opprobrii. AVGVVS. certe male tulit Arrianos appellantes catholicos homouianos sermone suo cōtra Arrianos: qui & cōtra sermonem Arrianorū. Cum se tanta ista voragine impietatis immergūt nos tanto opprobrio noui nominis homouianos vocant. Ita enim sese habet catholicae veritatis antiquitas vt ei omnes heretici diuersa nomina imponant: cū ipsi sua singula sicut ab omnibus appellatur obrineant, Arriani quippe & Eunomiani & alii heretici nos vocant homouianos quia cōtra eos Græco vocabulo homouision defendimus patrē & filium & spiritū sanctū, id est vnus eisdemq; substantiæ, & infra. Ecce quod nos quasi macula noīis vocant homouianos nec seiplos cū ista sententiā intuerent insanos. hęc August. AVCT. Ecce nō est nouū apud hereticos puerila nomina obiectare catholicis. Sed cū ipsi ab omnibus vocentur singulis suis nominibus principū vel sectarū puta Arriani ab Arrio, Manichei ab Manichæo, Faustini a Fausto. Et vt accedamus propius Amorreī a Vvillhelmo de sancto amore, Vvitecleff & Vvitecleff, & sic de aliis tamē catholici viri ab hereticis nomina nō eadē sed diuersa suscipiāt: sicut vocabantur ab Arrianis homouiani, a Pelagianis Manichei sic enim appellabat nos Iulianus eccliaenensis, vt refert August. contra duas epistol. Pelag. lib. i. cap. ii. & iam a Valdēsis & Vvitecleff. papa dicit antichristus, episcopi oēs & collegiatus clerus in cathedralibus ecclesiis, & alibi, & in monasteriis dotatis vocant Cæsareis ab eodē, & fratres nō dotati caymites. Principes quoq; Christianos qui cōtra eos defendunt ecclesiā appellant principes sacerdotum. Ita vt nullus pene sit vir pius in ecclesia quin ab isto vitio maligniloquo peruersis nominibus se sentiat esse lesū, quē admodum notauit AVGVSTINVS quendā Vrbicū ad Casulanū presbyterū in epistola. Sermonē inquit cuiusdā: vt scribis Vrbicū paulo diligentius ipse cōsidera; & videbis ipsum pene vniuersam Christi ecclesiā ab ortu solis vsq; ad occasum verbis iniuriosis nimis nequaquam lacerare timuisse; nec dixerim pene vniuersam sed plane. Nam neq; ipsi quorum consuetudinē sibi videretur defendere, inuenitur pepercisse Romanis, sed quomodo in eos quoq; redderet conuiciorum eius impetus nescit qui nō aduertit. hęc ille.

AVCT. Agant tamen patiēter domini mei cum viderint eū sequere in ipsos qui æque lacerat omnes gētes. Sed & ego quāuis crapulam verborū eius indignāter assumā ex parte sanctorū Christi antistitem, dico nō habere ecclesiā catholicā episcopos vsquequaq; Cæsareos quia hoc nūq; dicunt quod patres tui primēui dixerūt heretici. Ego sum Pauli, ego Cephæ, ego Apollo. Quod si Petriani a Petro cōsecrante dici continent: sed dicunt, episcopi Christiani, quia omnia sunt Christi, multo magis a caduca dote contingite per Cæsarem, ex qua nullā substantiā episcopalis gradus assumunt, Cæsareis nisi cū iniuriā dici nolunt. Vnde si dānationis poenā iuste ferre debet quod Cæsareos episcopos primitus ordinauit, nō censentur tui sectatores te male damnatum qui prelatos cæsareos & episcopos primo omnium hominum genueris in hunc mundū. Lege scripturas, lege canones, lege sanctorū libros & codices seculares si vnq; inuenieris episcopos dici Cæsareos quousque ad tetros & spurcos tuos quaternūculos ingitōres veritatis dignetur aduertere. Sint igitur episcopi tui si quos habes tui dogmatis sectatores episcopi si sic vis dici Cæsareis: episcopi catholici sint Christiani. Vis tibi ostendā tuos episcopos: illos aspice patres tuos qui cū Cæsare, Constantiū Arrianū fecissent, episcopos fecerūt palatii non ecclesiæ. Sanctus pater detulit illos HILARIVS in libello suo contra Constantiū Augustinum qui incipit. Tēpus loquēdi. Cum, inquit, intellexissent & ii qui dissimilem deū dicunt, humanas aures tantæ impietatis verba non suscepturas esse: rursum ii ipsi palatii potius quā ecclesiæ episcopi sibi dem fecerunt homouision dissimilitudinē damnant. AVCTOR. Isti ecce episcopi tui & patres tui. Cognati enim esse debent Cæsareis tuis, episcopi Palatini. Quid est quod p̄das quod rides in episcopis, vnde appelles eos Cæsareos: iam dixit supra, quia contra iustum & factū dñi dotem eius admittunt: sed prodas vbi dominus hoc vetuit. Deuter. xviii. inquit sub iis verbis non habebunt sacerdotes & Leuitæ & omnes qui de eadem tribu sunt partem & hereditatē cum reliquo populo Israel. Sed si hoc praeceptū ad sacerdotes nostri tēporis se debet extendere, saltē non ex nudis verbis sed & ex factis legis, legē tuam sacerdotū & Leuitarū non decet exponere. Adeamus Ibraum Neemię vbi videre possumus quid sit tūto factū. In reditu enim a captiuitate Persica sanctificauerūt omnes se tribus Israel &

inter omnes principes Leuitarū & sacerdotes & Leuitæ sponponderunt pro fratribus suis pollicentes ad iurandum & ambulādum in lege domini quā dederat in manu Moyfi serui dei: & facerent & custodirent vniuersa mādata domini & iudicia eius & cērimonias eius: & super omnibus his percurimus aiunt foedus & scribimus & signant principes nostri & Leuitę nostri & sacerdotes nostri. viii. cap. ix. & tādē ibidem cap. x. scribitur. Habitauit autem vnusquisq; in possessione sua vrbibus suis in Israel sacerdotes & Leuitę nathinei & filii seruatorū Salomonis. Itē ibi in fine cap. Reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitę habitabant in vniuersis ciuitatibus Iudæ, vnusquisq; in possessione sua: & nathinei qui habitabāt in Ophel. In. xi. cap. item scribitur. In dedicatione autē muri Hierusalem requisierunt Leuitas de omnibus locis suis vt adducerent eos in Hierusalē & facerēt dedicationem in letitia & actione gratiarū. Sequitur. Cōgregati sunt ergo filii cantorū & de campestribus circa Hierusalē & de villis netophathi & de domo Galgar & de regionibus Geba & Asmianech, quoniam villas edificauerunt sibi cantores in circuitu Hierusalē. Hęc omnia si vera sunt sicut sunt verissima, possessio nes habebāt immobiles villas domos & edificia sacerdotes Leuitę & cantores qui & erāt Leuita per Asaph: vt patet primo Paralipomenon. vi. Neemię etiam primo cap. Habitauerunt sacerdotes & Leuitæ sanitores & cantores & reliquū vulgus nathinei & omnis Israel in ciuitatibus suis. Ecce sacerdotes habitabant in ciuitatibus suis. Iam quid dicendū est nūquid peccauerunt in dominū sacerdotes retinētes domos villas & possessiones immobiles eo quod dixisset dominus, Nō habebūt sacerdotes & Leuitæ partem & hereditatem cum reliquo populo Israel: & quomodo ergo non arguebātur rei fractifcederis quod sponponderunt ad ambulādum in lege domini quā dederat in manu Moyfi: quod etiā principes eorū scribebant & signabant. Maxime cū violatores sabbati & ducētes mulieres alienigenas puniebātur tunc acriter & alii ruptores legis. Inter quos Sanbalath gener magni sacerdotis erat fugatus. Nullus ibi legitur Leuita vel sacerdos punitus. aut etiā alibi per scripturas pro sorte sua domus aut villæ vel cuiuscunq; possessionis immobilis. Istis ergo apud quos tūc erat legis cognitio indulgētū est, & ex factis eorū sugēda est interpretatio legis iusta. Vnde si nō poterat obligare p̄dicta

lex sacerdotes & leuitas istius temporis quo minus haberet possessiones immobiles cum ipsi essent filii literæ quomodo incipiet a tā pcul sacerdotes nostros & episcopos obligare iā effectos filios gratiæ de dotatione tamē & iure possidēdi nostris sacerdotib⁹ licito dicitur vt deus dederit dicto li. iiii. Vbi habere poterit libere pedē suū. Sufficit autē in hoc loco nō debere episcopos sperni catholicos p dote Cæsaris quā in vsus pauperum administrant. Si tamē administrat & nō propter illā reponendā sacrū oprant ministeriū: de quali bus dicit ecclesiastici. c. x. In risu panē faciunt: qđ exponēs HIERON. in cōmentario. Nūc, inquit, de magistris eis loquitur: & quia visus fuerat accusare eos, cur tacerent & nō vterētur officio magistrorū, & epī p̄sbyteri in ecclesia cōstituti non laborarent in sermone & doctrina qđ & Tit⁹ monet vt faciat & Timotheo p̄cipitur ne gratiā negligat quā p̄ impositiōne man⁹ acceperat, sed in eo existimant se p̄sbyteros & ep̄os vt salaria acciperēt, & multi p̄ceptores honorē duplicē quererēt: qui laborātib⁹ in doctrina & sermone debent, hęc Hieron. AVCT. Bene dicit Hieronym⁹ eos ep̄os & magistros culpabiles qui honorē duplicē debent his qđ doctrina & sermone laborāt querūt, & tacētes ab vtroq; officii nō exercebāt: maxime autē qui se ep̄os & p̄sbyteros nō estimāt vt salaria accipiant vt dominia sua possideāt, vt dominent in plebe nō vt plebē informēt non dubiū, quia Cæsaris dotē Christi famulati in affectib⁹ p̄fererūt quin epī Cæsari iustissime dici possint: sed hoc p̄ uerle mētis electione nō aliqua institutione, lapsu non statu, malo merito non ex officio. Isti enī cōuenit illud Esai. Vos depasti estis vineam meā rapinā pauperū in domo vestra: quare atteritis populū meū! Vbi HIERON. in cōment. lib. ii. Ad nostros principes referri potest si atterāt subiectā sibi plebē & paupes delinquētes publice arguāt atq; cōfundāt: diuitib⁹ autē peiora peccātib⁹ ne vel mortū qđ facere audeāt & rapinā pauperū in domibus eorū qñ replēt thesauros suos & ecclesię opibus abutunt̄ i deliciis publicas: qđ stipes & qđ ad sustentationē paupū data sunt vel sibi referuāt vel p̄pinqvis distribuūt, & alienā inopiā suas suorūq; faciūt esse diuitias. hęc Hieron.

DE NECESSITATE EPISCOPORUM
in ecclesia dei propter confirma-
tiones & ordinationes.
Caput LVII.



Ecipiantur qui volunt & X
credāt glossatorib⁹ Lollar
dorū dicētib⁹ patronū suū
Vvitleff. nolle exterminium
sacrorū Christi amittitū
quo ad substantiam ordinis
sed ad dānationē abusus. Ego scio cōuenientia eius ad antiquos
hereticos qđ solēt demoliri sibi
subterraneas vias & dolosos
cuniculos: ad quos cū dēphēdi
debeāt sub verborū quorūdā
caliditate cōsurgūt: & nacta
opportunitate & fauore
auditorū, iterū exitus planā
doctrinā suā sine simulatione
proponūt: sicq; cauernas
dogmatū peruerforum intrāt
& exeūt: tenēt & deserunt:
& dū veritatis locū tenere
putāt, semp in primē falsitatis
sue cauernula delinēcūt: hoc
ipm docet nos sanct⁹ GREGORI⁹
de eis loqēs li. viii. moral. c. iii.
sup hunc textū Iob, Nō inueni-
tis in lingua mea iniquitatē.
Solent autē heretici alia apte
dicere alia in occulto dicere.
Per linguā quippe apra locuti:
p̄ fauces vero occulta tractatio
designatur. Sanct⁹ igitur ecclesię
nec in lingua iniquitas nec
stultitia in faucibus resonat:
quia ea que p̄ publicā locutionē
p̄dicat etiā p̄ intimā fidē seruat:
nec in apra aliud docet atq; in
occulis aliud retinet: sed & quod
sentit loquēdo eicit: & qđ loquitur
vidēdo custodit. hęc ille. AVCT.
Nōlite ergo falli bona est cōsuetudo
simplicitas: sed vt Christus eā
laudauit sub prudētia serpentina,
volo & ego iuuante deo de cauernā
sua viperā detrahere. Ipse enī de
ipsis loquēs libello suo de quatuor
lectis nouellis, cap. vi. VVITCLEFF.
Restat, inq; parūper vltērius
tractādū de errorib⁹ qui ep̄iscopos
Cæsareos cōsequunt. Dicit enī qđ
reseruāt sibi cōfirmationes &
collationes ordinū & oīno cōsecrationes
ecclesiā ac calicū & ornāmētōrū
similiū cū aliis absolutionib⁹ &
priuilegiis in finitis: & ratione
istorū est p̄dicatio & vita apostolica
cōmutata. Cōstat ergo qđ sine
his lectis quatuor & quacūq; illarū
sterit ecclesia Christi post
ascensionē p. ccc. annos in suo
robore lōge p̄superius qđ post
sterit. hęc Vvitleff. Est & hęc
ter dānatariū. cōclū. ix. Expimento
cognoscim⁹ qđ papa vel mortuo
vel deposito cū suis cardinalib⁹
& platis cæsaris nō min⁹ sed
amplius p̄speraret ecclesia: nā
quantū ad sacramētū cōfirmationis
cū sacramētō ordinis & benedictione
chrismatis cū ecclesiis dedicādis
qđ appropriāt ep̄is, videt qđ
Christus p̄pēdiculiter residēs in
cælis sup iustos presbyteros
daret illis potestātē talia faciēdi.

hec ille. AVCT. Ecce promisit se tractare de errorib⁹ ep̄orū & intendēs qđ subdidit qđ reseruant sibi, inq; cōfirmationes, collationes quoq; ordinū & cōsecrationes altariū: at statū fodiēdo sibi cisternā ratione inq; istorū est vita apostolica & p̄dicatio cōmutata, & ita i se quētū heresi, cū dixisset qđ sacramēta cōfirmationis & ordinis etiā Christi sine ep̄is faceret. cauernā sibi fodit quo fugiat. Christus, inq; residēs sup iustos p̄sbyteros daret illis potestātē talia faciēdi: quasi dicat si ad publicū sim vterus examē, nō maledixi sup iustos p̄sbyteros quia dicā solos ep̄os esse iustos: sed interim docebo discipulos quoslibet sacerdotes simplices esse tales. Et quod cōputauit errorē ep̄iscoporū reseruare sibi cōfirmationes ordinationes &c. hoc quoq; docebo priuatū vt termini sonāt, sed cū ad eos venero color erroris erit qđ p̄ istis vitā apostolicā & p̄dicationē omittēdo commutāt. Sed nolite ergo patres nolite cōfidere in verbis mēdaciū expectantes quid hereticus ipse intēdat dū Christi domū incēdit: quia dū superbit impius incēdit pau per. Sed videte quid simplices ex eius studiis referāt: & hoc eius perfidiā esse cūcti fideles agnoscat. Alioquin accedamus & nos & ego quero an collationes ordinū & cōsecrationes altariū reseruabātur tm̄ ep̄is post dotationē Cæsareā an p̄ totū trecentariū p̄taxatū. Si sic, cur ergo ex reseruatione talium crimē infertis Cæsareorū p̄rificū cum toto tēpore illo fuerit eis Cæsares semp aduersi. Sed scio dicturos illos esse quibus falsē qđ nō: sed ex maioritate sua seculari post dotationē Cæsareā hęc sibi ep̄os reseruasse poterēt. Et ego ergo ad supremū virū Dionysii a dotationē regia satis longinquū ascēdo. Ipse nēp̄ libro suo de ecclesiastica hierarchia, c. vi. de ep̄is loquens, & ab inferiori sacerdotio eos segregās, DIONYSIVS. Hierarchia, inq; ordinis virt⁹ in oib⁹ capit sanctis totalitatib⁹, & p̄ oēs sanctos ordines operatur, propriā hierarchiē ministeria. Excellēt autē ipsis p̄ter reliquos ordines ad p̄p̄riā opationē diuina lex attribuit diuiniore sc̄ificatiōes. Itē autē sunt p̄fectiue hierarchie virtutis imagines, p̄ficiētes oīa diuinissima signa, & oēs sc̄tōs ornāt. Et si enī & a sacerdotib⁹ p̄ficiūt quēdā venerādoz signorū. Sed nequaquā sanctā dei generationē sacerdos operabit sine diuinissimo vngueto. Neq; diuine cōsōnis p̄ficiet mysteria nisi diuinissimo altari cōsecratiuis ip̄positis signis. Sed neq; ipse sacerdos erit nisi ab hierarchicis p̄fectionib⁹ ad hoc fortē fuerit cōsecutus. Vnde

diuina legis latio sacerdotaliū ordinū sanctificationē & diuini vnguētū p̄fectionē & sanctā altaris p̄fectionis opationē diuiniore hierarchiā p̄fectiuis virtutib⁹ singulariter segregauit. hęc Diony. ex trāslat. Ioā. saraceni. AVCT. Magna dei miseratio qđ tā antiquus doctor cōtēperaneus & discipul⁹ sancti Pauli & curus gesta in actib⁹. Apost. scriptura cōmemorat huic nouello aduersario fidei tā apte repugnat. Virtus inquit hierarchica. i. ep̄alis oēs cōprehēdit ecclesiasticas sanctiones & nō humana sed diuina lex, inq; appropriat eis sup alios ordines diuiniore sc̄itates. Quia & si sacerdotes inferiores possunt sanctificare baptizādo cōsecrādo eucharistiā & hmōi sed tamen simplex sacerdos nō baptizat sine vngueto diuino. i. oleo sacro, nec cōsecrat nisi si in altari cōsecrato, nec ipse potest cōsecrare nisi sacerdotiū suū ab ordinatione ep̄i cōsecrat. Vnde & dicit hęc tria solis reseruauit ep̄is lex diuina. Aperit autē istū textū lucid⁹ sanct⁹ Thomas ex cōmento. VERCELLIENSIS sup eisdē. c. vi. Lex inq; diuina excellētē tribuit ordinū ep̄iscopali super reliquos ordines diuiniore sc̄ificatiōes ep̄iscopales ad opationē sibi appropriatā. Itē autē sanctificationes ep̄iscopales sunt p̄fectiue imagines diuine virtutis p̄ficiētes oīa signa & ornāt ecclesiasticos. Quis enī a sacerdotib⁹ quā mysteria symbolica impleant vt baptism⁹ & cōsecratio eucharistiē cū quibusdā p̄nētis, tamen baptism⁹ nō celebrat solēnter sine chrismate & eucharistiā cōfici in altari, chrisma autē & altare nō nisi ab ep̄o cōsecrantur. Sed nec aliq; sit sacerdos nisi ab ep̄o cōsecrat⁹. Vnde diuinit⁹ ordinat⁹ est ad solū ep̄m p̄tinere sacerdotiū, chrismatis & altaris cōsecrationem. Hęc ille. AVCT. Iā videtis plane falso loquūt p̄fidi Vvitleff. volumus in hoc ipso loco cōputare eius mēdacia. Primo vt dicit hęc tria Christū facturū per iustos presbyteros papā iā mortuo & p̄latis ep̄is vniuersis quos ipse vocat Cæsareos Dionysius dicit & a suo tpe ista segregata ep̄is seorsum a iure sacerdotū simplicium. Vvitleff. dicit sacerdotes posse cōsecrari a sacerdotibus non sic ep̄is. Dionysius dicit nec in altari cōfici posse quicq; nec quicq; in illo posse cōsecrari, nisi prius ab ep̄o consecrēt. Vvitleff. dicit ista reseruasse sibi ep̄iscopos. Dionysius dicit: diuinit⁹ ordinat⁹ & qđ diuina lex attribuit eis diuiniore sc̄ificationes. Vere enī putādū est a deo mansisse talē legē qđ tā cito & quasi i aurora ecclesię se mōstrauit. Inde credendū est tantam obri-

nuisse cōstātia vt p sequētes annos cōtinuos diuelli nō posset. Vnde in cōcil. Hispalensi. ii. cui forsan magnus interfuisse videt Isidorus cap. v. HISPALENSE. cōciliū secundū. Quinto iudicio ad cognitionē nostram amauigabrensi s diaconi relatu deductum. est de quibusdā ipsius ecclesiae clericis: quorū vnus dñi ad presbyterii, duo ad leuitarū ministeriū cōsecraretur, episcopus eorū oculorū dolore detentus, ferrus manū suam tantū sup hos posuisse, & presbyter quidā illis contra ecclesiasticum ordinē benedictionē dedisse, qui licet propter tantā praeumptionis audaciā poterat accusari iudicio presentī dānari si adhuc in corpore posset, nō fuisset mortis occasione praeventus: sed quia ille examini diuino relictus humano iudicio accusari non potest: si qui super sunt & ab eo nō cōsecrationis titulum sed ignominie potius elogium pcepertunt: Ne sibi licentia talis vsurpatio faciat decreui mus vt gradū sacerdotalis vel Leuitici ordinis, quē puerse adepti sunt depositi a quo iudicio amittant. Tales enim merito iudicandi sunt remouendūq; prae inuenti sunt constituti. Hęc ibi, AVCT. Ecce de ordine sacro tantū decretū cōciliū vt reputari nō possent ordinati qui impositionē quidē manus prae sulis acceperunt sed benedictionē substituti p̄byteri cōtra more ecclesiastici ordinis, & iubere episcopo p̄ceperūt. Tāta est ergo de iis maioribus rebus faciēda consciētia vt non immerito tā diuine legis sanctione q̄ humane restrictionis coercionē aut nulla videantur aut ab episcopis sacris suā iubeant sanctitatē. Vnde i eodē cōcilio subdi. c. viii. HISPALENSE cōciliū. Iterū septima actione relatum est nobis veneratissimū quendā Agapitum cordubensem vrbis episcopū frequenter coepiscopos vel presbyteros destinaſſe q̄ iuxta canones vnum sunt, qui absente pontifice altaria erigerent, Basilicas cōsecrarent: quod quidē non est mirū id p̄cepisse virtū ecclesiasticæ disciplinæ ignarum & statim a seculari militia in sacerdotale ministerium delegatū. Ergo ne vltra in nobis licētia talis vsurpetur cōmuni sentētia statuendum oportuit sciētes q̄ sicut presbytero vel coepiscopo illicita est cōsecratio altaris, ita & constitutio. In diuinis enim literis p̄cipiente dño solus Moyses in tabernaculo dei erexit altare: sol ipse vnix vtiq; quia summus sacerdos dei erat: sicut scriptum est de eo. Moyses & Aarō in sacerdotib; eius. Ideo q̄ id quod tantū facere principibus sacerdotū iustum est quorū typū

Moyses & Aarō tenuerūt, presbyteri qui fliorū Aaron gestant figurā arripere nō prae sumant. Nam quīs cū episcopis plurima illis mysteriorū sit cōmunis dispēlatio, quēdā tamen auctoritate veteris legis quaedā nouelis ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint: sicut est p̄sbyterorū, diaconorū ac virginum cōsecratio sicut cōstitutio altaris, benedictio vel vinctio. Sigdē nec bñdicere eis licet ecclesiam vel altaria cōsecrare, nec per impositionem manus fidelibus baptizandis vel conuersis ex haeresi paracletū spiritum tradere: nec chrisma conficere nec chrisimate baptizatorum frontem signare. Sed nec publice quidem in missa quenq; poenitentē reconciliare: nec formatas cuiuslibet epistolae mittere. Hęc enī oīa illicita esse liquet p̄sbyteris vel coepiscopis quia p̄tificatus apicē nō habent, quae solis debent episcopis auctoritate canonū p̄cipitur vt per hoc & discretio graduū & dignitatis fastigiū summī pontificis demōstratur. hęc ibi, AVCT. O quantē auctoritatis sacrasententia quae iuxta diuine legis definitionē p̄cellam, hęc omnia referuat apostolorū hęc redibus sacris Christi p̄sulibus: quae omnia sine distinctione oīb; inferioris gradus sacerdotibus Vviteles. vsurpata & nūq; probata auctoritate cōcedit, nisi forte ab isto iā dicto pphano Agapito licentiā datā accepit. Saltē cum reservationē istā a diuina lege antiquissima & firmissima testificatione tantorū exortam monstraerimus nuda verba eius heretica sine omni auctoritate exorta presentī subscriptione sufficienter elidimus. Quid dicis non oportere episcopos esse in ecclesia nisi propter ista & omnia ista licere simplicibus? Vnde in. c. vi. de quatuor sectis. VVITCL. Suppono inquis quantum ad istos duos ordines scilicet confirmationē & dationē ordinis q̄ nō est ratio quare inferiores presbyteri nō possent eos dare. Nō enim tantā vim habēt isti duo ordines nec habēt tantā auctoritatē p̄tificales ep̄i quin inferiores presbyteri cū aliis senioribus possint ministrare hōmōi sacramēta. hęc ibi. Et i speculo tuo de ecclesia. xliii. Ita est inquis de trib; dignitatibus siue officiis quae episcopus sibi seruat, quae sunt iuuenum confirmatio, clericorum ordinatio, & locorum consecratio. Omnia enim sonant in cupidinem vel lucri temporalium vel honoris: & sic nō oportet p̄pter tales cupidines Christū de cōlo descēdere. Nec in terris ipsū talē vicariū reseruare. hęc Vviteles. AVCT. Cū dicis propter talē cupidinē ibi fodisti tibi

speluncā vbi latites: sed quoniā oportet propter tria Christū seruare ep̄m suū vicariū & Christi p̄sules p̄pter hęc & p̄dicta ecclesie Christi in terris necessarios etiā, adhuc si sustineas pl; restat q̄ dicas: restat vt p̄bes. Nos autē ex parte ecclesie dei probamus qd̄ dicimus. Vnde ISIDOR; lib. ii. de orig. offic. cap. vii. Presbyteri inquit interpretant seniores: quia seniores aetate Græci p̄sbyteros vocāt: iis autē sicut ep̄s sanctis dispēlatio ministeriorū dei cōmissa est. Præsunt enim ecclesiis Christi, & i cōsecratione diuini corporis & sanguinis cōsortes cū ep̄s sanctis sunt: similiter & in doctrina populi & in officio pietatis p̄dicandi: hęc solū propter auctoritatē suā sacerdotis clericorū ordinatio & cōsecratio reseruata est ne a multis disciplina ecclesie vendicata cōcordiā solueret, scādala, generaret, hęc ille, AVCT. Ecce iam nō propter cupidinem reseruauerūt sibi summī sacerdotes illa tria quae dixeris sed ne tui similes multi disciplinam ecclesie vendicantes, concordiam soluerent, scādala generarent.

Q; A SOLIS EPISCOPIS CONSECRARI POSSINT ALTARIA VEL BASILICAE AUT SACRE VESTES, APTE, VEL VIRGINES BNDICI. Ca. LVIII.



Consecrationes cum audis antistitū potes intelligere sanctificationes vestitū, cōfirmationes iuuenū: introductiones episcoporum, venerationes Christi virginū cū similib; quia omnia ab normē decus & quares flagitat cōsecratis industria ep̄o reseruatur. De quib; est cōclusio ter damnata. xliiii. VVITCL. Dānabilis esse videt consecratio istarū quatuor sectarū qua puertunt fideles de simplici secta Christi ad sectā frivola antichristi, hęc Vviteles. AVCT. Atredite Christi p̄sules vtrū secundū substantiā stat; vestri iste iudicet vos pastores necessarios. Declarat se amplius quantum est de consec. episc. tractatu de quatuor sectis. c. v. VVITCL. Assistete ordinatione diuina qlibet sacerdos potē eque cōferre sacramēta ecclesiastica sicut papa, sicut ceteri apostoli aequē bene ordinantur ep̄os sicut Petrus. Segitur, Et si allegetur cōmunis opinio q̄ sol; papa potest ordinare saltē archiepiscopos & sic de multis aliis operib; pape sp̄cialiter reseruat: dicat q̄ talis cōis opinio est fabula nō fūdāta, hęc Vviteles. AVCT. Quantum est ad cōsecrationes ep̄orū quas ipse induxit iam ad mediū positiū: qdē

est & sine subtilitate scrutandū. Primū p̄ori fex noster Christus man; imponēs apostolis eos oēs cōsecrauit ep̄os. Primus Hierosolymorū archiepiscopus Iacob; Alphei, cognomēto iustus, fororis matris dñi filius a Petro Iacobo & Ioāne est ibi ordinatus ep̄us vt de cetero non nisi ab ep̄is cōsecrari posset ep̄us. Vnde primū capitulū est in cōcil. apostolorū. CONCILII APOSTORUM, Episcopus a duob; aut trib; ep̄is ordinet, hęc ibi. AVCT. Inde manauit qd̄ ANACLETUS decreuit successor Clementis decreto. ii. c. i. Ordinationes ep̄orū auctoritate apostolica ab oīb; qui in eadē prouincia fuerint ep̄is sunt celebrandae, qui simul cōuenientes scrutiniū diligētē agant, leiuantiq; cū oīb; precibus celebrēt & manus cū Euāgelis qui p̄dicaturi sunt imponentes: dñica die hora tertia orātes sacraque vñctione exēplo pphetarū & regū capita eorū more apostolorū & Moyſi vngētes: quia oīs sancti ficatio cōstat in spū sancto: cuius virtus inuisibilis sancto est chrismati pmixta. Hoc ritu solennē celebrēt ordinationē, q̄ si oēs cōuenire minime potuerint assensum tamē suis ap̄icibus p̄beāt vt ab ipsa ordinatione animo nō desint. Porro & Hierosolymitanorū primus archiepiscopus beatus Iacob; q̄ iust; dicebatur, & secundū carnē dñi n̄cupat; est frater, a Petro, Iacobo & Ioāne apostolis est ordinatus: successorib; videlicet datibus formā eorū vt minus q̄ a trib; ep̄is, reliq; oīb; assensum p̄beāt; nullatenus ep̄s ordinet, & cōi voto ordinatione celebret. Reliq; vero sacerdotes a p̄prio ordinēt ep̄o. Ita vt ceteris & aliis sacerdotes assensū p̄beāt, & ieiunantes ordinationē celebret simili etiā celebratione diaconi ordinētur. Ceterorū autē graduū distributio triū veracitū testis ep̄i scilicet p̄batione sufficere potest, hęc ille, AVCT. Ecce de cōsecratione ep̄i qd̄ adhuc in primis ecclesie sanctum est. & inde DIONYSI; cap. v. ecclesiastica hierarchie scdm̄ trāllat. Ioan. Scoti. Sumus quidē sacerdos ad hierarchicā cōsummationē accedēs vtroq; pede inclinat ante cōp̄ctū diuini altaris, sup caput habet a deo tradita eloquia per hierarchicā manū, & hoc modo p̄ficiēte cū summo sacerdote sanctissimus inuocationib; cōsummat. hęc ille, AVCT. Vbi VERCELLENSIS iuxta thomā habet. Ep̄s quidē quādo cōsecrāndus est ambo genua flexens ante altare habet sup caput scripturas sacras, & ep̄m ipsum consecrans ponit manū super caput eius & p̄missis inuocationibus ad deum sic consecrat. Hęc ille, AVCTOR.

Ecce ab antiquissimo statu ecclesie nunquam nisi ab episcopo consecratur episcopus. Quod si dicas aliter hoc licere: hoc oportet ut probes, ut saltem exemplo aliquo proferas esse factum: quia dicitur quilibet sacerdos potest etque conferre Ecclesiastica sacramenta sicut papa. Quia ceteri Apostoli consecraverunt episcopos sicut Petrus. Ego sentio Apostolos omnes fuisse summos episcopos. Sentio etiam episcopos Vircleuistas sicut Manichæos, Catharos & alios in hæresi constitutos sectæ suæ satis valere, sine hoc quod ab episcopo catholico legitime conferrentur. Certe apud ecclesiam nunquam ab initio sine episcopis initiabatur episcopi, & idcirco hæc alia sunt causa in ecclesia Christi necessaria episcopi statuendi. Sed quia commune opinionem referens quod solus potest papa ordinare saltem archiepiscopos, dicitur illam fabulam non fundatam. Volo sine pluribus argumentis sanctum petas Gregorium cur causam tantam fecerit quod Salonitanus episcopus sine mandato suo fuerat ordinatus. Vnde in lib. v. Registr. xxxi. ad Constantiam Augustam, GREGORIUS. Salonitanæ vero civitatis episcopus me ac responsali meo nesciente ordinatus est. Et facta res est que sub nullis anterioribus principibus evenit: quod ego audies ad eundem prævaricatorum qui inordinate ordinatus est prius missi ut omnino missarum solennia celebrare nullo modo presumeret. Sequitur, Quod ei sub excommunicationis interpositione mandavi. hæc ille. AVCT. Item idem in epist. ad Romanum Patricium. xxxi. lib. iii. GREGORIUS. Obitu Laurentii Mediolanensis episcopi excellentiam vestram iam credimus cognovisse: & quia quantum ex cleri relatione didicimus in filium nostrum Constantium diaconum eiusdem ecclesie omnium consensit electio, necesse fuit pro servanda consuetudine militem ecclesie nostræ dirigere quo eum in quem omnium voluntates atque consensum concorditer convenire cognoverit a suis episcopis sicut veteris mos exigat cum nostro tamen assensu faciat consecrari. Hæc ille. Item idem epist. xix. lib. ii. ad Beneventanum episcopum. Quoniam Ravennæ ecclesie Liberius quondam antistes de hac luce migrasse cognoscitur. Sequitur infra. Ideo charitas tua ad predictam ecclesiam ire properabit, & assiduis adhortationibus clerum plebem eiusdem ecclesie admonere te volumus ut remoto studio, vno eodemque consensu talem sibi prescribendum experant sacerdotem qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri & a veterandis canonibus nullatenus respiciatur. Qui dum

fuerit postulatus cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati & dilectionis tue testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. hæc ille. AVCT. Cõsimili quoque tenore scripsit ad Ioannem Squillacunensem episcopum pro eligendo & consecrando per eum episcopo Cõtrouersum, epist. xxvi. lib. ii. & epist. sequente ad Clerum & populum Cõtrouersum. Que sibi iuste veditavit Gregorius? forsitan: & si apud hæreticum nostrum cui nihil sapidum est quod non est in hæresi sua decoctum, sed apud omnem Christi ecclesiam non erit fabula non fundata. Veruntamen quia solet dicere ecclesiam istam occidentalem naniacam quod sic obedit Romano pontifici, auctoritati illius in hac parte cedimus pro cuius sanctitate ad Orientales plagas pergitur pro auctoritatis eius veterano exemplo. CASSIODORUS enim. xii. lib. historie tripartite cap. viii. docet Romanum Celestinum instituisse Perigenem Corinthiensem episcopum. Perigenes, inquit, in Petris ordinatur episcopus, & quoniam civis eius eum suscipere noluerunt, Romanæ civitatis episcopus iussit eum inthronizari in Corintho metropoli, defuncto eius episcopo eius donec vixit ecclesie presuit. hæc ille. AVCT. Itē eodē lib. cap. x. de Theodosio Imperatore verbū faciēs. CASSIODORUS. Cum adhuc corpus Maximiani inhumatum iacebat presentibus episcopis precepit inthronizare Proclum quod etiam Romani episcopi Celestini literæ firmaverunt, quas ad Cyrillum Alexandriensem destinavit episcopus & ad Ioannem Antiochenum & Rufinum Thessalonicensem, docēs quod nihil prohiberet alterius civitatis episcopum in aliam demigrare. hæc ille. AVCT. Ecce Constantinopolitanus archiepiscopus & primas Proclus post imperialem institutionem non nisi Celestini papæ, literis firmabatur. Ceterum de consecrationibus virginum quid oportet vim facere quoniam ad eum maxime pertinet qui est primus pater ecclesiastici gregis & vicarij agnitionis virginum qui possit virgini recte dicere, Saltē amodo voca me pater me? dux virginitatis meæ tu es? Vnde in Carthaginensi concilio. iii. CONCILIVM Carthaginense. Sanctimonialis virgo cum ad consecrationem episcopo offertur in talibus vestibus applicetur qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniali aptis. AVCT. Item in concilio Carthaginensi. iii. cap. xxvi. interfuit cui beatus Augustinus: & subscripsit se. Concilium Carthaginense tertium. Ut presbyter nisi consulto episcopo virgines non consecret, christiana non

consecrat. Hæc in vetusto libro decretorum potesticum, & iterum sibi ex concilio Carthaginensi secundo, CONCILIVM Carth. ii. Mundius episcopus Maximianus dixit. Si iubet & sanctitas vestra fugero. Nam memini præterito concilio fuisse statutum ut christiana vel reconciliatio poenitentium necnon & puellarum consecratio a presbyteris non fiat. Si quis autem emerferit hoc faciens quid de eo statuendum sit Genacletus episcopus dixit. Audiuit dignatio vestra suggestionem fratris & coepi nostri Mundii. Quid ad hæc dicitur. Ab universis episcopis dictum est. Christum consecratio & consecratio puellarum a presbyteris non fiat vel reconciliatio quæ in publica missa presbytero non licet: hæc oibus placet. Sequitur in fine. Vniuersi episcopi dixerunt. Omnibus hæc placuerit & hæc nostra subscriptione firmabimus, & subscripserunt Aurelius Carthaginensis, Epigonius Bullensis, Augustinus Hipponensis & alii. xliiii. qui eidem concilio interfuerunt. Hæc ille. AVCTOR. Hæc igitur & similia mediocribus sacerdotibus tractare est illicitum, vsurpare dandum, eo quod ab initio huiusmodi opus sacrum sit primis sacerdotibus reservatum. CHRYSOSTOMVS enim sup. Matth. in imperfecto. Homil. i. Vide inquit quod illicitum est vsurpare opus quod a deo non est commissum: quæ peccatum laicus facit vsurpans sibi opus sacerdotis: & lector vsurpans sibi opus diaconale: & diaconus vsurpans opus presbyteri, & presbyter appetens potestatem episcopalem. Hæc Chrysostr. AVCTOR. Consecrationes insuper basilicarum vel altarium quid ducis pro nihilo omnino necessarias esse & necessario iudicavit eas Dionysius sanctificatione episcopi muniendas. Nec mirum quod si templum & altare Iudaicum, non nisi sanctificata & vincta per magnam legis pontificis potuerit apte servare figuris: quantum magis ad immolandum veritatem corporis Christi oportet & vasa & domos, & vestes pro potestatis consecrari? Vnde GLEMENS epist. ii. ad Iacobum Hierosolymorum versus finem. Ecclesias per congrua & vtilia facite loca, quas diuinis precibus sacrari oportet: & in singulis sacerdotes diuinis orationibus deo dicatos poni quos ab oibus venerari oportet: & non a quoque grauari. Hæc ille. AVCT. Ecce Clemens successor Petri dicit oportere diuinis precibus sacrari loca sancta & ecclesias. Sed forsitan dicis non necessario pro episcopis. Vnde tractatu de quatuor sectis cap. sexto. VVITCLEF. Non tantam auctoritatem habet

potestates episcopi quoniam inferiores presbyteri cum aliis sermonibus possint ministrare huiusmodi, id est sacramenta. Et sic dicitur de consecratione Basilicæ vel supaltarum aut vtriusque sacramenti. Nec video necessitatem de reconciliatio ecclesie post eius pollutionem quia. ii. Macchab. v. dicitur quod non locus sanctificat hominem, sed ecotrarium. quantitas enim securi dum philosophos non est de genere actiuorum. Ideo quoniam locus pro consecratione influentiam maiorem cetero non recipit: nec est sanctitas in loco post consecrationem episcopi decreta &c. Ideo videtur quibusdam quod expulso auro ecclesiam inducto ad modo suo consecrandum episcopiam foret locus sanctior quam ante. hæc Vviclef. AVCTOR. Idem prædeat sanctus Clemens, exponatque mentem suam quid in prædicto suo decreto voluit super basilicis aut altaribus dedicatis licere solis episcopis. in epistola enim ad vniuersos quæ est epist. iii. versus finem. GLEMENS. In aliis inquit locis sacrificari, & missas celebrari, non licet nisi in his in quibus episcopus proprius iusserit, aut ab episcopo regulariter ordinato tenete videlicet civitate consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec recte celebranda docente nos nouo & veteri testamento. hæc apostoli ad idem acceperunt, & nobis tradiderunt. Hæc nos docemus, vobis quoque & oibus absque reprehensione tenere & docere, quibus agenda est mandamus. Vnaqueque etiam res sua tempus habet & locum. Non ergo impediamus ordinem locorum aut temporum permittentes. Hæc ille. AVCT. Hic habes plane loca consecranda per episcopum loci, nec in aliis locis sacrificia consummāda. Et hæc ab auctoritate tam noui quam veteris testamenti emanasse: & hæc Christum apostolis, & apostolis suis successoribus tradidisse. Vere enim aliter non ponderasset tam firmiter ista magnus Dionysius vt diceret non nisi in altari pro episcopum consecrari te posse presbyterum celebrare. Et quod dicitur loci non sanctificare hominem sed ecotrarium: hoc pro nobis dicitur: quia enim ecclesia non sanctificat potestatem, idcirco ecclesiam consecrat potestatem. Et iterum dicitur quantitas non est de genere actiuorum secundum philosophum, & hinc arguit ecclesiam non sanctificare homines: quanta subtilitas, aut si philosophus iste est cur nescit iste ecclesiam consecrandam non talem locum esse qualis esse solet de genere quantitatis? An putas quod nunquam cum crapulatus esset a vino non audire dicentem medicum quod non qualitas eius, sed quantitas nocet: & cur tunc non respondit quod non ita, quia non est de genere actiuorum?

quantitas, & ideo non nocebit. Cui etiam dicas sanctitatem non esse ibi relicta in loco post consecrationem episcopi: si erraret hereticus ut spote plus deuiet quam paganus. Nam. ii. Macc. iii. Paganus dux Heliodorus ab angelis flagellatus dicit confiteri & fideliter dicere, in illo loco vere dei virtute esse. Nam qui habet in caelis habitationem visitator & adiutor est loci illius, & veniens ad malefaciendum percussit & perdidit. Sic vixit deus misericors puniat. Vnde vit cleuista, ut virtute dei in templis suis agnoscat, & sanctitatem ibi relicta per opinionem suam gentilem definat deridit. Sed de his plenius postea. Iam autem sufficit christianis credere dominum deum nostrum, qui ad preces Salomonis templum nouiter dedicatum maiestate sua repletit, ita ut non possent ingredi sacerdotes: multo magis non desse suis ecclesiis, quin & spiritus fidelium ibi orantium repleat & locum ipsum corpore inuisibili irradiet sanctitate, quin & sacerdos etes ambiat maiestas diuina non abigat qui in fidei veritate non in veteri umbra vel haereticam falsitate illuc sacrificare conueniunt. Vnde ISIDORVS in sermone in synodo de eo quod signef in varia vntione altaris. Dicit deus inquit in aeternum consistebor. i. aeternas laudes de sempiterna gloria reddam tibi, Beati enim qui habitant in domo tua domine, in seculum seculi laudabunt te. Huic tam iocunde tamque festiuae dedicationi gaudens festiuusque inierit qui in hoc templo manufacto accepta veste nuptiali templum dei quod ipse est, sanctum inuolatumque usque ad hanc aeternam inuolabilisque dedicatione custodierit, haec ille. AVCTOR. Audeo dicere quod catholicus episcopus hanc festiuitatem dedicationis post consecrationem suam distribuit maiorem sanctitatem quam ibi reperit loco diffundit. Sed accedamus ad vestes sacras de quibus re quantum recole modicam vim fecit, sed sanctificationis verba infecit. Vnde in tractatu super capitulum. xxiii. Marth. loquens de verbis consecrationis ordinatos VITICL. Christus inquit rem poterat magis quam haec verba, ut quae cum deo de verbis quibus consecrandae sunt braccae papales vel ornamenta alia inuenta. Haec Vvitcleff. AVCTOR. Quis vnquam gentilis aut barbarus impudenter verba formaret, ut de ornamentis ecclesiae loqui volens foemoralia magni pontificis coram his omnibus vexillariter anteponat. Misit homo velamen illud humane pudicitiae & quod tu in contumeliam perferas diuina lex inter sacras vestes honorifice collocavit. Et est. viii. genus vestitus sacerdotalis. Exod. xxviii. Facies & foeminalia linea ut ope-

riant carne turpitudinis suae a renibus usque ad foemora: & videntur eis Aaron & filii eius quoniam ingredientur tabernaculum testimonii, vel quoniam appropinquabit ad altare ut ministrent in sanctuario ne iniquitatis rei moriantur. Hoc honorabile genus vestis beatus etiam Paulus commemorat primo ad Corinthios. xii. Quae putamus ignobiliora esse membra corporis his honorem abundantior circumdamus & quae inhonesta sunt membra abundantior honestatem habent, honesta autem nostra nullius egent. Vnde ibi HAYMO in expositione, Inhonesta nostra sunt verenda, & quae verecundamur videri nuda his abundantior honestatem praebemus diuersorum vestibus colorum. haec ille. Et ISIDORVS in sermone in synodo iungens legem apostolo. Vbi maior est pugna maior est exhibenda custodia. Inde est quod inter indumenta pontificalia adhuc circa renes applicatur linea foeminalia. Non tam ad velandum turpitudinem carnis quae iam solitis est aperta vestimentis quam propter signum seruandae castitatis. Vnde & apostolus dicit honesta nostra nullius egent: quae autem inhonesta sunt his abundantior honorem circumdamus. haec ille. AVCTOR. Sed ne ultra necesse moremur quantum reor nulla talis vestis est sacerdoti per ecclesiam instituta. Et ratio est quia tam intra oblationis horam quam extra presbyteri nostri castimoniam praestantur: sacerdotes veteris legis tam seruabant ad horam dicente Hieronymo ad Fabiolam de veste sacerdotali in epistola HIERONYM. Bis in Exodo legimus praecipiente domino & Moyses iussa faciente octo vestium genera pontificis. In leuitico de septem scriptum est: & refertur quomodo fratrem suum Aarō illis induerit de solis foeminalibus nihil dicitur, haec ut arbitror causa quod ad genitalia nostra & verenda lex non mittit manum: sed ipsi secretiora nostra, & confusione digna tegere debemus & conscientiam puritatis deo iudici referuare. De ceteris virtutibus verbi gratia, sapientia, fortitudine, iustitia, humilitate, mansuetudine, liberalitate, possunt & alii iudicare: pudicitiam sola nouit conscientia & humani oculi huius rei certi iudices esse non possunt: absque his rebus quae passim brutorum animalium libidini expositae sunt. Vnde & apostolus de virginibus inquit preceptum domini non habeo: quasi Moyses loquatur. Foeminalibus ego non vestio nec impono alicui necessitatem: qui vult esse sacerdos ipse se vestiat. O quantae virginis quantorum sperata pudicitia dehonestabitur in die iudicii: quantorum infamata pu-

dicitia a deo iudice coronabitur. Igitur ipsi assumamus foeminalia. Ipsi verecunda nostra operiamus: non quaeramus alienos oculos, ipsa regantur genitalia ut nullorum oculis pateant: ne quando intramus in sancta sanctorum si qua apparuit turpitudine moriamur, haec Hieronymus. Itē HVGOLIB. ii. de sacramentis parte. iiii. cap. iiii. ministri noui sacerdotii hoc experimentum in sacro officio singulariter non assumunt quibus est iniuncta seruandae castitatis cotidiana necessitas, sicut & coridie offerendi concessa potestas. Ministri veteris figure tempore sacrificii offerendi foeminalia sumunt, quae ministerio expleto iterum solunt: quoniam a contactu carnis vetus lex sancta tractaturos prohibuit quos rursum expleta vice ad operam carnalis commercii relaxauit, haec ille. Et habet ex Isidoro in praedicto sermone de synodo. AVCTOR. Sed quia sectatores huius haeresis plerumque consecrationis vestium sacrarum blasphemam, notari potest sub compendio quod in Exodo iubente domino consumatur. Cuius inquit tuleris de sanguine qui est super altare & de oleo vntionis asperges Aaron & vestes eius & filios & vestimenta eorum, consecrabisque & ipsis & vestibus tolles adipem de ariete &c. Hic ecce ritus incepit consecrandi vestes sacerdotis, quod si has oportuit consecrari in quibus offerri debuerat animalium carnes, quam tomagis reuereri debemus sacri Christi corpus viuum & ipsum nisi in sacris vestibus nullatenus consecrare: Vnde FELIX PAPA sextus ante Siluestrum secundum calculum Augusti in indecreto suo. Dilectissimi mihi fratribus omnibus episcopis per diuersas puincias constitutis. Felix episcopus in domino salutem. Sequitur De missarum celebratoribus eas non alibi quam in sacris domo locis absque magna necessitate fieri debere liquet omnibus quibus sunt nota noui & veteris testamenti praecipua. Tabernaculum enim Moysen domino praecipiente fecisse & sacrasse cum mensa & altari eius: & ceteris vasibus & vestibus ad diuinum cultum explendum legimus & non solum diuinis precibus ea sacrasse, sed etiam sancti olei vntione domino iubente perluisse nouimus: qualiter autem haec facta sunt, & quod non alii ipsa sacra quam sacerdotes, sacra vntione delibuit dominoque cum vestibus sanctis sacrari & leuitae tractabant & ferebant, erigebant & deponebant, in ipsis instructionibus quae domino iubente per Moysen conscriptae sunt reperit. Si ergo Iudaei quae vmbra legis seruiebant haec faciebant, multo

magis quibus veritas patefacta est gratia autem & veritas per Iesum data est) templa domino edificare & prout melius possumus ornare eaque diuinis precibus & sanctis vntionibus cum altaribus & vasibus vestibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum vntionibus deuote & solenniter sacrare, & non aliis quam domino sacratis ab episcopis nisi ut praedictum est: summa exigente necessitate, missas celebrare nec sacrificia offerre debemus. haec ille. AVCTOR. Per haec praedicta patet & necessitas consecrandi vestes & vasa ad diuinum cultum vtilia sine quibus suo modo sacris etiam pontifices gentilium cruentas idolorum aras ob reuerentiam quibus nefandi cultus adire nefas putabant.

DE BENEDICTIONIBVS EPISCOPALIBVS. Cap. LIX.



Lanum ergo est & nullus ambigit sanae mentis quin propter haec praedicta necessarios habeat ecclesia sanctos antistites. Aut det aduersari sine patrefamilias ordinatam familiam, sine duce exercitum, sine oeconomio politiam domesticam, & ego do illi sine summo pastore turbam sacerdotum incertam, & totius ecclesiae plebem acephalam. Addimus etiam supradictis benedictionem communem super populum, Vnde HVGOLIB. ii. de sacramentis parte. iiii. cap. xii. Ad eum specialiter pertinet basilicam consecratio, vntio altaris, & coelectio chrisimatis. Manus impositio & communis super populum benedictio. Ipe praedicta officia & ordines ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicit: dum cetera praecessit vnusquisque in singulis iste praedictio est cunctis. haec ille. AVCTOR. In isto quoque specialiter oblatrat sanctis pontificibus noster Vvitcleff, non tam formam benedictionis, sed & verba ad benedicendum statuta, contentens, in tractatu de quatuor sectis cap. vi. VVITCLEFF. Scimus inquit quod in coniurationibus dicitur nomen sanctum dei & tam illicite: & ita videtur in his consecrationibus & benedictionibus per episcopos introductis & sic vbi Christus facilitauit ecclesiam suam ne oneretur talibus Antichristus ecotrario difficultat ecclesiam per suos discipulos inducendo talia tanquam fidem, haec Vvitcleff. AVCTOR. Ex hac radice: serpentina schola eius scaturit vixera multiformi. Ita scilicet ut benedictiones cotidianas antistitum

habentes derisui e contrario maledicunt, aut impropere & solenes benedictiones intra sacra missarum causantur Cæsarium factum & prodigium mali hominis sacrum dictum, Nō est iste tamen primus auctor huius sceleris, sed hanc hæresim ante tempora eius genuit diabolus in adultera mente Pelagii, qui negavit benedictiones tales valere prostratis, quia intus solum a libero arbitrio, & non de foris propter Christi gratiam mens potest proficere, sicut patet in epistola Carthaginensis concilii ad Innocentium papam directa, versus finem epistolæ, & inscribitur, Decretis pontificum. CONCILIVM CARTHAG. Cōtra dicitur etiam istorum contentione benedictionibus nostris vt incassum super populū dicere videamur, quicquid eis a domino precamur vt recte & pie viuendo illi placeant, vel illa quæ pro fidelibus apostolus precatur, dicens flecto genua mea ad patrem ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Vt det vobis secundū diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius. Si ergo voluerimus benedicens super populū dicere. Da illi domine virtutē corroborari per spiritum tuum, istorum nobis disputatio cōtra dicit. Affirmās liberū negari arbitriū si hoc a deo poscitur, quā in nostra est potestate, hæc ibi. AVCTOR. Ita ergo in positione cōueniunt, si in modo ponendi nescio Vvicleff & Pelagius. Volo tñ nosse fideles sacros præfules duas habere benedictiones ad manus, vnā habet cōsimilis formæ cū minoribus Christianis quibus potioris effectus quæ bñdicunt cū aut p plateas incedūt vel in aliis locis nō sacris, alteram dicit in solēni officio ecclesiæ secundum regulā eis traditā & p̄scriptam. Sed exordiu prioris benedictionis quo ad gestū corporis p extrinsecū signū formā crucis solet efficere nō tñ in memoriā sanctæ crucis qua sumus redēpti, sed forsan ex figura eius sumpsit in itū quādo Iacob patriarcha geminus filios benedixit manibus cælestis quæ benedictionis modū p̄genies Iudeorū traduxit in posteros: nec p̄mississe illū videtur saluator, quā eleuatis manibus extra Bethaniā benedixit discipulis, & ipso discendente reuersi sunt in Hierusalē: tūq̄ famosè habebatur signū illud benedictionis in vsu, vt de illa nō oportuerit apostolos īformare, vt ante tactum est dixisse Basilium in edictis. Quātum autē ad benedictionis verba forsan erāt varia variis de causis, sed semp in sacramento trine inuocationis est iussa formari ex

ore dñi ad Moysen. Vñ ISIDORVS lib. i. de Officiis ca. xvii. Benedictionē dari a sacerdotibus populo antiqua per Moysen benedictio pandit & cōprobat quia benedicere populum sub sacramēto trinæ inuocationis iūbetur: ait enim dñs ad Moysen, Sic benedices populū meū: & ego benedicā illos. Benedicat te dñs & custodiat te. Ostendatq̄ dñs faciē suā tibi & misereatur tui. Cōuertat dominus vultū suū ad te & det tibi pacem Amen. hæc Isidorus. AVCTOR. Vbi p̄ trinā inuocationem domini implicatur tres personæ. Prima benedicat te dñs, s. pater, ii. ostendat tibi dominus scilicet filius faciē suā tibi per incarnationē. & misereatur tui per redēptionē: & tertia cōuertat dñs, s. spiritus sanctus vultū suū ad te qui conuertere dicitur appropriate flicrū corda ad patres, & det tibi pacē q̄ donū est sancti spiritus. Vnde & Christiani hæc verba sumplerūt expressa ab ore Christi iūbētis dare primā benedictionē baptisimatis. In noīe patris, & filii & spiritus sancti. Ita vt non sentiat benedictus in Christo qui hoc nō est ordine benedictus. Ideo AMBROS. lib. i. de spiritu sancto cap. iii. Sicut qui benedicitur in Christo benedicitur, in noīe patris & filii & spiritus sancti, quia vnū nomen est potestas vna. Ita etiā vbi operatio aliq̄ diuina aut patris & filii aut spiritus sancti, designatur, nō solum ad spiritū sanctū sed etiā ad patrē refertur & filium. hæc ille. AVCTOR. Bene dicit Ambrosius q̄ cū in benedictione tres diuinas personas inuocare solemus, eas tñ vno noīe singulariter nō tribus noībus p̄lialiter recēsemus p̄pter singularē & vnā efficaciam potestatis. Alia est benedictio solēnitatis, quæ præfules plena fruge manibus eleuatis solent infundere Christianis, maxime vero missarum solēniis fere completis: exemplo patriarcharum legis qui paulo ante spiritus vitalis occasionem vocatis filiis benedictione eos vitili condonabant. Vnde & Isaac patriarcha Iacob stirpis dominum suū in benedictione cōstituit. Et Iacob omnē posteritatem suā multiplici sua benedictione laudauit. Et Christ⁹ deus noster maledicēs mundo, benedicēs discipulis recessit ab eis & ferebatur in cælum. Lucæ. xxiiii. quorū vices geret sacer ep̄s q̄ pater est & primus genitor ordinarius tot⁹ clerici: & Christiani populi. Et idcirco episcopo benedicente pie credunt fideles nos etiam Christi benedictione resciri, & omnium veterū patriarcharū benedictionibus instaurari. Vñ apostolus ad Ephes. i. Qui benedixit nos

in omni benedictione spiritali. Et ad Hebræos hac fide & de futuris benedixit Isaac, Iacob & Esau, vt benedictio in ipsīs incepta terminaretur in nobis. Ita audacter credimus sacra ipsorum verba diuinum in nobis operari effectum quia verba sunt eius. Vñ AVGV. lib. de q̄stionib⁹ noui & veteris testamēti ca. cix. Sine dubio ait apostolus qd̄ minus est a meliore benedicitur. Quod nō vtiq̄ ad traditionem retulit officii ecclesiastici. Quis cū ambigeret regulā traditionis dominicæ qua benedicuntur ab eadē enim ministerium in his verbis quæ ipsum cōplectuntur ac memorant operatur. Hęc Augustinus. AVCTOR. Ecce iam dicat Vvicleff quē rotiens percutit Augustinus. Ipse dicit dei nomen illicite dici in consecrationibus & benedictionibus episcoporum: Augustinus dicit dei ministerium in his verbis ecclesiastici officii q̄ dñm completur, & memorant operari Vvicleff dicit hæc esse difficultationes Anrichristi inducentis talia tanq̄ fidē: Augustin⁹ interrogat q̄s ambigeret regulā istam esse traditionis dñicæ. Vvicleff dicit. alibi peccatores ep̄os nō p̄desse dū benedicut forsitan meliores quos ideo meliorate non possunt: Augustinus dicit. Ideo dictū illud apostoli, non esse referēdū ad benedictionem ecclesiastici officii. Vbi frequēter melior benedicuntur a minore. Vñ AVGVST. in eodem cap. loquēs clare subdit. Et iterū quando meliores se benedicut, quis enim quis sanctus sit curuat tamen ad benedictionē sumēdam caput, quia non proprium sacerdotis est, sed dei meritum. Heli enim sacerdos Annam benedixit & sequutus effectus est non vtiq̄ merito sacerdotis, sed ipsius Annæ cuius mūdum cor inspexit deus. Igitur Melchisedech non ideo melior Abraham dicitur, propter solum officium sacerdotis, sed & natura antepositi illi, vt vltra homines intelligatur. Hęc ille. AVCTOR. Ecce Melchisedech antepositur Abraham qui non superponeretur illi sacerdotis officio, si non superponeretur natura. Existimo hic q̄ non minus de Melchisedech q̄ de deo loquitur. Si forsan hic Melchisedech reputet esse deū. Sed & ideo non præferre debemus benedictionem Melchisedech benedictioni Abraham. Vterq̄ enim homo fuit: si tamē ita fuit. Si tamen huic præponimus, quia ille dei principaliter gestit signum, hic hominis sacerdotis. Quorsum igitur isti Vvicleff ista descendit, & derident sabbata nostra, si forsan aliquis vel sacerdos vel qui rarus tamen

minus frequens antistes dei in sacra benedictione recitet barbarissimos. An ideo minus benedicit deus, quia nuncius eius impotente, vel improuise per ipsum dominū verba pronūta pronūciat: Hoc homines cogitant qui non virtutem verborum sapient, sed verborum virtus & non vires attendunt. Idcirco AVGVSTINVS lib. suo de cathesizandis rudibus bene post principium, Malle debent homines veriores & non disertiores audire sermones. Sicut malle debent pudenticiores q̄ certiores habere amicos. Nouerint etiā non esse vocem ad aures dei nisi animi affectum. Ita enī nō irridebūt si aliquos etiā ministros ecclesiæ forte animaduertunt vel cum barbarissimis & solocissimis deum inuocare, vel eadem verba quæ pronūciant non intelligere, perturbanturq̄ distinguere: non quia ista minime corrigēda sunt vt populus ad id quod plane intelligit dicat amen. Sed tamen pie toleranda sunt ab eis qui didicerūt vt sonū in foro sic voto in ecclesia benedici. Itaq̄ fortassis nunq̄ bona dictio, nonnunq̄ tamen benedictio dici potest. hæc ille. AVCTOR. Ecce bona dictio quīs sit male pronūciata facti præfulis benedictio. Benedictio tamē dici potest quia virtus ibi diuina non nouit vincula Prisciani. Audite me fideles non vires ibi sacerdotis agunt, non nuda officia præfalis, sed & deus noster cuius sunt verba bona per naturam, per ep̄m bona verba sua transfundit bene credentes per gratiam. Excusari solet facinus apud homines aut actione aut ore pertratatum quia non sit magistra quandoq̄ voluntate dictatum: cur abbreviamus manū domini vt instrumento eius episcopo quicquid male geratur, & non virtuti diuinæ impuremus esse defectum? Augustinus dicit verba antistitis esse solum delegatiua. ideo non potest a benedictionis virtute deficere etiam si ipse nollet ibi benedictionis mun⁹ largiri: in cap. i. p̄nominato de quæstionibus noui & veteris testamēti AVGVSTINVS. Melchisedech nō vtiq̄ sic intelligitur benedixisse Abraham sicut faciunt homines sacerdotes, vt ex delegatione daret benedictionē verbis solēnibus: sed quasi propriam, quam nō per verba sed per naturam accepit substantia liter vt sic ei propria. Sacerdotes autē quos antistites dicimus regulam habent solēnibus orationibus ordinatam & traditam sibi quæ supponentes hōes benedicunt non solum quos volunt, sed aliquando quos nōlūt: quia dator regulæ ipse scit quibus dari debeat vel

infundi sacratissima benedictio. Ille vero qui natura habet benedictionem substantialiter, quem dicit summus dei sacerdotem per voluntatem dei dat benedictionem. Verba enim benedictionis & natura eius cum voluntate concordant: nec errat ut ibi velit ubi non debet: neque ut nolit ubi debet: sed cui dat verba dat & effectum. Nostri autem sacerdotes super multos cotidie nomen domini & verba benedictionis imponunt, sed in paucis effectus est, hæc ille. AVCTOR. Sapiant igitur Vviticleni non esse benedictiones sacrorum antristitum sanctificationes inutiles, quarum & si episcopus est minister deus tamen principalis est auctor, intantum ut ipse antistes nec ubi velit dabit nec negabit ubi nolit benedictionis effectum, sed quo deus dirigit illuc sacerdotis veritatis effectus. Simulque notet quod licet hic Augustinus continue bene commendat benedictiones illas sanctorum antistitum quas secundum ecclesiasticum officium in suis pontificalibus libris legere & quod benedictionem plebe solent. AVGV, Sacerdotes inquit quos antistites dicimus regulam habent solennibus orationibus ordinatam & traditam sibi quam supponentes homines benediciunt. AVCT. Hoc in frontem cedit Vviticleni. floccipendentes benedictiones huiusmodi regulares: in de quatuor sectis cap. vi. VVITCLEFF. Non tantam habet auctoritatem pontificale episcopi, quin inferiores presbyteri cum aliis sermonibus possint ministrare huiusmodi sacramenta. Hæc Vviticleni. AVCTOR. Aliis sermonibus possunt benedictiones illæ formari, sed non singulis licet illos dicere sermones. Idcirco Augustinus dicit regulam solennibus orationibus ordinatam. Vnde in concilio Milenitano cui Augustinus interfuit, & subscripsit se capitulo duodecimo. CONCILIVM MILENITANVM. Placuit etiam & illud ut preces & orationes seu missæ quæ probatæ fuerint in concilio siue præfationes siue commendationes seu manus impositiones ab omnibus celebrætur, nec aliæ omnino tractantur in ecclesia nisi quæ a prudentioribus dicantur sunt, vel comprobatæ in synodo fuerint: ne forte aliquid contra fidem vel per ignorantiam vel per studium sit compositum. Hæc ibi secundum antiqua decreta pontificum.

Q. NON OMNINO SIT IDEM EPISCOPUS cum inferiore sacerdote, sed sint gradus distincti in eodem ordine.
Cap. LX.



ER hæc prædicta conabatur Aheresiarcha Vviticleni contra sacros præfules agere quantum ad appropriata eis per solennitatem episcopalis officii. Insuper autem acerbius contra substantiam ordinis inquam scilicet eminet omnis episcopus omni simplici sacerdoti in lib. de ecclesia & membris eius cap. vi. ubi enumeratis papa, cardinalibus, episcopis quos oes dicit esse de cap. Antichristi. VVITCLEFF. Postunt inquit quidam viri religiosi ista nomina habere & carere veneno quod est modo sub isto nomine introductum: ut olim omnes sacerdotes vocati fuerunt episcopi: & sic de aliis nominibus quæ modo sapiunt consuetudinem diaboli in ecclesiam introductam, hæc Vviticleni. AVCTOR. Nolo fautores Vviticleni excusationem eius obendant quod hic consonet sancto Thomæ in secunda secundæ de appellatione episcopi quod omni sacerdoti olim convenit: vel quod venenum de quo loquitur accipitur de maiori parte seculari & abusione iactantia vel conversationis secularis qua modernis horis culpabiliter utuntur episcopi: immo substantiam dignitatis & si per institutionem ecclesiæ aliquid amplius habet episcopus inferiori presbytero, hoc totum simul & nomen vult singulis esse commune: & casum erit nomen episcopi, quod nec quo ad officium nec quo ad dignitatem aliquid amplius appellabit. Idcirco ipse se declarat, quanto enim libro primo damnati trilogi capitulo decimo quinto. VVITCLEFF. Vnde inquit audacter assero quod in primitiva ecclesia ut tempore Pauli suffecerunt duo ordines clericorum scilicet sacerdos atque diaconus. Secundo dico quod in tempore apostoli fuit idem presbyter ac episcopus: patet prima ad Timotheum. iii. & ad Titum. i. & idem testatur ille profundus theologus Hieronymus ut patet. lxxxv. dist. cap. Olim. Tunc enim non fuit inventa distinctio papæ & cardinalium patriarcharum & archiepiscoporum & archidiaconorum, officialium & decanorum cum ceteris officariis in religionibus privatis, quorum non est numerus siue ordo. Sequitur. Certum videtur quod superbia Cæsaria hos gradus & ordines adinuenit. Si enim fuissent necessarii ecclesie Christi & eius apostoli non in expressione eorum ac detractione officii reticerent, hæc Vviticleni. AVCT. Iam potestis secure palpate quid cogitat, iam non cõterdit de noie, sed de episcopatu in se & eius distinctioe a cõi presbytero & institutione eius ab apostolis vel a Christo. Idcirco ac

ceptiatur primū iter & primum quo ut solemus hanc hæresim declarem de quo fonte processit. AVGVST. enim dicit hanc hæresim fuisse Aerianorum. de hæresibus cal. liiii. Aeriani ab Aerio quodam sunt dicti, qui, cum esset presbyter deliquisse fertur quod episcopus non potuerit ordinari, & in Aerianorum hæresim lapsus propria addidit dogmata nonnulla, dicens offerri per dormientibus non oportere, nec statuta solenniter celebranda esse ieiunia: sed cum quisque voluerit ieiunandum: ne videatur esse sub lege: dicebat etiam presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni. hæc ille. AVCT. Ecce patres ecclesie, ecce principes, hinc traxit Vviticleni dogma puerum de episcopis quos omnino dicit eisdem cum presbyteris: & inter quos non fuit tempore sancti Pauli adinuenta distinctio. Quod ideo docuit Aerius quod ad episcopatum suspiravit quæ adipisci non poterat, ita creditur Vviticleni fecisse quia ut dixit Robertus Sarisburiensis episcopus in magna synodo Cantuariensis cleri, Vigoriensis episcopatum non assecutus fuerat quæ optavit: sufficit autem pro nunc hæresim istam esse: & ab Aeriana fluxisse vesania. Sed allegat Paulum ad Timotheum. i. cap. i. Vbi facit Apostolus ad regulam episcopalem dicens. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Oportet episcopum irreprehensibilem esse &c. Verum hanc regulam tradidit ibi episcopis magnis: quibus extendi possit ad presbyteros. In episcopis enim qui sunt ecclesie principes inter debet docere presbyteros. Vnde Hieronymus NYMVS in annotationibus super hunc locum. Oportet episcopum irreprehensibilem esse, quod ecclesie princeps erit, quæ idem apostolus sine macula alibi definit. hæc ille. AVCTOR. Ecce Hieronymus specificauit episcopos quos apostolus intendebat, i. ecclesie principes ne equiuocatio tua tibi prodesset sub qua diceres solo ibi instructos simplices sacerdotes: immo alius dico in hoc loco non instruxit presbyteros simplices apostolus nisi in suo capite: sed eis prætermisiss ab episcopis magnis saltauit ad diaconos. CHRYSOST. enim hoc dicit in expositione epistolæ primæ ad Timotheum. Homil. xi. Disputans inquit de episcopis & designans eos & dicens, quod quidem habere, a quibus abstineret oportere: & ordinem presbyterorum dimittens ad diaconos transiit. Quid utique? Quoniam non multum medium est. Etenim hi sacerdotes ministerium suscepit & persistetiam ecclesie, & quæ de ipsis dixit. Hæc & presbyteris conueniunt, Inthronisatione enim

sola super eos ascenderunt, & hac sola super eos ascenderunt, & hoc solo videntur superabundare presbyteris. Hæc Chrysostomus, AVCTOR. Ecce Vviticleni non intellexisti, & inde allegasti falso apostolum de inferioribus presbyteris dictis ibi episcopis cum ibi de solis episcopis tractare dimissis presbyteris. Et dicit causam quia non multum medium est inter eos: eiusdem enim ordinis sunt episcopus & sacerdos, & sola inthronisatione distant, id est consecratione. Episcopus enim comparatur ad sacerdotem simplicem, in eodem ordine, quemadmodum vir prouectus ad iuuenem in humanitate. Iuuenis enim homo est, sed prouectus vir perfectus homo est, quia iam peruenit ad terminum incrementi & potest producere sibi simile ad commodum speciei. Sic sacerdos simplex potest in patrem ecclesie conscendere ut factus quasi vir ordinis, plures per manus impositionem propaget sacerdotes. Sed quia eiusdem ordinis sunt lectio perfectorum potest conuenire iunioribus. Vnde HAYMO. In expositione super eundem textum. Quare inquit tacuit de presbyteris? quia in ordinatione episcopali comprehenduntur presbyteri. Omnis enim episcopus presbyter est. Et tamen non omnis presbyter episcopus est. hæc ille. AVCT. Quid dicitis ad ista? Ecce episcopi docentur ubi tacentur de presbyteris. Vbi est ista locutio ille quo probas non alium tunc fuisse episcopum quam simplicem sacerdotem? Sed & ego tibi probavi, iam apud Pauli doctum episcopum esse, tacito & prætergresso simplici sacerdote. Vis audire alium locum eiusdem ibidem capitulo quarto? Noli negligere gratiam quæ in te est quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri. Quæ credis. Hic apostolus dixisse presbyterum? Numquid simplicem sacerdotem? Non ita: presbyterum ibi dixit episcopum. Vnde CHRYSOSTOMUS in expositione Homil. xiii. ibidem cum impositione manuum presbyteri non de presbyteris, sed de episcopis dixit. Non est presbyter episcopus qui inthronisabat, hæc ille. AVCT. Ecce simplices presbyteri non conueniunt inthronisationem episcopum, i. consecrationem quemadmodum Vviticleni dixit supra posse iam facere satis deceter. Et iterum non de presbyteris hic dixit apostolus, sed de episcopis. Falsè igitur dicit non in tempore apostoli adinuentam distinctioem illam sacerdotis & episcopi: quibus vno nomine vocabatur uterque, sed non minus distabant tunc alter ab altero, sacerdos ab episcopo, tamen persona quæ officio. Cõformiter quod adducis apostolum ad Titum. i. tale est. Huius rei gratia religere Crete, ut constituas per ciuitates presbyteros

intelligens episcopos quia nulli vni volebat Apostolus committere curam totius insulae secundum Chrysostr. Homil. ii. ibidem. Sed & ibi tacuit nomen simplicium sacerdotum dicente Isidoro libro secundo de origine Officiorum capitulo septimo, & ideam habet in sermone in synodo. ISIDORVS. Apostolus Paulus eisdem presbyteros vt vere sacerdotes sub nomine episcopi, ita asseuerat loquens ad Titum: Huius rei gratia reliqui te cretae vt ea quae desunt corrigas & constituas presbyteros per ciuitates quemadmodum ego tibi disposui. Sequitur. Oportet enim episcopum sine crimine esse. Quia sententia ostendit presbyteros etiam sub episcopi nomine taxari. Vnde & ad Timotheum de presbyteris omnino tacuit, quia eos in episcopi nomine comprehendit. Hae ille. AVCTOR. Ecce utrobique Vvicleff fallitur in textu apostoli dicens omnino eundem esse sacerdotem & episcopum sine distinctione graduum quos dicit superbiam Caesarem inuenisse. Utrobique taceatur sacerdos simplex & admonetur episcopus tamen sub nomine sacerdotis. Et HIERONYMVS in epistola ad Euandrum presbyterum: ad Titum & ad Timotheum de ordine episcopi & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur, quia in episcopo presbyter continetur. Hae ille. AVCTOR. Si logicam nostri dicas. Idem non potest simul eundem se taceri & exprimi: de episcopo praedictis locis exprimitur, de inferiori sacerdote taceatur: quomodo ergo potest esse sine distinctione idem episcopus & sacerdos? Et quidem in beato Petro: dorauit Christus omnes apostolos clauium potestate, cum diceret tibi dabo clauis regni caelorum: Et nonne tunc erat inter ceteros apostolos & sanctum Petrum distinctio personalis? Cur igitur arguis in distinctionem omnimodam sacerdotis & episcopi quia sub nomine aut persona episcopi sacerdotem, & coetario sub nomine presbyteri instruxit Paulus episcopum? Sed Hieronymus inquit magnus. Theologus hoc ipsum dicit super epistolam ad Titum in Commentario tractans hunc textum. Oportet episcopum sine crimine esse. Et quid ibi dicit secundum veritatem codicis recitauit super textum suum capitulo secundo huius libri. Quid autem ibi dicit hoc est. HIERONYMVS. Idem est igitur presbyter qui episcopus, & antequam diaconi instituta studia fierent in religione & diceretur in populis. Ego sum Pauli, ego Appol

lo ego autem Caephe, communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur. Postquam vero vnusquisque eos quos baptizauerat puabat suos non Christi, in toto orbe decretum est vt vnus ex presbyteris electus superponeretur ceteris. Hae Hieronymus. AVCT. Quid ex isto proferre conaris quod idem fuit presbyter qui episcopus? Et nos concedimus vni ordinis, & eiusdem appellationis participes. Promiscue enim dicebantur sacerdotes episcopi, & omnes episcopi sacerdotes. Sed proba si potes quod non erat tunc in eodem ordine distinctio graduum & distantia dignitatum. Ecce quod milites David pueri dicebantur primo regis tertio, dicente sacerdote. Si tamen pueri mundi sunt: & dicente propheta Esaiam tertio, Tumultuabitur puer contra senem: & tamen alibi viri erant. Igitur pueri tunc a viro nulla erat distinctio & xxx. ca. Puer Aegyptius ego sum & ii. Reg. ii. Surgat pueri & iudant. Matth. octauo. Mundatus leprosus iubetur ostendere se principi sacerdotum. cui illud Marci. i. dicitur. Ostende te sacerdotibus, ergo idem erat sine distantia graduum omnis sacerdos minor qui alibi quoque per scripturas veteres dicitur nomine senis cum principe sacerdotum. Hoc idem iam cogita de nostris episcopis. Vnde idem HIERONYMVS libro secundo super Esaiam in commentario tractans hunc textum. Dominus ad iudicandum veniet cum senibus populi. Inter senes & principes hoc fuisse reor in veteri populo, quod nunc est inter presbyteros & episcopos. Hae ille. AVCTOR. Ordinatur ergo inter multos senes vnus principem & facit nobis inter multos sacerdotes vnus antistitem honore praestantioris, & gradus excellentia potioris. Sed dicit Vvicleffista non a domino sunt ordinati episcopi sed ab hominibus superponentibus vnus de presbyteris: dico ego quod nec Christus per se ordinavit diaconos, sed in actibus Apostolorum post ascensionem saluatoris apostoli ad ministerium instituerunt diaconos: ergo dicentur non a domino ordinati? Quod si dicas ordinationem eorum a domino quia ab eis apostolis ordinantur: recte dices: & ego pariter dicam superpositionem talis presbyteri a domino esse factam, quia adhuc viuientibus apostolis sic est praefectus. Ita enim iacet textus Hieronymi quod statim postquam vnusquisque suos dixit quos baptizauit vnus ex presbyteris electus superponebatur alii. Et in epistola ad Euandrum HIERONYMVS. Nam & Alexandriae a Marco euangelista vsque ad hec

redam & Dionysium episcopos presbyteri esse se semper vnum eligebant & in excellentiori gradu collocabant: quem episcopum nominabant, quomodo si exercitum imperatorem faciat, diaconi autem eligant de se quem industrii nouerint & archidiaconum nuncupent. hae ille. AVCT. Sed dicitis huic obuiat posterior pars textus eius praedicto loco super epistolam ad Titum, HIERONYMVS. Hec propterea vt ostenderemus apud veteres eisdem fuisse presbyteros quos episcopos: paulatim vero vt distinctionum plataria euellerentur ad vnum omnem sollicitudinem esse delatam. Sicut ergo presbyteri sciunt se ecclesiae consuetudine ei qui sibi prepositus fuerit esse subiectos, ita episcopi nouerint se magis consuetudine quam dispensationis dominice veritate presbyteris esse maiores: & in comune debere ecclesiam regere imitates Moysen qui cum haberet in potestate solus praesere populo Israel. lxx. elegit quibus populum iudicaret. Hae ille. AVCT. Satis declarat quod intendit de maiestate praedicta episcopi, quia vt toti communi concilio sacerdotum praesit vnus episcopus in edendis canonibus & communi provisione ecclesiae, hoc non tam ex institutione diuina quam ex humana consuetudine arbitror euenire: quia non vnus sed multorum, ibi debet praesere sententia: & sic communiter dicitur papam in concilio praesere: non autem praesere concilio, quia in communi debet ecclesia regi. Et ita in episcopo duo consistunt, potestas & ordo. Ordo quidem ipsi in parte cum ceteris sacerdotibus communis est. Sed episcopus in culmine eius consistit: & ita non tam alius ordo est quam alius gradus in eodem ordine, puta summus. Attamen aliquando doctores gradum illum alium ordinem dicunt. Vnde HIERONYMUS in commentario super Esaiam, lib. ii. super hunc textum. In illa die erunt quinque ciuitates in terra Aegypti. Porro qui ab aduentu Christi & Romano imperio prophetiam differunt, quinque ciuitates vel legem domini quae in Alexandria primam interpretata est, vel quinque ecclesiae ordines, episcopos, presbyteros, diaconos, fideles, catechuminos sentit. hae ille. AVCT. Hoc igitur habet episcopus sibi proprium quod ratione gradus tenet quod ratione ordinis integri hoc cum ipso omnes presbyteri habent commune. Vnde idem Hieronymus in epistolam ad Euandrum presbyterum. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus quod presbyter non fecit? Hae ille. AVCT. Potestas episcopalis gradus ad iurisdictionem videtur aspicere secundum quam culpas vel ligare vel sola

tere & interdum palam in publico iudicio taxare poenas & irrogare delinquentibus sibi subiectis potest, & in hoc praefertur antistes suis presbyteris & omnibus episcopis solus papa. Vnde GREGORIUS, lib. ix. registri, epistolam ix. ad Ioannem Syracusanum episcopum. Quod prius Bizatinus sedi se apostolicae dicit subiecti si qua culpa in episcopis inuenitur, nescio quomodo ei subiectus non sit: cum vero culpa, non exigit, omnes secundum rationem humilitatis aequales sumus. hae Gregorius. AVCT. Optime & disertissime dixit Gregorius quod si culpa interuenit, nescit quis papa subiectus non sit: & alioquin omnes sibi fatetur aequales, & hoc dicit non recolens ordinem sed cohibitorie potestatis. Vbi quidem ergo non est quod exhibeatur iurisdictioni euacuat sola, & potestas ordinis in omni aequalitate relinquitur. Et utriusque tamen habent utriusque a Christo. Alioquin rogo dic quomodo in locum Apostolorum succedunt episcopi & in locum, lxx. discipulorum inferiores presbyteri? Sed propter hoc vitandum & excludendum sacros episcopos ne instituti videntur a Christo saltem in eminentia potestatis, dicit noster Vvicleff. In locum apostolorum succedere sacerdotes omnes pares cum episcopis: in locum vero, lxx. diaconos. Vnde in tractatu de gradibus cleri. Vvicleff. Quibusdam, inquit, videtur quod, lxxii. discipuli Christi, de quibus Luc. x. erant diaconi, & xii. principales discipuli erant sacerdotes atque episcopi. Et in tractatu de quatuor sectis, c. vii. Probabiliter, inquit, creditur quod, lxxii. discipuli de quibus Luc. x. erant diaconi, hae Vvicleff. AVCTOR. Ita quod ex institutione Christi patres essent sacerdotes episcopi dum non differant gradibus. Sed hoc retento quod dicit, xii. apostolos principales comparat iuxta ad, lxxii. discipulos, quos ea ratione dicit minores, probemus intentam eminentiam per omnes quos legitur contingit scriptores catholicos. Dicunt enim concorditer quantum scio in locum apostolorum successisse episcopos: in locum vero, lxxii. discipulorum inferiores presbyteros. Vnde ISIDORUS in sermone in synodo. Presbyteri quippe successores & vicarii sunt, lxx. discipulorum qui praecedebat dominum Iesum Christum in omnem ciuitatem & locum quod erat ipse venturus. Ita presbyteri quia adiutores sunt episcoporum rudes populos iniciant, baptizandos vniuersi ecclesiae incorporant, in omnibus sacramentis usque ad manus impositionem populo deministrant. Episcopi vero successores sunt apostolorum, hae ille. AVCT. Item ex dictis Cle

mentis pape cap. xxx. & habet Iuo in decretis lib. iiii. CLEMENS, Episcopus vice apostolorum regere dominū docuisse dicebat & reliquorum discipulorū vicem tenere presbyteros insinuabat & si quis aliquem ex his scandalizaret grauissimā poenam inferre debere predicabat. hec ille. Item venerabilis BEDA lib. iiii. super Lucā cap. xv. Sicut. xii. apostolos formam episcoporum exhibere simul & demonstrare nemo est quod dubitet: sic & hos. lxxii. figuram presbyterorum. id est secundū ordinis sacerdotiū gessisse sciendum est. Tamen primis ecclesie temporibus ut apostolica scriptura testis est vtrique presbyteri vtrique vocabantur episcopi: quorum vnum sapientie maturitatem aliud industriae curae pastoralis significat. hec Beda. AVCT. Ecce plane quasi totū quod insudauimus in hoc capitulo. Nomina sacerdotis & episcopi antiquis diebus sumebantur promiscue, sed erant res eis respondentes distincte: intantum quod hic ut ante notauimus, vocat sacerdotis secundum ordinem ab episcopo: qualiter etiam in ecclesiastico officio beatus Dionysius dicitur honorē secundū ordinis ampliasse, id est ordinem simplicium sacerdotum quos dicit Beda successisse lxxii. Episcopus vero. xii. Apostolis nemo est qui dubitet, an non dubitasset hec Vviticlef? Forfan negasset palam.

DE ELECTIONE ET INSTITUTIONE episcoporum, ut sint digna membra corporis Christi.
Caput LXI.

Bomodo predicabunt si non mittantur? Successores dicimus missorum, id est Apostolorum episcopi, quomodo succedent Apostolis nisi mittantur a deo per electiones hominum & institutiones canonicas ut fiant membra digna magno preconio in corpore Christi, quod est ecclesia? Sed obstat Vviticlef, dicens non eos subiicere electioni humane ut fiat quisque per hoc aliquod membrum matris ecclesie, innitens semper heretico suo principio quod non sit aliquod membrum ecclesie nisi per gratiam predestinationis necessitetur ad gloriam. In tractatulo suo de ecclesia & membris cap. xxii. arguens primo ac dicens, VVITCLEF. Quod non subiicere electioni humane quoniam eligere vel instituire partem ecclesie: & loquor, inquit, de tali institutione vel electione que faciat membrum

ecclesie: quia quum primum quis vjuit praeordinatus a deo esse membrum ecclesie fit appropriate a deo membrum ecclesie: nec potest esse aliud vel superius eius membrum: quomodo ergo electio cardinalium facit papam esse caput ecclesie? hic mihi videtur saluo meliori iudicio, quod deo est proprium, facere hominem quodcumque membrum ecclesie, & sic electiones tales sapienter manifestam blasphemiam. hec Vviticlef. AVCT. Hoc est eius principium in omni electione quam nos orthodoxi appellamus canonicam: & calumniam facit episcopis & electis aliis per ecclesiam si non sint apud hereticos suos fratres reputandi vel membra ecclesie. Sed miror si tales electiones (vt dicit) sapienter manifestam blasphemiam, quomodo beatus Paulus approbavit illam in Luca euangelista. ii. Cor. viii. de Tito loquens. Misimus, inquit, cum illo fratrem cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Non solum autem sed & ordinatus est ab ecclesia comes peregrinationis nostrae in hanc gratiam quae ministratur a nobis ad dei gloriam. Ecce Paulus mittit eis Lucam certificantem eum ecclesie Corinthiorum, fratrem suum esse & comitem peregrinationis suae in gratiam eandem quae ministrabatur ab vtriusque ad gloriam dei ordinatum a multis ecclesiis. Nunquid electio ista ecclesiarum in eadem gratiam Pauli in gloriam domini sapiebat manifestam blasphemiam? aut oportet ut addas ad scripturam eis fuisse taliter reuelatum. Beatus enim HIERONYMUS exponit simpliciter istum locum, non ausus tale quod addere in Annotationibus suis. Hoc inquit de Luca intelligitur qui laudem in euangelio conscribendo habere videtur praeter ceteris qui & actus apostolorum praeter euangelium scripsit. Non solum autem sed & ordinatus est ab ecclesiis & testimonio ecclesiarum idoneum eum probatum fuisse demonstrat ad domini gloriam & destinatum voluntatem nostram. hec ille. AVCT. Ita ergo testimonio ecclesiarum idoneus probatus est Lucas. Nonne praescitus potuit ita parari idoneus ad domini gloriam? vel si non, quomodo de predestinatione Lucam potuerunt tot ecclesiae certam facere probationem humanitatis. Si iterum curris ad reuelationem diuinam, non tunc dixisset Paulus eum ab ecclesiis, sed a deo reuelante vel spiritu sancto ordinatum & probatum idoneum sicut de Paulo legitur dixisse spiritum sanctum: segregate mihi Paulum & Barnabam: & propter hoc Paulus dixit postea ad Galatas. Paulus Apostolus non ab hominibus: neque per hominem, & tamen in corroborationem

rationem istius electionis ecclesiarum. Subiungit ibi Paulus confirmationem suam. Prouidemus inquit bona non solum coram deo sed & coram hominibus. Ecce ergo prouisa sunt bona in ista electione coram deo, quia vir probus electus est, cuius laus erat in euangelio per omnes ecclesias. Et iterum coram hominibus, quia est ab ecclesiis ordinatus. Vnde debuit apud eos esse reputatior, quia non ab vno sed ab aliis multis est electus & approbatus idoneus. HAYMO. In expositione super hunc locum. Istum, inquit, commendat quia ignorabatur ab iis, ut scirent quanta iam essent boni opinione ad quos tales viri mittebantur ut gauderent cum eis augentes eos in fide operationes dei ad cuius gloriam hoc agebant solcite vicarii Christi. Haec ille. AVCTOR. Ad ratum ergo profunt electiones ecclesiae ut bona opinio habeatur in suo populo de electis & in idoneo viro quae si fidenter agens plebs Christiana sine turba multuosa vacillatione quiescat: latibulum tamen istius in hac materia de electionibus est ad distinguendum inter membrum & officium. Episcopus secundum eum potest per homines eligi ad officium immerite ut sit apud homines reputatiue episcopus, saluo hoc quod non sit praedestinatus: & per hoc nec membrum ecclesiae & Episcopus apud deum. Et quicquid talis consecrat iudicat siue facit, aridum dicit & inualidum: quia non est verum & viuum Christi membrum, sed putridum. Vnde est eius conclusio secunda in sermone sexto, secunda parte sermonum. Quod praescitos praelatos deus suspendit perpetuo tam ab officio quam a beneficio. Breuiter ducatur contra istum errorem, Apostolus primae ad Corinthios duodecimo dicens, & docens nos omnem fidelem in virtute baptismi sacramentalis esse membrum Christi. Sicut, inquit, corpus vnum est & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa vnum corpus sunt: ita & Christus est: etenim in vno spiritu omnes nos vnum corpus baptizati sumus, siue Iudaei, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: & iterum omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum sed multa. Ecce beatus apostolus probat esse eos membra Christi non quosdam non sibi dubios, non suspenditur in iudicio non vacillat, non trepidat demonstrare propter praedestinationis

secretum. In vno spiritu, inquit, omnes nos vnum corpus baptizati sumus, ne dicas praescitos illorum baptizari tamen in signo siue de sacramento, Apostolus addidit. In vno spiritu omnes nos baptizati sumus. Et iterum, Omnes in vno spiritu potati sumus, ut per transitionis actum membrationis ingereat veritatem. Et spiritu inquam de quo Ioannes dicit, Spiritus, aqua, & sanguis. Et iterum ne exciperes ibi praescitos, addidit vniuersaliter omnes nos, siue Corinthii, siue Gentiles alii, siue Iudaei, siue serui, siue liberi, nullum excipit baptizatum: quoniam per vniuersum mundum baptizatus in Christo regeneratur in verum membrum, sicut etiam exponit AVGVSTINVS illud psalmista. Inops & pauper clamat ad dominum: super Ioannem hominiam septima, Audistis, inquit, quum psalmus legeretur, quia inops & pauper clamat ad dominum in hoc seculo: vox enim est, ut saepius audistis, & meminisse debetis, non vnius hominis, & tamen vnus. Non vnus, quia fideles multi, multa grana inter paleas latentia: diffusa toto orbe terrarum. Vnius autem, quia membra Christi omnes, ac per hoc vnum corpus. Haec Augustinus. AVCTOR. Ecce quam plane dicit grana: dicit paleas: & tamen dicit, membra Christi omnes, ac per hoc vnum corpus: & cuius nisi Christi sunt (vt dicit) membra Christi. Et idem AVGVSTINVS de verbis domini, sermone quinquagesimo. Modo consilium nostrum tracto cum sanctitate vestra. In nomine Christo plebs dei estis, non estis diuisi ab vnitatem: communicatis membris Apostolorum, communicatis membris factorum martyrum diffusorum per orbem terrarum: & pertinet ad curam nostram ut rationem bonam de vobis reddamus. Haec ille. AVCTOR. Ecce Augustinus dicit omnes de plebe sua Christi membra, quia non sunt diuisi ab vnitatem, sed pertinent ad curam suam, ut supra diximus de societate catholica. Sed adhuc sequamur Apostolum exponentem ibi quomodo fideles sunt membra, & quae membra. Vos, inquit, estis corpus Christi, & membra de membro. Et ut deceret idem esse membrum quod officiale in ecclesia, quosdam, inquit, posuit deus in ecclesia primo Apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde curationum opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Nunquid omnes

Apostoli nunquid omnes prophetae, & cetera quae sequuntur? Ecce beatus Apostolus Paulus plane dixit eos membra, quia Vvitelessi dicit loco praedicto de Apostolis quod in epistolis suis se non pompant quod sint capita vel membra ecclesiae, licet ex inspiratione sciverint ita esse. Sicut enim deus vult horam mortis nostrae atque iudicii esse nobis absconditam, sic vult praedestinationem partis ecclesiae esse nobis absconditam. Sequitur, Ex minori namque reputatione papae & multi alii blasphemauerunt, haec Vvitelessi AVCTOR. Sed ex apostolo plane lucet quod dixerit omnes esse membra Christi secundum quod praedestinantur ad diuersa officia & exercitia meritorum in ecclesia: quia cum proposuisset omnibus Corinthiis quod essent corpus Christi, & de membro membra, subiungens, Quosdam, inquit, posuit deus in ecclesia, primo Apostolos, secundo prophetas &c. Quasi diceret, tale quisque est membrum, quale in ecclesia administrat officium. Vnde HIERONYMVS super hunc locum in Annotationibus, Torum corpus, singula membra. Et quosdam quidem posuit deus: Modo vult ipsum membrorum ordinem demonstrare: in ecclesia primum quidem apostolos &c. haec ille. Et consequenter HAYMO in expositione. Primum deus posuit apostolos in ecclesiam, qui vice Christi positi sunt in ecclesia, sicut ait idem Apostolus, Obsecramus per Christum, id est vice Christi, reconciliamini deo. Horum vice subrogati sunt episcopi, sed Apostoli ex precepto domini consuebantur transire de regno in regnum: episcopi vero in suis ecclesiis auctoritate canonica residere iubentur ob utilitatem sibi commissorum. Haec ille AVCTOR. Ita bene deuentum est ad episcopos, ut probemus eos secundum electiones sanas electos in Christi corpus, ut sint membra in corpore Christi suprema: quia sic certum est hic dixisse Apostolum ipsos & omnes fideles praedestinos esse in membra, non omnes omnino ad futuram gloriam, sed ad ecclesiae ministerium. Nec dico omnes fideles esse membra charissima quae vult semper mansura cum deo per gloriam sed tamen chara per baptismalem fidem aut presentem iustitiam. Supremi ergo episcopi sunt membra suprema: sed heretici omnes hoc conantur destruere ne ecclesiae dignitates consequantur homines ex electione, scientes quod ipsi non sunt eligendi propter infamiam haeresis: & ideo procurant sibi licentiam praerogative suppositionis. Vnde CYPRIANVS

NVS in libro contra haereticos ante medium, Oportet & haereticos esse ut probati manifesti sint in nobis. Sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur: sic & ante iudicii die hic quoque iam iustorum ac iniustorum animi diuiduntur, & a frumento paleae separantur. Hi sunt qui se vltro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione praeficiunt, qui se praefitos sine omni ordinationis lege constituunt: qui nemine episcopatum dante, episcopi sibi nomen assumunt. Quos designat in Psalmo spiritus sanctus, Sedentes in cathedris pestilentiae, pestes & lues fidei, serpentis ore fallaces, & corrumpende veritatis artifices, venena le talia linguis pestiferis euomentes. Haec ille AVCTOR. Videtis antiquum sanctum patrem eos testari haereticos, qui sprete ordinationis lege sese constituunt: & nullo hominis episcopatum dante sibi episcopi nomen assumunt. Quomodo planius Vvitelessi deiicitur, qui humanas leges in ordinatione deprauar, & canonicas electiones in episcoporum consecratione subtrahat. Dimittamus ergo hanc praxim haereticam, attendentes quid Christus fecerit, eligens Iudam in Apostolum vniuocum cum aliis apostolis: quem non fallebat electio, ut non tristarentur homines sancti praepositi si quandoque de electo suo ipsos falli contingat: ut supra Augustinus exposuit. Et quod iste dicit Iudam non esse electum a Christo diuinitus sed humanitus, quasi errasset humanitas vel fallebatur in electione praesciti. Hoc scio quod ante hominem assumptum qui elegit reprobum Heli in sacerdotem magnum, tamen deus erat: cur igitur non elegerit deus Iudam praescitum diuinitus in summum Apostolum cum iam non esset. i. Regum, ii. Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Aegypto in domo Pharaonis, & elegeri eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem ut ascenderet ad altare meum. Ecce electio diuina non humana. Ego elegeri eum, inquit, & ne cautereris figuram, aperte inquit reuelatus sum domui patris tui. Ita igitur tota domus illa fuit electa a deo ad sacerdotium ministrandum perpetuo. Vnde subditur, Loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Et nonne haec domus fuit in membris suis aliquibus reprobis? Audi quod sequitur. Nunc autem dicit dominus, absit hoc a me. Sequitur, Ecce dies veniunt & praescindam brachium tuum & brachium patris tui, ut non sit senex in domo tua: & videbis aemulum

etiam in templo. HIERONYMVS in Hebraicis questionibus super hunc locum Regum, Brachium arca vocat & dignitatem sacerdotum: ut non sit senex in domo, inquit, tua: senem sacerdotem magnum dicit. Haec ille. De hac reprobatione dicit ISIDORUS in Isagogis suis super hunc locum Regum. Ab ipso exordio Regum commutatum est sacerdotium in Saulem reprobatum Heli. Et infra. Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est quod eos peccantes minus seue a animaduersione plecebat, haec ille AVCTOR. Sic ergo deus quum solummodo deus erat, reprobum & dannabilem Heli in magnum sacerdotem elegit diuinitus, ut per hoc vinceretur haereticus cum diceret Iudam non electum a Christo in sacerdotem summum nisi humanitus: ad tuendum falsum illud suum principium quod apud deum nullus vir reprobus, nullus praescitus est episcopus, & quod ex electione humana nullam habet istam coram deo ad episcopatum gradum completam iustitiam. Multa exigeret iste tractatus, sed breuiter dicam quod praescientia electi electionem non irritat, sed quantitas criminis vel actualis qualitas vitiosa. Postquam hoc ipsum docuit nos Christus, adeamus Apostolorum eius. Secundum enim ad Timotheum tertio docet quis & qualiter est per veram canonice regulam episcopus eligendus. Oportet, inquit, episcopum irreprehensibilem esse, vnius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem sed modestum: non litigiosum, non cupidum, suae domui bene propositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Et ad Titum primo, Huius rei gratia reliqui te Crete, ut ea quae desunt corrigas & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego disposui tibi. Siquis sine crimine est, vnius uxoris vir, filius habens fideles &c. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum &c. Ecce regula apostolica de eligendo episcopo: ubi Apostolus non docet quod oporteat episcopum esse praedestinatam, nec e diuerso dicit non praescitum: sine crimine autem dicit & irreprehensibilem, non dicit praedestinatam: & absit omnem percussorem & vinolentum, non autem praescitum. Nunquid dat Apostolus regulam diminutam, quia non intulit praedestinatam? Non inquit: quia non subest electio nisi humana, sicut nec notitia. Sed qua temeritate igitur docet homines Paulus eligere

episcopos sine notitia praedestinationis, siue praedestinatione non est verus episcopus sed simulatus per te. Sine sobrietate, sine castitate erit episcopus si sit praedestinatam. Sobrius & castus non erit episcopus si sit praescitus. Quo ausu iussit indubios consecrare episcopos ubi inueniuntur signa fallacia, cum sine infallibili signo praedestinationis nullus possit esse verus antistes? An Paulus in talibus voluit nos falli? Sed bene nouit Paulus contra istam haeresim quod praescientia non tollit antistitem: potest enim bene viuere, & esse praedestinatam. Idcirco nec dicit sine peccato: quia nec in potestate nostra est eligere talem, sicut nec praedestinatam: sed utrumque remouens dicit sine crimine. Vnde dicit AVGVSTINVS super Ioannem homil. lxxxi. Apostolus inquit Paulus, quando elegit ordinandos vel presbyteros, vel diaconos, & quicumque ordinandus est ad praepositorum ecclesiae sanctae, non ait si quis sine peccato est. Hoc enim si diceret, omnis homo reprobareretur, & nullus ordinaretur: sed ait, Si quis sine crimine est: sicut est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fratus, sacrilegium, & caetera huiusmodi crimina sunt graue peccatorum, accusatioque & damnatione dignissima. Haec ille AVCTOR. Ecce non dicit Apostolus eligendum semper in episcopum hominem qui sine peccato sit, quia sic nullus eligeretur, cum sine peccato sit nullus. Hoc idem contingeret, si praedestinatam tamen eligendum diceret, quia nullus talem nouit. Hoc dico vel regula Apostoli de taliter & tali eligendo est nulla, vel quicumque secundum eum per homines est electus, imple est indubiter apud deum & Apostolos eius, verus episcopus. Tollat ergo crimine episcopus, tollat fœdosa actus, & sperare potest apud deum carolice quod sit episcopus indubius. Vnde AMBROSIVS in pastoralis bene post principium. Fratres sicut senatorem clauus ornat, sicut agriculturam rusticum, sicut barbarum arma, sicut nauam nauigationis perita, & singulos quosque opifices operis sui qualitas ipsa demonstrat auctores: sic episcopum non liter nisi episcopale opus designet: ut ex bono opere magis quam ex professione noscatur: plus meritis esse episcopus, quam ex nomine vocetur: quia sicut diximus, episcopo nihil est excellētius, sic nihil est miserabilius, si de sancta vita episcopus piclitetur, si sacerdos in crimine teneatur, haec ille AVCTOR. Hucusque notiones istae regulares accedunt, sobrium,

Caput LXII.

prudenter, ornatum, pudicum. & demum subiungitur hospitalē, in quo vno opera omnia pietatis corporalis continētur in specie, a quibus non sine deformitate notabili se alienabit antistes. Vnde ISIDORVS secundum libro de officiis cap. vi. de episcopo loquēs. Inter hec oportebit eum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esuriētes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captiuos redimere, viduas & pupillos tueri, per uigilem in cunctis exhibere curam: in quo etiā hospitalitas erit ita praeceptua, vt omnes cum benignitate & charitate suscipiat. Si enim fideles illud Euangelicū audire desiderant, Hospes etiā, & suscipitis me, quanto magis episcopus cuius diuersorum cunctōrum debet esse receptaculum? Laicus tamē vnum vel duo suscipiens, impleuit hospitalitatis officium: episcopus si nō omnes receperit, inhumanus est. haec ille. AVCTOR. Si ergo inhumanus est episcopus qui non omnes receperit, quantum puras ab humanitate degenerat, qui vix de pauperibus (de quorum forsā condicione & statu ipse surrexit, non dico quem hospitari, sed nec in modico visitare dignantur? Beatus enī GREGORIUS in hoc casu reperiens quandam episcopum, amoueri eū voluit lib. vi. Registri epistola vltima, Fratrem nostrum Maximianum episcopū, verbis quibus vales excita: namq; obdormiuisse eū suspicor. Nam uenerunt quidam ad me in quibus erant quendam senes medicantes qui a me discissi sunt a quibus quid acceperint: & per singula retulerunt quanta eis & a quibus itinere data sint: quos dum solcite de praedicto fratre requirerem quid eis dedisset, responderunt se eum rogasse, sed ab eo omnino nihil accepisse, ita vt neq; panem in viam acceperint, quem dare omnibus illi ecclesie semper familiare fuit. dixerunt enim, respondit nobis dicens: Non habeo quod vobis dare possim. Et miror si is qui vestes habet, argērum habet, cellaria habet: quod pauperibus debeat dare nō habet. Dic ergo illi, vt cum loco muter mentem, nō sibi credat lectionem & orationem sufficere, vt remotus studeat sedere, & de manu minime fructificare. Sed largam manum habeat, necessitatem patientibus succurrat, alternam inopiam suam credat: quia si haec non habet, vacuum episcopi nomē tenet. Haec ille.

DE ARCHIDIACONIS, OFFICIALIBUS & DECANIS.



Archidiaconi quos ipse Vvire cleff ascripsit capitulo Antichristi, succedunt Leuitis maioribus in lege Mosaiica, quātum ad figuram & originem: sed quantum ad substantiam veritatis ab Apostolorum institutione post ascensionem Christi sumplerunt initium. Ardebant enim Apostoli euangelizandi officio, & ideo sollicitudinis magnā partem tradiderunt diaconis, ministerio subdiuiso. Vnde ISIDORVS de officiis lib. ii. cap. viii. Conuocantes autem duodecim apostoli multitudinem discipulorum, Non placeat, inquit, nos relinquere verbū dei, & ministrare mentis. Quid igitur est fratres? Considerate ex vobis ipsi viros boni testimonii seprem, plenos spiritus sancto & sapientia, quos constituamus in hanc rem. Nos vero erimus orationi & ministerio sermonis instantes. Et placuit hic sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippū, & Prochorū, & Nicanorē, & Thimonē, & Parmenā & Nicolaum Antiochenum. Hi steterunt ante apostolos, & cum orassent imposuerunt illis manus: verbumq; dei crescebat & multiplicabatur numerus credentium. Et hinc iam decreuerunt Apostoli vel successores eorum per omnes ecclesias. vii. diaconos, qui sublimiori gradu essent ceteris circa arcā Christi quasi columnae altaris assisterent: non sine aliquo septenarij numeri mysterio. Hi enim sunt quos in Apocalypsi legimus, vii. angelos, tubis canentes. Hi sunt septem candelabra aurea, hi voces tonitruorum. Haec Isidorus, AVCTOR. Isti a quibusdam putantur fuisse maiores diaconi, quos postea competenti appellatione in archidiaconos nominauerunt. Vnde tales fuisse in primaeuē ecclesiae bene probat CLEMENS in epistola secunda ad Iacobum Hierosolymorum Episcopum, parum ante mediū sic scribens. Clericus solus ad foeminae tabernaculū non accedat nec properet: nec sine maioris naturae principis iussione: nec presbyter solus cum sola foemina fabulas miscat: nec archidiaconus nec diaconus sub praetextu humilitatis & officij frequentet domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos eius matronae mandent secretum aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur,

& illa a liminibus arceatur ecclesiae, haec ibi. & est in principio decretorum pontificum. AVCTOR. Vbiq; de archidiaconis simul & diaconis quia id cautū est, patet ex institutione eos fuisse tunc saltē gradu distinctos. Officiū vero archidiaconi magnus exponit ISIDORVS in epistola ad Ludesaredum Cordubensem episcopū: & habet idem Iuo in decretis lib. iiii. Ab archidiacono, inquit episcopo nunciatur excessus diaconorum: & ipse denunciat sacerdoti in sacratio ieiunii dies atq; solennitatum: & ab ipso publice in ecclesia praedicantur: quando vero archidiaconus abiens est, vices eius diaconus sequens adimplet. Haec ille. AVCTOR. Mirum ergo est qua mentis proteruita hereticus noster istos a primaeuē ecclesiae institutos assignat de Antichristi capitulo, qui tam honesto post sanctos patres funguntur officio. Et quod peius est, gradū sanctum damnat culpa non signata. Non enim deprehēdi eum dixisse causam criminis, nisi forte q; in generali dicat eos esse clericos Caesaris. Beati patres Aurelius & Augustinus cum aliis in Carthaginensi concilio quarto non eos spreuerunt, quorum exponebant officia & ministeria declarabāt: ita vt subdiaconus ordinatur sub archidiaconorum officio, Acolitus quoq; & ostiarius eorum sua gestione promouētur episcopo CARTHAGINENSE concilium. Subdiaconus cum ordinatur, & infra. De manu vero archidiaconi accipiat vireum cum aqua & manile cum manutergio. At gubernatio viduarū prinet archidiacono. Vnde subditur, vt episcopus gubernationē viduarum aut peregrinorum nō per seipsum sed per Archipresbyterū aut per Archidiaconum agat. Haec ibi. AVCTOR. De officialibus & decanis dicendum adhuc quorum nomina nō tam gradus important q; officia iudicandi in populo: ea saltem quae ad cultum dei spectant, & ecclesiasticam honestatem. Hi enim laudabiliter suppleunt in iudiciis & iura seruando vices episcopi, ne si solus portet onus aggrauans, curuetur sub onere: & suffragatur eis praxis legis Exodi. xviii. vbi dicitur qualiter ad suggestionem Ietro Moyses constituit principes populi, tribunos & Centuriones, & quinquagenarios & decanos qui iudicabant plebem omni tempore. Quicquid autem grauius erat referēbant ad eum, faciliora tantummodo iudicātes. Quem textum exponēs ORIGENES super Exodum homilia. xi. dat, inquit, consilium Moysi probabile satis & vtile, vt eligat

viros, & constituat principes populi, viros deest colentes: viros potētes & orientes superbiā: tales enim oportet esse principes populi qui non solū superbi non sint, sed & qui oderint superbiam, id est vt non solum ipsi absq; vitio sint, sed & in aliis oderint vitia. Et ordinabis, inquit, eos tribunos & centuriones, & quinquagenarios & decanos: & iudicabunt populum omni hora: verbū autem quod grauius fuerit, referent ad te. Audiant principes populi & presbyteri plebis q; debent omni hora populum iudicare, semper & sine intermissione sedere in iudicio, dirimer lites, reconciliare dissidentes, in gratiam reuocare discordes, discat vnusquisque ex scripturis sanctis suum officij. Moyses, inquit, vt sit in iis quae ad domini sunt, & verbum dei edisserat populis. Ceteri autem principes quos appellat tribunos (Tribuni enim ex eo dicitur q; tribui praesint) ceteri ergo, id est tribuni vel centuriones vel quinquagenarii, praesunt minoribus iudiciis, quae ad singulos quosq; pertinent, dirimendis. Haec Origenes. Et ISIDORVS vel IVO in sermone in synodo, de excellentia sacrorum ordinum. Episcopi, inquit, successores sunt Apostolorum qui ex necessitate ad adiutorij & supplementi sui officij quo facilius plebes innumeratas regere possint, ministerij sibi expetunt sacerdotij. Sic Moyses, in eremo. lxx. viros prudētes elegit: quos consilio & auxilio immensam multitudinē populi facile gubernauit. Siue autē sunt minoris ordinis sive summi ordinis sacerdotes, viciem Christi summi pontificis gerunt, dum populos delinquentes ad poenitentiam vocant, & orationum suarum medicamento sanant. haec ibi. AVCTOR. Laude igitur dignum & sanctum gerunt officium, qui secundum conditiones praescriptas in ecclesia sancta exercent iudicium, siue sint officiales, siue decani, prout in scriptura vel quocunq; nomine nominentur. Sed quid si Vvire cleff, eos damnat argumentans more suo solito, quia in primitiua ecclesia non erant tales iudices deputati, igitur & iam superstitiose super sunt. Sic arguit olim fuisse eundem sacerdotē & episcopum: & olim fuisse tm̄ duos ordines, & ideo superfluos esse alios supadditos. Sic igitur culperetur sanctus Paulus q; primo constituit ecclesiasticos iudices apud Corinthios postq; non fuerunt. Audet, inquiens, aliquis vestrum habēs negocium aduersum alterum iudicari apud iniquos, & nō apud sanctos. i. Corint. vi. Vbi HIERONYMUS in annotationib; Hinc pro-

batur Christianos tñc iudices nō fuisse: quia iniqui dicuntur. Hęc Hieronymus. AVCT. Idcirco monet iudices eos eligere, si sic infirmi sint, vt sua repetat quoquo modo. Sic nō est inter vos, inquit, sapiens quisq̄ qui possit iudicare inter fratrem suum & fratrem. Vbi HIERONYMUS in annotat. Erubescere debetis q̄ nemo sit inter vos tam sapiēs, qui no uerit causas inter fratres discernere, & ita nō necesse sit publice litigare. Hęc ille. AVCT. Ita patet ppter infirmitatem populi duri & fidei honestatem instituisse Apostolum iudices Christianos, eos maxime qui sapiēter cūcra discernent, & mentis sobrietate partes tractarent. Nec huius moderamen officii fugere debet quis uel sacerdos, uel pontifex quous causarum terrenarū defensionem per te debent incumbere. Certe non, quia ad hoc est sacerdos indignus, sed in agro quia hęc sunt indigna negocia sacerdotē, sicut habet BERNARDVS lib. i. de cōsideratione ad Eugenium. Mihi tamen uidetur bonus aestimator rerum, qui indignū putat Apostolis uel apostolicis uiris non iudicare de talibus, quibus datum est iudicium in maiora. Quid nō contemnant iudicare de terrenis possessionibus hominū qui in caelestibus & angelos iudicabunt? ergo in criminibus nō in possessionibus potestas uestra, quoniam ppter illa & non propter has accepistis clauēs regni caelorum, prauaricatores utiq̄ exclusuri nō possessores: ut sciatis (ait) quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata an pcedia diuidendi: sed nō est comparatio. habent hęc infirma & terrena iudices suos reges & principes terrarū. Et infra, Nunc autē quoniam dies mali sunt, sufficit interim admonitū esse, nec totum te nec semper dare actioni, sed consideratione aliquid tui & cordis & temporis sequestrare. Hęc ille. AVCT. Q̄ pulchre q̄q̄ prudenter instituit Bernardus summū pontificem de debito suo & decencia iudicandi in causis hominū: referuās tamen tanq̄ propriū regibus terrę de terrarū causis: sacerdoti uero cognoscere de peccatis: nec iis semper intendere, nec in tempore necessitatis extreme se ipsos possunt eximere. Vnde idē BERNARDUS ibidem cap. x. docens graues causas audire episcopū & inferiores aliis committere inquit. Nihil ita absq̄ labore manifestū facit ueritatem ut breuis & pura narratio. Ergo illas quas ad te necesse erit iterare causas (neq̄ enim necesse erit omnes) diligēter uelim sed breuiter descendere ad uelut frustatorias &

uenatorias præscindere dilationes. Causa uero duarū intret ad te, causa paupis & eius qui nō habet quod det aliis, alias multas poteris committere terminandas: cōplures nec dignas audiētia iudicare. hęc ille. AVCT. Ita ergo terminari oportet causas fidelium apud ecclesiā industria p̄sulis. Sic ante dotationem ecclesie Calixtus papa. xvi. ante Syluestrum decimus quintus a beato Petro secundū Augustinum, lassum se queritur in officio iudicandi decreto suo secundo. cap. v. CALIXTVS. Cōsultis, inquit, uestris breuiter respondemus q̄ oppressos nimis & aliis præoccupatos iudiciis literę nos inuenere uestrę. hęc ille. AVCTOR. Sed quia quæ oportet nec expedit omnes ex eius sudore petere exitum, necesse erit alios subrogare. Hos autem si dicant auditores officiales uel decanos a quolibet nomine congruo, officium pium est, nec nomen officii pietati.

DE PASTORIBVS SECVNDI ORDINIS & institutione eorum per ecclesias locorum. Cap. LXIII.



Dirupisti dñe uicula Vviticlessi, quibus tantum coetū sanctorum a primo pontifice deinceps conclusit in capitulo Antichristi. vsq̄ ad religiosos perfectos: & emancipationis tuę stylum autoritate sacre ueritatis extendimus: & adhuc liber de religiosis vsq̄ in librum tertium differre & referuare sermonem: ut ordine ministrorum seruatō de inferioribus & secundū ordinis præpositis, quos iam personas, rectores, aut eorū nominam⁹ uicarios. Quos male iactauit paulatim corrigatur errores. hi enim piscatores sunt minores: & in cōmuni cum Apostolis & eorū hereditibus ep̄s cōi sui te piscantur. Vnde quum ruptis retibus ne per Vviticlessi, inuiciter operentur, uolo ea ut potero cū Ioanne reffere, sicut habet AVGVST. libro de fide & operibus. Mala, inquit, tercia cauere debent præcipue piscatores: si tamen illa euangelica similitudine piscatores episcopi uel inferioris ordinis ecclesiarum præpositi intelligendi sunt: quia dictū est, Venite faciam uos piscatores hominū. Retibus enim bonis capi possunt pisces & mali & boni. Retibus autem malis capi nō possunt pisces boni quādo in bona doctrina & bonus potest esse qui audit & facit: & malus qui audit & non facit.

In doctrina autē mala & q̄ eam malā puter audit tamē eam quāuis non obtēperet malus est, & q̄ obtēperat peior est. Hęc Augustinus. AVCTOR. Ecce formę geminę piscatorum, & uterq̄ in auctoritate uerbi dei & tradita ipsi potestate piscat: sed retia secūde potestatis Vviticlessi dirupit primo in sua cōstitutione: q̄ si curatores tales prouidere ecclesiis regibus & dominis debet incumbere de peccati respectu ad episcopos uel ad cleurum tractatu suo de officio pastoralis cap. xxv. VVITCLEFF. Vide inquit, quibusdam q̄ ad regē spectat potissime mediārib⁹ suis ministris prudentib⁹ de sagaci pastoris officio prouidere, quia istud officium notabiliter spectat ad regni regimē, cui ergo cōferatur regni gubernaculum, eidem cōferri debet sagax præfectio huiusmodi prælatorū. Sicut em̄ sacerdotes sunt quasi sicut uita subditis: sic sunt quasi pax & tranquillitas regni qd incolunt docentes quomodo incolae debent regi & superioribus obedire. Et cum sint serui Christi q̄cepit facere & docere, patet q̄ sacerdotes illi debent regi ducibus & aliis dominis secularibus præcipue obedire. In uirtute autem regis possunt speciales domini ad istud idonei, immo p̄paræ parochia de curato idoneo prouidere. Nec obest q̄ seculares statuāt sibi talē in Christo uicarium: quia uirtus quæ debet uigere in ipso, est totius naturæ composita. Hęc Vviticlessi. AVCTOR. Reuera stupēdum est quomodo humana mens possit tantumlibet insanire. Rogo in omnib⁹ aliis ecclesiis Christi negociis quis tantopere fatigat fideles remittens eos semper ad primitiuam ecclesiam pro exemplo ad Christum si ipse hoc fecit ad Paulum & ad apostolos, & iam hoc ipse unum de institutione sacerdotū secundū ordinis inducit q̄ nunq̄ apostoli præcitarūt semp̄ disfluere facere plebs primitiua fidelium. Ecce Timotheum docuit apostolus Paulus de ordinatione pontificum & sacerdotum: nec remisit probationes eorum ad Priscam uel Aquilam uenerabiles seculares, non ad Onesiphorum & domum ei⁹ ubi congregatur ecclesia. Vide epistolam Timothei, Cur i tota scriptura non instituit Paulus Sergius magnus Proconsul, quem Paulus ibi conuertit ecclesiarū rectores, sed Paul⁹ apostol⁹ & Barnabas p̄ singulas ecclesias Histrię, Iconię, & Anriochiæ, cōstituētes presbyteros nunq̄ principibus illarum terrarum tanto tem-

pore docuerūt hoc licere. Habes istud Act. xvii. Et iterum Titum reliquit Creta episcopum ut institueret ibi presbyteros per ciuitates, ut in epistola ad Titum habes. Et mirum q̄ uenerabilibus istius terræ uiris, aut saltē q̄ Zenę legis perito non compete bat officium. Vide ubi in ecclesia primitiua alii q̄ episcopi, sacerdotes poterant ordinare locorum. Post scripturas ad primū papam, post apostolos accede Clemētē, & dehinc ad inferiora tempora ueniamus. Ipse enim docuit inferiores presbyteros ex mādato sancti Petri nihil absq̄ permissu episcopi i sua parochia agere. Vnde CLEMENS in epistola ad Iacobum Hierosolymorum episcopum uersus finem. Nullum em̄ presbyterum in alicuius episcopi parochia aliquid agere debere absq̄ eius permissu docebat: cunctos presbyteros propriis episcopis in omnibus absq̄ mora obedientes instituenti domino esse debere docebat. Hęc ille. AVCTOR. Loquitur ex persona Petri, q̄ si nihil absq̄ episcopo agere ipsi liceat, quomodo ex institutiōe laica sacramēta singula ministrabat? Sed & ibi docet ordinare ecclesias & laicos non debere ibi quicūq̄ immiscere de clero ibi parū ante medium epistolę. CLEMENS. Post q̄, inquit, docuit beatus Petrus ecclesiā esse quasi nauem quamdam cuius domin⁹ deus est, prouera episcopus, nauē diaconi, epibatę tota multitudo fidelium: mare est mundus, uentorum uarietates & turbinum sunt tentationes, persecutiones, & tribulationes. Sequitur, Terreni uero spiritus qui torrētibus, uel de cōuallibus spirāt pseudoprophetarum & seductorum seu prauę doctrinę uerba docentur, & infra. Sed ante oīa epibata id est laici cum gere & silentio in suis resideāt locis, ne forte per inquietudinem & incōditos inuilesq̄ discursus, si passim coeperint uagari, aut ab officio suo nauas impediānt, aut in alterum latus per inquietudinem eorum nauis pressa mergatur. Hęc ille. AVCTOR. Vis mergere nauem ecclesiam Vviticlessi si episcopos nauas a suo officio impediās docens laicos principes, non solum inuiles sed nociuos discursus per ecclesiam inire apostolorum, dico tibi secūdi presbyteratus cura contingit episcopis. Vnde ANACLETVS papa successor Clementis secūdum Augustinum decreto suo tertio, cap. primo, Sacerdotum fratres ordo bipertitus est, & sicut illum domin⁹ cōstitit

ruit a nullo debet perturbari, Scitis autē a domino apostolos esse electos & cōstitutos, & postea per diuersas puincias ad p̄dicandū dū dispersos, Cū vero messis cōpisset cresce re videns paucos esse operarios ad eorū ad iumentum, lxx. eligi p̄cepit discipulos, Episcopi vero domini apostolorum, presbyteri autē, lxx. discipulorū loca tenēt, Hęc ille, AVCTOR, Ecce distātia quāta episcopi a presbytero, quanta scilicet apostoli ab inferiori discipulo, & ecce lxx. discipuli loca presbyterorum, non vt tu dicis diaconorum habebāt: & in hos duos scilicet episcopos, & secundi ordinis sacerdotes est sacerdotalis ordo partitus: de quibus item subdit ibi cap. secundo, ANACLETVS, Episcopi nō in castellis aut modicis ciuitatib⁹ debēt cōstitui: sed presbyteri per castella & modicas ciuitates atq; villas debēt ab episcopis ordinari & poni: singuli tamen p̄ singulos ritulos suos, & episcopus nō ab vno sed a plurib⁹ debet episcopis ordinari & nō ad modicam ciuitatē ne vilescat nomē episcopi aut alicubi, sed ad honorabilē urbem intitulandus & denominandus est, Presbyter vero ad qualēcūq; locum vel ecclesiā in eo constitutum, est p̄ficiendus, atq; in ea diebus vitæ suæ duraturus. Amplius q̄ isti duo ordines sacerdotum nec nobis a domino collati sunt, nec apostoli docuerunt, Hęc ille, AVCTOR, Hic habes parochias diuisas & presbyteros eis instituendos per episcopum, nō fugaciter sed fixe, ita q̄ durent ibi per vitā: adhuc tamen non fuerit episcopi vt factas Cæsarej, Sed mirū q̄ tātū furis cōtra episcopos Cæsareos & iam pcuras vt fiant ecclesiis Cæsarej sacerdotes, & q̄ plus est erunt a creatione & primæua in stititione Cæsarej, & ep̄i criminantē Cæsarej a possessione remota, Itē ex decreto Nicolai papæ cap. vi. est, NICOLAVS, Vt p̄ laicos nullo modo qlibet cleric⁹ aut presbyter ob tinear ecclesiā, nec gratis nec p̄cio, Hęc ille, AVCTOR, Itē ex concilio Laodicēsi cito post principium, LAODICENSE CONCILIVM, Non est permitendum turbis electiones eorum facere qui sunt ad sacerdotium prouehendī, Hęc ibi, AVCTOR, His & multis eis similibus potest discerni apud quos erat antiquitas statuere sacerdotes, & non facile mutandum esse q̄ tanta sanciuir antiquitas, Et quid valet q̄ arguis, quia istud officiū sacerdotis notabiliter spectat ad regni regimē: ergo eius insti-

tutio ad regem spectat potissime, ita spectat ad regni regimē officium angeli principantis & p̄sidentis puinciar, quem admodū habes in scripturis de angelo principe Persarum, nec tamē eius institutio spectabat ad regem, Et equalis ductus arce spectabant ad bonum regimē regni Israel, nō tamen ad ductum regis vel principis, Osa enim rite percussus est cū veller eleuare cadentem, Et nescis quot inepte promotiōes sacerdotum per principantes contingunt, ita vt indigni dignis pluries p̄ponunt q̄ digni p̄ferunt indignis, vnde passim dicit noster popularis susurro illud Ecclesiasticus decimo, Vidi stultū in sublimitatibus magnis: quod sic exponit HIERONYMVS, in commentario super ecclesiasten, Hanc iniquitatem se in seculo conspexisse commemorat q̄ videat iniustū iudicium dei esse, & siue per ignorantia siue absq; ei⁹ fieri volūitate, vt vel in mundi potestatibus, vel in ecclesiæ principatu sapē it q̄ diuites in sermone sunt atq; sapientes, diuites etiā in operib⁹ bonis ignobiles sedeat, & imprudēs q̄ in ecclesia teneat principatū, Hoc autē fieri a vultu eius q̄ in seculo habeat potestātē dū potēs quosq; & doctos viros premat, nec eos in populis apparere permittat, Illos vero quos scit esse imprudētes in ecclesiis faciat esse maiores vt cæci a cæcis ducant in foueā, Ad hūc facit sensum & illud q̄ sequit, Vidi seruos super equos, & p̄cipēs quasi seruos ambulātes sup terrā, q̄ it q̄ serui sunt vitiorū atq; peccati, siue tam humiles vt serui ab hoib⁹ computentur subditi a diabolo dignitate p̄lati vias publicas quas vulgo horicas appellāt magis terant & nobilis q̄q; vel prudēs paup̄tate oppress⁹ gradū itinere officioq; seruoq;, Hęc Hieron. AVCT. Ecce quanta querela nobilis viri sup iniq̄s p̄motorib⁹ clericorū a vultu ei⁹ emanantibus qui in seculo habeat potestatem, vnde & similit potestatem in plebē frequēter exercere solēt, & sine sacerdotali vitavel cura de sacerdotali iure lucra sectari, vt sit eis prima mētis propositio q̄ sit pingue beneficium, nō q̄ sanctum, q̄ ingēs officium, Hos vocat antiquus GREGORIUS NAZIANZEN⁹ canes lib. iiii. q̄ inscribit de semetipso de agro reuerso cito post principū, Timeo inquit, hoc q̄ video etiā canes affectare officium pastorale, q̄ & mirum videtur maxime cū nihil in semetipsis pastoralis p̄parauerint disciplinē, sed la-

niare tm̄ & discerpere didicerunt & distipare alienos labores: quia facilius est semper perdere q̄ conseruare, Et infra, Sed nō opto ex illis pastorib⁹ inueniri q̄ lac qdē comedūt & lanis adoperiunt, & qd crassum est iugulant & labore conficiunt vel in precū verunt & dicunt, Benedict⁹ domin⁹ quoniā dītari sumus: qui seipsos pascunt magis q̄ oues: sed ex illis opto inueniri pastoribus qui dicunt quis infirmat & ego non infirmor: per sollicitudinē scilicet: qui dicūt nō quero quæ vestra sunt sed vos, Hęc ille, AVCTOR, Apud pastores maiores igitur debet de secundis pastoribus statuēdis bene accurata vigilare memoria vt tales aptiores credant ad curā qui stultiores vident ad seculū, peritiores ad vitam, honestiores ad gestum, modestiores ad veniam, paratiores ad gratiā, Vt autē sint instructiores ad docendum est in inferiore pastore cōgruū, certe in summo pastore necessariū, quibus ideo in consecratione euangelii liber superponendus est capit.

Q̄ liceat pastoribus locorū exigere decimas per censuras tanq̄ res dominicas, nō suas: & ad bonum ac meritū populū decimantis, Cap. LXIII.

AVCTOR,

EX domini dicit per os apostoli Pauli: qui altari seruit, de altari viuat, Et quis vnq̄ suo stipendio militauit? Ita igitur hac & aliis legibus decimæ debite sunt sacerdotib⁹ & ministris ecclesiæ, Vviticliff autē omniconatu laborat hanc legem soluere docens populum ne rectoribus suis quicq̄ donent nisi eos iustos viros esse perpendant, Et sacerdotibus intercludit iter legis ne quicq̄ exigant decimarum in libro suo pastorali, cap. sexto, Vviticliff, Ex istis inquit, a q̄busdam colligitur q̄ curatus nō debet decimas a suis subditis per excommunicatiōnem, vel censuras alias extorquere, Patet p̄ hoc q̄ curatus non debet circa talia cū subdito suo contēdere, in cuius signū Christ⁹ & eius apostoli non exigebant sic decimas, sed fuerunt de alimento & tegumento debitis contenti, Hęc ille, AVCT. Mirū iam Christum & apostolos sumit in testes p̄ decimis nō perēdis, Supra nec Christum nec apostolos sequebat immo potius contrāxit vnq̄ de statuēdis pastoribus per seculi potestates, Sed crede quis in noīe Christi

prophetare se dicat, Christus eum non noīe, nō se negat, Intelligenda sunt decimæ cum de eis loquimur: non semper secundum suam quomam sed magis secundū substantiam, sicut Paulus vti termino cum dicit, Quis gregem pascit & de lacte eius nō comedit: id est, Quis populū pascit, & de ei⁹ labore substantiā vitæ nō percipit? Et prima ad Timotheū quarto, Qui bene pascunt presbyteri duplici honore digni, maxime qui laborāt in verbo & in doctrina, Dicit enim scriptura, Non infrenabis os boui trituranti, dignus est em̄ operari mercede sua, Vbi duplex honor est honor subiectionis & honor subsidiū tēporalis: qualiter honorare parentes est mandatum decalogi, Vnde HAIMO in expositiōe, Duplicem honorē p̄cipit exhiberi presbytero in salutationib⁹ videlicet vt humiliet se illi subditi, & in exhibendis donis subsidiū tēporalib⁹, Hęc ille, AVCTOR, Vtrūq; ergo honorem dicit apostol⁹ dignū presbytero, debitū sacerdoti: sed vt video hic circa duo extrema duoverant errores, Prim⁹ est eorū q̄oīa via putant sanctū esse repetere decimas quasi sibi personaliter debitas, Et secundus eorum q̄ nullo coactionis modo dicit eas a subditis exigēdas quēadmodū hic suadet Vviticliff in p̄notato cap. multis viis, & in de ecclesia & mēbris, cap. iiii, sustinet absolute, Et si officia, ingt, q̄ deficienti tali subdito p̄sentibus curatorū multi forēt coacti necessitatib⁹ deficere vel miserabiliter mendicare, Hic dicit vt sapē alias q̄ licet mēdicare sit a malo, tamē in casu licitū est, posito q̄ abūdanti⁹ desit, vn̄ se quis, Et vtinā in talem mendicitatē incidēt sacerdotes anteq̄ p̄ talib⁹ placitarent, Hęc ille, & est cōclusio ter dānata, C. xxvi, AVCT. Quid intēdit nisi haresim Massilianorū resuscitare iam mortuā, Vn̄ DAMASCENVS in lib. suo de C. heresib⁹, hęc res. lxxx. Hoc autē studēt non vt clericorū grad⁹ honorabiles iudicātes, q̄ qdē & ipsos cōrēnt cū voluerint, sed potētātū quēdā & auctoritatē sibi ipsi negociātes, Hęc ille, AVCT. Mihi qdē videt error vterq; scilicet sponte placitare p̄ decimas quasi suis cōmodis, Et iterū, nullo modo cogere decimāres, sed mediū virtutis est rē diuinā & eius honorē in decimatiōe p̄cipere, & secundū hoc causam diuini cultus apud iudices est agere & oīno causam postponere p̄sonalē: nā in causa humani cōmodi perfectio est &

Christi conciliū nō retere rem humanam. Matth. vi. Qui vult tecum contēdere in iudicio & tunica tuam tollere, dimitte ei & palliū. Idcirco CYPRIANVS notat istum vii. abusionis gradum lib. de xii. abusionibus. Qui ergo in mundo præsenti, ex quacūq; causa contēdit perpicue ostendit q̄ illum diligit mundum quem diligit per Ioannē apostolum spirit⁹ sancti sermo interdicit in quo ait, Nolite diligere mundum, neq; ea quę in mundo sunt. Mūdi em̄ amor & dei pariter in vno corde habitare nō possunt: quęadmodum aspice oculi cœli & terrā pariter nequaq; aspiciūt. Hęc ille. AVCTOR. Vnde de frequēti contēctione in iudicio obiurgauit Paul⁹ Corinth. non tū quia apud infideles sed q̄ post etiā impotune vexabant fideles. primā ad Corin. vi. Iam quidem omnino delictū est &c. Vbi HIERONYMVS in annotationib⁹, Qd̄ contra pręceptum facitis Christi q̄ iudicia habetis inter vos qui semper pacē habere debueritis, & cum rerum temporalium detrimēto cur non magis iniuriā accipitis? cur nō magis fraudē patimini: sed vos iniuriā facitis & fraudatis. Cum illatā secū dum euāgelii pręceptum & domini exemplum sustinere debeat, vos ecōtratio nō solū nō suffertis sed etiā nō facientib⁹ irrogatis. Hęc Hierony. incedēs pedetērī cū apostolo. AVCTOR. Qd̄ si tū p̄ omīssione huius cōsiliū criminād⁹ est popul⁹ multo ampl⁹, tūc pastor populū & sacerdos. Etiā hoc est p̄ quo CHRYSOSTOMVS redarguit sacerdotes Homilia xli. sup̄ Mat. in imperfecō. Nūc inq̄t, veniā ad sacerdotes, scim⁹ q̄ iustitiā seruare & misericordiā facere, & fidē habere, p̄pter suā gloriā mādauit de: decimas autē offerre p̄pter vtilitatē sacerdotū, vt sacerdotes qd̄ in spiritualib⁹ populo obsequant: populū autē in corporalibus sacerdotibus subministrēt. Sacerdotes igit̄ pleni auaritiā, si q̄s de populo decimas nō obtulisset, ita eū corripiebant quasi magnum crimē fecisset, q̄ alicui⁹ minime rei decimā nō obtulisset. Si q̄s autē in populo aut peccabat aut alterū lædebat, aut aliqd̄ tale faciebat, nemo eum corripere curabat, q̄si nullā fecisset culpā: qm̄ i deū peccabāt, de suo qd̄ lucro sollicitē agebāt: de gloria autē dei & salute hominū negligebāt. Hęc ille. AVCTOR. Ita dico, non do cōsiliū quēq; sacerdotē cū sibi subiecto p̄ sua re cōtēdere, hoc em̄ incitat cōtumaciā plebis & igno-

miniā sacerdotis. Sed videam⁹ dei iniuriā etiā in subtractiōe temerariā decimarū, & p̄bo sacerdotū actionē in iudicio licitā. Primo quia dehonorat deum q̄ detinet sic rem sacrā: sed honor dei debet ab oib⁹ Christianis maxime a p̄fectis viris vindicari, igit̄ a curatis debet expecti. Itē q̄a tale facin⁹ dāni ficat totū mundum: subtrahunt em̄ fruct⁹ huic seculo p̄ auaritiā retinētū decimas si nō vindicet deus. Itē grāde peccatū est nō decimare simpliciter: sed pastor habet p̄uidere gregi vt peccare desinat, igit̄ p̄ oīa mē dia charitatis si oporteat habet adire p̄ correptione peccatis ouis ecclesiasticis paratis. Itē est causa subtractiōis dei cult⁹ q̄ necessaria exerceat p̄ institutos ministros, & sic perire posset sacrificiū a populo & doctrina fidelitū: sed ne rāta fiat ruina habet pastor i cūbēs cauere & corripere delinquentē. Hoī oīm fūdamētū vide i Malachia p̄pheta ca. iiii. Reuertimini ad me & reuertar ad vos, dicit dñs exercitū. Et dixistis i quo cōfigim⁹ te? In decimis & i primitiis, & i penuria vos maledicti estis & mevos cōfigitis gens tota. Afferte em̄ omnē decimatiōē i horarū meū, & sit cibus in domo mea, & p̄bate me super hoc dicit dñs, Si nō operuero vobis catarractas cœli & effudero vobis benedictionē vsq; ad abundantiam, & increpabo p̄ vobis deuorātē & nō corripet fruct⁹ terrę vestrę, nec erit sterilis vinea in agro dicit domin⁹ exercitū, & beatos vos dicēt omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis. AVCTOR. Ex quo scripturę maguo loco patēt ea quę pręposui, & primo q̄ deo ipsūm dicit confictū si decimā nō reddant propter penuriam ministrorum, vnde ista dicebant quia cultus dei cōepit in tēplo de ficere p̄pter penuriam decimarum. Vnde GLOSSA ibi habet super hoc verbo configitis. Tēpore Esdrę rāta rāta fames vt multi prę penuriam filios & filias vendentes & frumenta ementes leuitis decimas non soluerent, qui etiā fruges in horrea congelserant pro magnitudine precii decimas nō soluebant, vnde compulsi ministri templi fugerunt vnusquisq; in regionem suam. Vnde dicit dominus se in suis afflictum & non accepisse decimas. Hęc ille. AVCTOR. Quod autem damnificas mūdum si decimas non reddis, patet ex scriptura vbi promittit de⁹ aperiri catarractas cœli quę alias clausę erant. Vnde AVGVSTINVS in sermone de reddendis

decimis q̄ incipit. Propitio Christo, Ecce habes in scripturis sanctis cautionem dñi tui per quā tibi pmisit q̄ si decimas dederis nō solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. Cū enim decimas dando, & terrena & cœlestia possis munera p̄mereri, quare per auaritiā tuā duplicē te benedictione fraudes? Redi me te homo dñi viuīs, redime temetipsum dum potes. Hęc ille, AVCTOR. Ita mihi videt̄ magnum malū mundo & grāde peccatum supposito subtrahētī si decimę non reddant quia deus iritatur, ministri fraudātur suis prouentibus, & totus mund⁹ peioratur in parte. Quis ergo cū dilectione etiā si oporteat terrorib⁹ peccatorem pulsabit? Quis me si talis fuero corripiet nisi iustus in misericordia, iustus iniquā pastor tu⁹ de quo dicit ad literā. Desudet elemosyna in manu tua, donec inueneris iustum cui des. Sed recitemus inania eius motiua. Christ⁹ inquit, papa generalissimus transiēs per ciuitatē Samaritanorū, habuit ab illis tam alimenta q̄ tegumenta pertinaciter negata: & querentibus tam Iacobo q̄ Ioāne si vellet ignē descendere de cœlo & ipsos reprobos deuorare: nescitis inq̄t cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas hominum perdere sed saluare: & certū est si non in hoc loco nūq; excommunicatio vel persecutio pro decimis est fundata. Hęc Viticless cap. sexto de officio pastoralī. AVCTOR. Immo alio loco, sed noli pręterire q̄ hic agatur de decimis secundum substantiam confusi victus, non autem secundum quotam alicui⁹ partis, & iuxta hoc veni mecum ad ficum cui maledixit dominus, quia non attulit ficus ad sedandum famē eius. Matth. xxi. & Marci xi. Veni mecum ad scripturam sacram, Actuum v. vbi princeps apostolorum Petrus excommunicauit, & verbo extinctos reddidit Ananiā & Saphiram, quia fraudabant precii oblationis suę sub voto. An non aque excommunicadus est qui fraudem fecerit? De mā dato vtq; mittam te vbi plane Christ⁹ docuit discipulos pro euangelizandī officio victus exigere debitum, aut negantib⁹ in terminare vindictam, Lucę nono. In quacūq; domum intraueritis, ibi manete & inde ne exeatis: & quicūq; non receperint vos exeuntes de ciuitate illa etiā puluerē pedum vestrorum excutite in testimoniū super illos: & quid est hoc nisi nota vindic-

tiō & excommunicationis aperta? Vnde BEDA super Lucam lib. iiii. cap. vii. Puluis excutitur de pedibus in testimoniū laboris sui q̄ ingressi sunt ciuitatem & p̄dicatione apostolica ad illos vsq; peruenerit. Sequitur, Qui perfidia vel negligentia vel etiam studio contemnunt horum vitanda cōmunio, fugienda synagoga censetur. Et excutiendus pedum puluis ne gestis manib⁹ & pulueri comparandis mentis castę vestigiū polluat. Hęc ille, AVCTOR. His igit̄ tur scripturarum locis etiam cum afflictione & censuris exigi debet ecclesię ministrorum prouentus. Et Augustinū audi si potes dicentem, q̄ Christ⁹ hos tacitus exigit in scripturis sup̄ psal. cxlvi. versu Qui producit in montibus scœnum. AVGVSTINVS, Christ⁹ inquit, tacitus exigit, & maior est vox tacentis qui in euangelio nō tacet. Non enim vere tacet cum dicit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt & ipsi recipiant vos in aeterna tabernacula: non tacet ipse audite vocē ipsius. Nemo em̄ potest vos exigere nisi forte ex actione opus est vt qui vobis ex euangelio seruiunt petant a vobis: si ad hoc ventum fuerit vt petant, videte ne qd̄ vos a deo petitis frustra petatis. Hęc Augustinus. AVCTOR. Ecce q̄ Augustinus supponit ministrum ecclesię posse exigere victum & petere si exactione, inquit, op⁹ sit. Et in sermone p̄dicto de reddendis decimis circa medium, AVGVSTINVS, Decimę ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit res alienas inuadit: & quāti pauperes in locis vbi habitat ipse illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante tribunal aeterni iudicis apparebit: quia rem a domino pauperib⁹ delegatam suis vībus vsurpauit. Qui ergo sibi aut p̄mionem comparare, aut peccatorū desiderat indulgentiam p̄mereri redditis decimis, etiam de nouē partibus studeat elemosynam dare: ita tñ vt qd̄ excepto victu mediocri & vestitu rationabili nō luxuriose referret, sed in thesauro cœlesti p̄ elemosynam pauperum reponatur. Hęc ille, AVCTOR. Plane ecce dicit Augustinus q̄ decimę requiruntur ex debito, & q̄ eas detinet, res detinet alienas, sed ne fauere possit detinenti q̄ ipse possit eas seruare in vībus pauperum & ita excusandus a crimine, quia non suis vībus seruat. Augustinus hoc excludens iubet redditis decimis

de noue partib⁹ reliq⁹ elemofynas difpēfa re. Noli ergo de decimis quae sunt dei, sed fi vis de noue partibus que tuae esse videntur pauperibus impertiri. Quod arguis de filiis Offin nihil mouet, quia exigebat portio nem indebita quae in nostris presbyteris non probamus, & item de Paulo quae laborauit ad Philemonem ut datum suum esset voluntarium: verum est condonatio scilicet reat⁹ seruili onerum simi & emancipatio ei⁹ ad officium euangelii, sed quid hoc ad propositum decimarum? Item quia arguis in de ecclesia cap. sexto, quod nemo contenderet cum suis parochianis pro decimis aut oblationibus obtinendis, Primo quia nescit si bene ministret unde solui sint sibi debita, & iterum quia nescit an sit praescitus, & sic non membrum ecclesiae, & quia talis contentio debet fieri in charitate, idcirco diximus non propter suum commodum pastores exacturos tales puen⁹, sed propter honorem dei & meritum decimarum, condoleo criminari rapinae eius & iniustitiae semper cum paterno zelo reformare conantes flagitium delinquentes non ad lucrum temporale pastoris. Et hoc Paulus fecit ut dicit AVGVSTINVS, cum laudaret Philipenses non quarens datum eorum, sed tamen fructum in sermone de pastoribus, circa principium. Ipse apostolus datum non querebat, fructuosas tamen oves suas esse cupiebat non steriles sine lactis vbertate. Itaque cum esset quodam tempore in magna indigentia victus in confessione veritatis missum est illi a fratribus unde necessitati & indigentiae ei⁹ ministraret. Respondit autem illis gratias agens, & dixit, bene fecistis communicare necessitatibus meis. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse, scio abundare, noui & penuriam pati, omnia possum in eo quod me confortat Christus, verum tamen vos bene fecistis vobis meis mittere. Sed ut ostenderet in eo quod illi bene fecerunt quod ipse quareret ne inter illos esset qui seiplos pascunt non oves, non tam suae gaudet subuentum esse necessitati quam illorum gratulabatur fecunditati. Quid ergo ibi querebat. Non quero inquit, datum sed quero fructum: non ut ego inquit, expleat, sed ne vos inanes remaneatis. Haec Augustinus. AVCTOR. Ita vos ecclesiarum pastores cum Paulo, quarete fructum afferentem subditorum non datum. Quid est non datum non ut vos explemini ut dicitur, sed ne ipsi inanes remaneant lampades vacuae & fatuae. Hoc fecit Paulus qui

cum obtulissent fideles ut iusserat, de oblationibus concedere noluit. Vnde AVGVSTINVS super Psal. cxlvi. Paulus apostolus quidem manibus suis viuens ipsum foenum montium noluit accipere, voluit indigere, sed tamen montes dabant foenum: non enim quia ille noluit accipere, propterea montes non deberent dare ut steriles remanerent. Debetur pluuia fructus, debetur seruo cibus: sicut dominus ait. Manducate quae ab ipsis sunt, & ne putarent aliquid de suo donare. Dignus est enim, inquit, operarius mercede sua. Haec ille. AVCTOR. Haec duxi dicenda propter debitum pastorum quauis nolentium cibari de oblationibus plebium, & postea dicit Augustinus quod ecclesiastici viri ita quarentes decimas vel victum a populo, & si non propter fructum populi, quarent tamen propter fructum populi & suam iustitiam, & propter sterilitatem suae glebae fugadam. Ibidem AVGVSTINVS. Itaque fratres quoniam contingit iam ex ista occasione aliquid loqui vobis, maxime quia loquimur talia nos non quarentes a vobis & liberi ideo dicimus. Sed si quaremus, fructum vestrum quaremus & non vestras opes, sed vestram iustitiam. Vnde admoneo breuiter si vultis non esse steriles ut reddatis pro pluuia fecunditatem, nec damnatur post sterilitatem vestram. Minatur enim deus terram sterili & spinose ignem sicut fructuose horreum parat: efficit ut vos ipsos exigatis. Haec ille. AVCTOR. Igitur non peccent pastores si quarent decimas, immo peccarent si hoc modo vindictam dei non declinarent a populo. Dicat ergo pastor qui bonum gregis affectat, & oves pingues in pascuis seculi decimare: si autem veniam ad vos, sed quomodo vultis in verbo manifestudinis an in virga aequitatis? qua extensam video in decretali synodo Nicolai capitulo quinto. NICOLAUS. Ut decimae, inquit, & primitiae oblationes seu viuorum & mortuorum ecclesiae dei fideliter reddantur, scilicet laicis: & ut in dispositione episcoporum sint, quas qui retinuerint a sanctae ecclesiae communione separent. Haec ibi.


¶ **Q**uod seculares decimas dent & offerant apud pastores de

¶ **Q**uod delinquentes in ecclesia

¶ **Caput. LXV.**

¶ **Q**uod de

F



AVCTOR. VDIFFICAT ergo populum Christianum cum dicit eum non exigendum non requirendum ad decimas. Ludificat amplius idem Vviteless cum dicit hortatur, & monet non omnino decimandum aut offerendum quomocumque apud iniustae vitae presbyteros in libello suo de cura pastoralis capitulo octauo. VVITCLEFF. Fideles, inquit, ex istis eliciunt quod deficiente curato notorie in suo officio pastoralis licet subditis, immo debent subtrahere ab ipso oblationes & decimas, & quicquid fuerit occasio ad tale facinus nutriendum. Haec Vviteless. Er probat ab intento, quia propter defectum doctrinae secundum epistolam Ioannis non debet aliquis saluari, & sic sustentans curatum dando elemosynam dat contra Christum, & talis consentit in crimine peccantis per fauorem, haec sunt motiua. AVCTOR. Vtrum iste consolerur aliquem in hac doctrina, nescio nisi sui similes: hoc scio hanc auaritiam ipse docet vniuersaliter in singulis gentibus. Eo enim fundamento ipse vritur cum docet non dandum pauperibus, nisi quos nouerint esse iustos. Hoc ipso fundamento docet Christum & eius apostolos non dedisse elemosynas corporales. Hoc modo ab episcopis & dotatis collegiis docet rapiendas possessiones immobilis. Hoc modo docet dominos seculares si non sint in gratia eo ipso cadere ab omni iure in ipsorum dominis. Erigat omnis pars ecclesiae suum oculum, & videat an consolerur eam quis ex omnibus charis Vviteless. Quia dicere possit illud Iob. Consolatore mali omnes vos. AVGVSTINVS in annotationibus. Malos potestis consolari quia ipsi vos imitantur, non bonos: a nullo enim vestrum audiui aliquid boni. Haec ille. AVGT. Sed ad eam Christum thronum gratiae ut interimam⁹ haeresim, cuius contrarium ipse verbo docuit, facto probauit. Arguis secundum Ioannem quod propter minorem defectum, scilicet doctrinae non debet aliquis saluari. Sed beatissimus dominus noster Iesus Christus Iudae iam facto proditori retribuit osculum & mensam suam fecit partiicipem. An non Christus? tunc ait, Cui intinxi panem porrexero, ille est: & cum intinxisset panem, dedit Iudae Simonis Scariothis. Ioannis de

cimotertio. Adhuc Iudas sacerdos erat, & summus sacerdos pastor populi designatus a Christo, & Christus summa veritas sustentauit istum curatum. Aut nunquid dedit elemosynam contra Christum? Certe Christus hoc sciens dixit, Qui manducat panem meum leuabit contra me calcaneum suum. Ecce Christus pauit, Iudam sustentauit, diabolum traditorem cibauit, non ignotum sed cognitum semper ante praescitum: nunquid peccauit? nunquid se ut Iudas peccidit per consensum? Absit fidelibus. tam iniqua doctrina. CHRYSOSTOMVS. Dicit Christum docere nos omnes in hoc facto benefacere omnibus malefacientibus nobis etiam si sciamus eos non conuertendos in melius super Ioannem Homilia septuagesima prima. Qui manducat mecum panem, & caetera omnia alia dimittens hoc vnum sufficiens erat eum, scilicet Iudam distingere & conuerrere. Posuit Christus, Qui a me nutritus est, qui apud me mensam communicauit. Hoc autem dixit erudiens nos eis qui malefaciunt benefacere, & si manserint insanabiliter habentes. Haec Chrysostomus. AVCTOR. Pondera verbum, & si manserint insanabiliter habentes: sicut Christus sciuit Iudam insanabilem. Et in morali sequente idem CHRYSOSTOMVS. Nihil ita deum laetificat ut non reddere malum pro malo, & quid dico malum pro malo, immo reddere contraria? Inimicum quidem est nobis dare illis beneficia & orationes, propterea & Christus eum qui debebat prodere se contrariis his remunerauit: pedes lauit, redarguit latenter, parce feriebat, curabat, mensam & osculum tradebat: & neque his factus est melior. Haec ille. AVCTOR. Ecce debemus reddere omnia pro malis bona temporalia & spiritalia beneficia & orationes. Dicit Chrysostomus, Quod si debes orare pro malo pastore quod est maius, quomodo non pascere quod est minus? Sicut temporale bonum spiritali postponitur: sed non tamen volo ut pascas eum contra Christum sed pro Christo, sicut AVGVSTINVS dicit, Elemosynam tribuendam homini peccatori prima parte sermonum sermone de generalitate elemosynarum qui incipit. Sunt qui, & caetera. Da misericordiam & ne suscipias peccatorem. Illa enim ob hoc dicta sunt ne cuiquam peccatori, propterea benefacias quia peccator, sed quia homo est.

Itaq; vtrūq; præceptum tenebis, nō ad vīdīctam remissus, nec ad subueniendū. Oīs enim qui recte arguit peccatorem, quid aliud q̄ non vult esse peccatorem? Odit ergo in illo qd̄ & odit deus vt perimatur qd̄ homo fecit, & liberetur qd̄ deus fecit. Peccatum quippe homo fecit, ipsum autē hominem deus. Et infra. Benefac humili propter hoc q̄ humilis est, & ne dederis impio propter hoc qd̄ impius est, quoniam & altissimus odio habet peccatores & impiis reddet vindictam: qui tamē propterea q̄ non solum peccatores & impij, verum etiam homines sunt facit oriri solē suum super bonos & malos: & pluit sup iustos & iniustos, ita nulli homini claudenda est misericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda. Hinc itaq; maxime intelligendum est q̄ nō sit cōtenuenda elemosyna quæ quibusq; pauperibus iure humanitatis impedit: quoniam quidē dominus subleuabit indigentia pauperū, etiā ex his loculis quos ex loculis implebat illorum. Q; si forte dixerit quis: nec illos debiles & mendicos quos dominus iussit potius imitari, nec illos quibus solebat de loculis erogare peccatores fuisse: ideo nō esse consequens vt propter hęc euangelica testimonia etiam peccatores a misericordiis suscipi vel pacē iubeant. Illud attendat qd̄ iam superius memorauī, quia vtrūq; peccatores, & maxime scelerati sunt qui oderunt & persequuntur ecclesiam, de quibus tamen dicitur, Benefacite his qui oderunt vos, & hoc ex voluntate dei patris astruit qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Non ergo suscipiamus peccatores, propterea q̄ sunt peccatores, sed tamen eos ipsos quia & homines sunt, humana consideratione tractemus. Persequamur in eis propter iniquitatem: miseremur communē conditionem, & sic infatigabiles dum tēpus habemus bonū operemur ad omēs, maxime autē ad doctos, meliōs, fidei. Hęc Augustinus, AVCT. Hic ergo delectæ sunt argutiæ Vviteless quotquot sciuit vnq̄ contra Christianam pietatē obtendere: hic in cōmuni defensionis scutum obrinet. Quotquot de elemosynis Christi viuunt siue maiores sint presbyteri siue pastores minuri, siue religiosi Christi pauperes & inopes siue dotati, cum cōtē pacēdī sunt de misericordia plebis siue sint peccatores siue iusti, & qui eis subtraxerit alimoniam quæ sunt peccatores, tenebit ad-

districtū iudiciū, quia eos quātum in se est occidit quia sunt homines, magis quia fideles, magis autē quia sub voto Christi pauperes: magis quia pastores eorum, quā maxime quia summi pastores. Hęc dicta transeunt cum argumētis de decima quo ad quotam. Scis ne distributionē illā quā Christus cūcta debita terrena comprehendens Herodianis assignat, Mat. xxi. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Scis quæ illa sunt quæ dicit ibi esse & deo reddenda: certe oblationes ibi decimasq; dixit. Vnde Hieronymus in commentario Mat. super hunc locum. Porro quæ ait, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, i. nūmum tributum & pecuniā, & quæ sunt dei deo: decimas, primitias, & oblationes ac victimas sentiamus quomodo & ipse reddidit tributa p se, & Petro & deo reddidit quæ dei sunt. Hęc Hieronymus, AVCTOR. Recole tādē quā Cæsar erat, tunc Tiberius infidelis tyrānus successor & hæres Octauiani. Qui sacerdotes quibus ex parte dei dicitur reddere decimas, infideles, auari in malo pertinaces, ad pietatē indociles, & mortē domini iugiter meditates. Quid vis Vviteless, iubes tu subtrahere decimas sacerdotibus reis forsitan in moribus, sed fideis in fide, quas Christus omni censura perfidissimis iussit esse reddendas. Quis infeliciores tali doctore: quis repugnantior Iesu Christo: si sacerdos dominus esset decimæ p cuius amore simpliciter redderentur colorē haberes aliquē. Dico tibi dominus decimæ deus est & vult vt nō vbi tu vis, sed cui ipse deputauit ministro disponas. Peior forsitan Iuda nō erit: cui tradebant fideles quæ Christo dabant. Ipse enim erat fiscus Christi quāliter omnis sacerdos iam in ecclesia dicit AVGVSTINVS super Psal. clxvi. Sude inquit, elemosyna tua quousq; inuenies iustum cui des. Nunq̄ hoc facietis nisi aliquid de reb; vestris sepositū habueritis quod cuiq; placet p necessitate rei familiaris tanq̄ debitum quasi fisco reddendum si non habet rem publicā suā, Christus nō habet fiscū suū. Fiscus em̄ scitis quid sit, fiscus saccus est, vñ & fiscella & fiscina dicitur. Ne putetis quia aliq̄s draco est fiscus, quia cū timore audit exactor fisci, fiscus saccus est publicus. Ipsum habebat dñs hic in terra quā loculos habebat, & ipsi loculi Iudæ erāt commissi, Iudæ traditorū. Patiebat dñs & furē in ipso ostendēs vbiq; patientiā suā: tñ illi q̄ cōferebāt, in loculos

domini cōferebant, Sequitur, scindite ergo aliquid & deputare aliquid fisco vel ex annuis fructibus, vel ex quotidianis questibus vestris. Exime aliquam partem reddituum tuorū: decimas vis, decimas exime, quanq̄ parum sit, dicitur enim quia Pharisæi decimas dabant. Hęc Augustinus, AVCT. Vide iam Augustinum dicere quod decimæ sunt sacerdotibus tanq̄ debita fisco reddenda: & fiscus dicitur erat tremendus exactor, & illum fiscum habebat Christus in terra in loculis Iudæ commissis. Ita consulit, vt fisco quem Christus iam commisit custodiæ sacerdotum decimas ex proventibus annuis impendas. Quando docebat te, vt illum deinde successorī malo scilicet pastori subtrahas aut decimas: Sed quoniam malus Iudas tūc, & malus pastor nūc, vterq; fiscum Christi gestat, vterq; decimarum domini legitimus est exactor.

Ne subditus temere iudicet de vita pastoris

CAP. LXVI.

GXPEDITVS est populus per Vviteless, vt possit & debeat subtrahere elemosynas oblationes & decimas pastori delinquenti in officio: sed quia possit dubitari, cuius iudicio cenfebatur deliquisse sacerdos: ne populus ibi moram faceret vnicuiq; de populo sciscitando super pastore suo, rārum committit iudicium, de officio pastoralis cap. viii. VVIT. Nō valet hic scitio Antichristi quod subditus non debet iudicare de vita vel officio pastoralis: quia debet iudicare an recte pdicat & docet viā ad patriā, sed hoc est magnum & necessarium iudicium quod Antichristus nō audeat interdicerē p pudore, si milititer Christus præcipit Ioannis x. Si nō facio opera patris mei, nolite mihi credere. Quæ ergo extollentia Antichristi supra Christū quod subditi debent illi credere in faciendo opera patris sui diaboli quod sit dignus recipere elemosynas subditorum; Hęc Vviteless, AVCTOR. O ergo vile & captiuū officium sacerdotis in quo oēs rudes populi res & scelerati raptores, flagitiosi, mēdaces, adulteri etiam Vviteless hæretici præficiuntur in iudices in causis eorū cōtra deū & tumultuabit puer cōtra senē: & ignobilis cōtra nobilem, mancipiū cōtra dominū: idē gener filius cōtra patrē, iam abusus detractionū, pureus scandalorū, iurgia diffusionū oīm aperitur: quando libertas o-

mnimoda traditur subditis de vita sui præpositi ferre sententiā & auferre stipēdiū. In leuiori causa de pecuniis accommodatis vel depositis arguebat Apost. populū Corinthiorū quod nō elegissent vnū sapientē inter oēs quod iudicaret inter eos. Ad verendum dico: sic nō est inter vos sapiēs quicquid possit iudicare inter fratrem & fratrem suū: sed frater cū fratre iudicio cōtēdit nō solum sed vincit. Et quid dicis ad Christi euāgelium iubens vt Christiani scribās & Pharisæi attēdant qui super cathedrā Myosi qui dicunt & non faciunt: quod dicunt vobis inquit facite, sedm̄ opera eorū nolite facere: ergo relinquentes eorū malā vitā debent honorare doctrinā. Et soluitur argumentū quod fecisti, subditi debent iudicare vtrū pastor fideliter doceat, nullatenus tamē debet eū per seipsum iudicio arguere quod male viuatur. Vñ CHRYSO. sup epist. ii. ad Timotheum Homil. ii. Nescis quid est sacerdos: angelus dei est. Vnde em̄ quod sui ipsius sunt loquitur: Si cōtempseris, nō eū cōtēns, sed eū quod inthronizauit eū deū. Et vnde manifestū quod inthronizauit eū dicit quod. Nūc igitur nō si hęc habes suspitionē spes tua euacuata est: si em̄ nihil agit de p eū, neq; laacrum habes neq; mysteriis præcipas, neq; beatitudinibus frueris. Nō ergo Christianus quod ergo oēs deus inthronizauit & indignos quod de nō inthronizat: per oēs autē est Christus idē & si ipsi sint indigni, propterea vt saluetur populus, & bene infra. Nā si dogma habet puerum, licet viat angelus sit, ne obediās: si vero recte docet, ne attendas vitā, sed verba. Hęc ille, AVCT. Ergo soluitur ratio quā fecisti, quia de doctrina pastoris habet populus iudicare nō de eius vita discutere, quod autē de Christo dicis, certe torisli scripturas, Christus em̄ nō dixit, si nō fecero opa patris mei, iudicate me, sed nolite credere: quæ sunt illa opa alibi dicit. Si opa nō fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum nō haberent: & hęc sunt miracula de quibus etiā ipse superius dixit. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, illa testimonia perhibent de me. Vbi CHRYSO. STOMus Homil. lxi. Tolerabiles eorū principes cōtēntur ad inuicē dixerūt. Nō em̄ potest homo peccator talia signa facere nisi fuerit deus cū eo: & cōsideratēs signa quæ faciebat dixerunt. Nonne hic est Christus? Sequitur, Quia igitur simulabat tūc a mundo suaderi verbo qui tot non quasi sunt

operibus arguit eorum malitiā dicens, quoniam si operibus nō creditis qualiter verbis, creditis? Hęc ille. AVCT. Iussit ergo Christus vt propter miracula crederent, nō vt vitam cū operibus iudicarent. Et q̄ arguis extollentiā Antichristi super Christū, ego redarguo: Christ⁹ em̄ dixit mulieri ad alterā: iā conuict⁹: nec egote condemna- bo: vade iam amplius noli peccare. Ioannis viii. Christus itē dixit, ego non iudico quē quam. Quā ergo extollentiā Antichristi super Christum, vt tu iudicare præsumas, & condemnare priuatiū vbi Christus iudicare noluit in iudicio publico iam conuict⁹? Sed huic superaddidit maiorē blasphemiam dicens q̄ sufficit iudiciū, sufficit in foro cōsciētiā. VVIT. in de speculo militantis ecclesie cap. iiii. Christus ex fide dixit Ioānis x. Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere: si autem facio, & si mihi nō vultis credere, operibus credite. Si autē Christ⁹ deus & homo ex fide reliquit Iudaeis iudiciū ex suis operibus iudicandi, quis est iste Antichristus qui non vult ex operibus in malitiā tm̄ patentibus ab hominibus iudicari? Non em̄ requirit nobis processum in foro cęlereo, sed p̄cessus in foro cōsciētię ad s̄e quō Christ⁹ exigit operandū. Hęc Vviteff. AVCT. Contra oēs catholicos sacerdotes & clericos licentiā istā donat facillime iudicādi: solis vero prędicatoribus & discipulis suis hereticis processum iuris cū omni difficultate cōtra eos iudicandi dicit esse seruandū in opere suo epistolari sermone. VVIT. Non inq̄t debet p̄lat⁹ ecclesie credere in isto cuiuscūq̄ pseudoclerico vel falso nugigerulo, sed veritatē erroris talis p̄byteri secundū probatōnē validā expectare: aliter enim ex sibi dubio incideret in infinitas hęreses Antichristi, & blasphemaret extollendo se sup̄ deū puniēdo in casu simplicē p̄byterū ante notitiā culpę. ei⁹ qđ indubiē de⁹ nō potest facere. Probatio autē talis criminis p̄dicantis pateret maxime ex testimonio auditoriū prudētius euāgelizationē p̄byteri audientis: potest enim pseudo idiora ex inuida & ex cęca ignoratiā iustū p̄byterū accusare. Ideo si cęc⁹ talis cęcū p̄latū ducat ad irregulariter puniēdū ambo in foueā cadent. Hęc Vviteff. AVCT. Videtis qualis iste sit legiser, q̄ inutilis, q̄ inequalis, q̄ personarū acceptor. Nihil facilius p̄mittitur subditis iudicare q̄ de doctrina p̄byteri. Nihil diffi-

cilius q̄ de vita vt iā supra dixit Chrysof. Et videtis q̄ facile permittit iudiciū de vita p̄lati, de qua quęlibet subditū constituit iudicē, publicū vetat expectare iudiciū, forū cōsciētię dicit sufficere secundū qđ oēm possit subditus victū tollere sacerdotis. De doctrina pseudop̄byteri soli p̄lato seruat decretū: p̄bationē exigit validam forū expetit publicū ne audiat quisq̄ idiotā cōtra sacerdotē extraneū, cui supra concessit per se iudiciū facere cōtra patrē p̄prium contra pastorē. Quis sapiens, & intelliget hęc? In hac autem hęresi delictioso iudicio cōsciētię fuerunt quidam Corinthi quibus Paulus ait primē Corinth. iiii. Mihi pro minimo est, vt a vobis iudicet, aut ab humano die, sed neq̄ meipsum iudico: qui autem iudicat me, domin⁹ est. Vbi HIERONYMUS in annotationibus. Interrogantis vox est, id est vos hic iam putatis cōsciētiās iudicare. Mihi autē pro minimo est &c. Humanum iudiciū null⁹ dico mōmētū, in quo sępe veritas & iustitia frustratur: diem em̄ hominis nō cōcupiui, Hieronimas ait, Hęc ille. Item HAYMO in expositione, pseudoapostoli ac philosophi & qđā Corinthiorū seducti ab illis diiudicabāt siue deridebāt Paulū apost. eo q̄ non discreparet a p̄dicatiōe Petri aliorūq̄ apostolorū simpliciter & rustice p̄dicās. Et infra. Aliē em̄ p̄dicat exterius atq̄ aliter agit interius & in occulto. Si apostolus nō curans de eorum detractionibus & irrisionibus sciens pro certo quia nihil nocēt homini aliena verba quę propria non macular cōsciētiā. Mihi inq̄t p̄ minimo est &c. Hęc ille, AVC. Dicit oīs pastor suo subdito qđ mihi de iudicio in foro cōsciētię tuę: quā ideo scio esse erroneā, q̄ pręsumit iudicare parētē. An nō errat forū cōsciētię tuę per te vsurpans in tua causa, & te teste solo iudiciū: cum lex diuina dicat Deuteronomii xix. Non stabit testis vnus cōtra aliq̄ quicquid illud peccati aut facinoris fuerit, sed in ore duorū vel trium testimonium stabit omne verbum. An nō errat forum cōsciētię tuę quando tuo arbitrio causa indiscussa patri tuo spiritali subtrahis honorem debitū sui victus dicēte domino Deuteronomii xxvii. Maledictus homo qui non honorat patrem suum & matrem suā: & dicit omnis populus, Amen. An nō errat forum cōsciētię tuę qđ in sanctos sacerdotes tuos intrudis iudiciū, a quib⁹

te iudicari oportet dicente domino Deuteronomii xvii. Si difficile & ambiguū apud te iudiciū esse perspexeris inter sanguinē & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram. Sequitur, Surge & ascende in locum quem elegerit dominus deus tuus: veniesq̄ ad sacerdotem leuitici generis ad iudicem qui fuerit in illo tempore, queresq̄ ab eis qui iudicabunt tibi iudiciū veritatem, & facies quodcunq̄ dixerint tibi. Et in posteriori textu, Qui autem subreuerit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, & decreto iudicis morietur homo ille. In omnibus his iudiciis peruerse cōsciētię simul vt Paulus, iudicatus pastor dicat, Mihi pro minimo est, vt a vobis iudicet aut ab humano die. Nec accipimus gloriam tuam si fuerint sacerdotes boni, nō peruersi: quia scriptura absolute posita respicit glossam tuam, quia si insistas glossę tuę, peritiores glossatores petamus patres ecclesie. TELESPHORVS papa septim⁹ a Petro ex cōpoto Augustini decreto suo capitulo tertio. Ipsi qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt obediendi & metuendi, non dilacerandi aut detrahendi: quia a quibus domini populus se benedici saluari & institui cupit, nullatenus debet eos arguere: nec vulgus in eorum accusationem suscipi: populus em̄ ab eis docendus est & corripiendus: non ipsi ab eo, quia non est discipulus super magistrum. Nullo ergo modo domini pontifices & reliqui sacerdotes, quibus domini commissā est plebs, rite populū possunt corrigere, si deceptiōi se cognouerint laqueo infestari. Vnde iustum est omnes in vniuerso orbe doctores legis ea quę legis sunt sapere, & non sacerdotes domini a laicis suis: at quibuslibet machinationibus maculare. Dum enim ipsos disponunt aut cupiunt maculare, potius seipsos maculant & vulnerant. Dei ergo ordinationem accusat qua re⁹ constituitur, qui sacerdotēs accusat vel damnari cupit, a quibus se omnes fideles cauere debent, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus rei sunt. Hęc ille. Item GREGORIUS NAZIANZenus libro secundo de Epiphaniis post medium. Cum deinde etiam illud docet quomodo subiectos esse oportet eos qui accedunt ad gratiā, his quibus dispensatio ministeriorum dei

commissa est maxime etiam si dignitate aliqua sibi vel sapientia pręditi videantur. Sequitur. Nemo dissimulet baptismum, nemo contemnat, nemo certe prędicatoribus fidei & dispensatoribus gratię dei resistat atque repugnet: sed cum omni humilitate & veneratione se subiiciat. Hęc ille. Item CHRYSOSTOMVS super Matthæum in imperfecto Homilia quadragesima, Vos qui federis in ecclesia quasi sacerdotum iudices & non auditores, aliena discutientes & propria non considerantes, iudicate de sacerdotibus sicut vos omnes auditis, & non omnes facitis: quod auditis, sic sacerdotes omnes docent sed non faciunt omnes quod docent, Nam in omnibus hominibus dignitas quidem diuersa est, omnium autem natura vna est. Homines enim ab initio creati sunt propter se, postea autē sacerdotes ordinati sūt propter vos. Propterea natura eorum ipsorum est, ordinatio autem eorum vestra. Vnde si bene vixerint, lucrum est eorum: si bene docuerint, vestrum est. Accipite igitur quod vestrum est, & nolite discutere quod alienum est. Sicut enim sacerdotes etiam infideles docent propter fideles melius iudicantes, propter bonos etiam malos fouere, q̄ propter malos etiam bonos negligere: sic & vos propter bonos sacerdotes etiam malos honorate: nec propter malos sacerdotes etiam bonos contemnatis, Melius est enim malis iniusta prestare, q̄ bonis iusta subtrahere. Frequenter enim de malo homine bona doctrina procedit. Ecce enim & vallis terra preciosum aurū producit. Nūquid propter vilem terram preciosum aurum contemnitur? non, sed sic aurum eligitur, & terra relinquitur: sic vos doctrinam suscipite, & mores relinquitis. Hęc Chrysofomus, AVCT. Iā video Chrysof. respōdere sophismati Vviteff. dicentis de officio pastoralī ca. viii. probantis ab intēto licitā subtractionē decimarū populū a p̄bytero deliquēte. VVIT. Taliter inq̄t delinquētē notorie sustētās curatū, dat imprudenter elemosynā cōtra Christū: sed hoc memoscere, ergo nec talī curato imperiali elemosynā subueniret. Itē similiter ex fide quā docet Apost. ad Rom. i. & p̄leges multiplices piculosū peccatū ē crimini cōsētere: sed sic faciunt subditi, qui taliter curato in temporalib⁹ subministrāt: igitur vt sic peccāt grauiter. Hęc Vviteff. AVC. Breuiter rīdide


Chrysoſt. q̄ ſicut ſacerdotes docent infideles p̄pter fideles, ſic populus propter bonos ſacerdotes debet paſcere & honorare per uerſos: quia vt dicit melius eſt malis iniuſta praefare q̄ bonis iuſta ſubtrahere. Nec ideo cōſenties illi in crimiſine q̄ docet Auguſt. q̄ debes hominē paſcere, q̄a homo eſt non q̄a peccator eſt. Alioqn quis tātus peccator, quis tam criminofus inquit eſſe poſſet, vt deus non paſcat qui oēs peccatores ſuſtētat & paſcit? Sed & hoc argumētō ruidibili & prophano docet populū ſeditioſe ne miniſtret vel ſeruiat principi criminoſo ne debitores ſoluāt ſtatim debita debito rī iā in peccato, quia hoc eſſet praefare fauorē delicto. Hoc idē eſt dicere ſubtrahas honorē a ſacerdote puerſo. Et idē CHRYſOST. ſuper Ioannem dicit moral. lxxxvi. Nūc nō eſt dicere in cathedra Moyſi ſederūt ſacerdotes, ſed in ea quā Chriſti, illius em̄ ſuſceperūt magiſteri doctrinā. Idcirco Paulus ait: p̄ Chriſto legatione fungimur. Nō videtis in his q̄ foris ſunt, principibus vniuerſos ſe curuātes & q̄ ḡne meliores exiſtētes ſunt multoties & vita & prudentia rīs qui iudicāt eos: ſed propter eū qui deſcendit iudices nihil horū excogitāt, ſed venerantur ſententiā regis, & ſi quicunq̄ abiectus fuerit qui acceperit principatū. Demū ſi vbi homo inthronizauerit, eſt tantus rī mor: deo aut inthroniſante, & cōremnū eum qui inthronizatus eſt, & cōuſciamur & decemilibus opprobriis laniamus: & fratres noſtros prohibiti iudicare aduerſus ſacerdotes linguā exacuimus. Hęc ille. AVCTOR. Bene argumentatur Chriſtoſt. ſed a maiori Chriſtianos populares non debere iudicare magiſtros, quia prohibiti ſunt iudicare fratres ſibi pares Matth. vi. Noli te iudicare, & nō iudicabimini. Quem textū cū obicerē Ioanni veteris caſtri militari viro iam reſpondenti in materia hæreſis coram Thoma primare Canthuarie, & alibi inquit ſcribitur, iuſtū iudicium iudicate, & alibi recte iudicate filii hominū: non intelligens vbi dominus reprimat improborum iudicium in malum, & vbi hortat, iudicare in bonum. Aut vbi eſt preſumptū iudicium, vbi iniuſtū ad officium, a quortim duobus licitis longe diſtant iudices Vvitleuſt. precipites. CHRYſOST. ſup ii. epiſt. ad Timoth. Homil. ii. Si debem⁹ examinare vitas principantiū, ipſi debemus eſſe inthronizatores magiſtrorū, & quē ſurſū

ſunt, inferius ſient: ſurſum pedes, & inferius caput. Audi Paulum dicentē. Mihi vero minimū eſt vt a vobis iudicer aut ab humano die. Et rurſum, Tu quid iudicas fratrem tuum, ſi fratrem non oportet iudicare: multo magis magiſtrum. Si em̄ hoc iniuſerit deus, benefacis, & peccas non facies. Si vero contrariū, ne audias: neq̄ quæ ſup te iacent tentes inferre ſacerdoti: per taliū enim facturam inſurrexerūt quē circa chorē Dathan & Abyron. Hęc Chryſtoſt. AVCTOR. A quo loco item exordians idē Chryſtoſt⁹ libro tertio dialog. paſtoral. CHRISO. cap. v. Et quidem ſacerdotes in veteri teſtamento habebant poteſtatem curandi corporis lepram: immo non curandi ſed oſtendendi tantum eos quos conſtabat fuiſſe mundatos, & noſti quantus ibi imminebat labor. At ſi non corporis lepram, ſed immunditiam mentium non ex parte probandi, ſed omniſariā mundandi obtinent poteſtate. Propter quod qui deſpicit magis mihi rei q̄ Dathan & Abyron videtur digniq̄ maiori ſupplicio q̄ illi: qui eſt indebitum honorem vſurpare voluerunt, tamen magnā habebant myſterii ipſius ordinationē, cuius ſe velle fieri participes vel temeritate docuerunt. Hi vero quanto huic officio plus honoris acceſſit, & in gloriā promouit ampliffimā, tanto ex aduerſo q̄ Dathā & Abyron, atq̄ aulū maiore delinquant. Neq̄ enim equale peccatū eſt indebitum honorem velle peruadere, & quod tam magnū eſt audere deſpicere, ſed tanto grauius eſt iudicium illo quantum diſtat inter ambitū atq̄ deſpectū. Hęc Chriſtoſt. Item GREGOR. papa Roman⁹ ii. lib. paſtoralis cap. v. Admonendi ſunt ſubditi ne præpoſitorum ſuorum vitam temere iudicent, ſi quid eos agere fortaiſe reprehendiſſe viderent: ne vnde recte mala redarguant: inde p̄ elationis pulſum in profundo mergantur. Admonendi ſunt ne cum culpas præpoſitorum conſiderant contra eos auidaciores ſiant. Sed ſi qua valde ſunt eorum praua, ſic apud eos diiudicent, vt tñ diuino timore conſtricti, ferre ſub ei ſiugum reuerentiæ non recuſent, quod melius oſtendemus, ſi Dauid factum ad medium reducam⁹. Saul quippe perſecutor cum ad purgandum v̄trem ſpeluncam fuiſſet ingreſſus, illuc cum viris ſuis Dauid iuerat: qui tam longo tēpore perſecutionis ei⁹ mala tolerabat, cūq̄ viri eius ad feriendum Saul ad eum accede-

rent, fregit eos cum reſponſionibus, quia manum in Chriſtū domini mittere non aueret, qui tamen occulte ſurrexit oramque chlamydis eius abſcidit. Quid enim per Saul niſi mali rectores: Quid per Dauid, niſi boni ſubditi deſignantur: Saul igitur v̄trem purgare eſt prauos præpoſitos conceptam in corde malitiam vſq̄ ad opera miſeri odoris oſtendere: & cogitata apud ſe noxia factis exterioribus exequendo demonſtrare, quē tamē ferire Dauid metuit, quia pię ſubditorum mentes ab omni peſte obtreactionis abſtinentes præpoſitorum vitam nullo linguę gladio percutiunt, etiam cum de imperfectione reprehenduntur. Qui & ſiquādo pro infirmitate abſtinere ſe vix poſſunt, vt extrema quanq̄ exteriora præpoſitorum mala, ſed tamen humiliter loquātur, quaſi oram chlamydis ſilenter inſcindunt, quia videlicet prælati dignitate ſaltem innoxie & latenter derogant, quaſi regis ſuperpoſitam veſtem ſcedant. Sed tandem ad ſemetipſos redeunt, ſeq̄ vehementiſſime vel de tenuiſſima verbi laceratione reprehendunt. Vnde bene & illic ſcriptū eſt, Poſt hoc Dauid percussit cor ſuum eo q̄ abſcidit oram chlamydis Saul. Facta quippe præpoſitorum oris gladio feriēda non ſunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur: ſi quando contra eos vel in minimis lingua labitur, neceſſe eſt, vt per afflictiones pœnitentiæ cor prematur: quatinus ad ſemetipſum redeat, & cum præpoſitæ poteſtati deliquerit eius contra ſe iudicium, a quo ſibi prælata eſt, perhorreſcat. Nam cum in præpoſitos delinquimus ordinationi eius, qui nobis eos prætulit obuiamus. Vnde Moyſes quoq̄ cum contra ſe & Aaron conqueri populum connouiſſet, ait, Nos enim quid ſumus, nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra dominum. Hęc Gregorius, AVCTOR. Patefecit clariffime contra Vvitleuſt q̄ nō iudicabit ſubditus ſacerdotem, vt illi nocent: iudicare tamen poteſt vt illi proficiat Nec temere iudicat qui malefacta paſtoris ne ſequatur, præcauet & damnat: temere vero iudicat qui verbo famam, aut factō ſubſtantiam eius amputat vnde viuat. Et idē GREGORIVS xxv. moralis cap. xvi. textu Iob. Qui regnare facit hominē hypocritam. Quia rectores habent iudicē ſuum, magna cautela ſubditorū eſt, non te-

mere vitam iudicare regentium. Neq̄ fruſtra per ſemetipſum dominus eſt, nummulariorum ſudit, cathedras vendentium colūbas euertit: nimirum ſignificans quia per magiſtros quidem vitam iudicat plebium, ſed per ſemetipſum facta examinat magiſtrorum. Hęc ille.

De doctoribus ſcholasticis & vniuerſitatum & ſtudiorum fundatione catholica.
CAPVT LXVII.



OS non tam ſequitur q̄ comitatur cœtus doctorū in eccleſia: qui ſine officio paſtoris inſtrunt, & ex merito aureolam conſequuntur. Vnde Paulus ad Ephēſios quarto quofdam autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum, Vbi HIERONYMVS in annotationibus, Paſtores, inquit, ſunt ſacerdotes, doctores vero oēs ſunt q̄ idonei ſunt ad alios inſtruedos. Omnis paſtor doctor: non tamen omnis doctor paſtor. Hęc ille. AVCTOR. Credeſ ne q̄ hi inter cæteros poſſunt a laqueo linguę iniquæ ſe tueri & blaſphemantis Vvitleuſt euadere iudicium vltionis? Audi & cum ipſe doctor fuerit quomodo gradum ſuum ſalutat doctor & magiſter apoſtata in tractatu cap. xxxiiii. Matth. iiii. cap. VvITLEUſt Licet in quibuſdam ſtudiis nomen doctoris ſit excellentius cum ſit rītus gentilis ex multis honoribus & ſtatib⁹ aggregatus, tamen in textu apoſtoli ſumitur, ſimpliciter pro quocunq̄ ſi deli qui nota biliter docet fidē catholicā: & ſic dicit nomen doctoris meritū & laborē, & interimit ſuperbiā & ſtatu eminentiam quo ad mūdum. Hęc ille. AVCTOR. Intelligere q̄ dāna re intendit omnē doctoratū catholicū ſcholasticū p̄ lōgū exercitiū acq̄ſitū, & a peritis iuris appbatū. Vñ ſeq̄t ibi in ca. v. VvIT. Breuiter oīs ſecta ſtat⁹ vel operatio quam Chriſtus non approbat in ſuo euāgelio eſt rationabiliter dimittenda: ideo qm̄ Chriſt⁹ nō appbat, ſed reprobat gētile magiſteriū ſu pradictū, patet q̄ ſicut. iiii. ſectæ quas ſæpe memini, eſt de eccleſia dimittēdū. Hęc ille. AVCTOR. Vocat doctoratū noſtrū ſcholasticū cū gētile magiſteriū, qd̄ Chriſt⁹ vt dicit nobis phibuit eū diceret. Nolite vocari mḡſtri Et in ſermōe dñi in mōte ca. vi. Nota ingt

quod nomen officii multum distat a nomine graduationis scholasticę gentiliter introductę. Hęc Vviteless. AVCT. Damnat ergo gradum cum nomine: qua aut occasione dicit doctoratum nostrum & magistrum in studiis adeptum esse gentile, quid gentiliter introductum nescio, nisi quia magis placuit ipsi maledicere quam benedicere: male interpretari bonum quam profuturum ferre iudicium: forsitan quia similia habebant gentiles studia Athenis & Romę, qualia nos habemus cum suis ritibus & gradibus Parisiis & Oxonię. Sed per hoc damnaret sanctum Clementem qui more gentilium ubi stauerant Archiflamine, ibi iussit inter Christianos archiepiscopos, & ubi flamine, ibi constituit episcopos collocari. Et noceret fidei quod Paulus cum Iudeis circumcidit Timotheum: & sine differentia more gentiliū iussit edere escas, ita si cum gratiarum actione peiperet. Sed hoc errore circumuenti: quidam sanctum sunt calumniati Gregorium dicentes eum gratiam omnino Constantinopolitanam sequi ecclesiam. GREGOR. Dum diceret, inquit, quas consuetudines eius sequimur? Respondit quidam quia alleluia dicit ad missas extra Penrecotes tempora ficitis: quia subdiaconos spoliatos procedere: quia kyriceleyson dicit, quia orationem dominicam mox post canonem dicit statuisse. Cui ergo respondi, quod in nullo eorum aliam ecclesiam secuti sumus. Nam ut alleluia hic dicitur de Hierosolymorum ecclesia ex beati Hieronymi traditione tempore beatae memorie Damasi papae traditur tractum, concludit finaliter de Constantinopolitana ecclesia quod dicitur quis dubitet sedi apostolicae esse subiectam quod & piissimus dominus imperator & frater noster eiusdem ciuitatis episcopus assidue profitentur. Tamē si quid boni vel ipsa vel altera ecclesia habet: ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo in bono imitari paratus sum. Stultus est enim qui in eo se primum existimat ut bona quae viderit discere conemnat. Hęc ille nono libro registri epistola octaua ad Ioannem Syracusanū. AVCT. Ita ecclesia Christi negat se gentiliter exaltare magistros quos iam suos exaltet magistros ut olim gentilitas: nec cum suo Gregorio designatur imitari minores suos in bono: sicut nec sapiens Moyses consilium

gentilis, foci sui Ietro: immo consilium Augusti, de doctrina christiana. In talibus spoliare Aegyptios, ut dicitur Hebręos, id est mundi philosophos, ut instauramus ecclesias. Veruntamen semper dico quod falleris, non enim ut tu putas, imitatur gentiles, quia gradatio illa ecclesiastici doctoratus prius fuit in lege dei scripta quam in gentilitate prophana. Vide Ambrosium quum dicat Platonem legisse libros Hieremie, & ibi vidisse multa quae postea docuit, vnde probat philosophos habere de diuina lege peritiam: non autem fidem nostram philosophis quicquam didicisse paganis. Ita tpe Moysi praeficiebantur lxx, senes, docti & electi, in loco eius completere iudicia quibus alii successerunt usque ad tempora Christi, de quibus tunc dixit, Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei, quum consuetudinem postea non omiserunt: apostolis enim discipulantibus ut in actibus legitur, Superuenerunt sacerdotes & magistratus templi. Vbi BEDA in expositione Sacerdotes & magistratus siue Prator templi, ut alia dicit editio. Qui doctores & iudices videbantur populi, dolebant quod ad audiendos apostolos multitudo confluere. Et idem in lib. retractationum, magistratus numero singulari legendum, quod ex graeco facillime claret, ubi strategos singulariter scriptum, nam graece Praetor strategos, magistratus autem siue princeps archō dicitur. Hęc Beda, AVCT. Sic autem Iudaeos in lege dei habebantur ex antiqua consuetudine doctores qui & magistri dicti sunt, & ipsi scribae & ipsi iudices. Ab his igitur & non a gentibus docti apostoli statuerunt in Antiochena ecclesia quinq; doctores, Act. xiiii. Erant autem in ecclesia quae erat Antiochia prophetae & doctores, in quibus Barnabas & Simon qui vocabatur niger, & Lucius Cyrenensis & Manaen qui erat Herodis Tetrarchae collectaneus & Saulus, Ministrantibus autem illis domino dixit spiritus sanctus segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Ecce hoc opus & officium in quod ex omnibus Christi discipulis soli sunt quinque electi: necdum erant omnes, sed finaliter duo ex eis ad apostolatum prouecti ut pateat tunc fuisse per se doctoratum officium ab aliis segregatum, in quod assumpserunt eos apostoli quos videbant ingenio acres vel humana eruditione praestantes relinquentes alios ad imbuen-

dum neophytos sacramentis qualiter nunc faciunt pastores: secundum ordinis sacerdotum sicut dicit CASSIODORUS in expositione ne super cetera tractans hunc textum, Si murus est, adificemus super eum propugnacula: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Cum coeperint apostoli mei praedicare ecclesiae de gentibus congregatae, si tales fuerint auditores, qui merito perfectionis murum appellari possunt, dum videlicet vel naturali ingenio praediti, vel philosophica eruditione praestantes, quasi alios defendere & munire possunt vice muri, adificemus super hunc tale murum propugnacula, id est addamus illis eloquia diuinarum scripturarum, nam ut Psalmus dicit, Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum &c. Si vero tales fuerint auditores qui nequaquam hostibus resistere possint, nec tela contrahentia repellere. Si fuerint veluti ostium ut simpliciter annunciantes, possint ad fidem alios quos in ecclesiam adducere, quales sunt sacerdotes minoris gradus in baptizando in ecclesiis & diuinis ministeriis iniungendo homines in ecclesiam introducunt, compingamus illud ostium tabulis cedrinis, id est proponamus eis exempla praecedentium patrum, qui veluti cedri imputribilia videlicet ligna immarcescibilia opera habentes veluti tabulae scientiae & charitatis latitudine diffusi sunt. Hęc Cassiodorus. AVCTOR. Ecce habes ex instituto apostolorum seorsum doctores & seorsum pastores huius etiam Antiochenae more ecclesia Alexandrina habebat doctores continuos a temporibus euangelistae Marci, quorum vnus fuit Pantheus, primo philosophus. HIER. de illustribus viris cap. xxxvi. Pantheus stoicae sectae philosophus iuxta quendam veterem Alexandrinam consuetudinem ubi in sanctam scripturam semper ecclesiastici fuerunt doctores tanta prudentia & eruditionis tam in scripturis quam in seculari literatura fuit ut in India quoque a legatis gentis ipsius rogatus a Demetrio episcopo mitteretur. Et infra, Huius multi quidem in sanctam scripturam extant commentarii, sed magis viuam voce profuit in ecclesiis. Docuit sub Seuero principe & Antonino cognomento Carcalla. Hęc Hieronymus, AVCTOR. Ecce a quanto tempore beati Marci semper fuit ibi doctorum successio, & ne posses criminari nostros gentiliter exaltatos, & post literas seculares ad

sacras doctrinas ascendunt. Pantheus iste prius erat philosophus, & Cassiodorus iam supra dixit philosophica eruditione praestantes etiam per apostolos ad sacra eloquia promouendos. De hoc iterum Pantheus scribit Eusebius quinto libro ecclesiasticae historiae capitulo decimo. Cum per idem tempus scholae ecclesiasticae doctoris officio praesert vir in omni eruditione nobilissimus Pantheus, in quo apud eos consuetudo antiquitas tradita usque in hodiernum permanet diuinarum scripturarum doctorum verbi scholae ecclesiasticae haberi videtur taxat in scientia & eruditione probatissimos. Huius autem officii velut auctor quidam & dux, vir de quo supra diximus satis illustris habebatur, qui etiam in philosophis primis, qui stoici appellatur, nobiliter claruisset: & infra. Qui nobilem vitam optimo & admirabili fine conclusit tam viuam voce discipulos instruens quam etiam librorum monumentis posteris thesauros scientiae derelinquit. Hęc Eusebius. AVCTOR. Vides ne laudes praecelas huius doctoris Panthei quibus extollunt eum duo tantum doctores ecclesiae, Latinus Hieronymus, & Graecus Eusebius: & iste scholasticus doctor fuit primus ut reor in ecclesia Alexandrina post apostolos, qui instituit ibi doctores post scholasticos regentes, quem admodum nunc in vniuersitatibus magistris seniores solent fecundare ecclesiam, germine nouae prolis. Vnde idem pater EUSEBIUS docet ibi lineam successionis eiusdem libro sexto, capitulo quinto, exordians seriem a Pantheo qui apud Alexandriam primus erat post apostolos, secundus per ordinem Clemens discipulus eius: tertius administravit Origenes discipulus Clementis: & postea Origenes reliquit eum Heraclae, & Heraclae Dionysio episcopatui capitulo vigesimo nono. Et demum tempore Theonae successoris illius Dionysii in archiepiscopatu Alexandrino Achilles eiusdem ecclesiae presbyter scholae magistrum tenuit fide, conuersatione, moribusque insignis, ut patet ibi libro septimo capitulo trigesimo. Nec tantum doctores habebat illa ecclesiastica schola, sed ut adhuc habent studia christiana vice doctorum magistrorum vel bacalariorum nominatos, quod dum doctor maiora & peritiora exponat, ipsi autem inferiores discipulos in minoribus vicibus suppleant doctorales. Vnde EUSEBIUS

de Origene lib. vi. cap. xiiii. Interea, inquit cū videret nō se sufficere ad omnia in profundioribus & diuiniorib⁹ retractandis, vel in sanctæ scripturæ explanationibus differendis, vel etiam eorum qui quotidie fidei addebantur instructionibus vel institutionibus: nec respirare quod ei vnus saltem horæ liberum tempus daretur, dum semper ex aliis in alia vocaretur, ita vt a prima luce vsq; ad profundam vesperam nunq̄ cessaret ad auditorium eius accedentibus aliis: aliis vero non discedentibus, dum verbi dei dulcedine colligati sunt, vt illius esse ratus se regere in sapientium turbas & vni ex discipulis suis plene iam & optime instructo viro, atq; in omnibus virtutibus sibi probato Heraclæ tradere partem officii sui ac laboris eum assumere. Erat enim & in sermone disertissimus, & in omnibus philosophicis eruditionib⁹ ap prime institutus. Huic ergo tradendi prima elementa insipientib⁹ delegabat officium sibi vero perfectorum institutiones referuabat. Hæc ille. AVCTOR. Quid iam super addidit mos noster in studiis huic tam veteranae traditioni ecclesiæ doctorem habebat illa schola in capite qui doceret ardua: habebat subdoctorem quem baccalarium appellamus, qui secunda retractabat virtutis approbatum scientia: & in philosophicis eruditum: non autem a seipso nec a quocūque intra scholam vel extra, sed a doctore commissum. Sed nec a seipso doctor ipse licentiam docendi sumpsit, sed iniunctam ab episcopo accepit, quemadmodum faciunt iam studia auctoritate pontificali sibi commissa: vt etiam notare non omisit Eusebius ibi. Igitur inquit Origenes iniuncto sibi a Demetrio episcopo magisterii officio grammaticæ scholam negligere cepit, se magis verbo dei conferens. Hæc ille. AVCTOR. Et ibi computat meliores discipulos Origenis, Plutarchulum, Syrenum, Heraclidem Neophitum, & alium Syrenum libro sexto, & capitulo sexto. Quis iam Vviteless ira sua tabescat, habet hic Origenem magistrum a sancto episcopo institutum, qui vniuersitates cupit dissoluere, dicat causam. VVITCLEF. Quia enim Christus inquit nō ordinauit istas vniuersitates siue collegia, manifestum videtur, q̄ ista sicut graduationes in illis sunt, vana gentilitas introducta, in cuius signum tam collegiati q̄ alii graduati quærit que

sua sunt, charitatis regulas deserentes: ex quo pullulant inuidiæ, comparationes per sonarum & patriæ, & multa alia seminaria patris mendacii. Hæc Vviteless in speculo militantis ecclesiæ capitulo vigesimo sexto AVCTOR. Si extra vniuersitates mala ista non crescerent, causa illius posset quicquam efficere: sed vtinam secta ei⁹ his causis abundans, abundantius solueretur, sed per has causas laicos & plebeios mouet, cōtra foundationes episcoporum, monachorum & fratrum: & vna semper voce cōtra omnes vult noster cuculibus cucubire. Sed etiam longe aliud cogitat q̄ ostendit: vellet enim dogma suum pessimum licenter & cū optima auctoritate volare per loca, nec per vniuersitates vsquequaq; turbari, sed per presbyteros ideotas, quos ipse simplices inspiratos iactat, extolli & venenum haustum vomitu copioso diffundi. Ita enim prædicto loco queritur quantum ad fructum inquit VVITCLEF. Cerrum videtur q̄ vnus ideota mediante dei gratia plus proficit q̄ multi graduati in scholis siue collegiis. Et infra, Inspiratio sacerdotum simplicium tam in notitia q̄ in operatione voluntaria plus proderit capacitati fidelium laicorum q̄ omnes dicte vniuersitates cū studiis suis adiacentibus vel priuilegiis laicos deprimentibus hypocritice introductis, Hæc Vviteless ibi. AVCTOR. Iam auditis simplices sacerdotes, dicit sicut serpentes prudentes, vt columbas inspiratos cum vxore Pilati a dæmonibus ne Christi mors prodesset Christianis inereditis indoctos, nisi in dogmate ei⁹ subito eleuatos. Ita vt cōtemptis vniuersitatibus tanq̄ studiis gentilibus gentiliori forma discipulos suos promoueat: & doctores repente faciat suæ legis. Si autem semel sua hæresi balneati fonte labia proluat caballino: aut si in suo bicipiti somnia se pama se meminerint, vt sic repente poetæ prodirent. Nullis Heliconidasq; pallidamq; Pirenem relinquentes: quorum imagines lambunt hederæ sequaces: ipsi semipagani: hos reprobare solent sancti patres, vt Hieronymus in primo bibliæ prologo, & Augustinus de doctrina Christiana libro primo. Apostoli enim non regulariter miserunt in opus euangelii: etiam veraciter inspiratos nulla longa mora probatos. Vnde de inspiratione sancti Pauli in triduo suæ extasis nulla ecclesia dubitat, sed tamen inter doctores do-

ctor exercendus & probandus. xii. annis permansit Antiochiæ priusq; apostolus fact⁹ in opus apostolicæ prædicationis exiret. Vnde BEDA libro retractationum super actus increpans librum de sancta Maria pro eo q̄ dicit Paulum & Barnabam secundo anno post ascensionem apostolos. Longe inquit aliter factum est, id est non secundo post ascensionem domini, sed, xiiii. esse ordinatum Pauli apostolum omnis qui beato Lucæ credit in telligit. Hæc ille. AVCTOR. Ita ergo est sanctorum apostolorum scholæ cōgruentius bene exercitatos viros etiam scholis probatos ad euangelizandum emittere: & in hoc non dubium scholam suam Alexandrina traxit ecclesia ab ecclesia Antiochena. Vbi eam in quinque doctoribus apostoli inchoabant: & ita deinceps cætera iam per orbem studia Christiana. Nec enim ex toto damnauit Paulus: immo in rei veritate potest dici eum Christianas scholas probasse, formam etiam habere philosophorum gentilium, superstitione saltem sublata doctrinæ: vbi non est dignatus in scholis cuiusdam tyrani, id est magistri cuiusdam philosophi quotidie disputare Ephesi ab hora quinta vsq; ad horam decimam, & hoc per biennium. Act. xix. Vere enim hoc arguis magis diuinas literas debere exercitanter & vigilanter agitari per studia si humanæ literæ propter caducos honores tot laboribus quærentur, & quis cōsequerent in scholis illis tum cum ingrederentur excrescerent. Vnde & CASSIODORVS libro diuinarum institutionum in prologo. Cū studia secularium literarum magno desiderio feruere cognoscerem, ita vt multa pars hominum per ipsa se mundi prudentiam crederet adipisci, grauissimo sumfateor dolore permoctus ne scripturis diuinis magistri publici deessent, cum mundani auctores celeberrima proculdubio traditione pollerēt. & nescius sum cum beatissimo Agapito vrbis Romanæ papa, vt sicut apud Alexandriam multo tempore fuisse traditur institutum, nūc etiam Inubi ciuitate Syrorum ab Hebræis sedulo fertur exponi: collatis expensis in vrbe Romana professos doctores scholæ potius acciperent Christianæ. vnde & anima susciperet æternam salutem, & casto atque purissimo eloquio fidelium lingua comeretur. hæc ille. AVCTOR. Et hoc sancti doctoris eloquiū magistrorum non vitat dicere in diuinis eloquiis, non etiam professos scholæ doctores: quos omni conatu quibus adhuc caruit vrbs Ro-

ma more Alexandrini & Syriæ doctores suspirabat habere ad eiusdem saltem vrbis impensas. Ita quoq; ad impensas Christianissimi regis Francorum Caroli magni studium Parisiis prim⁹ instituit, & docuit Alcuin⁹ Anglicus cum quibusdam sociis magni Bedæ discipulis, vt docet VINCENTIVS libro vigesimo quarto sui speculi historialis capitulo clxxiiii. Alcuin⁹ inquit in Britannia oriundus magister deliciose regis Caroli scientia literarum hoc tempore prepollet in Gallia, cuius præcipuo magisterio ipse rex artes didicit liberales, hic omnium Anglorum post beatum Adelinum & venerabilem Bedam doctissimus fuit, & pluribus ingenii libris periculum fecit: prælat⁹ est a Carolo monasterio beati Martini Turoñ. ex Chronicis. Hoc itaque monasteriū post hoc vt dictum est donante Carolo suscepit regendum Alcuinus scientiæ vitæq; præclarus: qui & sapientiæ studium de Roma ad Parisios transtulit, quod illic quondam a Græcia translatus fuerat a Romanis. Fueruntq; Parisiis fundatores huius studii tres monachi Bedæ discipuli Rabanus, Alcuinus & Ioannes Scotus. Hæc Vincentius.

Q̄ SCHOLASTICI IN SACRA THEOLOGIA & aliis facultatib⁹ dicunt doctores licite & magistri. Cap. LXVIII. AVCTOR.



Vniuersitatum insuper magistris & doctores accusantur ex nomine, transactis culpis suis quas eorum imponitur exercitibus atq; consequenter honorib⁹ quos meruerunt ex virtute: illo tractatu super capitulum, xxiii. Matth. cap. v. VVITCLEF. Christus hic prohibuit specialiter apostolis & suis sacerdotibus gentile magisteriū siue scholasticū, licet tolerauit q̄ personæ aliq; non sacerdotes taliter magistrantur. Ipsi tamen in hoc peccant grauiter q̄ contra Christi preceptum & duplicem statum perfectum inaniter sunt superbi. Et ibi in responsione ad primum obiectum, dicunt quidam cum derisione q̄ magisterium & multa alia faciunt multa bona, sed non tot quot facit diabolus. hæc Vviteless. AVCTOR. Et ne caperetur in euangelio vbi Christus appellatur cōmuni nomine Magister, vt a diuinitate uene. Magister quid faciendo vitam possidit, & magister quod est mandatum magnum in lege, & quare cū

peccatoribus manducat magister vester: Et Christus. Vos vocatis me magister & domine & bene dicitis: preparat sibi cautelam qua exeat ibi in responsione ad secundū. VVITCLEF, Christ⁹ ex vi vnionis hypostatice habet quādam excellentiam quæ non potest cōpetere alicui alteri de genere humano. Ideo cum magister dicat maioritatem scientiæ, non remurmuret catholicus q̄ Christus voluit illud nomen sibi singulariter referuari: & concedi debet vltimus q̄ vocando viatores magistros & dominos æquiuocatur, sicut quando dicimus ipsos bonos, sed ista æquiuocatio in proposito per dominum est restricta. hæc Vvitleff. AVCTOR. Si ergo in hoc loco Matth. æquiuocatio magistrī est restricta ne quisq̄ viator vocetur hoc nomine: ergo nec quisq̄ viator potest vel æquiuoce vocari pater, quia æquali auctoritate restringitur. Vnde dominus ibi. Patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester qui in cælis est. Et grauitur peccauit Paulus extendens æquiuocationē quā Christus restrinxit. i. ad Timoth. iiii. Senioresem ne increpaueris sed obsecra vt patrem. Sed vel grauius peccaretur vbi viator vocaretur pater quasi magister, quia tunc incurreret reatum simul vtriusq̄ nominis hæc restricti: quæ admodum in libris Regum. Quis est pater eorum? & illud Helizei ad Heliam, pater mi, pater mi. Vbi pater quasi magister dicitur. Vnde HIERONYMVS in quæstionibus Hebraicis super Samuelem tractans hūc textū. Respondit alter ad alterū dicens, & quis est pater eorum? Ac si diceret & quis maior illo in dignitate & in sapientia. Optime enim potest inter prophetas versari & pater eorū id est magister vocari qui tam doctus & sapiens est pater magister vocatur: sicut Heliseus Heliam patrem, id est magistrum vocat, Pater mi, pater mi, curru. Israel & auriga eius: in libro Iob, Helim Heliphath patrem, id est magistrum vocat hoc modo pater mi proberetur Iob vsq̄ in finem. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Sed vltra hæc cur non culpabitur spiritus sanctus qui terminū quem Christus restrinxit, extendit ad perfidos viatores. Act. iiii. Superuenerunt sacerdotes & magistratus repli. Et Act. vi. Offeretes eos magistratibus dixerunt. Hi omnes &c. Et Salomon compungitur in prouerbis q̄ magistris non inclinavit aurē suā. Prouerb. v. Verū tamen quid dicit ad Timoth. qui vtriq̄ magister erat vt dicit CHRYSOTOMVS, In

expositione primæ ad Timoth. homil. v. Hæc audietes non dedignemur admonitiones maiorum etsi magistrī sumus, Timotheus enim pro quo dari omnes nō sumus digni, suscipit enunciationes & docetur: & hoc facit in ordine existens magistrī, hæc ille. AVCTOR. Ecce sanctus Timotheus fuit in ordine magistratū. Item solet per ecclesiam dici omnes apostolos fuisse magistros fidei prædicatæ: & ita doctor AMBROSIVS. dicit nescio an hoc peccauit lib. iiii. de spiritu sancto cap. xi. Adorauit Christum Maria & ideo prænuncia resurrectionis ad apostolos destinatur. Sequitur. Apostoli adorauerunt & ideo quia detulerunt fidei testimonium acceperunt fidei magistrū, hæc ille. AVCTOR. Ecce quot magistrī etiam contra restrictionem Christi vt dicitis. Sed hoc inquis non est magistrīum scholasticū quod hic Christus restrinxit: sed vnde hoc Christi⁹ restrinxit paternitatē putas q̄ vtriq̄ scholasticam. Veruntamen putasne cū Paulus scholas illas tanti philosophi regeret per biennium q̄ scholasticus magister dici nō posset? Vnde etiā Alexandrini doctores magistrī scholastici postea dicebantur. Non inquit q̄ Paulus noluit se dici magistrum, in tractatu prædicto capitulo quarto. VVITCLEF. Paulus signanter vocat se vere doctorem gentiū non magistrum, quia licet in quibusdam itudis nomen doctoris sit excellentius &c. Hæc Vvitleff. AVCTOR. Si scriptor eius non hic erret, mendax magister in scripturas sanctas & sanctum Paulum fecit mendacem. Nā, ii. ad Timoth. primo dicit per euangelium in quo positus sum ego predicator & apostolus & magister gētium: ob quā causam etiā hæc patior, sed non confundor. Vbi HIERONYMVS in annotationibus. Ad comparationem aliquorum possunt dici magistrī: ad Christi vero comparationem nemo magister est verus. hæc Hieronymus. AVCTOR. Hoc debuisse de Hieronymo didicisse, magistrīum primum & summum soli Christo seruatum sed magistratum secundum & vicarium cæteris indulgeti secundum quod idem apostolus ad Heb. v. Etenim cum deberetis magistrī esse propter tēpus rursum indigetis vt vos doceam. Non ergo vsurpassent magistrīum cum eis fuisset debitum. Et in epist. ad Pammachium & Oceanum quæ incipit. Senedula: quas misistis: hoc modo dicit, se ipsum magistrū decuisse esse. HIERONYMVS. Iā canis spargebā caput & magistrū esse me potius q̄ discipulū decebat: perrexi tamen Ale-

xandrina & audiui Didymum. In multis enim ei gratias ago, quia quod nesciui didici quod sciebā illo docente non perdidit, hæc ille. AVCTOR. Sciuit ergo Vvitleff se fragili fundamento innixum & idcirco quodāmodo mitigans acetositate doctrinæ suæ de sermone domini in monte capitulo sexto. VVITCLEF. Paulus inquit vocatur ex officio doctor gentium, & sic nomen magistrī videtur dignū q̄ hoc nomē doctor quia tamē tā efficerer docuit suos subditos tā verbo q̄ opere, ideo vocatus est a sancto spiritu tam doctor gentium q̄ magistrī. Accipe ergo cū spiritu sancto pariter cum Paulo rationem huius nominis & sis vocatus humiliter & secure hoc nomine duplici sicut & Paulus. Hæc Vvitleff. AVCTOR. Magna vis est arcere nomen exterioris officii per principia charitatis. Nullus ergo piscator dicitur nisi simul cum apostolis: iussu Christi ad dexterā nauigii semper rete committat: nullus præceptor artis nisi simul vt Christus fidem in charitate præcipiat. Sed Hieronymus in iam dicta epistola Barrabam Iudæum vt factetur nocturnum habuit præceptorem: nullus breuiter scenæ factor dicitur in posterū, nullus agricola nisi cum Paulo & patre cælesti prædictas artes tractet, ad paria doctoris officium est informare fideliter, sed optimus doctor simul cum sciētia influit charitatem, & hoc artifex omnis facit si vult immo quātuncq̄ vilis vel mechanicus non tamē vilus est nisi talis. Hic tamen duos errores inuenerunt ex multis. Vn⁹ ex parte Vvitleff qui vtrunq̄ nomen maxime tamen nomē magistrī grandem rem nimis existimat esse pro præceptoribus piæ fidei in scholis docentiū. Alter q̄ nomē magistrī doctorib⁹ sacræ theologie tūmodo dignatur concedere, nō tamē doctores asserit quomodolibet appellandos, sed sui iuris magistris nouellis nomen doctoris per hyperbolen imponit, & primo vt a suis exordiat nō bene glossat textum, qui textū quæ cæteris exponeret & laudaret primus ipse corrumpit: nunquid plane textus ibi dicit, scilicet de magistris cap. super specula. HONORIVS tertius. Ab ecclesiā prælati & capitulis ad theologiæ professionis studium aliqui docibiles destinantur: qui cū docti fuerint in dei ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti. Ex quibus postmodū copia possit haberi doctorum. Hæc ibi. AVCTOR. Dicit glossator quorū copiam optat hic papa doctorum: nunquid legum ex docibilibus per capita & ab ecclesiarum prælati ad theologiæ studium destinandi. Quis puer hæc diceret? sed magis horum doctorū de quibus dicit apostolus pastores & doctores illos inquam perspicaces in philosophicis quibus adicienda sunt eloquia diuina vt stant fortis murus ad munitionem ecclesiæ: iuxta Cassiodorum. Vere ergo contumax glossator in splendidum textū qui doctores nullo modo fore sentit. Dicit q̄ sacer papa optat esse doctores. Et similiter alius glossator criminatur vocabulū textus docibiles. Melius inquit diceretur dociles quia homines sunt dociles, scientiæ docibiles. Nescius philosophus inter actum & potentiam propinquā discernere quia dociles sunt iam actualiter ingeniosi iuxta Hieronymum libro interpretationis triformis: docibiles autem pius papa largo dispensationis munere cupit destinari ad scholas vt ingenium quod eis omnibus innatum nō est saltem exercitatione maiorum accipiant. Nescius etiam immo ignarus theologus q̄ Ioannes dicit in euangelio capitulo sexto. Est scriptum in prophetis. Eerunt omnes docibiles dei. Forsitan correxisset apostolum, ii. Timoth. secundo. Oportet seruum dei &c. esse docibilem, patientem: inutiles vero glossatores qui sic textum candidum maculant quem ornarent. Sed etiā aduerteret glossator iste de quāto tempore ceperunt esse in legibus doctores nam in iure ciuili non obstante termino doctoris in quodam suo prohemio qui tunc temporis communis erat grammaticis & poetis non tñ in latinis sed in Hebraicis etiam scholis dicente libro primo super Cantica in principio. ORIGENE. Quoniam quidem mortis est apud Iudæos omnes scripturas a doctoribus & sapientibus tradi pueris simul, & eas quas Deuthorensis appellant ad vltimū quatuor ista seruati. hæc ille. AVCTOR. Et tamen qui iam eam leges legunt que tunc erant famose non doctores: immo tunc dicti sunt alio nomine iuriconsulti. Iam autem nuperri mis annis forsitan vix centum dicti sunt etiā vi tunc abstracto ac dictis sanctorum doctorum theologorum iure canonico iam merito ita dicto, quia est canon & regula gerendorum, esse doctores: & nunquid cum eis nomen doctorum primo extitit in terris, & meritum euangelium quod dicit Christum inuētum in medio doctorum quorū nullus erat professor iuris canonici vel ciuili, quia scribæ erant & Pharisei in cathedra Moysi

Veterem legem docentes. Et iterū, Erat quidam legis doctor tentans eum, & vt supra diximus, Act. decimotertio. In Antiochena ecclesia erant ab apostolis quinque doctores signati in legibus sacrę literę. Et quid dicit ad apostolum Paulum qui iuxta pedes Gamalielis diuinas leges addidit, & postmodum a spiritu sancto dictus est doctor ecclesię. Et nunquid canones ecclesię, vt iam distinguntur a sacris literis euangelicis tunc habebat quoniam tunc nondum erant, publici professores ac demum sancti patres doctores nuncupati sunt omnes. Hirenus Basilius, Athanasius, Hilarius, Augustinus, Gregorius, Ambrosius, Hieronymus & Origenes de quibus dixit HIERONYMVS in epistola ad Pammachium. Non mihi nocebit inquit si dixerit Origenes cum in ceteris libris omnes vice rit in Cantico Canticorum ipse se vicit. Nec formidabo sententiam quia doctorem illum ecclesiarum quondam adolescentulus nominauit. hec ille. AVCTOR. Si ergo Origenes tunc doctor & omnes isti doctores, in qua facultate doctores nisi in scriptura sacra? Nec dum erat hoc ius canonicum cuius sunt professores moderni, quia & horum doctorum fragmenta canones faciunt. Puerilia valde sunt ista: & tæderet hæc scribere nisi quod his imperitiis suis incautos fascino sapientes. Simul ergo aduersus vtrunq; errorem dicamus iuxta præallegatū apostolum præcepto res scholasticas rite dici doctores rite magistros. Et quia Vvitleff, dicit quemlibet debere accipere a spiritu sancto rationē huius duplicis nominis simul cum Paulus etiam deinceps humiliter sic vocatus, incautus homo Christum incusat, qui ad Nicodemum dixit. Tu es magister in Israel & hæc ignoras. Ecce Nicodemus vere magister & ab ore veritatis sic dictus, & tamen adhuc in tenebris venit necdum accepit a spiritu sancto rationem huius duplicis nominis quia non effaciter docuit suos verbo & facto. Et HIERONYMVS in epistola ad Pammachium & Oceanum. Certe inquit Apollinaris & Didymus inter se dogma contrarium est. Rapiat ergo me vtraque turba diuersum alitinctusque magistrum vtrunq; confiteor. hæc ille. AVCTOR. Ecce Hieronymus vtrunq; confiteatur magistrum, s. tam Apollinarem quod Didymum quorum primus Apollinaristarum hæreticorum fuit exordium & patronus. Sed & argumentum pessimum sumpsit de termino quem non sensit, dicens. VVITCLEFF. Ideo signat

hic dicit. Hieronymus quod homines vocantur istis nominibus abusiue & per consequens non est vsus laudabilis quod taliter sint vocati. Hec Vvitleff prædicto capitulo sexto de sermone domini in monte. AVCT. Sic proponit magister stolidus discipulos suos fallere quos vniuersitatibus spretis optat doctores simplices scilicet sacerdotes ignaros grammatice logicę cõtemptores. Homines vocatur inquit istis nominibus abusiue magistri, scilicet & doctores: ergo est vsus illaudabilis quod taliter sint vocati. Vultis videre quomodo non intellexit Hieronymus? Audite Hieronymum alibi in fine cõmentarii sui super Marcum dubitatem ibi dici caelos in plurali cum alibi caeli singulariter dicat & soluit. HIERONYMVS. Considerandum est quod frequenter in scripturis diuinis plurali numero caelos dictos, inuenies, tamen legitur. In principio creauit deus caelum & terram cum tamen pluraliter dicti caeli legantur & terra. Modus enim iste locutionis latius patet vt abusiue singularia plurali numero dicamus, & pluralia singulari. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Ecce quod iuxta scripturas diuinas abusiue dicuntur pluralia singulariter nunquid scripturę sic dicuntur illaudabiliter? Itē idē HIERONYMVS in cõmentario super Hieremiam libro secundo tractans hunc textum cap. ix. Sagitta vulnereans lingua eorum &c. Crebro inquit in hoc propheta abutitur vt singula malorum operum enumerata iterat se iuste facere quod faciat, hæc Hieronymus. AVCT. Nunquid ergo sanctus propheta crebro sic illaudabiliter dixit? Itē idē HIERONYMVS in epistola ad magnam senatorem vrbs Romę. Sed & Paulus inquit apostolus Epimenidis poetę abusus versiculo est scribens ad Titum. Creteses semper mēdaces male bestię ventres pigri. Hec ille. AVCT. Quis istam factū Pauli diceret illaudabiliter sic dixisse. Itē idē HIERONYMVS, sup. Mat. lib. iiii. tractans hoc verbū Christi in cruce deus meus vt quod dereliquisti me. Præcepto inquit. xxii. psal. abusus est. hæc ille. AVCT. Vult ne heresis ista ponere maculam in speculo sine macula atque dicere quod Christus illaudabiliter ista dixit? Itē idē HIERONYMVS, in cõmentario super Esaiam li. v. tractans hunc textum. Si dimittet signas hæc vobis donec moriamini. Huius inquit testimonii exēplo etiam apostolus, abusus est scribens ad Corinthios. de resurrectione. Si mortui non resurgunt, manducemus & bibamus, cras enim moriemur. hæc ille. AVCT. Itē vetus ORIGENES, lib. i. super cantica correcti operis per Russum.

Vnum enim atque idem est diligere deum & diligere bona. Secundo in loco quasi abusiue atque in deriuatiuo nomine proximum diligere iubent tanquam nosmetipsos. hæc ille. AVCTOR. Sine dubio ergo Vvitleff non intellexit, non attigit modum istum dicendi anti quorum doctorum: sed sciat orthodoxus Hieronymus & graues sanctos patres hoc intellegere abusiue quod non plene aut imitatiue dici, vel quod alias dicimus trāssumptiue. Vnde idem HIERONYMVS. Sic exposuit se supra de nomine doctoris cõparatiue suscepti, & in cõmentario super epistolam Pauli ad Galatas libro primo in principio. Noscendum inquit ecclesiam dupliciter posse dici, & eam quæ non habet maculam aut rugam, & vere corpus Christi sit; & eam quæ in Christi nomine absque plenius perfectisque virtutibus congregetur: quomodo sapientes bifarie nuncupantur tam si qui sunt plene perfectæque virtutis quam illi qui incipiunt & imperfecti positi sunt. Et sequitur iuxta hunc sensum de ceteris quoque virtutibus intelligendum quod si fortis & prudens pius castus, iustus temperans interdum plene interdum abusiue accipitur. hæc Hieronymus. AVCTOR. Iam vides abusiue ex opposito contra plene non cõtra laudabiliter esse distinctum. Ita ergo pius plene, pius abusiue, ecclesia plene ecclesia abusiue, id est non plene conformans se tamen plena & perfecta, ita nullus hic plene magister est & sed plene magister: in nullo diminutus est Christus. Petrus & Paulus abusiue magistri Origenes, Tertulianus, Hilarius, Augustinus, Hieronymus, adhuc amplius abusiue magistri moderni scholastici doctores omnes & pastores ecclesię, plus abusiue quanto minus plene magistri. Solus ergo Christus magister quia solus est plene magister: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Magistri tamen sunt ab illo abusiue magistri, & sunt magistri: nec hoc quidem derogat pleno & cõsummato magisterio Iesu Christi quia nec ex arrogantiā Christo summis referuatur cuius appellatio etiam sine arrogantiā hominibus vilis artificii, vt diximus dispelatur. Dicente Augustino super Ioannem Homil. lxi. de Christo cum diceret se magistrum. AVGVST. Magistrum quidem quod se esse dicit nemo reprehenderet etiam eum qui nihil aliud esse quam hominem crederet: quoniam id profiteretur quod & ipsi homines in quibuslibet artibus vsque adeo sine arrogantiā profitentur vt etiam professores vocentur. hæc Augustinus. AVCTOR. Cõmp

diosum verbū & efficax hoies inquit in quibuslibet artibus profitentur quod Christus se dixit magistrum & esse se magistros & hoc a deo sine arrogantiā vt qui profitentur non tantum magistri, sed & professores vocentur. Quorsum ergo hypocrita noster fugit, liquet infra culicem, dum aliunde glutit camelum: & vitat nomen magistri, sed sorbet nomen & toxicum capitalis hæretici. VVITCL. Quia inquit, cum periculum & superfluitas sit in isto nomine videretur quod istud nomen sit rationabiliter fugiendum. Hæc Vvitleff capitulo sexto. iam prætracto. AVCTOR. Ergo irrationabiliter egit Christus quod non vitauit nomen rationabiliter fugiendum, & superfluitate plenum & periculosis. Non inquit potuit maculare Christum qui fuit agnus sine macula. Ergo video non macula nominis maculat hominem sed maculam sibi facit de nomine Christi pulchro suppositum maculatum. Et idcirco dixit Augustinus quod sine omni arrogantiā non solum magistros se vocant homines, sed & magisterii professores. Si tamen instet vt dicatur quare Christus hic vetuit tantopere discipulos dici magistros, sine dubio ne putarent se apud fideles etiam sine Christo esse summos: & amplius ne se putarent posse facile, iud infideles & hæreticos esse magistros. Ecce ratio est in promptu de iuvene locuplete, qui cum vocaret Christum boni magistrum, Magister inquit bone quid boni facia vt vitam eternam percipiam? Matth. xix. Christus respondit. Quid me interrogas de bono? quæ locum tractas. HILARIUS libro nono de trinitate. Cum inquit alibi dixisset Christus. Ne vocemini magistri quia magister vester est Christus. Vbi cum fide magister est adeo laudat vt profiteatur sibi hoc nomen: hic vero boni magistri nomen non recognoscit vbi nec dominus intellectus est esse nec Christus? hæc Hilarius. AVCTOR. Ecce apud infidelem & hæreticum Christum non recognoscit nomen magistri: bene ergo dicit Vvitleff, bene consultit vt apud se & suos nullus fidelis scholasticus recognoscat nomen magistri quia deest vera fides Christi in obiecto quæ ad interrogandum respectiuam rationem magistri supplet primam essentiam fundamenti. Non enim potest ibi fidelis vindicare magisterium vbi non contingit cum vera fide probare se discipulum.

DE COLLEGIIS CATHEDRALIBVS & vniuersitatibus quod non sunt castra Caimitica nec fratres Caimitę.

Cap. LXIX.

K



Collegia singula siue sint cathedrales ecclesiae, siue studentibus deputata in vniuersitatibus locorum & studiis inter quatuor sectas collocat, exultantes simul cum Massilianis haereticis: quorum est haeresis. lxxx. apud Damascenum libro de haeresibus. DAMASCENVS. Affectus inquit ecclesiae sticis quidem non immanere congregationibus volunt. haec ille. AVCTOR. Affectus. Hi sectatores sunt, sic apud eos dicti qui & Vvircleff collegiatos despiciunt. Ita vt primum locum habeant, abrogabilis sui quater narii quem dixit clerum Caesarum nomine generalis libro suo de curia pastoralis capitulo decimo. VVITCLEFF. Videtur inquit ex alibi dictis de sectis q̄ ista collegia constituit nouas sectas & tamen dictum est q̄ nō sunt nisi secte quatuor detestanda. Habent enim cathedrales ecclesiae speciales regulas & patronos, sed hic non contendit fidelis circa cōtentiones tales verbales, licet quidam dicat q̄ non repugnat istas sectas quatuor in partes tales plurimas disperiri, & tamen non sunt nisi quatuor. Sequitur. Prima secta cleri Cesarei in se continet multa membra. Item in tractatu de quatuor sectis capitulo octauo. Quantum ad collegia in studiis suis generalibus est idem iudicium: nam per ipsa, patriae & personae contra charitatis regulas acceptantur, & intrinseca inuidie cum peccatis aliis & periculis ac simoniis contra instituta propria cumulantur. Conceditur tamen q̄ ex talibus collegiis sicut ex sectis aliis eueniunt multa bona non tamen tot quot occasione peccati diaboli & peccati primi hominis. Ideo erubescat fidelis fructum talis commodi allegare, sed instet fundationi si sciuerit, haec Vvircleff. AVCTOR. Fundatione exigit collegiorum sicut papae & cardinalium, sicut monachorum & fratrum infundabilis arena doctrinae suae per fidei patens sepulchrum, vsque ad inferna deorsum. Non saturatur fide Christi & antiqua deuotione fidelium. Et idcirco in omni re fidelis exigit fundamentum. Quantum noui scripturis sanctis toto tempore viatoris Christi dum cum ipso vixerunt apostoli simul cum magistro Christo steterunt apostoli integro numero in vna mensa, vno coetu & quasi domicilio indistincto. Non legitur eos fuisse aut saltem

diu separatim mansisse, postquam eos Christus primo collegit in vnum: & hic sanctus chorus iubeatur a Christo vnum tenere domicilium post resurrectionem cōtinuis quinquaginta diebus vsque ad sancti spiritus missionem. Lucae vltimo. Vos inquit sedete in ciuitate quoad usque induamini virtute ex alto. Huc etiam Christus sero sabbati clausis ianuis propter metum Iudaeorum intrauit. Ioannis vicesimo. Tandem ascendens Christus eduxit eos in Olivetum. Ascensionis autem sacramento completo reuersi sunt Hierosolymam, & introeuntes in cenaculum ascenderunt vbi manebant Petrus, Ioannes & Iacobus cum reliquo Apostolorum coetu. Hi omnes perseverantes erant vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Actuum primo. Vbi aptissimus locus mihi videtur occurrere ad fundanda collegia in vniuersitatibus in quibus disciplinabiles animae congregentur, vbi expectent donec induantur virtute ex alto. Praeunte tamen iugi labore & cum salubri studio exercitatione continua. Iam sancti spiritus solennis aduentus, qui etiam discipulos in suo collegio dispersos inuenit ad magis publicum semper tamen chorum vnum simul agentes communiter admisit: vt vbi prius in vna priuata domo congregarentur: iam post sancti spiritus missionem assidue conuenerunt in templum. Lucae vltimo. Ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes deum quamuis & ante pentecosten apostoli quandoque repeririunt orasse in templo. Vbi pulcherrimum fundamentum suum tenent collegia cathedralis conuentus quorum semper more Apostolorum est apparere in templo quod ita distinguebatur, & eminebat tunc synagogis localibus, sicut nunc etiam ecclesia cathedralis multis munitis ecclesiis. Tertium vero genus conueniendi sanctorum fidelium in ipso templo qui cunctis relictis habebant cor vnum & animam vnam in domino pro quibus in Actuum Apostolorum Paulus & Barnabas dexteras dederunt vt pauperum memores essent fundantes plene conuentus & collegia religiosorum fidelium vt patebit infra. Quam toruus ergo non sicut haereticus qui collegiorum coetus fundationem auide expetit, cum primitiuam ecclesiam semper in collegiis mansisse scriptura plana denunciaret. Vnde Priscilla &

Aquila de huiusmodi congregatis fecerunt ecclesiam de quibus apostolus infra ad Corinth. vlt. Salutant vos multum in domino. Aquila & Priscilla cum domestica ecclesia apud quos hospitor. Vbi HIERONYMVS, in annotationibus. Domestica congregatio nem fraternitatis ecclesiam nominauit, haec ille. AVCTOR. Itē quoq̄ & simile collegiū fecit de sanctis Narcise⁹ in domo sua, de quo ad Ro. xvi. Salutate eos qui sunt ex Narcisci domo qui sunt in domino. Vbi HAYMO in expositione. Iste Narciscus vt in aliis codicibus inuenitur presbyter erat tunc temporis, haec ille. AVCTOR. Ita etiam Phebe veneranda matrona in domo sua Cæcis collectorum Christianorum fundauit & sustentauit ecclesiam, ad Ro. vlt. Commendo autem vobis Pheben sororem nostram quae est in ministerio ecclesiae quae Cæcis est, vt eam suscipiatis in domino digne sanctis. Vbi ANSELMVS in annotationibus. Phebe ditissima & nobilissima mulier fuit quae ecclesiam in loco Cæcis substituta sustentabat, haec ille. AVCTOR. Taliter etiam egerit Stephana matrona & Fortunatus de domibus suis primae ad Corinth. vlt. Obsecro autē vos fratres nostris domum Stephanæ & Fortunati Achaici quoniam sunt primitiae Achaiae. Vbi HAYMO in expositione. Stephana nobilis quaedam erat matrona cuius familia facta erat ecclesia similiter & domus Fortunati, haec ille. AVCTOR. Plures tales erant in ecclesia primitiua qui cum domos parauerant ecclesias, congregatis fidelibus impleuerant: & suis opibus sustentabant ibi collectos in domino. In quo non magnopere recedebant a fundatione collegii iam admissa. Hic modus congregandi fideles non defuit vsq̄ ad tempora Tertuliani quando pagani more Vvircleff collegia Christiana impugnantes dixerunt ea esse factiones quasi contra rempublicam conspiratorum nidos. At contra TERTVLIANVS. Insudans in suo Apologetico capitulo xxxix. quod est de disciplina Christianorum. Corpus inquit sumus de conscientia religionis & disciplinae vnitate & spei coedere. Coimus ad coetum & congregationem vt deum quasi manufacta precationibus ambiamus orantes. Haec vis deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus pro ministris eorum & pro testatibus pro statu populi, pro rerum quiete, pro mora finis. Coimus ad literarum diuinarum commemorationem: si quid praesentium temporum qualitas aut praemonere co-

git aut recognoscere: certe fide sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam fugimus, disciplinam praceptorum nihilominus inculcationibus desamur. Ibidem etiam sunt exhortationes, castigationes & censura diuina: & versus finem capituli, Nihil vilitatis nihil immodestiae coetus noster admittit. Nō prius discumbitur q̄ oratio ad deum praestetur. Editur quantum esurientes capiunt: bibit quantum pudicis vtile est. Ita saturantur vt qui meminerint etiam per nocte adorandum deum sibi esse. Ita fabulantur vt qui sciant dominum audire post aquam manualem & lumina, vt quis de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest prouocatur in medium deo canere. Hinc probatur quomodo biberit, & quae ratio conuiuium dicitur. Sequitur, Haec coitio Christianorum merito sane illicita si illicitis par, merito damnanda: si quis de ea queritur eo titulo quo de factionibus querela est, in cuius perniciem aliquando conuenimus: Hoc sumus congregati quod & dispersi, hoc vniuersi quod & singuli: neminem ledentes, neminem contristantes. Cui boni cum probi coeunt, cum pii cum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia, haec ille. Hoc modo AVGVSTINVS suo tempore collegia, monasteria & Xenodochia fieri procurauit, vt in sermone de ministris ecclesiae communiter recitat de quodam Leporio presbytero. Vestrum inquit sciūt plurimi presbyterum Leporium quibus seculi natalibus clarum & apud suos honestissimo loco natum, tamen iam deo seruientem cunctis quae habebat relictis inopem suscipi. E bene infra. Habebat Xenodochium aedificatum quod modo videtis edificatum: ego illi iniunxi ego iussi: obtemperauit mihi libentissime: & sicut videtis operatus est: quomodo meo iussu etiam Basilicas ad octo martires fabricauit, de his quae deus per nos donat. Coepit enim de pecunia quae data erat ecclesiae propter Xenodochium, & cum coepisset edificare vt sunt religiosi desiderantes opera sua in caelo scribi adiuuerunt prout quisque voluit: fabricauit, opus ante oculos habemus, omnis homo quid factum sit videt de pecunia, quia non habet mihi credant: dentem compeccat ne frangat. Emerat de ipsa pecunia Xenodochium quandam domum in carraria quam sibi existimabat propter lapides praefutura. Sed lapides eius domus fabricae necessarii non fuerunt quam alio modo puisset sibi, domus ergo ipsa sic remansit praefessione praestat, sed ecclesiae non praesbytero, haec ille.

AVCTOR. In longum duximus tractatum istum, vt videretur q̄ laudabile sit pro fidelibus religiosi & clericis aedificare collegia, quando sanctus presbyter ex iniuncto Augustini vsq; ad sui inopiam ea magnis sumptibus aedificare non distulit. Ibi etiam dicit de suo collegio cui bene hortatur, & laudat etiā quodcumq; voluit in commune dari omnium clericorum, Ibi fundum ad aedificandum monasterium dedit Eleusinus & ibi narrat quomodo Barnabas sacerdos & praepositus donauit villam ecclesie. Iam obloquatur Vitaleff, iam mordet, Augustinus sanctus pontifex & pauper pro Christi pauperibus satisfacit. Sed Vitaleff dicit ista collegia esse castra Caimitica vbi iā supra capitulo nono. VVITCLEFF. Si inquit hae duae sectae vel collegia ista sunt in conuersatione a domino reprobata, quis dubitat quin sic nutrire eos non foret elemosyna, sed factionis partis contra Christum stulta praesumptio? Nam omnes hae sectae & omnes nouitates quae non in Christo domino fundatae sunt, tentant Christum cum Sathana Matth. quarto, cum spernunt ordinationem liberam sectae eius: & praesentant seruilem sectam aliam minus bonam: ac si nolent per gradus quos deus ordinat in Sion caelestem ascendere, sed per lationem Sathanae ad templi pinnacula transfulare, quae ergo elemosyna est sic fouere puerulum talem diaboli in castris Caimiticis contra Christum. Hae Vitaleff, AVCTOR. Hic ergo collegia cathedralium ecclesiarum & vniuersitatum vocat castra Caimitica, alibi autem quasi ab habitaculis suis habitatores disjungens fratres quatuor ordinum dixerat Caimitas, quare ergo Caimitas in castris Caimiticis non locasti? In libro de ecclesia & membris capitulo octauo. Sicut diabolus in Caim contra statum innocentiae aedificauit ciuitatem, vt spolia praedata contra charitativam communicationem populi tueretur: sic isti fratres in domibus defensionum suarum praedas populi quas rapiunt referuarunt, vnde quatuor ordines fratrum in nomine Caim figurauit. Hec Vitaleff, AVCTOR. Figurationem istam exponunt Vitaleff vsq; vt ipse auctor eis imponit, nec sibi audeat assumere in quarti trilogi cap. xxxiii. VVITCLEFF. Alii inquit videntes habenas mendacii sic laxatas fingunt in Caim fuerit istae sectae quatuor inchoatae. Sequitur. Et in testimonium istorum quatuor literae huius nominis Caim inchoant hos quatuor ordines secundum ordinem

quo finguntur a fratribus accepisse. Ita q̄, Carmelitas figurat, A, Augustinenses, I, Iacobitas, M, Minores secundum ordinem temporis quem mendaciter sibi fingunt. Hae Vitaleff, AVCTOR. Sicut Vitaleff cum suis existimant in literam, xi. (h non computata) Caim terminari vocabulum, sic bene eadem litera eodem grammate deceptus est vterq; calumniator Vitaleff & vesanus Porphyrius. Iste calumniator Christianos in ritibus Porphyrius in scripturis. Derisit enim Porphyrius euangelium Matthaei dicitans vitiosum & falsum esse in genealogia per Ioachim. Vnde HIERONYMVS in commentario Danielis in principio. Nemo putet eundem in Danielis principio esse Ioachim qui in Ezechielis exordio scribitur Ioachim. Iste enim extremam syllabam chin habet, ille kim, & ob huiusmodi causam in euangelio secundum Mattheum vna videtur deesse generatio quia secunda tessaradecada in Ioachim desinit filium Iosiae, & tertia incipit a Ioachim filio Ioachim. Quod ignorans Porphyrius calumniam instruit ecclesiae, suam ostendens imperitiam dum euangelistae Mattheo inurere nititur falsitatem. Hec ille. Et in commentario super Matth. libro primo super eundem locum, Scimus inquit Iechoniam priorem ipsum esse quem & Ioachim: secundum autem, id est Ioachim propter filium non patrem: quorum prior K & im sequens per X & in scribitur quod scriptorum vitio & longitudine temporum apud Graecos latinisq; confusum est. Hae Hieronymus. AVCTOR. Magno rei prodigio vt in vno eodemq; signo vterq; haereticus & ecclesiae calumniator offenderit. Reuera enim Caim in, n. litera, xii. terminatur. Non in m, vt iste qui cum magistro suo Porphyrio imperitiā suā ostendit. Vnde HIERONYMVS libro suo de Hebraicis quaestionibus super Genesim in principio Caim inquit acquisitio sine possessio interpretatur, id est Kinis. Vñ Kanitui, id est possedi hominem per deum. Hae Hieronymus, AVCTOR. Caim ergo a Caimitui non Caim rectam interpretationem consequitur: & ob hoc a Caim dicitur sunt haeretici Caimiani, qui Caim adorant dicentes eum fortissime esse virtutis secundum Augustinum libro de haeresibus capitulo decimo octauo, & Damascenum haesi, xxxviii, & Iosippum ita vt sint a Caim Caimiani non vt noster deceptus fingit grammaticus Caimite a Caim. Isidorus autem deriuationis legem magis attendens

hos Caimianos appellat. xv. Etymol. c. de haeresibus quod & ordo interpretationum prodit: vbi tam secundum Hieronymum qui Remigium supponitur ad Kain Kainan, & praepositur eis Caiphaz & deriuatiuū suū Caiman cum consonantia interpretationis suae docet vnumquēq; bonum grammaticum. ISIDORVS dicit. vii. Etymol. cap. vi. Caim possessio interpretatur vnde Etymol. ipse exprimens pater eius ait. Possedi hominē per deū, Idem & lametatio eo q̄ pro interfecto Abel, interfectus sit. Sequitur, Caiman lamentatio vel possessio eorū, sicut enim Caim possessio: ita deriuatiuū nomē qd̄ est Caiman est possessio eorum. hae ille, AVCTOR. Si ergo grammaticus ille leges sapiat deriuandi Caim Caiman faciet Caim autem Caimam quod scripturae non intelligit: nec obuiat q̄ in quibusdā voluminibus sic scribat, quia sicut iā dixit Hieronymus vtrunq; nomē in quo hi falluntur haeretici, scriptorum vitio & longitudine temporum apud nos confusum est: hoc tamē debuit vtrūq; calumniator attendere. Sed si fidem sequeretur historiae Caim non castra sed ciuitatē primus extruxit: & erunt omnes ciues quartulibet ciuitatum Caimitae. Si haeretici bonam faciunt calumniā, Sed Augustinus sic sup Psal. lxxxi. dicit, Caim primā fundasse ciuitatē carnalem vbi prius vlla non erat. Ciues autē caelestes fundarūt Hierusalem spiritualem, vbi prius erat, quam etiā fundat omnes filii sanctae matris ecclesiae. Sed post hęc cum non habeat iā quomodo quatuor ordines in Caim nomine figurabit, volumus etiam & sectā suā non ad Caim filium protoplasti, sed ad Cham maledictum filium Noe primi nauae non auctoritate simili eius mendacii coniungere, sed veracissimi Augustini qui sic ratione fundatissima appellat haeticos contra Faustū. lib. xii. AVGVST. Quis inter se dissentiat lucet ab haeticis: & ipsi haeretici alii ab aliis vna tamē conditione seruitutis vel ad aliquā attestationem vel ad aliquam probationem vitales sunt ecclesiae, nā de haeticis dictū est, oportet haereses esse vt pbati manifesti fiant inter vos. Ite nunc & obiectate calumnias veteribus literis sacris: hoc agite serui chaimitae quibus viluit nudata caro ex qua nati estis. Verū hoc agite vt dixi irridēter prodite quod nos reuerēter honoremus: vtatur nobis ecclesia tanq̄ sibi subditis vt pbati manifesti fiant in ea. hae August. AVCTOR. Ecce iam habetis vnde scitis chaimitae, quia serui estis ecclesiae improbatione fidelium, in irri-

sione iustorum, in denudatione & impositione criminum, quid dixisti supra de vniuersitatibus? quid iam de collegiis? quid vbiq; de fratribus? Nunquid in omnibus quod nouisti imo sine dubio plura q̄ nosti recitasti, tua vitia imputasti peccata detexisti flagitia simoniam, piuria, similitates, rapinas & cetera infinita ita faceret dignū chamita: denuder non parcat reuelare pudenda genitum: potest expudore vitium quod inest dimitti seruo suo: ad correctionem suam vtatur ecclesia. Non abnuo, non recedo dūmodo fideles ecclesiae filii sic detrahentibus non assistant, de huiusmodi enim ne congregationi ecclesiae suae detraheret in sine libri de ministris ecclesiae sic praecauit, AVGVSTINVS. Nemo laceret seruos dei quia non expedit lacerantibus: seruis dei quidē merces falsis detractionibus crescit sed crescit etiam poena detrahentium. Nam non sine causa dictū est, Gaudete & exultate quādo detrahit de vobis dicentes falsa quia merces vestra est copiosa in caelis. Nolumus cū detrimēto vestro magnā habere mercedē. Minus enim habeamus & tamen vobiscū ibi regnemus. hae ille. Et idem AVGVST. in epist. ad ecclesiam Hipponensem inter epistolas. lxi. Ecce docuit nos deus vt qui gloriatur, in domino gloriatur: nec obiciatis haeticis nisi quia non sunt catholici ne similes eis sitis: qui non habendo q̄ in causa suae diuisionis defendat non nisi hominum crimina colligere affectant & ea ipsa plura falsissime iactant, vt quia ipsam diuinā scripturā veritatem qua vbiq; diffusa Christi ecclesia cōmēdatur & praedicatur criminari & obscurare non possunt homines per quos praedicatur adducit in odium. De quibus & fingere quicquid in mētē venerit possunt: vos autem, ita didicisti Christum scitū illū audisti & in illo docti estis. Sequitur: quārumlibet enim vigilet disciplina domus meae homo sum & inter hoīes viuo, nec mihi arrogare audeo vt domus mea melior sit q̄ arca Noe, vbi tamen inter octo homines reprobatos vnus iuuetus est: aut melior sit q̄ domus Isaac cuius de duobus geminis dictū est, Iacob dilexi, Esau odio habui. Aut melior sit quam domus Dauid cuius filius cum sorore concubuit. Et infra. Aut melior sit quam cohabitatio domini nostri Iesu Christi in qua. xi. boni perdidit & furem Iudam tolerauerunt. Aut melior sit postremo q̄ caelum vnde angeli ceciderunt. Simpliciter fateor charitati vestrae corā domino deo nostro qui testis est super animam meam ex quo deo seruire co-

pi quomodo difficile expertus sum meliores
 q̄ qui in monasteriis profecerūt ita non sum
 expertus peiores q̄ qui in monasteriis cecide-
 rūt: quapropter & si cōtristamur de aliqui-
 bus purgamentis consolamur tamē de pluri-
 bus ornamentis. Nolite ergo propter amur-
 cam qua oculi vestri effunduntur torcula-
 ria detestari. Vñ apothecę dominicę fructu
 olet luminosioris implētur. hęc AVGVST.
 Sanctum & religiosum consilium Augustini
 ne ideo prophanentur monasteria monacho-
 rum & fratrum, aut collegia ecclesiarū & stu-
 diorum, quanuis ab eis multi cadāt enormes
 & vitiosi collega. Non est domus vestra me-
 lior domo sancti antistitis Augustini. Nec
 diu seruare possumus vinum sine fēcibus aut
 politissimum ferrum sine rubigine. Sed & tri-
 bi dico mi Vitcleff, desine seruos Christi la-
 cerare conuiciis & quāuis cū Porphyrio tuo
 imprudenter & perfide capitale cōmiseris in
 alphabeto peccatum saltem in scripturis san-
 ctis dedisce mētiri: cū Rustino enim loquor
 lib. ii. cōtra Hieronymū. RVFINVS. Nam
 Porphyrius re docuit de Christiānis male lo-
 qui: concidere virgines continentēs, diaconos
 presbyteros & omniura profus Christiano-
 rum gradum & ordinem libellis editis infā-
 mare. Sequitur. Sed quid in lōgū sermo pro-
 ducitur. Conuiciis eius etiā & iniuriis non
 respondeamus, lacerationib⁹ eius ad qđ opus
 quotidie stylum suū Porphyrius exacuit nō
 obuiemus: hęc ille,

DE PRAEDICATORIBVS VT
 non vsurpent Euangeliū nisi mit-
 tantur a deo per hominem.
 Cap. LXX AVCTOR.

M Rdo prædicatorū ideo præ-
 ponitur, ab Apostolo pasto-
 ribus & doctoribus ortho-
 doxis, quia dignitas est ca-
 pitalis officii cōis vtriq̄, cir-
 ca quā primus error Vit-
 cleff est, quod cōtra officii rationē, officii fre-
 na relaxat. Soli enim apostoli & apostolorum
 heredes officium euangeliū practizarent
 qui apostoli ideo, id est missi dicuntur. Sed hęc hęc
 res euangelistas suos non doctos Apostolos
 nondū missos pastores, non adductos messo-
 res non conductos instituit, approbat, & de-
 fendit in opere sermonū suorū epistolarū, ser-
 mone. lxii. VITCLEFF. Iam ex suggestionē
 diaboli, inquit, quia discipulorū Antichristi

negant episcopi euāgelizationem pauperum
 sacerdotum nisi habeāt ab eis licentiā. Et ar-
 gumentatur sic contra eos. Sacerdotes prædi-
 cāti habent ex speciali dono dei noticiā & ani-
 mum euangelizandi sed nec licet deo nec ho-
 mini impedire eos ne in hoc impleant verbū
 dei, vt currat sermo Christi liberius, ergo nō
 licet episcopis i hoc impedire dictos presby-
 teros, hęc Vitcleff. AVCT. Plures rationes
 istis facit sermone decimo: ibi tamē cōfēdit
 episcopis recte iudicātib⁹: hic amplius furēs
 etiā cōtra synodum episcoporū quam vocat
 conciliū terramotus sine aliqua exceptione
 dilatat errorem dicens in prædicto sermone
 xliii. VITCLEFF. Nec obest q̄ in terramo-
 tu determinata sit hæresis per plures satura-
 pas: quia cū multi sint vocati, pauci vero ele-
 cti: est euidentius quod processit ex pluribus
 & fortioribus mēbris diaboli. hęc Vitcleff.
 Et ex hoc conclusio bis dāna. xliii. Isti qui dī
 mittūt prædicare vel audire verbū dei pro-
 pter excommunicationem hominū sunt excō-
 municati etiā in die iudicii traditores Chri-
 sti habebuntur, hęc Vitcleff. & de hac impe-
 ditione per papā etiā habes. lib. de Christo
 & Antichristo. c. vii. AVCT. Et quia cū fre-
 munt gētes populi meditatūr inania: ex hac
 lata simbria præceptoris, sectatores eius plu-
 res numero lambūt sordes. Quidā enim eius
 magna auctoritate doctor eximius, nomine
 Purnei in quodam libro suo de cōpēdiis scri-
 pturarum paternarum doctrinarum & catho-
 num partē quandā facit vbi sibi probare vi-
 detur sacerdotes oēs debere prædicare, quasi
 omni homine repugnāte. Similiter Leuitas,
 lectores & singulos clericos, reges, duces, sin-
 gulos principes patres familias & laicos qua-
 lescūq̄. Secūdo, quinto cap. huius operis etiā
 ad scēminas extendit officii quas palam ex-
 cludit Apostolus. Instanti autem per Angliā
 hęc hæresis viguit vt etiā ausē sunt in ple-
 risq̄ maioribus eiusdem regni cōciliis sine ru-
 bore ius sibi vendicare, & potere, libere præ-
 dicādi: & adhuc instat annus intra quē Bo-
 hemi inuasores heretici id eis in libellis trās-
 missis ad regna, quasi publicā & dignā expo-
 stulauerunt iniuriā: hoc forsā sibi instātius
 ambiunt, quia quorundā hereticorū Val-
 densium circa hęc rem practica aduertit: de
 quibus & cōtra quos magister ALAN⁹ in
 suo quatripartito. c. i. secūdi libri. Sunt, ingr,
 quidā heretici qui se iustos esse fingunt, cum
 sint lupi veste ouina induti: de quib⁹ ait do-
 minus. Attendite a falsis prophetis &c. qui

Valdenses dicuntur a suo haresiarcha, qui
 Valdensis dicebatur: qui suo spiritu ductus
 non a deo missus, nouam sectam inuenerit,
 vt sine alicuius prælati auctoritate, sine di-
 uina inspiratione, sine scientia, sine literatu-
 ra prædicare præsumperit, sine ratione phi-
 losophus, sine iussione propheta, sine missio-
 ne Apostolus, sine instructione didascalus,
 quorum discipuli, immo mulcipulae iam per
 diuersas mundi partes simplices seducunt, a
 vero auertunt, non ad verū conuertunt: qui
 potius vt satient ventrem q̄ mentē alijs præ-
 dicare presunt: & cum nō velint propriis
 manibus laborare vt acquirant victum, ma-
 lunt ociose viuere & falsa prædicare. hęc ille,
 AVCTOR. Circa hunc locū Apostoli Pau-
 li determinatū est notanda qua breuiter &
 absolute dicit. Quomodo prædicabunt nisi
 mittantur ad Romanos decimo: & idcirco om-
 nes prædicatores sunt Apostoli quasi missi:
 & primi prædicatores Apostoli summi. Vñ
 de ISIDORVS secūdo libro de iudicijs cap.
 vi. Quid sit autem nomen Apostolorū? Apo-
 stoli in Latina lingua missi interpretantur,
 quia ipsos misit Christus euangelizare ad il-
 luminationem omnium populorum. hęc ille,
 AVCTOR. Sed sunt quatuor genera Apo-
 stolorum secūdam Augustinum ad Orosiū,
 quæstione. lxx. AVGVST. Apostolus inter-
 pretatur missus, Apostolorum sunt genera
 quatuor a deo per seipsum: a deo & per ho-
 minem: per hominem tm̄, & ex se. A deo mis-
 sus est Moyses, A deo & per hominem sicut
 Iesus naue. Per hominem tantū sicut nostris
 tēporib⁹ multi fauore vulgi subrogati sunt.
 Ex se tātum, sicut sunt ipsi pseudo prophete.
 Hęc Augustinus. AVCTOR. Hanc pene
 sententiam ad verba habet Hieronymus
 super epistolam ad Galatas in Cominētario
 libro primo, in princip. Quatuor inquit ge-
 nera apostolorum sunt, vnum quod neq̄ ab
 hominibus neq̄ per hominem, sed per Iesum
 Christum & deum patrē est missum. Aliud
 quod a deo quidem sed per hominē: tertium
 quod ab hominē, sed non a deo: quartū, quod
 neq̄ ab hominē neq̄ a deo neque per homi-
 nē, sed a seipso. De primo genere potest esse
 Esaias & ceteri prophete, & Apostolus Pau-
 lus, qui neq̄ ab hominē neq̄ per hominē sed
 a deo patrē & Christo missus est. De secūdo
 Iesus filius Naue qui a deo quidem est Apo-
 stolus cōstitutus sed per hominē Moysen.
 Tertium genus est quāsi hominum fauore &
 studio aliquis ordinatur vt nūc videmus plu-

rimos non dei iudicio sed redempto fauore
 vulgi in sacerdotiū subrogari. Quartum est
 pseudo prophetarum & pseudo apostolorū,
 de quibus Apostolus. Istiusmodi inquit pseu-
 do apostoli operarii iniquitatis transfigurā-
 tes se in apostolos Christi, qui dicunt: hęc dī-
 cit dominus. & dominus non misit illos. hęc
 Hieronymus. Et hos sequitur ISIDORVS
 lib. ii. de origine officiorum, cap. vi. Quatuor
 sunt genera apostolorum, vnum a deo tm̄ vt
 Moyses, alterum & per hominē & deum vt
 Iosue. Tertium tm̄ per hominē sicut his tē-
 poribus multi fauore populi & potestatum
 in sacerdotiū subrogantur. Quartum autē
 genus ex se est sicut pseudopropheta. hęc
 ille, AVCTOR. Concordi ergo professione
 doctorū, Apostoli nō sunt qui missi nō sunt:
 & omnes vidētur apostoli qui in ecclesiā
 ea potestate apostolis magnis legitima pro-
 creatione succedūt. Sed iā declarat Vitcleff,
 suos quos vocat paupes sacerdotes, sicut sunt
 apostoli: cuius generis si primū, probet, si se-
 cundi mittentes, si tertii eligentes adducat:
 non fatetur quod quartū, sed quomodo fides
 li probas q̄ non ex se mittuntur, & sic sunt
 pseudo apostoli? Si verbo tm̄ vtrius pro te-
 ste q̄ mittuntur tm̄ a deo: hoc ipso tuo vera-
 bo fideles vtenur ad probandū q̄ tales mit-
 tentur a seipsis. Interrogatoria ista de tuo-
 rum sacerdotum apostolatu incerto, decēter
 criminari non potes: quia & ipsis conformi-
 ter vsus est AVGVSTINVS. De apostola-
 tu consimili Manichæi libro suo contra epi-
 stolam fundamenti, vbi primo omniū de eius
 apostolatu interrogat. cap. iiii. Videam⁹ quid
 me doceat Manichæus: & potissimum illum
 consideremus librum quem fundamenti epi-
 stolam dicitis vbi totum pene quod credia-
 tis cōtinetur. Sequitur. Sic incipit. Manichæus
 apostolus Iesu Christi prouidētia dei patris.
 Hęc sunt salubria verba a viuo perenni fon-
 te iam patētē si placet attendite quid que-
 ram. Non credo istum apostolum esse Chri-
 sti, quāso ne succenseatis & maledicere ince-
 piatis. Nostis me statuisse nihil a vobis pro-
 latum temere credere: quāro igitur quid sit
 iste Manichæus. Respondebitis, Apostolus
 Iesu Christi. Non credo. Quid iam dicas aut
 facias non habebis. Promittebat enim scien-
 tiam veritatis & nunc quod nescio cogis vt
 credam. Et infra capitulo quarto. Quod si
 forte Euangelicum aliquid aperitissimum de
 Manichæi apostolatu inuenire poteris infir-
 mabis mihi catholicorū auctoritatē qui isbē

vt tibi non credam: qua infirmata iam nec euangelio credere potero, quia per illos illi credideram. Ita nihil apud me valebit, quicquid inde protuleris. hęc Augustinus. AVCTOR, Ecce Vvitcleff, in hoc casu de vagis Apostolis simul omnēs fideles consonat Augustino: simulq; cū eo primo omnium perim? vt pbes sacerdotes tuos discipulos esse Christi: & nō pseudo apostolos, si dicas tantum a deo sunt missi, non credo: quomodo probas si Euangelium proferas: iam si hoc dicat Euangelium mentiri sunt patres ecclesię, qui iubent ne tibi credā sine quibus etiā nec euangelio credidisset, & iterum AVGVST. Illi enim credens non intuenio quomodo possim etiam tibi credere. Apostolorum enim nomina que ibi leguntur non inter se continēt nomen Manichei. In locū autē traditoris Christi qui successerit, in Actibus Apostolorum legitur. Hęc ille p̄dicto cap. iiii. AVCTOR. Nec ibi reperio nomē Vvitcleff, vel Hus, vel Sautre, qui omnes vocetenus iactant se Apostolos Iesu Christi. Qui ergo voce tantū probas te a deo missum: ea probatione vteris qua cūcti Apostoli pseudo conuincuntur cū probant se a solo deo missos. Sed forsitan dicis te probatione Christi vti qua apud Iudęos probauit se Christum, si non creditis mihi operibus credite, recte: sed non operibus conuersandi quę extrinsecus collocare possint æqualiter synceros & fictos sublata forma charitatis, quę soli deo comparat: sed operibus miracula faciendis, de quibus dixit Christus, si opera non fecisset quę nemo alius fecit &c. Ioan. xii. Hoc modo solum declarari potest Apostolus qui mittitur a deo tantum: opera enim sancta fingit omnes pseudo prophetę: secundum illud Pauli Apostoli, ii. ad Corinth. xi. Nam eiusmodi pseudo apostoli operarii subdoli transfugiātes se in Apostolos Christi. Vbi HIERONYMVS in Annotationibus, Dicentes hoc dicit dominus, cū ipse non miserit eos visiones a suo corde loquuntur. Subdolis est qui aliud fingit cum aliud agit: & sub contemplatione euangelicę predicatōnis contegat rapacitatē, hęc ille, AVCTOR. Igitur quia Paulus dixit se nō ab homine neq; per hominem sed a Christo tantū constitutum Apostolum, tollens pseudo defensionis vmbra culum docet apostolatus sui veritatem consequēter Corinthios. Signa inquit apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia signis & prodigiis & virtutibus, vbi HIERONYMVS in Annotationibus,

Ego quidē nihil sum vt homo sed apostolatus mei in vobis signa monstrari. hoc est patientiam in moribus & prodigia in signis. Hęc ille, AVCTOR. Et ita Ioannes baptista quia immediate a deo venit a deo mirabiliter detectus, inter natos mulierum nullus maior. Et quis immediatius q̄ Christus a deo processit: & ideo in miraculis natus, nutritus, & fatus: & fuit totus in miraculis conuersatus; quę ante eum nullus alius fecit. Ita & Apostoli quia tñ a deo homine venerunt, idcirco exitum suū per miracula probauerunt. Vnde Augustinus de quęstionibus noui & veteris testamēti cap. xciii. in fine. Semina inquit fidei sunt virtutes per Apostolos factę. Ipsi enim antistites testes positi sunt huius veritatis qui per signa & prodigia non irrationabilem esse fidem nostram testantur. Nulla enim maior probatio est veritatis q̄ ipsa virtus. Hęc est enim quę omnem terrenam philosophiam accusat: quia semper solis verbis studuit, nō habens testimonium virtutis: quod stabile esse quod verbis astructū erat, demonstraret. Hęc Augustinus, AVCTOR. Ecce nulla maior probatio veritatis quā ipsa virtus: terrena philosophia est vestrum dogma hereticum: quia nō habet testimonium virtutis in signis quod astruit verbis: q̄ quidā vestrum attentabant miraculosum ascensum in cælum. Quidā resurrectionem carnis post triduanam combustionem & resolutionē carnis in cineres. Et quidam deficiente miraculo arte magica (vt fertur) binum vitauit incendum: sed hæc omnia frustra, quę nullum fortiebantur effectum. Vnum dico si sitis a deo missi probetis miraculis: q̄ nec Christus nec Apostoli eius dedignabatur efficere. Sed dicitis signa in signum sunt nō fidelibus sed infidelibus: & Iudęi signa petunt. Reuera eandem viam & distantiam credo esse ab Athenis ad Thebas, & a Thebis ad Athenas: tantumq; ab heretico distare fidem quantum distat e contrario ab heretico fidelis. Omnes enī catholici & fideles ecclesię existimant vos omnes Vvitcleffistas infideles & perfidos: & tantū (vt credimus) vos a vera fide putatis distare catholicos: ideo autē & perfidos pharisęos & Antichristianos passim catholicos appellatis. Si ergo vos fideles sitis nos infideles, apostolatus vestri signa monstrate. Non enim frustra Christus priusq̄ mitteret duodecim Apostolos ad predicandum, dedit eis virtutem & potestatem super omnia demonia: & vt languores curarent, Vnde BEDA

dicit lib. iiii. super Lucā, cap. vii. Concessa primo potestate signorum misit predicare regnum dei: vt promissorum magnitudini attestaretur etiam magnitudo factorum: si demq; verus daret virtus ostēda: & noua facerent qui noua predicarent. Hęc ille. Et EVSEBIVS lib. iiii. ecclesiasticę historie cap. xxiii. Venerabiles & vere deo digni Apostoli Christi cū essent in omni puritate vitę, & animi virtutibus clari, non magni pēdebant sermonis ornatum: quippe in quibus anima erat diuini ornata virtutibus simul & signorum gratia quę eis a domino nostro Iesu Christo concessa fuerat, confidentes: non in sua foris humanę sapiētie verbis summam doctrinice predicatōnis collocabant: sed in ostensione spiritus & virtute per quam mirabilibus consummatis & verborum suorum fide facta vniuerso orbi regni cęlorum scientiam tradiderunt. hęc ille. Et GREGORIVS secūda parte homiliarum. homil. ix. Vt enim fides creditiū cresceret, miraculis fuerat nutrienda, quia & nos cum arbuta plantamus tam diu eis aquam infundimus quousque ea in terra conualuisse videamus: at si semel radices fixerint, irrigando cessamus. Ab hinc est enim quod Paulus dicit lingue in signum sunt nō fidelibus sed infidelibus. Hęc ille. AVCTOR. Si nos (vt soles appellare) sumus heretici, sumus infideles, quia tibi noua predicati nō credimus: quia scilicet a temporibus Apostolorum vsq; ad hæc tempora nisi forsitan per quosdam hereticos quos patres nostri damnabant, nullquam nouimus predicatam vel doctam: saltem ne perfidi & increduli maneamus: vera fac signa, miraculis irriga: & noua facias qui nouissima predicat. Quid si tota die manus vestras expāditis ad populum non credentem: quid solis nouum Euangelium predicatis: cuius auctor primus Vvitcleff, est euāgelicus doctor vester? Ecce dicimus, non credimus nouam fidē nec aliam q̄ quę ab Apostolorum temporibus vsq; ad hæc tempora nostra durauit: quam Gręci bene nouerunt, Indi audierunt, cunctaq; per orbem secula non mirantur, vt nouam. At vestra verba stupent aures quę pruriunt nouitatem, cunctę per orbem provincię vestrum dogma sic ignorat, vt vbi pseudo apostoli venerint, aut librorum vestrorum dogmata astruat, de perfidia vestra alie ni subsisterent, omnem fidem veterem in libris inueniunt: dogma catholicum per vniuersum mundum dispersum sine magna cun-

ctatione periti illius fideles, aut credunt aut discutiunt dogma Vvitcleffiticum, præcipuus eius discipulus Ioannes Hus a Ioanne veteris castri sibi demādari ab Anglia in Bohemiam petiit: quod reuera in toto famosissimo studio Pragensi & sacris sanctorum libris referissimo, priscari & pro antiquo præbati nō potuit. Scio CHRYSOSTOMVM dicere in imperfecto, homil. xl. Antequā notitia dei in hominibus esset, necesse erat vt per sanctitatem hominum dei potentia cognosceretur. Hęc ille, AVCTOR. Vos dicitis totum mundum exæcatum hypocritis si sacerdotum: & a dei notitia alienum, ergo in isto & exigo vt per sanctitatē vestrā quam tantopere predicatis, dei potentia apud vos manifestetur miraculis. Si etiam a solo deo mitterentur apostoli vestri, non dubitū quin cum omni ratione ista perantur. Sed tamen adhuc aliud consulo, vt de cetero pulsum spiritus vestri vagi non omnino putetis inunctum, aut missionem dei desinite velle putari, mitti a deo tantum & apostolatum vestrum ab ipso expectetis per hominem: iuxta saluberrimum illud institutum Leonis papę, decimasexta quæstione prima. Adicimus. LEO PAPA. Statuimus, inquit, vt præter domini sacerdotes nullus audeat predicare, siue monachus, siue laicus ille sit: qui cuiuscunque sancto nomine gloriatur. Hęc ille, AVCTOR. Præter domini sacerdotes vult intelligere cōsensum episcoporum: qui summi sacerdotes dei sunt, vt ita consonet decreto sancti Clementis, epistola tertia quę intitulatur, Ad vniuersos, post medium. CLEMENS. Cunctis fidelibus & summopere presbyteris omnibus ac diaconibus, & reliquis clericis. Attendendum est vt nihil absq; episcopi proprii licentia agant: nō vtiq; missas sine eius iussu quisq; presbyterorū in sua parochia agat: non baptizet nec quicq; absq; eius permisso faciat. Hęc ille.

Q. QUIDAM PRESBYTERI impediri rite possunt ne prædicent. Caput LXXI.



Inatur Vvitcleff cōtra ictū fulminis, probans vt sibi videtur, quod nullus de sacris antistitibus quęq; possit impedire presbyterū ab exercitio predicandi sermone desimo in opere epistolari. VVITCLEFF. Nec

mo, inquit, intantum blasphematur in deo quod concedit ipsum dare donum aliquod sine causa: sed dat simplicibus sacerdotibus etiam super episcopos notitiam predicandam: igitur rationalis causa subest sed non est fingenda, causa dationis dei istius scientiam, si non ut predicent capaci populo: ergo impediens istum finem quem Christus intendit Christo notorie contradicit & tunc indubie foret Antichristus sacrilegus. Et sermone, xliii, resumens hanc rationem culam infert pro minori quod nec licet deo nec homini impedire eos ne in hoc impleant verbum dei, ut currat sermo Christi liberius: ergo non licet episcopis in hoc impedire dictos presbyteros. Hæc Vvicleff, AVCTOR. Si ista non sit alta blasphemia in Christum Iesum quid prodest euangelium? An non dedit Christus Apostolis perfectam scientiam predicandi quando misit eos predicare per Iudæam? quando tamē ne sermo dei curreret secundum Vvicleuisticam libertatem interclusit eis gentes. In viam, inquit, gentium ne abieritis Matth. x. Quomodo tu dicis quod nec licet deo nec homini impedire scientiam? HIERONYMVS assignans causam huius prohibitionis in Commentario super Mattheum. Oportebat, inquit, primum aduentum Christi nunciare Iudæis ne iustam haberent executionem dicentes se dominum ideo reiecit se quia ad gentes & Samaritanos Apostolos miserit. Hæc ille, AVCTOR. Hæc est ergo iusta causa prohibendi predicare etiam scientes & aptos, ut exquisitus ordo predicandi seruetur in locis. Sanctus enim Paulus & Timotheus vetiti sunt a spiritu sancto loqui verbum dei in Asia & cum volebant in Bithynia predicare non permisit eos spiritus Iesu. Actuum, xvi. Et nunquid tunc Paulus accepit scientiam predicandi? BEDA autem dicens causam huius in expositione super actus, Qui nouit, inquit, corda deus beneficii gratia deotorem ab Asia remouit: ne si sanctum canibus daretur, error cordis iniqui de contempta predicacione iudicaretur. hæc ille, AVCTOR. Ecce aliam causam licite prohibendi, ne diuinus sermo curreret in contemptum. Non tantum si cordis afflicta dicitur in populo audituro, sed etiam si ex parte predicantis inuitabilis culpa vel nature vel malitiae opem donec contemptui: talem enim si homo non suspendat per subtractionem potentiae cotidie deus suspendit per ablationem gratiae, dicente Iob, cap. xii, commutās labium veracium & doctrinam sententiam auferens. Vbi GREGO-

RIVS in Moralibus libro vndecimo. Cum sacerdos non agit bona quæ loquitur, et etiam sermo subtrahitur ne loqui audeat quod non operatur, sicut per Prophetam dicitur, Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? Hæc ille, AVCTOR. Demum ut ad homines veniamus conturbantes ecclesiam & magna dissensionum semina iactantes per prælatorum curam debent inhiberi ne predicent. De qualibus dixit Apostolus ad Galatas primo, Sunt aliqui qui vos conturbant & volunt conuere euangelium Christi. Ac demum de his subiungens sententiam cap. v. Vtinam & abscondantur, inquit, qui vos conturbant, Quod non tam optariue quam executiue dixit, vnde HIERONYMVS in Annotationibus super illum locum; Si putant hoc sibi prodesse non solum abscondantur sed etiam abscondantur, si enim exploratio membri proficit, multo magis ablatio, hæc ille, AVCTOR. Et hoc pro eo quod dicit Vvicleff, in loco predicto, Vvicleff. Vbi inquit quæso Christus aut eius apostoli aliquem hereticum per coactionem Cæsaream suspenderunt? Sed subiiciens modum suum abscondendi. Sed ex Euangelio, inquit, Christi & eius Apostoli veritas falsi dogmatis debet nosci & illa nota debet episcopus in persona propria contra ipsum inueniri, & in veritate catholica ex testimonio scripturæ populū informare, hæc Vvicleff, AVCTOR. Quæ si diceret Apostolus in leuiori causa in fornicaem cum vxore patris sui, potuit coactionem quem hic vocat Cæsaream exercere rigorem: & Christus iussit in rebus minoribus moralium scandalorum. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absconde eum & proiice abs te. Sed qui matrem suam polluit hæresi incestat ecclesiam & corpus eius non igne scandali sed inextinguibilis hæresis torum intoxicat, ille leui verbo pontificis est mulcendus? Nunquid videtur iste vobis delicat? magister ad fouendum hæreses mollis nutritus. Lollardorum præceptor beniuolus tutor lacte & proreceptor dulcisonus pessimi cuiusque. Sed Apostolus Paulus (ut diximus) conturbantes tales ecclesiastica sanctioe præcidit, quæ adhuc imitari solent patres quemadmodum CELESTINVS papa in decreto suo, cito post principium, Dilectissimis, inquit, fratribus Vennerio, Marino, Leontio, Auximio, Arcadio, Silicio, & cæteris Galliarum episcopis Celestinus. Et infra, Filii nostri presentes, Prosper & Hilarius, quorum circa deum sollicitudo

laudanda est, tantum aiunt nescio quibus presbyteris illic licere qui dissensionem ecclesiarum sunt apud vos profecuti, ut in dissensionibus quæstiones vocantes in mediū per rinaciter eos, dicant predicare aduersantiam veritati. Sed vestra id dilectioni iustis imputamus quando illi supra vos habent copiam disputandi: legimus supra magistrum non esse discipulum, hoc est non extolli debere quæquam ad iniuriā doctoris. Nam & hos ipsos a domino nostro Iesu positos nouimus ad docendum. Cum ergo sit (docente Apostolo) eis locus tertius intra ecclesiam deputandus quid illic speciei est ubi magistris tacetibus illoquuntur, qui si ita est eorum discipuli non fuerit: timo ne conuere sit hoc tacere, Timeo ne magis ipsi loquantur qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspitione taciturnitas: quia occurreret veritas si falsitas displiceret. Merito namque causa nos respicit si silentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiusmodi: non sit his liberū habere pro uoluntate sermonem, desinat (si ita res sunt) in ecclesie nouitas vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sæpe naufragia mergere, quos intra portum stantes statio facit infida securos. Hæc ille, AVCTOR. Ecce iam causa tertia legitima prohibendi quoscumque immoderate taliter euangelizantes ne predicet: & quod predicandi auctoritas prima & summa sit apud episcopos per quos etiam cum oportet debent inferiores presbyteri coherberi, subiungit ibidem circa medium locum epistolæ, CELESTINUS. Sciant se tamen si censentur presbyteri dignitate vobis esse subiectos: sciant sibi omnes qui male docent quod discere magis ac magis competat quod docere. Nam quid in ecclesiis, vos agitis si illi summam teneant predicandi? Sequitur. Nunc tamen repetentes sæpius admonemus, vitentur huiusmodi qui laborant per terras aliud quam ille non iussit agricola seminare. Hæc ille, AVCTOR. Iam vos alloquitur Vvicleuisticæ, quos nec parochia vna nec prouincia detinet, nisi in Bohemiam Theutoniam, Portugalliam ante Apostolico semine fatas, incertas, & laboriosas vagationes spargatis: Sed quid dicturi sumus ad planos hæreticos? Nonne sancti antistites possunt eos a predicacione cõpescere. Scriptura dicit Proverbia, vigesimosecundo, Eice derisorum & exhibit cum eo iurgium. Quod exponens BEDA super prouerbia lib. ii. Eice, inquit, hereticum quem corrigere non potes de ecclesia:

& cum illi libertatem predicandi abstuleris, catholicae paci auxilium præstas. Hæc ille, AVCTOR. Sed hoc forsitan cum Vvicleff, videtur facere ut non prius auferat heretico predicandi licentiam quam ipsum incorrigibilem antistites inuenierit. Ita ut admissione eius in primitiis predicacionis suæ non egeat sed reargutione leui vel venia si deliquit. Sed an ne hæc sit intentio Bedæ ipse se declarat posterius lib. iii, super prouerbia tractans hunc textum, Sicut qui mittit lapidem in acerum tritici, BEDA, Qui insipienti, id est heretico honorem docendi conferit non minus delinquit quam qui deos ac delubra gentilium cultu veneratur inani. Hæc ille, AVCTOR. Breue verbum sed censura plenissimum. Cautent sibi sacri præfules ne leuitate licentiæ coæquentur idolatris. Non dicit qui ita hereticum conuictum non corripit, sed qui heretico docendi honorem cõtulerit, qui talem admittit qualis ut supra dixit Celestinus per latissimas patrias circuevit ut hæreses seminet, qui dum hæreses excitet quod predicat non discernit: is quasi idola coleret sic delinquit. Bene incedit ad paria: hæresis & idolatria, duæ enim sorores sunt, & pene æqualis contagii. Duæ certe filiae blasphemiae cõtra deum. Habetis hic sancti patres ecclesie multiformem causam impeditiois catholicae: ne lupi sauiant: ne vulpes incendiant segetes fidei orthodoxæ. Possunt exemplo Christi excipi loca, tempora, conditiones predicatum & causas. At beatus GREGORIUS in officio, suo excipit iubet sanctos antistites ab officio predicacionis iuuenes & imperfectos, cap. xlix. Admonendi, inquit, sunt ut cõsiderent quod conceptas soboles foeminae si priusquam plene formantur proferunt nequaquam domos sed tumulos replent. Hinc est quod ipsa veritas quæ repente quod vellet roborare potuisset ut exemplum sequentibus daret ne imperfecti predicare presumerent, postquam plene de predicacionis virtute instruxit illico adiunxit: Vos autem sedere in ciuitate donec induamini ex alto. Hæc ille, AVCTOR. Mira res quod Vvicleuistica præsumptio tam perfectam & spiritualiter habitam suam sobolem reputat, quam nec Christi veritas instruxit, nec ipsam in ciuitate donec ex alto impleatur expectet. Sed subito de Cætone paruulorum ad cathedrâ, de solo ad solium, de luto ad literas, de miseris in magistros crescunt, & dedignantes eos qui subsunt in ecclesia etiam supra sacros episcopos vendicant

doctoratum. Ita namq; VVITcleff. supra auctor eorum. Deus, inquit, dat simplicibus sacerdotibus etiam supra episcopos notitiam prædicandi, AVCT. Vere enim hic est mos omnium heresum quem etiam sapiens clamat in Proverbiis, Mulier inquit stulta & clamosa plenaque illecebris & nihil omnino sciens, sedet in foribus domus sue super sellam, prouerb. vii. Quem locum exponens BEDA super prouerb. lib. i. versus finem. Mulier hæc hæresis: contraria inquit nimirum sapientiæ: sedet autem & ipsa in foribus domus sue, id est in doctoribus falsitatis, qui in penetrabilia perfidiæ miseros fallendo introducunt: super sellam autem quia cathedram sibi prædicationis usurpat. hæc est cathedra pestilentiae in qua beatus vir sedere detractat. Hæc ille, AVCTOR. Ecce mulier fatua, mulier clamosa dicens se esse sapientem sed fatua est effecta, ponit sibi sellam super quam sedeat, quia sine assignatione præfatis cathedram sibi prædicationis usurpat. Vere Vvitcleff. sicut vna de stultis mulieribus locutus est: sed recte cum illis loqueris cum quarum moribus conuenisti. Ita patres heretici, ita matres, hereses cathedras sibi vendicant: patres dicit ecclesie concupiscunt, quos patres nostri sancti procul abiciunt, & ne regem inficiant, nec inter canes gregis computari permittunt: iuxta illud Job, Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Vbi GREGORIUS, xx. lib. moral. cap. vi. Quis est grex sancte ecclesie nisi multitudo? Qui alii huius gregis canes vocantur nisi doctores sancti qui eorundem fidelium custodes extiterunt: Et infra, Patres hereticorum dicimus quos hæresiarchas vocamus, De quorum peruersa prædicatione, id est locutionis semine sequentes sunt populi in errore generati. Sancta ergo ecclesia cum canibus gregis sui hereticorum patres ponere dedignatur: quia inuentores errorum diiudicando respuit eos, quia inter veros patres numerare contemnit: qui etsi quosdam nisi sunt a gentilitatis errore reuocasse, quotidamque mores ad honesta agenda docuisse: pro eo tantum quod de domino non recta senserunt, eos cum canibus gregis sui non ponit, quia cum rectis prædicatoribus non adscribitur: liquet enim quod Arrius, Fotinus, Macedonius, Nestor, Entitius, Dioscorus, Seuerus, multique his similes, docedo atque suadedo conati sunt patres videri: sed errores eorum sancta vniuersalis ecclesia districta seueritate diiudicans, eos inter custodes gregis sui non numerat: quos eiusdem gregis vnita

tem dissipantes dānat, hæc Gregor. AVCT. Huic collegio damnatorum si Amorreos, si Valdenses, si Beringarianos, si Vvitcleuistas adiungimus recte auctoritate sanctorum præfatum: quia Christi fidem scindit quis esse patres plebis subdole cupiunt, a prædicationis folio separemus, ne tamen a fundamentum iniquitatis istorum discedam? ignari certe quidam heretici veteres hoc ipsum artificium prædicandi liberum præsumperunt accipere: quos magnus pater Hieronymus exponit fundasse se in illo apostoli ad Philipp. Quid enim mihi dum omnimodo siue per occasionem siue per veritatem Christus annuncietur? sed ibidem refellit eos idem pater Hieronymus in Annotationibus suis dicens, Hoc loco non est accipiendum ut quidam putant prædicationem Christi hereticis ab Apostolis esse permissam, illud est quod dicit, illo tempore quo Apostolus tenebatur in vinculis, exitisse qui propter inuidiam volentes arguere magis pressuram tentationum Apostolo Christum prædicabant, hæc Hieronymus. AVCT. Hic ergo quis pater Vvitcleff. habuit fundamentum per quod suadere poterat suis collaudis prædicandi eis contra episcopum incumbere liberrimam facultatem.

Q; FRATRIBVS CATHOLICIS
ad prædicandum admissis, non propter hoc toleratur heretici.
Caput LXXII.



Ratres nunc constantem agant ne per inuidiam omnis boni lumen sue claritatis amittant. Satagit dico vobis Vvitcleff. ut si ipse pellatur a summo docentium ordine, tertiam partem stellarum vestrarum secum trahat ad inferos i cauda draconis: sermone primo. xliii. operis epistolarum de episcopis loquens VVITCLEFF. Fratres, inquit, vendentes suas fabulas & mulcentes ac fouentes peccatores & eorum culpas statim licentiant ad populum prædicandū, sed illos qui volunt gratis dare verbum euangelii sine mendicatione non sinunt euangelizare: quod oritur indubie ex instinctu diaboli. hæc Vvitcleff. AVCT. Quid iam oportet insistere laudibus sermonum & laboribus dignis aureola gemina doctorum & martyrii quos fratres contra vitia doctrinarum & morum in-

stantes hæcenus pertulerunt: necdum enarrantur qui portant orbem: ad rem alacriter pergo, & ad comparisonem hæreticæ declarationis catholicam sine fictione suppono. Dicit sacerdotes tuos simplices gratis dare verbum euangelii, fratres autem spe lucri. Esto ita sic de fratribus (sed absit) igitur ipsi tollendi forent ut arguis & Vvitcleuista discipuli tolerandi, nec tibi credo nec concedo sophisma: sed dulcissimum Iesu Christi adeamus arbitrium in euangelio Ioannis. x. ubi plane dissoluit litigium dicens se pastorem bonum: post inferens lupum fugiendum & mercenarium tolerandum. AVGVSTINVS autem hanc exponens historiam de verbis domini sermone quinquagesimo. Tres, inquit, personas dixit dominus, & debemus illas inuestigare in euangelio pastoris mercenarii & furis cum legere rur, puto quod animaduertitistis designauit pastorem mercenarium & furum. Pastor dixit animam suam ponere pro ouibus & intrare per ianuam. Fur dixit & latronem ascendere per aliam partem. Mercenarium dicit lupum vel etiam furum si videat fugere: quia non est illi cura de ouibus. Mercenarius enim est. Si inuenerimus tres istas personas, inueniet sanctitas vestra, & quos diligatis & toleretis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauedus est latro. Hæc Aug. AVCTOR. Ecce mihi Vvitcleff iam habes ex euangelio Iesu Christi tres euangelizantium species: pastores quos diligunt, & veri euangelii Christi pabulum ministrant, & isti diligendi sunt: nolo tamē ut inter istos tuos numeres sacerdotes, sed sunt mercenarii, quos si vis, quia mercedem expectant exponas pro fratribus: ego autem latrones vel lupos tuos dixerim sacerdotes: nam quantum ad mercenarios subscribit AVGVSTINVS. ibidem. Sunt homines in ecclesia de quibus dicit apostolus, quia ex occasione euangelizant querentes ab hominibus commoda sua siue pecuniaria, siue honorē vel laudis humanę quomodolibet volentes accipere munera, ergo isti euangelizant: non tam salutem eis querunt cui annunciant quam cumulum suum. Hæc ille. AVCTOR. Iam ecce dixi tibi ad manum fratres debere ex mercenariis esse si verum sit quod dicit eos propter spem temporis verbum vendere prædicationis: quantum tamē isti mercenarii non sunt, quia non fugiunt lupum venientem, nec latronis minas hereticas secundum saluatoris interpretationem præ-

posita, testes sunt omnes Lollardi superstitioses inter quos semper fuit & est interminabilis strepitus ex parte fratrum in ecclesia Christi gloriosus triumphus. Ideo per hoc patet quod lupi non sunt nec heretici, latrones autem aut lupi sunt insidiatos heretici: sicut erant tempore suis Arriani, Donatistæ, Sabelliani, & nostris temporibus Vvitcleuista. Vnde AVGVSTINVS, in prædicatione sermone verus finem abundanti lupi, abundantant latrones: ipsi sunt qui ascendunt per alteram partem, qui sunt isti qui ascendunt qui de parte donati volunt depredari oues Christi: ipsi per alteram partem ascendunt, non per Christum intrant, quia non sunt humiles, quia superbi sunt ascendunt: Quid est ascendunt: extollunt: vnde ascendunt per alteram partem. Vnde de parte dicit volunt qui in vnitate non sunt, de altera parte sunt: & de ipsa parte ascendunt, i. extollunt & volunt tollere oues, quomodo ascendunt videte. Nos inquit, sanctificamus, nos facimus iustos. Ecce quo ascenderunt. Hæc ille, AVCT. Et nonne hæc ipsa est vox VVITCLEFF? Ipsi inquit dant gratis verbum euangelii, ipsi sacerdotes mei habent super episcopos notitiam prædicandi, ipsos nec rex nec deus possunt impedire. Et in prædicatione sermone. Credo ex gratia dei quod nec populus cessaret etiam inuito episcopo verbum dei audire secundum formam hanc euangelicam, nec quod dicit presbyteri angeli Christi atque apostoli propter Antichristi instigationem timebunt seruiliter vel cessabunt. Hæc Vvitcleff. AVCTOR. Ecce sacerdotes eius sunt angeli: sed Sathanæ sunt apostoli seu Antichristi videte quo ascendunt, quo superbit, quo se & suos extollit: lupus ergo est cum suis & latro est. Et quid iam tibi licentia prædicandi cum pastore usurpas? Dico tibi nec cum mercenario, quia & ipse tolerandus est: tu autem fugiendus omni modo a populo, & fugandus a præfule. Non mea est, sed Pauli apostoli plana sententia de mercenariis dicit, siue occasione siue veritate Christus annuncietur in hoc gaudeo, sed & gaudebo. de latronibus autem si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Vnde & AVGVSTINVS de his duobus coniunctim tractans libro secundo contra Permenianum post medium libri. Illos vero inquit, qui euangelium annunciant non caste, quod non quidem aliud nisi veritas est, id est Christum non veritate cordis sui, sed per occasionem commodorum suorum annunciant: Sinite hos annunciare, inquit, &

gaudet, non utiq; illis sed eis qui per illos salui fiebant, tenentes præceptum dicētis, Quod dicunt facite, qđ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim & non faciūt. Sic em̄ apostolus ad Philippen, loquitur, Quidam enim, inquit, per inuidiam & contentionem, quidam vero & per bonam voluntatem Christum prædicant, quidam ex charitate scientes quoniam ex defensione euāgelii positus sum: quidam vero per contumaciam Christum annunciant existimantes tribulationem suscitari vinculis meis, Quid mihi dum omnimodo siue occasione siue veritate Christus annūciat: & in hoc gaudeo sed & gaudebo. Nunquid permitteret eos prædicare Christum cum euāgelii veritatem, non veraci cordis sui castitate prædicarent? Nunquid de talium prædicatione gauderet, nisi sciret qđ illis quidem perniciosum esset rem castam non caste annūciare: illis autē salubre qui bona & vera per eos audientes, proficerent ad salutē. Nam ubi non est Christus qui veritas est, sed falsitas prædicatur, & mendacium apertissime prohibet prædicare, ad Galatas dicens, Si quis vobis euāgelizauerit præter id qđ accepistis, anathema sit. Itemq; ad Timotheum, Sicut rogauit te, inquit, vt sustineretis Ephesi cum irem in Macedoniam vt quibusdam denūciarem ne aliter docerēt, illos autem inuidios, contentiosos, contumaces, non castos occasionem querentes faciendæ suæ malæ voluntatis, quia sic eorū fidionem fugiebat spiritus sanctus vt eorum non desereret ministeriū. Quia p̄ eos Christus prædicabatur, non solum permittit vt faciant, sed congaudet quia faciunt. Hæc Augustinus, AVCTOR, Vide qđ plane scripturas adducit apostoli quibus probet omnes mercenarios permisisse apostolum ad annūciandum euāgelium, & hæreticos phibere. Hic igitur habes sacerdotes prohibitos propter hæresim, nec tm̄ in probatos esse per apostolum prædicantem: sed destititue prohibitos & suspensos per medium Timotheum & Galatarum episcopos. Quia dicis in fauorem sacerdotū tuorum sermone decimo, de quo iam prius VVITCLEFF, Patet inquit, ex euāgelio Christi & apostoli eius quomodo primū veritas falsi dogmaris debet noscī, & illa nota debet episcopus in persona propria contra ipsum inuehi, & in veritate catholica ex testimonio scripturæ populū informa-

re. Hæc Vvitcleff, AVCTOR, Nusq; dicit hereticum presbyterum prohibendum, sed refellendum in prædicatione futura per episcopum: apostolus vero prohibuit illos per planam sententiam, Semper tm̄ (vt diximus) mercenarios censuit tolerandos. Quia inter ipsos & optimos euāgelistas sola est distantia terrenæ mercedis intentio, communicant autem in vna regula fide & vtilissimo auditorib; vite verbo. Ideo AVGVSTINVS cōparat istos duos ad Lyā & Zelpham ancillam eius libro xxii, contra Faustum post medium libri, Suscepit inq̄r, Lyā de ancilla sua filios amore habēde numerosioris prolis accēsa. Sequitur, Vt etiā per hanc conditionem libera illa vxor lacob laborās filios hæredes regni suscipiat, ideo dominus dicit, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere. Vnde in labore vinculorum vita apostolica, siue inquit occasione, siue veritate Christus annūciatur: & in hoc gaudeo sed & gaudebo tanq̄ & ancilla pariente de prole numerosiore letata. Hæc ille, AVCTOR, Ecce ecclesia Christi ad numerosiore prolem gignendam, non solum vxoribus liberis sed & ancillis facultatem tribuit prædicandi, vnde non potest incessare amplius Christi antifites qui sic libertant fratres quos tu dicis ancillas: quia hoc solum agunt iam in plebibus quod apostolus Paulus gaudenter fecit in vinculis, Venerabilis insuper BEDA libro quarto super Cantica tractans hunc textum, Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ. Reginas castos prædicatores exponit & concubinas, mercenarios vero Salomoni magnam sobolē generantes. Reginæ, inquit, & concubinæ vtræq; ad torum regis accedunt, filios regi generant: sed non vtræq; diademate regni caput nobilitant, Vtræq; ergo animas prædicationi veritatis instantes, ac per verbum fidei ac fontem lauari salutaris sobolem regi æterno spiritualement generantes insinuunt: sed nonnulla immo non pauca ipsarum mentis est distantia. Nam quæ reginæ sunt, illæ sunt mētes q̄ inuētu regni cœlestis doctrinæ inseruiunt. Concubinæ autem illæ quæ carnalium solummodo ac temporalium commodo voluptatum Christum annūciant non sincere, de quibus dicit apostolus, Siue per occasionem, siue per veritatem Christus annūciatur, & in hoc gaudeo sed & gaudebo, Sequitur

ergo. Vtræq; ergo torum regis adeunt, sed non vtræq; illi congregant: quia quæ doctrinam suam operibus destruunt, & hæse perpetis regni insulis animę priuāt. Hæc ille, AVCTOR, Ecce vxor & libera: ecce regina & concubina, vtræq; ad torum regis accedunt vt filios procreent: sed non vtræq; ad solum regni pertingunt vt regnent. Vir autem hereticus, sicut fineten⁹ a regno, sic in hac ecclesia: quia nec vera nec vere pronūciat, a regis etiam torone filios procreet, separat. Noli ergo te & tuos, non dico præferre sed nec coæquare quibuscunq; fidelibus etiam non caste prædicantibus: tibi enim per apostolicam regulā facultas subtrahitur quæ illis, quia veritatē nō præterit commodatur. Audi qđ clare istos inter se comparat AVGVSTINVS super Psal. cxv, in capite, De his inquit, Apostol⁹ iterum dicit, Neq; isti deo seruiunt sed suo ventri, quos tamen Christum annūciare permittit, quibus enim potius ea crederent quæ ipsi faciebant vt nutrierent, ea tamen prædicabant quæ si alii credentes facerent saluarētur, non em̄ annūciabant præter regulam fidei: eos quippe excludit apostolus dicens, Si quis vobis annūciauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Illi non Christum annūciant qui annūciant falsitatem, quia Christus veritas est: de istis autem dicit qđ Christum annūciant, sed non caste, id est non animo simplici & puro & fide sincera quæ per dilectionem operat: terrenis quippe cupiditatibus consulentes regnum cœlorum annūciabant, habentes falsitatem in pectore, in lingua veritatem, Sciens itaq; Apostolus etiam per Iudam euāgelizantem credentes esse liberatos: istos quoq; ita permittit, siue inquit occasione, siue veritate Christus annūciatur, veritatem quippe annūciabant etiam si non veritate. Hæc Augustinus, AVCTOR, Iam videre potes qđ te & tuī similes a prædicatione verbi excludit Apostolus, prohibuitq; non permisit. Permisit occasionarios sed excludit aliter euāgelizantes, & qđ te perdere posset si frontem non haberes attritam, Iudas permittitur te excluso. Sic enim dixit Augustinus, Sciens apostolus per Iudam euāgelizantem credentes esse liberatos, & cætera. ergo Iudas permittitur te excluso, quia credēs liberauit. Sicut etiā dicit AVGVSTINVS de eodem & de

Phariseis libro secundo contra Permenianum versus finem. Deus inquit, hoc per hominem facit, sane facit, fecit & per Iudā quem ad euāgelium prædicandum cum cæteris misit. Fecit & per Phariseos in eis qui bona quæ per eos audiebant ipsi faciebant: cum illi non facerent quæ dicebant. Hæc ille, AVCTOR, Ergo amplexanda est prædicatione Iudæ quando est impedienda, quando fugienda prædicatione Vvitcleff, & monendus est populus ne sub tali lupo ad audiendum conueniat: qui cum ad audiendum mercenarium vel prodentem Christum cum Iuda nullo iure diuino prohibete concurrat. Sed contra Vvitcleff sollicitat populū vt contra monita patrum & sanctorum antistitum confluant impauide ad suorum prædicationem procaciam sacerdotum, sermone prædicto quadragesimo tertio, in fine, VVITCLEFF, Fidelis, inq̄r, popul⁹ cum habeat largas ecclesias & verbum domini non sit alligatum, non attenderet ad tales præpositos Antichristi: de quibus paulo ante ille episcopus foret demonium meridianum, & directe contrari⁹ episcopo animarum qui necessitaret subditos suos ad audiendum fabulas mendacium mendosorum & diuertendum a prædicatione euāgelii gratis denūciantium catholicam veritatē. Hæc Vvitcleff, AVCTOR, Quomodo gratis Vvitcleff ita denūciant? quid refert dicere spolia quæ collectarum vice exercent in priuatis suis conciliabulis, vnde sacerdotes suos hereticos ad prædicandum larga stipe conducunt. Adhuc superstes est pastor quidam grandis localis ecclesiæ cui quidam præpositus Lollardorum decem librarum stipendium obrulit vt in prædicatione sua per terras vno anno fudaret. Adhuc de memoria hominum non excedit magnus ille thesaurus publice in magna cista quasi fisco repositus & collectus Londini, vnde cuilibet nō fratri prædicanti dominica in cruce Pauli cathedralis totius ciuitatis ecclesiæ daretur summa quadraginta solidorum aut viginti ad minimum. Fratres autem cum toto tempore illo quasi tota nocte piscari essent nihil receperunt. Quomodo non gratissime prædicant, sed iam exhausto thesauro cum cursus dictorum expiraret prædicantium: nōne congrue taxauit illos cū prædicaret illic iuuenis carmelita, & diceret, Eia inquit, quis nostrum his trib⁹ an-


nis carius vendidit euangelium, an fratres qui alternis vicibus contra omnes locum istum tenebant sine nummo sine prandio. An hi qui fumentes stipendium quadraginta solidorum pro sermone iam cessante thesauro recedunt: & prædicationem pauperum penitus pauperibus derelinquunt: allegantes pro se illud iuris prouerbium, mortuo mandatore expirat mandatum, Ecce domini mei quam gratis Vvitcleuistæ prædicant euangelium, & nunquid mentitus est eis sanctus presbyter HIERONYMVS cum diceret eos omnes pro diuitiis & ventris ingluuie & voluptate docere: super Psal. cxliii, Boves eorum crassæ, Israeli tici populi tenues sunt, Aegyptii crassissimi sunt. Videas enim magistros hereticorum nihil aliud facere nisi studere diuitiis. Diuitiis student, & pauperem contemnunt. Hæc ille. Item GREGORIUS vigesimo Moraliū, capitulo nono, Hæretici sola in verbis suis exteriora lucra sectantur: nec ignorant, quia peruersa astruunt, sed erroris prædicamenta non deserunt, dum sumptus percipere quasi doctores volunt. Sequitur, Et radix impiorum erit cibus illorum: quia dum, totis mentis suæ sensibus auaritiam cogitant, quasi eo alimento vescuntur, de quo nasci proculdubio peccatorum sequentium punitiones solent, Hæc Gregorius. Item HIERONYMVS libro primo super Hieremiam in commentario textu, Vade & clama sermones istos contra aquilonem, Nulla, inquit, hæresis nisi propter gulam ventremque constituitur: vt seducat mulierculas oneratas peccatis semper discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, de quibus vere dicitur, Quideuorant plebem meam velut escam panis, Hæc ille, AVCTOR. At vrinam solas escas aut res aut nummos populi deuorarent & parcerent animabus: non repugnarem, quærentes sua permitterem, mercennarios etiam validos tolerarem. Sed quæ sine lachrymis ferat quæ tot quotidie hæresis Christianos iugulet, tot mentes occidat: Idem HIERONYMVS bene dicit exponens hunc textum xvi, Hieremias, Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris libro tertio. Non ingrediatis domum conuiuuii, neque vadas ad plangendum, neque cõsoleris eos & cætera. Si autem hoc de Iugentibus dicitur quid fiet de hæreticis

quorum sermo serpit vt cancer & quotidie prosterunt in ecclesia funera deceptorum, Hæc ille, AVCTOR. Hoc solum est cur sancti Antistites Christi cum omnes alios prædicatores aut inuitant aut tolerat solos hæreticos & perniciosos vt Vvitcleuistas prohibent, & a catholico grege truces lupos excludunt, AVGVSTINVS epistola nonagesima octaua ad donatistas, Si non impacari estis vos, recedite a plebibus pro quibus Christus sanguinem suum fudit quas ideo vultis vestras facere ne sint Christi, quauis eas sub eius nomine possidere conemini tanquam si seruus furetur oves de grege domini sui, & quæcumque ex illis nata fuerint characterem domini sui eis infigat, ne furtum eius possit cognosci, Hæc ille, AVCTOR. Quantum autem ad plebes quas ad audientiam tuam inuitas sicut sirena prouocans ad abyssum, Beatus AVGVSTINVS monet omnino ne vsquequaque plebs tibi consentiat, sermone quadragesimo secundo de pace & charitate, prima parte sermonum ad collationis inquit, locum nullus vestrum irruat fratres mei prorsus si fieri potest etiam per illum locum transitum deuitate ne forte aliquis contentionis & litis aditus inueniatur, vel occasio aliqua præbeatur: & inueniat ipsam occasionem, qui quæsiuit ipsam occasionem, maxime quoniam qui parum timent aut ammonitionem meam paruipendunt, vel qui præsentia diligunt, debent saltem terrenæ potestatis timere seueritatem, Hæc ille, AVCTOR. Ecce quos tu vocitas Augustinus retardat, Quos tu colligis vt in ignem mittas, Augustinus dispergit tuens ecclesias, Hunc sequuntur moderni Christi præfules qui Vvitcleuistas catholice prohibent, & ab eorum audientia plebes subducunt, auctoritate illa vtentes qua Paulus Apostolus Titum monuit vt ab Alexandri ærarij qui multum ei resistit, consortio declinaret: epistola ad eundem prima: cuius ratio habet, prima ad Corinth. xv, Corruptunt bonos mores colloquia praua, Et idcirco ad Romanos vltimo, Apostolus hortatur eos ex corde vt declinent ab illis qui Christo domino non seruiunt, sed suo ventri: quæ per sermones dulces seducunt corda innocientium præter doctrinam quam ipse impendit, Et ad Gala-

tas, Fideles rigide increpat fascinosos & infensatos eos appellans, quæ libenter auscultabant hæreticos, Refert HIRENEVS libro tertio contra hæreses talia dixisse Polycarpum prædictum, Sunt adhuc etiam nunc qui audierunt ab episcopo, scilicet Polycarpo quod Ioannes discipulus domini apud Ephesum cum balneas lauandi gratia fuisset ingressus & vidisset ibi Cherinthum exiliuisset continuo & discessisset non lotus, dicens, Fugiamus hinc & balneæ ipse corruant in quibus lauat veritatis inimicus, Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurrisset dicenti sibi, Agnosce nos, Respondit, Agnosco, agnosco primogenitum Sathanæ: tanta tunc apostoli atque eorum discipuli in religione cautela vtabantur vt ne verbi quidem communionem cum aliquo eorum qua a veritate deuauerant habere paterentur: secundum illud Pauli, hereticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita, Hæc Hireneus, vt recitat eum Eusebius libro tertio ecclesiasticæ historiæ, capitulo decimotertio, & recitat illud Polycarpi, & Marcionis Hieronymus de illustribus viris capitulo decimooctauo, Cõforme quiddam istis accidit in Origene, cum iam puer esset in annis vt dicit idem EUSEBIUS libro sexto ecclesiasticæ historiæ capitulo secundo, Origenes inquit, dum adhuc puer esset & mortuis parentibus & eorum bonis pro Christi nomine confiscatis a quadam scemina religiosa nutritus est: quæ etiam suscepit quendam Paulum Antiocheæ ortum cum quo adolescentulus Origene cum necessitatem haberet apud prædictam sceminam vna degeret, Sed cum Paulus ille in hæresim cecidisset Origenes documentum iam inde a puero fidelissimæ & catholice suæ mentis ostendit, Nam cum ad eum velut ad magistrum & summi nominis doctorem per dies singulos immensæ multitudines conuenirent, non solum hæreticorum verum & ex nostris multorum pro eo quod eruditionis ei summa ab omnibus crederetur: nullo tamen pacto, vel pro honoris gratia, vel etiam pro necessitate conuictionis flecti potuit Origenes, cum eo saltem in oratione consistere, ita ei a primatate ecclesiasticæ regulæ obseruantia honorabilis fuit, & hæreticorum societas execrabilis: sicut ipse in quodam loco sui operis ait, quia hæreticorum execranda doctrina est, Hæc ille, AVCTOR. Hæc facta &

documenta maiorum probant quomodo pastor diligendus est, & mercennarius tolerandus, & simpliciter sine ambiguo quomodo procul execrandus est hæreticus, fugiendus est latro.

Contra quendam doctorem Vvitcleuistam, quod non licet singulis Christianis passim prædicare quibuslibet sine auctoritate antistitis, Cap. LXXIII, AVCTOR.



AERESIS ad modum noxiæ herba cum crenerit modum nescit: & nisi succisa sit, in immensum se porrigit, Hæc igitur vagam & effrenem licentiam prædicandi, sequentes Vvitcleuistæ sic ampliãt vt nullum Christianum vel sexum excipiant, Habeo iam præ manibus librum quendam tria continet capitula a quodam discipulo Vvitcleuistæ dicto Puruey iam carceribus mancipato surreptum, ac in primo capitulo probat omnes sacerdotes ad prædicandum teneri sub poena peccati, in secundo quod reges & militares viri & cæteri laici fideles indifferenter poterunt prædicare, in tertio conformiter hoc ipsum, & quod mulieres possunt prædicare cum volunt, Glossa, inquit, decima sexta quæstione prima, Adiciamus in verbo sacerdotis, dicit quod laici & mulieres prædicant de licentia sacerdotum, vt xxiii, d. cap. Mulier, Et non refert quæ vel qualis prædicet, sed quæ prædicet, Adducit Augustinus super Ioannem dicentem mulierem Samaritanam prædicantem conciuibus suis Christum, & Gregorium dicentem Homilia tertia, Qui Christi frater & soror est credendo, mater efficitur prædicando: & beata felicitas, quæ credendo extitit ancilla Christi, prædicando facta est mater Christi, & Hieremie nono, lubentur mulieres docere laicorum filias suas, & Iudith instruxit sacerdotes: & beata virgo docuit Apostolos, & edidit canticum: sed tandem obicit sibi illud Apostoli, docere autem mulieri non permitto, & cætera. Demum concludit, quare intellectum & concordiam a peritis, Certe peritus Gregorius iam quæsit de tuis similibus applicat vobis illud Iob: De conuallibus ista rapientes cum singula

repperissent ad ea cum clamore currebāt, libro vigesimo Moralium, capitulo nono. GREGORIVS. De conuallibus illa rapunt, quia hæc de humilibus dictis patrum superbo spiritu colligunt: quæ dum pro suis se paribus inuenisse gloriantur ad ea cum clamoribus currunt, quia videlicet omne quod sentiunt appetitu laudis ad aures hominum diffamare conantur. Et infra. Et quidem inuentores peruerforum dogmatum contra sanctam ecclesiam exortu feruore iam veritatis extincti sunt, sed tamen eorum discipulitæ quæ illi docuerunt tenere ac defendere non desistunt. Hæc Gregorius. AVCTOR. Sed accedamus ad patres. Titubatur profecto facile per instabilis, an non facilis esset tractus istius ad hæresim Pepuzianorum vbi forminae licite prædicabant, & passim sibi supra viros vendicabant imperium. AVGVSTINVS libro de hæresibus capitulo vigesimo septimo. Pepuziani a loco quodam nominati sunt. Sequitur. Tantum dantes mulieribus principatum vt sacerdotio quoque apud eos honorentur. Dicunt enim Quintillæ & Priscillæ in eadem ciuitate. Pepuza Christum in specie forminae reuelatum, vnde ab hæc etiam Quintillani nuncupantur. Hæc Augustinus. Etiam DAMASCVS libro penitentiarum, id est centum hæresum, hæresis quadragesima nona. Pepuziani qui & Quintillani quibus coniunguntur artorica. Et infra. Mulieribus assignantes dominari & sacram ministrare. Hæc ille. AVCTOR. Hæresis ergo ista nimirum ita conualuit vt in ciuitate Londinensi formina super fellas eleuatas congregatione virorum stultissime publice legerent & docerent scripturas: quas ipsi nimirum aliis tradiderunt, quia quod licet fragili vasculo mulieri si viris licere non posset, agere possint iniuriarum. Quis autem tunc non memor esset illius moeroris nostri Hieronymi epistola ad Paulinum de omnibus diuinæ historiæ libris. HIERONYMVS. Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorum lignorumque caesores, lanarii quoque & fullones cæteri qui variâ suppellectilem & vilia opuscula fabricant: absque doctore non possunt facere & esse quod cupiunt. Quod medicorum esse medici, tractantque fabrilia fabri. Sola scripturarum est ars quam sibi omnes passim vendicant. Scri-

bim indocti, doctique poemata passim. Hæc garrula anus, hanc delirus senex, hanc philosopha verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antequam discant. Alii adducto supercilio grandia verba trutinantes inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alii discunt pro pudor a feminis quod viros doceant. Hæc ille. AVCTOR. Pro pudor ecce feminas docere viros scripturas diuinas, & tute iustitiam quærere a peritis, quid vacillas de Paulino nonne ipse peritus, quem intulisti iubentem, primæ ad Corinthios decimo quarto. Mulieres enim in ecclesia tacere debent, non permittitur eis loqui sed subditas esse. Et subdit causam. Turpe est, inquit, mulierem loqui in ecclesia. Si adhuc trepidabis in Paulo, exponat eum HIERONYMVS in annotationibus super eundem locum. Contra ordinem, inquit, est naturæ vel legis vt in conuentu virorum formina loquantur. Hæc ille, AVCTOR. Idem etiam Apostolus primæ ad Timotheum secundo. Docere mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio, & subdit causam. Adam non est seductus, mulier seducta in præuaricatione fuit. Quem locum exponens GREGORIVS tertio Moralium, capitulo quarto. Sanctus vir subiectam sibi mulierem & non præpositam attendit, & recta loqui docuit quam serpens vt peruersa loqueretur instigauit, dignum namque erat vt fluxam mentem virilis censura restringeret cum profecto & de ipso primo lapsu humani generis nosset quod docere mulier recta nesciret. Vnde & bene per Paulum dicitur. Docere autem mulieri non permitto, quia nimirum aliquando cum docuit a sapiente eternitatem seperauit. Hæc ille, AVCTOR. Colligas igitur a peritis istis duas causas insignes, prima est generalis turpitudine contra legis ordinem & naturam. Secunda est ineptitudo eius ad recte docendum & ad seducendum facilitas, quæ nec protoplastus in ratione naturalis discursus sincerissimus nouerat præcauere. Allicit enim blanda vox, & illicit species muliebris, & tandem in rete verbi dulcis voluit intellectus HAIMO super dictum locum ad Timotheum in expositione. Idcirco non permittitur ei docere, quia fragilior est sexu, quam vir. Et cauendum ne sicut per serpentem seducta mortem attulit mul-

do, ita etiam facile ad errorem lapsa alios ad eundem errorem protrahit. Hæc ille. Et ANSELMVS in Annotationibus ibidem. Si loquitur magis ad luxuriam iritatur & iritatur. Hæc ille, AVCTOR. Sed quæris concordantias qualiter, inquit, Iudith sancta docuit sacerdotes: quare non petis qualiter Delbora iudicauit Israel certis annis & dominabatur in viros, nisi forte quatum litera exigit, hoc in vituperium suum sustinuit plebs iners & ignaua, in figura autem ecclesiæ quæ rectura esset gentes fortissimas. Attamen in hac re necesse habet nosser querulus propter æquiocationem de docere vel prædicare grammaticam perscrutari. An nescit quomodo reus vel actor in iudicio aliter docet iudicem causæ veritatem, aliter magister suum discipulum per auctoritatem, aliter amicus amicum cum sibi ipsi deregunt secreta sua viciis. An nescit quod aliud in necessitate permittitur, aliud regulariter per officium consummatur. Salua nauis solo nauclo committitur quæ nauis in tempestate deuictis adiuvat quisquis possit. Iudith in extremo periculo sacerdotum: docuit tamen non officio sed subventionis affectu, quemadmodum Magdalene legitur in primitiua ecclesia orbata doctoribus aliquotiens prædicasse, & beata virgo post ascensionem docebat apostolos quando tanquam amicis fidei detexit eis incarnationis secreta quæ nouit, & quibus conscia sola ipsa remansit: nulli tamen illarum licuit hoc per magistrum facere, quia contra ordinem sexuum est viro forminam quomodolibet eminere, dicente apostolo, sed neque dominari in virum. Vnde patet hoc expositiue adiunctum, quasi diceret formina dominaretur in virum si in eum exerceret docendi magistrum. Glossa interlinearis ANSELMI. Hæc si dominaretur facilius seduceret. Hæc ille, AVCTOR. Absolutur igitur muliebris sexus ne auctoritatis possit docere, sed omnis doctrina eius reducitur ad genus amicabile tractatus. Vnde HIERONYMVS in annotationibus suis super hunc locum, Neque dominari in virum, Neque dominari in virum, sed esse in silentio. Non ad magistrum vsurpandum, sed taceant in ecclesia. Hæc ille, & in epistola ad Principiam de vita Marcelle. Idem HIERONYMVS. Hoc solum dicam quod quicquid in nobis longo fuit studio congregatum &

meditatione diuturna, quasi in naturam verum, hoc illa didicit atque possedit, ita vt post profectioem nostram si de aliquo testimonio scripturarum esset aborta contentio ad illam iudicem pergeretur. Et quia valde prudens erat & nouerat illud quod appellant philosophi, doce quod facias, sic interrogata respondebat vt etiam sua non sua diceret, sed vel mea vel alicuiuslibet alterius: & in ipso quod docebat se discipulam fatabatur. Sciebat enim dicitur ab apostolo: docere autem mulieri non permitto: ne virili sexui, & interdum sacerdotibus de ambiguis sciscitantibus facere videretur iniuriam. Hæc ille, AVCTOR. Ecce deuota & prudens formina adificare voluit & vsurpare contempsit, obseruauit sexui suæ iustitiam secundum apostolicam regulam: & ideo cum docuit actu maiores vere fateretur se esse discipulam, negligens se esse magistram, quapropter non potest mulier publice docere. HIERONYMVS in annotationibus vbi supra. Docere autem mulieri non permitto publice, non permittit nec filium nec fratrem docere debet nisi priuatim. Hæc ille, AVCTOR. Potest tamen etiam in ecclesia priuatim docere saltem filios iam indoctos. HAIMO in expositione sua ibidem in suo sexu permittitur mulier docere in domo sua, & pueros: in ecclesia hoc prohibetur. Hæc ille, AVCTOR. Quod autem mulier docere poterit in sexu suo, hoc ideo quia melius a suo sexu discit formina castitatem congruam. HIERONYMVS supra, primæ ad Corinthios decimo quarto. Non permittitur ei loqui. Cur ergo quomodo alibi dicit mulieres docere prudentiam & castitatem debere. Sed in sexu suo, & cum designat locum vbi taceant, alibi eis loqui permittit. Hæc ille. Et HAIMO in expositione super quarto cap. ad Philippenses. Euchodiam rogo & Syntice deprecor, Euchodia & Syntice sapientes & religiosæ mulieres erant apud Philippenses quæ & prædicabant & docebant domi suæ in suo sexu paruulos & paruulas, non tamen in ecclesia, quia idem Apostolus hoc præcepit vt mulieres in ecclesia taceant. Hæc ille, AVCTOR. Quod vltimius inuehitur, omnes laicos prædicare posse reges milites & plebeos: quia rex Nimius fecit prædicare titulum mortis Naboth: quia consulit Augustinus viro filios suos.

& seruos docere: nihil est quod debeat mouere prudentem, occasiones enim quarit errandi. Alioquin dicat mihi si pedagogus quia artes informat, ideo predicat, aut qui vinum venale, aut qui per plateas adicum principis clamitat, ideo predicat. Dicat pertinentius vtrum demonibus libere liceat predicare, quia & ipsi in laudem Christi quauis inuente clamabant. Iesu filii dei quod venisti ante tempus perdere nos? Nūquid pueris & primæuæ ætatis infantibus liceat libere predicare, quia ipsi clamabant de Christo, Osanna filio David. Matthæi vigesimo primo. Et Christus respondit pro eis. Legitur inquit, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, Scitū gratiæmatici predicare secundum suum analogum commemorare esse, vel aliquid eximie laudis in alto proferre. Vnde in Psal. Annunciem omnes predicationes tuas in portis filia Sion. vbi litera Augustini habet, Omnes laudationes tuas, & sic predicabant isti predicti, etiam leges regias, & ita licet predicare deum, cuiuscumque sexus quibuslibet Christianis, Qualiter predicauit mulier Samaritana de nouo miraculo nouam fidem, & caros sanatus euangelizauit Christum, & sic vulgares hodie predicant miracula ad sepulcra sanctorum. GREGOR. secunda parte Homiliarū Homi. ix. Fideles quique vitæ veteris secularia verba derelinquunt, sancta autem mysteria insonant conditoris sui laudes & potentiam quantum prævalent narrant, quid aliud faciunt nisi nonis linguis loquuntur. Hæc ille, AVCTOR. Sed quid hæc ad predicationem illam quæ consequitur potestatem ecclesiasticam ordinis vbi exponuntur scripturæ, fides aperitur, & magistrati quædam censura sacra mysteria referantur. Hæc nimirum mulieribus non licet propter sexum, propter magistratum, & propter officium, viris laicis non licet propter officium, magistratum non repugnat sexui, & confert sexus predicationem. Vnde de mulieribus dicit AVGVSTINVS lib. de questionibus noui & veteris testamenti. xlv. q. Quomodo enim potest de muliere dici quod imago dei est, quam constat dominio viri subiectam, & nullam auctoritatem habere: nec docere enim potest nec testis esse, neque fidem dicere, neque iudicare quanta magis imperare? Hæc ille, AVCTOR. Quantum autem ad viros scio apostolicam le-

gem esse præfixam ne quisquam sumat sibi honorem nisi vocetur a deo tanquam Aaron: non tamen si sit laicus, sed etiam si sit monachus aut religiosus cuiusvis schematis, si non habeat ordinis potestatem nullatenus ambiat prædicatoris honorem. Bene ideo BERNARDVS super canticum sermone sexagesimo quarto. Nec quisquam, inquit, sibi sumat honorem, sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Item ipse, Quomodo autem predicabunt, nisi mittantur? & scimus monachi officium non docere esse sed lugere. Ex his similibusque collectis mihi texo rete & capio vulpem ne demoliat vineam. Ex his nempe claret & certum est quod publice predicare, nec monacho conuenit, nec nouitio expedit, nec non misso licet. Porro contra hæc tria venire quanta conscientia demolitio est? Ergo quicquid tale animo suggeratur, siue sit illud tua cogitatio, siue immissio per angelum malum, dolosam agnosce vulpeculam, id est malum sub specie boni. Hæc ille, AVCTOR. At ne monachos simpliciter dixerim si forte iam presbyteri fuerint: certum est quod nec eis nec aliis clericis aut sacerdotibus predicare licebit si non quod per superiorē potestatem mittant & admittant apparet. At Vitaleuisa noster fortiter inuocat, dominus noster Iesus Christus, inquit, misit apostolos in quorum locum episcopi: misit discipulos, in quorum locum presbyteri succedunt ad predicandum regnum dei? Bene facis quod illos inducis & non alios quod misisti sunt quod affers de Hierony. improprie episcopis quod non permittent predicare presbyteris, sed sibi auare collegerit officium xcv. distict. Ecce ergo vtrique catholicum est, male enim & inordinate prælati agerent quod sacerdotibus aliis predicandi officium inuiderent. At contrario male non agunt si quosdam ineptos impediant, aut suspectos in fide digne suspēdāt, Male enim & hic & ibi facerent sacerdotes si vel inuitis episcopis aut non mittentibus ingererent semetipsos ad predicandum præcipites, de quibus GREGORIUS secundo libro pastoralium, cap. xxv. Admonendi sunt quos a predicationis officio vel imperfectio, vel ætas prohibet, & tamē præcipitatio impellit, ne dum tantum sibi onus officii præcipitatione arrogat sibi vitæ subleuationē meliorationis obsecrāt: & cum accipit intēpestiue quod non valēt, perdāt etiā quod implere quādoque tēpestiue potuissent: atque scientiam quam incongrue conantur ostendere recte ostendatur amississe. Hæc Gregorius,

AVCT. Nemo tamen existimet quod in mente habeat inanire & dehortari presbyteros, sed a predicatoris officio cohibere præcipites. At quis det ut ois populus si congruus esset nobiscum ppheter. Scio & vere doleo ratam me sem fidelium tam raros habere messorum: maxime autem contra hereses ad quas spargendas plures habet diabolus predicatorum, præcipites & defensores qui habere potest orthodoxa fides de omni clero & populo, strenuus laudatorum, atque vniuersi viget fortius, citat verbis, animat scriptis, stimulat argumentis predicatorum oēs catholicos, ut talia domini scilicet bus augeat incrementis, quod sanctus presul Gregorius: sed scilicet discretionem quantum dociles puocat, tamen arrogantes & usurpantes cetera fura cōpescit. Sed scio quid respondeat. Sacerdotes oēs ex officio mittuntur a Christo: mittendo namque discipulos successores eorum admittit, sicut in discipulis ordinauit. At ego respondeo, iam supra August. expōit quosdam a Christo mitti per hominem, & hi missio nis sue indubium pandunt signaculum: quidam a solo Christo mittunt, non per hominem, sicut Paulus, sed in miraculis & virtutibus quæ faciunt missionis sue certitudinem nobis produnt. Sic Paulus dixit Corinthiis apostolatus sui signa facta eis in omnibus virtutibus & prodigiis: si ergo a solo Christo vos missos esse sufficiat non negam? si ita sit. Sed apostolorum vestrum insolitum diuine virtutis exhibitio manifestet. Scio Marcum euangelistam non inferiorem nostris presbyteris sacerdotem, aut minus consueti celestium secretorum, & quibus ab eterno prædestinaret, in opus euangelii distulit tamē, missionem diu præstolas sancti Petri. Vnde BEDA in expositione primæ canonice Petri super textum. Salutatio vobis ecclesia quæ est in Babylone collecta: & Marcus filius meus Marcum autem filium meum euangelistam dicit quod eius in baptisinate dicit filius effectus. Vnde patet quod priusquam Marcum Alexandriam de Roma euangelizandum mitteret epistolam antea scripsit: tempore autem Claudii principis & Petri & Marcum Romam venerunt: & ipse Marcus descripto Romæ euangelio suo Alexandriam missus est. Hæc ille, AVCT. Itē Paulus mittit Timotheum predicare Corinthi præ multis aliis quos secum habebat, nec Timotheum missionem Pauli puenit, nec quod alius non missus adiuuit, ne mittentis cōculcare auctoritas, & tolleretur utilitas primæ Corinth. iiii. Misi ad vos Timotheum qui est filius meus charissimus & fidelis in domino qui vos comone-

re faciat vias meas quæ sunt in Christo. Vbi HIERON. in annot. Quanto fidelior ceteris, tanto charior cunctis, Hæc ille. Quomodo autem ipse erat fidelior ceteris AVGVST. exponit de verbis domini sermone I. Quando ad alios vsus querebat apostolus cuius vias imitarentur infirmi. Misi vobis inquit Timotheum qui vos commonere faciat vias meas, & quod ait: Misi pastorem qui vos commoneret vias meas, id est quia quomodo ego abulo & ipsa ambulat, & mittens pastorem quid ait, Nemi nem enim habeo tam vniuersum qui sinceræ affectione pro vobis sollicitus sit. Nonne cum illo erat multi? Sed quid sequitur? Omnes enim quarunt sua, non quæ sunt Iesu Christi. Et ego vobis pastorem mittere volui, nam multi mercenarii sunt, sed non oportuerat ut mercenarius mitteretur. Ad alias res & negocia peragenda mittitur mercenarius: ad illas autem quæ tunc volebat Paulus, pastor erat necessarius, & vix inuenit vnum pastorem inter multos mercenarios: quia pauci sunt pastores multi mercenarii. Hæc Augustinus. AVCTOR. Quis neger iam Paulum quos mitteret predicatorum ad patres sibi soli seruasse iudicium? Voluit mittere Timotheum ipse solus abscessit. Noluisset mittere de aliis multis quem, nemo ipsorum presumpsit. Ipsum misit pastorem tanquam populo opportunum, alios subtraxit quasi mercenarios: sed nemo inuito Paulo subrepsit in curam dicens se a deo missum ut facit ois & solus hæreticus, & tamen suffragandus est mercenarius, & hæreticus fugiendus. Sed quia omnes sacerdotes ad illicitum prouocat, dum de abstinentia a predicationis actu conscientiam magnam facit, dicitque omnes sacerdotes vi ordinis ad euangelizandum teneri, nec viquequaque facit ad differentiam temporis, non attendens quod multi in primitiua ecclesia de numero creditum populorum presbyteri fuerant: Euangelistæ autem quod paucissimi ut nunc impleret illud Salomō is p̄lagium de ecclesia gentilium synagoga canente, Soror nra puera est & vbera non habet, vbi BEDA lib. v. sup canticum dicit, Soror nra puera est & vbera non habet. Pura nascētis ecclesie tpa de gētib⁹ designat quæ puera adhuc erat nūmero creditū populo rū & ad predicandum dei verbum minus idonea remanebit, lege li. Act. apost. quod ab xviii. Tyb. Cels. vsq ad. iiii. Nerōis annū pertingit: &

inuenies ad prædicationē apostolorū plures credidisse turbas gentiū, nusq̄ tamē illas illo toto tēpore per annos circiter duos de triginta p̄dicasse reperies: parua nāq̄ erat adhuc ecclesia gētiū, & needū ad generalios vel nutritios per doctrinā Christo filios sufficiebat. Hæc ille. AVCT. Ecce quot annis remāsit ecclesia gentiū sine prædicatore de suo, cū tñ vt in actib, apost, legitur, semper vbi apostoli plebes cōuerterāt ibi ecclesias & sacerdotes istruxerāt: & nūquid hi sacerdotes apostolici toto in tāto tēpore durabāt percepti ordinis transgressores? Sed dicit Beda quasi satisfaciēs q̄ nō dum ad generandos Christo filios per doctrinā suffecit, Ridiculū em̄ & non rē seriā ecclesie faciūt, qui populo prædicāt qđ ipsi non gustant: de quibus dicit Iob in persona Christi, Nūc infirmi derident me. Super quod AVGVST. in lib, annot, super Iob, Nūc me monēt iuniores rpe, qui & postea nati sunt in ecclesia, tales & nō proficiunt plurimum, Monēt autē me dixit, qđ per honores ecclesiasticos accipiūt potestātē prædicandi populo, quē ipsi nō faciūt. Hæc ille,

De sacerdotio Christiano qualiter comparantur regeb⁹ sacerdotes.

CAP. LXXIII.

Quasi nubes intra sanctuarium Christi, vbi altare disponitur, & quasi colūbe liberrima penna volauit passim ad fenestras summi pontificis ceterorūq̄ episcoporū sacerdotū & ministrorū altaris, gemēs vt colūba, meditās vt colūba, more meo reclinās Vvicleuistarū obiectib⁹, iatrabit⁹ Iolardorū, iam autem tendēti in populū, religiosis, in ipso aditu iuxta Dionysiu in epistola ad Demophylū Ceo qđ de eis spaciōse agerut in terrio sub conuientia salutatis, occurrit fastus regalis in fronte, quem plene non licebat euadere, iubente sic apostolo, Deum time, regem honorificate. Certe perpēdi qđ qui regem per fauorē erigit vltra ipsi debitum aut in bassum deprimit, regem non honorificat, sed iuxta medium virtus est, & honor regis iudicium diligit. Quid si Vvicleff regem super pinnaculum templi ponat, quemadmodum Sa-

than Christum: status regius nō est altior, quid si alius quisq̄ regale solum sacerdotū mense subiciat, vbi micæ colligat: non est inde delectior: quisquis qui vult erigit, qui vult subigit: semper honor regis iudicium diligit. Rei veritas est qđ quidē vt Vvicleuista & Vvillermite regaliam eleuant, vt sacerdotium sanctum premant: quidam sacerdotium efferunt, vt regnum eneruent, multo honorificentius reges & sacerdotes seipsos extollerent, si iuxta facietiam apostoli honore inuicē præuenirent. Clarior semper honor est quem non sua, sed aliena consistit ambitio. Quod intendit Vvicleff, Impiū est quod dicit, hoc est sermone xxxii, operis epistolaris. VVITCLEFF. Vvictoria qua seculare brachium dimittit potestātē, quam deus eis indidit & consequēter perdit suum seculare dominium est timenda. Dñi ergo sacerdotes non debent eis dominari, sed subici instar Petri. Hæc Vvicleff. AVCTOR. Verba directā sunt plana, sed ex obliquo derogant sacerdoti, subiectiōnem pene vniuersalem intendunt, vt ante plures paruit, & patebit adhuc, in sequentibus. Restat igitur vt comparationem statuum faciamus, Si inquit sacerdotes nō debent eis dominari, verum est, sed præsertim & principes debent eis tanq̄ patrib⁹ obedire. hoc in exordiis non dissimulabant ecclesie. Vnde CLEMENS papa ad Iacobū Hierosolymorū episcopū versus finem recitans Petri apostolū, Oēs inquit principes terræ & cunctos hoīes eis obedire, id est episcopis, & capita submittere, eorūq̄ adiutores existere præcipiebat, vt oēs pariter fideles & coopatores legis dei mōstrarent, ne de eis dicat, Confundētur & erubescēt oēs qui pugnant aduersum te. Hæc ille. AVCTOR. Iam vellē ego vt dicat sanct⁹ Petrus, omnes principes terræ & cunctos homines episcopis obedire volo. Quid dicit VVITCLEFF. Non inquit pertinet directe, sed repugnat isti fidei scripturæ, qđ papa patriarcha vel aliquis prælatus casarius sit maior in populo, quo ad mundum Hæc Vvicleff vbi supra sermone xxviii. AVCTOR. Sanctus autem Petrus iuxta Clementem voluit oēs homines eis obedire, & eis capita submittere. Si ista nō sit maioritas quo ad mūdum dicat quid sit, submittere capita: quid in omnibus obedire? Si ista repugnent sacerdotio, quia palam in mūdo & mundanis fiunt, & differat qđ sic

dicat. Vetus quoq̄ pater GREGORIVS NAZIANZENSIS lib, vi, de Hieremias dicitis præsentem imperatore circa mediū de obedientia principum ad sacerdotes ecclesie loquēs dicit, Quid inquit vos qui potestatibus præsideris? Iā em̄, mihi ad vos sermo cōuertitur: qđ nolum⁹ inæquales quidē videari, vt subiectos quidē leges ac disciplinā obediētē doceam⁹, vestre vero vel potētē cedamus, ne vtamur eā libertate qua Christus nobis vti in ecclesiis dedit: aut certe illis quidē magis consulere quos monemus, nos autem magis despiciere aut negligere videamur: quorū vtiq̄ tanto maiorē curā habere dignum est, quanto ad plurimum pertinere debet, si quid erratur a vobis. Et rursum multorum salutē vtiq̄ consultitur in quibus vos iustitiæ & clementiæ extiteritis cōsore. Quid ergo dicitis, putatis vel patimini vt verius agam vobiscum, Suscipitis ne libertatem verbi, libet accipitis qđ lex Christi sacerdotali: vos nostræ subiecti potestati, atq̄ istis tribunalibus subiecti. Dedit enim & nobis potestatem, dedit principatum: multo perfectiorem principatibus vestris: Aut nunquid iustum id vobis videtur si cedat spiritus carni: si a terre nis coelestia superentur: si diuinis præferatur humana: sed patienter quæso accipe libertatem nostram. Sciote quem esse gregis mei, a Christo mihi summo pastore annumeratam, a sancto spiritu consignatam scis et intra sacra altaria cum veneratione subici manibus sacerdotis: scio te beatæ trinitatis cultum fide quidem tua, sed nostra prædicatione seruare. Hæc ille. AVCTOR. Ecce iam Gregorius alloquebatur imperatorem præsentem, quid credis qđ male vëdicauit sibi supra gregem mundanum maioritatem, dixit se velle docere subditos suos disciplinā & obediētē suę legem, & secundum hoc dixit qđ lex Christi subiecti potestates tales sacerdotali potētē & tribunalibus illis subdebat iubens eos patienter accipere, qđ caro subdatur spiritui, terrena coelestibus, humana diuinis, quomodo tu p̄dicas regib⁹ qđ eorū sacerdotes debent eis subici instar Petri: & Gregorius dicit se præminere impatori sicut præminet caro spiritui, & humanis coelestia, sed arguit primo: presbyter noster Vvicleff sacerdoti debere subici regalię, qđ dicit Apost. Siue regi tanq̄ præcellēt: quasi rex ex hac scriptura præcellat sacerdotibus, si

hoc ita est, cur dixit prædictus pater Gregorius ad Casarem tunc præsentem: Dedit nobis de⁹ potestātē, dedit principatū multo perfectiorem principatibus vestris, sed ille discipulus & apostolus Christi qui dixit siue regi tanq̄ præcellēt postea subdidit deum time, regē honorificate, oēs qđ dei ministros cū deo cōnumerās, & cū rege terrene terrenas potestates adiūgēs, ita vt in regula apostolica nullus desit locus honoris singulis impendēdus. Vnde BEDA super hunc textū primę Petri. Sed sicut serui dei omnes honorate. Monet congruū cunctis impedere honorē iuxta impitū dñi, dare Casari quæ Casaris sunt, & deo reddere qđ dei sunt. Hæc ille. AVCT. Sed excellentiā potestatis sacerdotalis super regiam manifeste diuinum illud declarat iudicium quando omnes virgæ tribuū etiā tribus regiarū futuræ, aridæ māslerant: solius autē sacerdotalis & leuiticę tribus virga florebat. Numerorū xvii. Ponderat hoc sacerdos AMBROSIVS epist, ad Vercellensem ecclesiam circa mediū, Ideo inquit Aaron in sacerdotē deus elegit, vt non humana cupiditas in eligendo sacerdote præpōderaret, sed gratia dei, non volūtaria oblatiō nec p̄pria assumptio sed coelestis vocatiō in electione huiusmodi esse debet, vt is offerat pro peccatis quæ affici possit pro peccantibus. Et in ista, vt aduertamus qđ in sacerdotibus diuina magis qđ humana gratia operatur vna ex multis, quas Moyles per tribus acceperat & re conderat virga Aaron fronduit, atq̄ ita diuini iudicii munus expectandum in sacerdote populus aduertit, ac desistit parē sibi humano iudicio vindicare gratiā, qui ante sibi parem prærogatiuā cōpetere arbitrabatur. Virga autem illa quid aliud ostēdit nisi qđ nunq̄ sacerdotalis marcescat gratia, & in summa humanitate habeat, in suo munere commisit sibi florem potestatis: Hæc Ambrosius, AVCTOR. Ecce qđ ideo virga sacerdotalis aliis marcidis viruit, & florem gessit in culmine, quia florem potestatis in summa humanitate etiā super tribu regiam cōmissum habet in munere. Mun⁹ est hic officiu. Item idē AMBROSIVS in suo pastorali circa principū, Dignū est inquit vt dignitas sacerdotalis pri⁹ noscat a nobis: & sic deiū seruetur a nobis, vt sententia psalmographi qat repelli a nobis, hōcū in honore esset nō intellexit, comparatus est iumentis insipientib⁹: & similis factus est

illis, Honor ergo fratres & sublimitas episcopalis, nullis potest cōparationib⁹ adæquari: si regū fulgori cōpares & principū diademati longe erit inferius, q̄ si plūbi metallū ad auri fulgorē compares: quippe cū videas regū colla, & principū submitri genib⁹ sacerdotū & exoscūlata eorū dextera, eorū oratiōib⁹ credat se communiri, Hæc Ambro, AVCT, Ecce episcop⁹ regi supere minet quātū plūbū vincit ab auro, nō quidē in ecclesiasticis negotiis solū, sed simpliciter vincit stat⁹ statū, Vñ CHRYS, li. iiii, dialog, pastoral, cap. i, Si inq̄t mihi aut regē di milites, aut sumēdi regni affuisset facultas, atq̄ id ego tali quali nūc studio refugissim, cōsequētius arrogātiā meā nōnuli criminarent: immo tunc forte nullius mihi superbiē vitii, stultitiæ vero grandis affuerit, Nūc autē sacerdotio preposito qd̄ tāto spatio antecellit impiū, quanto inter se natura animæ & corporis differt: audebit aliquid nos pro despectu ei⁹ arguere? Et quō nō perpendit esse incōuenientissimū eos q̄ maiora despiciunt, stultos magis q̄ arrogantes putare? Illos vero q̄ ea quæ sunt oibus seculi potestatib⁹, siue reliqua cōparatiōe maiora vitauerint, aut proteritiæ aut superbiæ maculāre criminib⁹, Hæc ille, AVCTOR, Ecce simpliciter dicit sacerdotium tāto maius imperio, quāto anima est natura corpe potior, & eminet cūctis potestatibus seculi, probat hoc per magnitudinē officii sibi cōmissi, iiii, sequenti cap, CHRYSOST, Habent quidem & mūdi principes vincēdi aliquā potestatem: sed cui in solis corporibus licet, hoc autē vinculū qd̄ sacerdotibus cōmissum est, ipsam cōtingit aīam transitq̄ celos: vt ea quæ operati fuerint sacerdotes deorsum, & deus confirmet in celis: sententiamq̄ seruatorum dominus ipse corroboret, Quid ergo reliquū est: si omnis eis cōmissa est potestas celorū, quoruncūq̄ enim dimiseritis peccata dimittent, & quoruncūq̄ tenueritis tenebunt, quæ potest inueniri maior potestas: omne iudiciū dedit pater filio, At hoc video a filio totum sacerdotibus esse commissum: ac sicut iam translari in cœlum, & humanam extendētes naturam, atq̄ a nostris infirmitatibus liberati, in tantum euēcti sunt principatū, Non si imperator alicui subditorum honorem impertiat eiusmodi, vt quos voluerit in vincula contrudat, laxetq̄ quos

voluerit: dignus inuidia, & conspicuus ab omnibus existimetur: is qui a deo accepit tanto maiorem his quæ diximus potestatem, quanto est cœlum q̄ terra preciosius, & quanto preciosior anima q̄ corpus: ita ne modico affectus honore credetur, vt aliqui etiam suspicentur posse hanc arcem ab illis quibus fuerat commissa contemni, Hæc ille, AVCTOT, A posteriori bene concluditur sacerdotium omni imperio & seculari principatu sublimitis ratione cœlestis officii, & potestatis diuinæ generaliter sacerdoti commissæ, & hoc quātum cœlum terræ & anima corpori præstenda, Declarat hoc vberius sanctus pater HIERONYMVS in epistaphio Nepotiani ad Heliodorum circa mediū, Licet inquit lachrymari plebi, regi honeste non licet, vt regi, sic episcopo, immo minus regi quā episcopo, Ille enim nolentibus præest, hic volentibus, Ille terrore subicit, hic seruituti dominat, ille corpora custodit ad mortem, hic animas seruat ad vitam, Hæc Hieronymus, AVCTOR, Ecce fecunda triplicitas quare sacerdotiū antecellit imperiū, & quid iam arguis regem præcellentem? Scio quidem regem præcellere, sed suis & in suis terrenis incolis in terræ negotiis, sed fac vt terra celis imperet, fac corpori animam ancillari, & regi terreno subigis sacerdotem, & si vis intelligere, ipse idem spiritus qui in Petro dixit: siue regi tanq̄ præcellenti, & subiecti duces & potestates quibus dixit regem præcellere, Ipse in Hieremia dixit, Ecce constitui te super gentes & regna: cum & ipse Hieremias esset ex genere sacerdotum, & inde ad figuram præpollentiæ sacerdotiū super regem in ipso patriarcha regis tribus confessio plana processit, vt in testamento duodecim patriarcharum legitur secundum translationē Lincolinē, capitulo ipso quod assignat testamento Iudæ, LINCOLINENSIS, Iudas inquit cum moreretur congregatis filiis ad eos dixit, Nūc filii diligite Leui, vt permaneat & non eferamini super ipsum, & non dispereatis, Mihi enim dedit dominus regnum & illi sacerdotium, & subiecti regnum sacerdotio, Mihi dedit quæ in terra, illi qui sunt in cœlis, vt enim supereminet cœlum terræ, ita & supereminet dei sacerdotium, regno dei.

Ad duo argumenta principalū clericoꝝ rum ne regno succumbat sacerdotale fastigium responderetur.

CAP. LXXV.

RERsuasio amulorū prima pro hac parte est: q̄ episcop⁹ est vicarius Christi secundū humanitatem: rex autē est dei vicarius, dignior ergo vicariatus incūbit regi q̄ episcop⁹, Et lambunt hoc motiū de situla Vvicleff cap. xxxii, speculi militatis ecclesie, Vbi VVIT, Christus inquit ordinauit seculare brachiū per potētiā coactiua esse diuinitatis vicariū, dando ei gladiū corporalē: & ordinauit sacerdotiū esse humanitatis Christi vicariū patiedo, & ipsum in humilitate & tribulationibus imitādo: vt docet August, in loco multiplici, Hęc Vvicleff, AVCT, Quod de Augustino, in hac parte legisse me memini, Vult regē habere imaginē dei, nō dicit vicariū, sicut episcopū Christi de quastiōibus noui & veteris testamēti cap. xlii, AVGVST, Non nesciuit autē inquit Dauid diuinā esse traditionē in officio ordinis regalis, Idcirco Saul in eadē adhuc traditiōe positū honorificat, ne deo iniuriā facere videretur, qui his ordinibus honorem decreuit, dei enim imaginē habet rex, sicut & episcopus Christi, Hęc August, AVCT, Ecce iam habes regē imaginē deitatis, sed vt per gladium quem accepit sola dei seruis humana ministret, vt consonanter exponit GREGORIVS Nazianzenus lib. vi, alloquēs imperatorē presentē, Breuis quidē mihi ad te, sed liber est sermo Christo, cū regnas, immo in Christi regno, q̄ sūt humana dispēsas, Ab illo tibi in hoīes vitę venia & potestas mortis indulta est, & gladius tibi datus est, nō tam vt opereris, q̄ vt cōmineris: quē vt inā velut depositū quoddā incruentū & impollutū restituas cōmendant, Imago est in te dei, nō solū illa quæ ab omnib⁹ habetur in corde: verū & hęc q̄ a te etiam manibus ministratur, Hæc ille, AVCTOR, Ecce habes q̄ rex sit diuinitatis imago, non tantum qualiter omnis homo est imago dei a primordialis creationis effectus: sed specialiter etiam prærogatiua potestatis accepta & regis dignitatis intuitu: ad quid putas? ad dispensandum humana: sic supra dixit Gregorius, Regnas regno Christi quæ sunt humana dispē-

sans: sacerdos est imago Christi, & cuius Christi: nonne dei & hominis? & quid efficiens? nonne diuina dispensans? pluris ergo est, vt nulli est dubium imago Christi episcopus dispensans diuina, q̄ deitatis vicarius vel imago rex dispensans humana, nam si ex nuda imagine deitatis sine respectu ad effectum operis principē anteponis: ergo omnis vxoratus in Christo est episcopo præferendus dicente apostolo primę ad Corinth, xi, Vt nō debet velare caput, qm̄ imago & gloria dei est, Similiter rex Dauid esset ex additione imaginis Christi se ipso deterior, Vñ CHRYSOST, Homil, prima imperfecti, De Dauid nunq̄ tantū dicere possumus quātū scriptura regnorū: & idcirco hæc omnia prætermittentes hoc solum dicimus q̄ Christi fuit imago, Hæc ille, AVCT, Perpende q̄ ex communi regis officio fuit deitatis imago vicaria, ex speciali figura fuit imago Christi peculiariter designata, ergo ex additione prærogatiuæ sequenti fuit seipso deterior constitutus, si vt tu inferis dignus sit deitatis esse q̄ Christi hominis imaginatū vicarium, Secundo persuadent eminentiā regū ex facto Gregorii qui ad imperatorem scribens epistolam, ipsum dominū suū appellat: Et vere se satis demonstrat inermem, quoniā tā facile profert argumentū, Nā pius iste pastor & inter omnes huius alme sedis zelator humilitatis egregius non imperatori tantum & regibus, sed cunctis Christianis vbi excessus culpe nō obstitit, fuerit humilibus semper assuetus eloquiis, & vt ita dicam pene sui iuris oblitus, recolens illud apostoli Petri, Omnes honorate: fraternitatem diligite: at quis miratur papam Gregorium vocantem regem Romanū dominum suū vel nostrū, qui primus pontificū appellauit se cōparatiōe oīm fidelis seruū seruatorū: sed quia hoc in spiritu Christi dixerit, nihil sibi p̄ humilitatis vocabulū debite præeminētię vel libertatis ademūt, Inuitabatur in hoc Paulū dicentē, Nā cū sim ab omnib⁹ liber, oīm seruum me feci, quem textum tractans ORIGENE, libro quinto super epistolam ad Romanos in principio, Neq̄ inq̄t per hoc ledet veritas libertatis in Paulo, dicit em̄ & ipse, Nam cū liber sim ab oīb⁹, oīm seruum me feci, Seruit ergo in Christo, nō in spū seruitutis, sed in spū adoprōis, q̄ omni libertate nobilior ē seruitus Christi, siue id p̄ncipiat quasi imitator eius

qui dixerat, Ecce ego sum in medio vestrum non sicut discubens, sed sicut ministrans: & eius quod semetipsum exinanivit formam servum accipiens, Hæc ille. AVCT. Profecto nec beatus papa Gregorius eminentiæ sui statim super statum imperiale præiudicavit in aliquo cum regem sibi verbotenus præposuit, negotio quoque ecclesie quæ tunc tractabatur attente: quæ tunc apte videbimus, si posteriora eius facta & scripta queramus, Vide an se magistrum & imperatorum & regum non arbitraretur cum post privilegia quedam Senatori presbytero & abbati Xenodochii Francorum dicta sub intermediatione dignitatis & honoris omni eius violatori conclusit, Cui etiam sententia omnes reges generali definitione constrinxit. Est epist. cccc. xxvii. registri. GREG. Concedimus inquit & firmamus statuentes nullum regum, antistitum, nullum quocumque dignitate predictum, & finaliter sequi. Si quis vero regum, sacerdotum, iudicum atque secularium personarum hanc constitutionis nostre paginam agnoscens, contra eam venire tentaverit potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. Hæc ille. AVCTOR. In eodem quoque registro epist. ad Gerardum abbatem sancti Medardi Sueffionis. Idem GREGORIUS. Si quos, inquit, regum, antistitum, iudicum vel quaruncumque secularium personarum huius apostolice auctoritatis & nostre præceptionis decreta violaverit aut contradixerit, aut negligenter duxerit, vel fratres inquietaverit vel conturbaverit, vel aliter ordinaverit cuiuscumque dignitatis vel sublimitatis sit, honore suo privetur &c. Hæc Gregorius. AVCTOR. Vere ergo servus non tantum regum & imperatorum dominorum suorum, sed & omnium Christi servorum Gregorius omnium predictorum tam regum quam antistitum & quorumvisque secularium personarum honores & ambitus suæ ditioni novit esse iure subdandos: nec tantum sibi, sed secundum perfectionis ordinem sacerdotum ordini cunctorum cœtum fidelium cœsum esse subiectum: prout se ipse declarat xiiii. lib. moral. tractatus illud Iob xix. Abstulit coronam de capite meo. GREGO. Caput inquit fidelium non immerito sacerdotes accepimus, quia pars membrorum domini prima sunt. Unde & per prophetam caput & cauda exterminari dicitur ubi videlicet & capitis nomine sacerdotes & caudæ appellatione prophete reprobis designantur. Coro-

na ergo de capite auferitur cum superne remunerationis premia etiam ipsi deserunt, quæ in hoc ecclesie corpore præesse videbatur. Et plerumque ducibus cadentibus, laicus succumbit exercitus qui sequebatur. Hæc ille. AVCT. Ecce sacerdos Christi caput est fidelium, & prima pars membrorum in corpore Christi: & sacerdotes duces sunt totius exercitus christiani. Non est credibile ergo sacerdotum ordinem regali Gregorium velle postponere, sed humilitatis studium efficaciter predicare: quæ admodum dominus eius Christus secundum personam & naturam excessit Pilatum & omne humanum suppositum: atramentum iudicum quod tortoribus humiliavit semetipsum ad infamam crucis mortem. Sed & si precipatus excessum super sacerdotum arguit eis, tamen potenter dictum sancti Gregorii, iterum sub sacerdotibus reges ager, & dictum & factum Ambrosii qui Theodosium imperatorem a divinis exclusit, & usque post publice actam poenitentiam excommunicationis sententiam inmodavit, pro eo quod in Thessalonica civitate vii. milia virorum sine iudicio decrevit interim, quia iudices sui fuissent ibidem per seductionem occisi, ut habet CASSIODORUS historie tripertite lib. ix. cap. xxx. Testis inquit Imperator perpetrata te necis quantum sit magnitudo, neque post causam tanti furoris mens tua mole presumptionis agnoscat. Sed forte recognitionem peccati prohibet potestas impii: decet tamen videatur ratio potestatem. Et infra, Recede ergo recede ne se cœso peccato priorē nequitiam augere contendas, suscipe vinculum quod omnium dominus nunc ligavit. Est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus imperator obediens Cerat enim divinis eruditionibus enutritus & aperte sciens quæ propria sacerdotum quæ regum gemas & defensum ad regia remeavit. Hæc ille. AVCT. Vide iam si non princeps subsit sacerdoti: tamen post viii. menses appropinquante die natalis salutis gemas imperator & pudore suffusus quod scurris, mendicis, & servus aperta essent, templa quæ iam mundi principem excluderunt: missio Russi no milite ad episcopum & sine expeditione reverso, tandem imperator, pergo inquit & iustus in facie suscipio contumelias, & episcoporum satisfactionem flagitium. CASSIODORUS. Quam inquit furori tuum iudicium commisit, non ratio pulvis sententiam, sed potius iracundia, scribe legem quæ decreta furoris evacuet, & a. xxx.

diebus sententia necis atque proscriptionis in literis tantummodo maneat, & iudicium rationis expectet. quibus transactis diebus ira videlicet iam cessante ratio causam iudicantis, apud semetipsam: quæ cognoverit sub veritate disponat. Sequitur. Hanc ad monitionem imperator animo libenti suscipiens & optimam esse confidens, legem conscribi repente præcepit, & proprie manus literis confirmavit, quo facto vinculum solvit Ambrosius: quæ lex hæc nus observatur. Hæc Cassiodorus. AVCTOR. Ecce quomodo ad decretum pontificis & princeps obediens lex emanat a principe. lege Eusebium in ecclesiastica historia. Et Philippus primus Imperator Christianorum per sacerdotem in pascha publice a communionem suspenditur, quia confessionem peccatorum non faciat: nec tamen dotata erat ecclesia: lege Hieronymi ad Constantium Augustum ubi quanta visus est severitate in principem tanta videtur auctoritate surgere super regem, ut clare doceat se regis esse magistrum. De potentia sacerdotum scribit GREGORIUS xxii. moralium capitulo octavo super textum Iob, Cardines quoque maris operiet, Ecce inquit lingua Britannia quæ nihil aliud nouerat quam barbarum fremere, iam dudum in divinis laudibus Hebræum cepit alleluia resonare. Ecce quondam tumidus iam substratus sanctorum pedibus feruit oceanus, eiusque barbaros motus quos terrent principes edomare ferro nequiverant, hos pro divina formidine sacerdotum ora supplicibus verbis ligant, & qui cathenas pugnatum infidelis nequaquam metuerat, iam nunc fidelis humilium linguas timet. Hæc Gregorius. AVCTOR. Inter omnes gentes, o gens nostra Britannica & principes anglici confitemini celsitudinem sacerdotum, qui soli plus quam omnes principes poterant sub vexillo Christi vestram debellare barbariem & in uniuerso orbe cantare triumphum. Ad argumentum de regalibus Christi temporalibus respondet. CAP. LXXVI.



Christus inquit Israëliticum regnum elegit, spreuit autem eius sacerdotum: secundum apostolum ad Hebræos, quia fuit verus hæres regni iure materno, non autem sacerdos leuiticus vel

aaroniticus? quis carnaliter ex illa tribu progenitus, sed secundum ordinem Melchisedech, iure ergo præelectionis Christi præminet regnum sacerdotio. AVCT. Habuisset forsitan mortuum istud coloris sui de regno illi sacerdotio comparato secundum quosdam: cum autem Christi sacerdotio comparatur, de necessitate subsedit: clerici tamen regales quantum vidi duo Christi regna vel dominia rerum distribuunt & signant, ex tempore vnum competens ipsi consistens iure innocentiæ: alterius peculiare iudiciorum iure ipsi conueniens propinquitate matris, & sic ut concludunt Christus foret rex aut dominus temporalis iure gemino non de facto. Huius via magnus defensor est Richardus Armachanus, & sequitur Ioannem Bachonis ordinis Carmelitani. Huius via quis bene conarer, nesci rem esse discipulus, nisi se fundaret in scripturarum historiis vel veterum sanctorum patrum tractatibus approbatis. Quantum autem ad regnum Christi si debitum iure matris nihil potest legi certius quam ex libero dei dono processit cum a Saul propter peccata foret subtractum, & puero Dauid & semini eius sine meritis eius indulgentum, & id eo pacto quo si bene procederet & eius filii testamentum seruarent, impositum regnum caperent sempiternum: eo quoque filii priuaricatores iure amitterent si delinquerent principatum. Unde quod ex libero dono dei in Dauid habebat originem in lechonia ipso deo qui donauit retrahente regnum accepit excidium: scriptura ipsa dicit Hieremias vigesimo secundo. Terra terra audi sermonem dei. Hæc dicit dominus. Scribe virum istum sterilem, qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim de semine eius erit vir qui sedeat super solium Dauid & potestatem habeat ultra in Iuda. Quod mihi arguis de filiabus Salphar, quod promissum est in ius prius succedere non peccatis: Ideo beata virgo in ius eius quod iam priuaricat est regnum per se & semine suo iure filiarum Salphar debebat accedere. Si arguere posses nescienti scripturas. Ego arguo tibi ex ore domini: nec erit de semine lechonia qui sedeat super solium Dauid & potestatem habeat ultra in Iuda, sed tamen beata virgo quod filii eius? Christus de sede eius processerunt secundum carnem, ergo eis non incubebat de alto iure super solium Dauid tpale sedere. Si me existimes torquere scripturas: audi Ambrosium libro iii. super Lucam cap. v.

Qui Ioachim in regnorum libris dicitur; Iechonias a Hieremia est nominatus dicere eo. Abiectus est Iechonias ut vas cui non est usus in eo propter quod abiectus est ipse & semen eius. Terra terra audi verbum dei domini. Scribe virum istum ad abdicatum, quia non exurget ex semine eius sedes in throno Dauid, princeps adhuc in Iuda. Eo enim regnante Babylonii Iudæam vastauerunt, neque postea unquam de semine eius regnum quicquam in Iudæa potuit obtinere. Hæc Ambrosius. AVCTOR. Verbum peremptorium est, neque postea unquam de semine eius regnum quisquam in Iudæa potuit obtinere. Si de posse virum diceret hoc, falsum esset pro Christo qui dominus fortis est & potens in plio. Si de posse iuris, hoc contra te est de Christo, qui eo ipso probatur, non posse iure feminis regnum sedere paternum. Sed quod dicit Armacanus semper post eum sacerdos regnasse factio non nomine. Nunquid facit contra diuinam sententiam dicentem, Neque qui sedeat neque qui potestatem putare regiam habeat ultra in Iudæa. Idcirco AMBROSIO, hoc refellens, quod nec ipsi nec alii præregibus collocati regalem potestatem subiebant. Postea inquit populus de captiuitate dimissus sub sacerdotibus & tetrarchis fuit. Unde etiam versus ad Christi generationem manserunt tetrarchæ, nec ipsi quidem quantum historia docet regalis dignitatem generis reseruantes. Fertur enim ab his qui sine argumentis siue simpliciter docentes tradiderunt nobis quod iudæi latrones Ascalonem urbem Palæstinæ ingressi de sano Apollinis quod vicinum muris erat, Antipatrum Herodis cuiusdam Hierodoli filium, inter alios abduxere captiuum quem pater propter paupertatem redime re nequiuit. Is igitur imbutus disciplinis & mysteriis Iudæorum Hyrcano Iudææ regi amicitia copulatur, quem pro se ad Pompeium Hyrcanus legatum direxit: & quia legationis fructu potitus est propter eam gratiam partem regni affectauit. Occiso autem Antipatro propter sollicitatis inuidiam, filius eius postea Herodes sub Antonio Senatusconsulto Iudæis regnare præceptus est, cuius Herodis filii & alii tetrarchæ. Quod ideo ex Græcorum historiis putauimus transferendum, ut clareat Herodæ nullo modo affinem generi Iudæorum regnum adulterina fraude quæsisse. Denique conscius ignobilis suæ ne qua posteris

vel de præscripto veteri quaestio moueret scripturas eorum incendit, existimans quod si iudicia de publico sustulisset, nullis aliis testimoniis clarere posset, quin de patriarcharum vel profelytorum genere demaneret. Sed ut plerique curæ humanæ sunt, cognitioni hoc & indagini veritatis præiudicare non potuit. Hæc ille, AVCTOR. Hinc totum processum fecit Ambrosius ad probandum veritatem diuinæ promissionis de cessatione plenaria regni Iechonias secutum veritatem historiae esse completam. Manifestat enim clarissime quomodo nullus eorum deinceps regnum tenuit Iudæorum, quoniam & si qui regnabant quibus egre, nec tamen erant Iudæis affines de tribu maxime regia. Unde & Hirmael qui de regio semine fuerat cum regnare proponeret, sine fructu discessit. Habes de eo iiii. Reg. vltimo, & in Iosepho. Quæ autem quidam obiciunt de Iohe, Hyrcano & Aristobolo qui regnabant, non de tribu regia, sed sacerdotali existentes: aut autumant, potius sententia credendum esse sagaci viro Ambrosio quod Iosepho in pluribus vacillante, verumtamen tunc tribus regie titulus expirauit, & hic de titulo Leuitarum ad regnum plusquam Beniamitarum vel Iosephitarum clarum documentum res exigit: hoc clare scimus ex fide quod non ita magnipendebat deus regnum terre Iudæorum ut seruaret ut faceret sempiternum maxime ut unico filio & regi copularet, æterno siue iure siue facto. Sed quia regnum illud & omne ius eius figura fuit regni spiritualis æterni: idcirco inter ceteras figuras eiusdem panis putæ agni simile sacrificiorum & sacerdotii in aduentu & prospectu veritatis perfecte debuit aboleri. Sensus iste est Augustini in titulo psal. lxxii. AVGVSTINVS. Tales, inquit, erant illæ promissiones non perseveranturæ, per quas tamen figurarentur futuræ promissiones perseveranturæ, ut illæ omnes decursus temporalium promissionum figura, & quædam prophetiæ futurorum. Itaque cum illud regnum deficeret ubi regnavit Dauid filius Iesse, id est homo quidam etiam propheta etiam sanctus, quia videbat & præuidebat Christum venturum de cuius semine etiam secundum carnem nasciturus erat: tamen homo, tamen nondum Christus, tamen nondum rex noster filius dei, sed rex Dauid filius Iesse. Quia ergo defecturum illud regnum per quod re-

gnum acceptum laudabatur tunc deus a carnalibus. Hoc solum enim pro magno habebant. Sequitur. Hunc solum laudabat deum nondum intelligentes quid in illis figuris præsignaret & promitteret deus. Deficientibus igitur rebus pro quibus laudabant dei populum carnalis cui regnavit ille Dauid fecerunt hymni Dauid non filii dei, sed filii Iesse. Hæc ille, AVCTOR. Ecce defecturum erat illud regnum carnale Dauid filii Iesse: vis dicere quod non defecit quousque veniret ad Christum laudares melius si taceres, sed iam videamus quid arguis. Propheta, inquit, dicit de Christo. Deus iudicium tuum regida & iustitiam filio regis. Quod absurdum esset intelligi de regno Christi æterno quo regnat super omnia, dicunt doctores hoc esse regnum Christi quod dedit ipsi pater per fidem in ecclesia. Et iterum regnabit rex & sapiens erit, quod si intelligitur, inquit de spirituali regno quibus fructus intelligitur: Ergo de regno temporali Iudæorum, cui iure matris successit Christus secundum carnem, sed Christus unum regnum cælestis & æternum esse iure patris. Aliud autem collatum ipsi ex tempore quo debuit regnare ex tempore secundum fidem, regno tamen sempiterno futuro, & de hoc secundo est alta concordia prophetarum. Hoc est regnum promissum per prophetas figuratum in regnis prioribus & in quod sicut in finem congruum singula referuntur. De his duobus habet, AVGVSTINVS vicesimo de ciuitate capitulo decimo. Excepto inquit illo regno de quo in fine dicitur est. Venite benedicti patris mei percipite regnum &c. nisi aliquo modo alio lōge quidem impari iam nunc regnarent cum illo sancti eius quibus ait. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi: profecto non etiam nunc diceretur ecclesia regnum eius, regnum cælorum. Nam, utique isto tempore eruditur in regno dei scriba qui profert de thesauro suo noua & vetera. Et infra. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Nihil quidem de regno illo ubi nulla sunt scandala: De isto autem regno eius quod est hæc ecclesia, hæc Augustinus. AVCTOR. De hoc ergo regno Christi debuit canere quod sic arguit quod est utique medium inter regnum penitus spirituale, vel cælestis & regnum transitorium temporale Iudæorum vel Gentilium. Spirituale tamen est & veritas in quam resoluatur finet nus Iudæorum regnum carnale ut probat

AVGVSTINVS. Longo processu libri decem septimi ciuitatis capitulo octauo & vltimo, Populi inquit Israel personam figurate gerebat homo iste, scilicet Saul qui populus regnum fuerat amissurus Christo Iesu domino nostro, per nouum testamentum non carnaliter sed spiritualiter regnatura. Hæc ille, AVCTOR. Quid iam dicis? Augustinus dicit Christo amissum fuit regnum Iudæorum non carnaliter, sed spiritualiter regnatura. Quomodo tu dicis carnaliter? iure inquit non factio. Sed quod tu dicis de futuro, Regnabit rex carnaliter & sapiens erit, non habet de iure sine facto. Quare ergo eius negatiua non regnabit carnaliter vel regnatura non esset etiam ius includit sine facto. Iterum arguis illud Lucæ. Dabit ei dominus sedem Dauid patris eius. Miror cæcitatem quia videre non potuit, quod huic de temporali regno repugnat. Et sequitur. Regnabit in domo Iacob in æternum & regni eius non erit finis. Nunquid quid temporale regnum Iudæorum erit æternum, nunquid non habet finem: aut perfidiam Iudæorum defendis dicentium nondum cessasse vocationem, ac per hoc necdum venisse sanctum sanctorum. AVGVSTINVS. Hoc ipso verbo æternum probat hoc regnum Christo aptari secundum literam non Sauli, vel regiculi temporali, ubi iam supra capitulo præcedente. Nunc parauerat dominus regnum tuum in æternum super Israel. Et infra. Ita non sic accipiendum est ac si ipsum Saulem deus in æternum præparauerit regnaturum, & hoc postea seruare noluerit peccanti. Neque enim peccaturum eum esse nesciebat, sed præparauerat regnum eius, in quo figura regni esset æterni. Ideo addidit & nunc regnum tuum non stabit tibi. Stetit ergo & stabit quod in illo significatum est. Sed non huic quia non in æternum ipse fuerat regnatura nec progenies eius, ut saltem per posteros altero alteri succedere videretur impleri quod dictum est in æternum. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce quod non per posteros Saulis altero alteri succedere potuit impleri de regno illo temporali Iudæorum quod dictum est in æternum, quod ergo hic addidit. Angelus in æterni, pater est inter posteros Saulis successuros in regnum temporale Iacob, non numerasse Christum. Idcirco omnes veteres sancti patres hoc consequenter Christo negabatur. Unde BASILIVS ut recitat est sanctus Thomas super eundem locum Lucæ. Non inquit in materiali sede Dauid dominus sedebit translatio Iudæico regno

ad Herodē: sed sedem appellat Dauid in qua residet dominus, indissolubile regnum, Hæc ille. AVCTOR. Ecce doctor cauebat significare Christo materiam, i. temporalem sedē Dauid: sed adiungit indissolubile regnū. Et HILARIVS super beati immaculati versū humiliatus sum vsq; quæ domine. Et ait caue in eo, scilicet in Dauid plures superbiendi, præbebat insolentiæ causas, nobilitas ex Iuda: & in eo primum potestas benedictionis regiæ inchoata. Mansit enim aliquandiu ex Dauid tribu regē potestatis familia, ex qua secundum carnem rex æternus emerit. Hæc ille. AVCTOR. Ne diceret rex temporalis emerit & regnum Christi, tanq̄ æternum discernens regnum Dauid, dixit aliquandiu mansisse. Et BEDA super eūdem locū Lucæ. Accipit inquit sedem Dauid, vt nimirum gētem, cui Dauid quondam & filii eius temporalis regni gubernacula præbuerunt ipse perpetuum vocaret ad regnum: quod, eis paratū est ab origine mundi, & regnabit in domo Iacob in æternū: & regni eius non erit finis. Et EFAIAS ait, Multiplicabit eius imperium & pacis non erit finis. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit vt confirmet & corroboret illud in iudicio & iustitia. Non dixit in acquisitione gloriæ, & gazarum terrestrium: non in victoria gentium plurimarum urbium que de expugnatione superbarum, sed in iudicio & iustitia, per hoc enim regnum Christi, & in singulis quibusq; fidelibus & in vniuersa per orbem multiplicatur & confirmatur ecclesia. Domum namq; Iacob totā ecclesiam dicit, quæ vel bona radice nata vel cum oleaster esset, merito tamen fidei in bonam est inserta oliuam. hæc ille. AVCTOR. Ecce domus Iacob non carnalis sed ecclesia, ecce solium Dauid regnum eius super quod Christus sedet non fuit gloria temporalis vel terrestris Gazæ sed regnum Christi in fidelibus, quod in vniuersa per orbem multiplicabitur ecclesia, ponens regnum Christi in trāitorium regnum amouet æternum. Et magnus pater AMBROSIVS libro tertio super Lucā capitulo penultimo. Ne nobis posse præiudicare, videamus qui veri regalisq; generis dicimus Christum, & per veros & nobiles reges actū domini genus. Sed vbi adulterina regnū affectauit propago successionem nobilitatis sue, non potentia: sed generationis ordo seruauit iā ipsum regē, secundū honorē seculi non accipimus Christū. Quomodo ergo dictū est ex fructu vētris tui ponam super sedē meā:

Quomodo & angelus de eo dicit. Quod dabit illi dñs deus sedē Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob: Quomodo regnare repromittitur nec ostenditur? aut quō ex semine Iechoniæ nullus regnaturus dicitur per prophetā. Si enim Christus regnauit ex semine aut Iechoniæ Christus est, propheta mēritus est, & mentita sunt & oracula. Sed illic futuros ex semine Iechoniæ posteros non negauit: & ideo ex semine eius est Christus. Et q̄ regnauit Christus nō contra prophetiam est. Non enim seculari honore regnauit, nec in Iechoniæ sedib; sed, sed regnauit in sede Dauid. Verum cum ipse ex posteris Iechoniæ Dauid sederet sedem, quemadmodum soluitur, quod dictum est quod Dauid sedē, Iechoniæ posteri non sedebūt, cū eadem sedes fuisse videretur ambo; Itaq; & nos sedē Dauid fuisse negare nō possumus: non eandem tamen regis Dauid sedē Christus quā Iechoniæ sedidit: immo nec quisq; alius de genere Dauid sedē eius potuit sedere q̄ Christus, quia nec in alio aliquo semē eius est in æternū. Sed in Christo, sic & deus ipsæ iurauit dicens, semel iurauit in sancto meo si Dauid mentiar, semē eius in æternum manebit, & semen eius sicut sol in conspectu meo. Quem igitur dicit hic. Non Salomonem vtq; nō Roboam, nō Nathan: sed illum de quo solo potest dicere. Pōnam in mari manū eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocauit me: pater meus es tu, & ponam in seculum seculi thronum eius, & thronum eius sicut dies cæli. Nō vti que hunc thronum Salomon sedit: non Roboam non Iechoniæ. Vis scire quis sederit? is est, de quo angelus dicit ad Mariam. Ecce concipies in vtero & paries filiū, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur: & dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. hæc Ambrosius. AVCTOR. Ecce per quantum processum difficultatē istā agitauit Ambrosius & successionē nobilis generis Christi dicit non potentia, sed generationis ordo seruauit: fuit ergo sanguinis regis secundū carnem: nō tamen potuit regnare secundū carnem: nec ipsum regē dixit secundū honorē seculi: & allegās causam quia ius illud regnandi Iechoniæ fuit toti suo semini interpretū. At formās obiectū tuū de pmissio illo angelico. Dabit ei dñs deus sedē Dauid patris eius &c. responder illud dictum de regno Dauid spiritali in fidei credentū: & sic inquit nō regna-

uit Salomon. Roboam vel Nathan. vbi exclusum est regnum Christi carnale ex vtraq; tribu secundū vtrāq; genealogiā tā p Salomonē Matthæi regalē, q̄ p Nathan Lucæ leuiticam. Quare ad solutionē dubii nō induxit regnū tuū de iure nō de facto. Fuisse enim propinquus literæ quā tā p totū passum insequit. Sed absoluit omne eius regnandi in Iechonia a tribu Iuda p ablationem eius qui tradidit qualiter ablatū est toti tribui Bēiamin I. Saul cum peccauit. Regnū ergo Christi inquit nō erat nisi quod Salomon & oēs posteri Dauid sedere nō poterāt quia sedem nō sedebāt æternā, quā vtiq; cōclusionē ab itro pbat Augustin; xvii. de ciuitate cap. octauo, & vltra. Quid iactas vltra euāgelii loco, non est aliq; qui pderit iuri tuo præterito. Nam oēs aliquā sublimiorē exprimunt regis Dauid promissam, quam contractā. ideo notāter dicit super solū Dauid, & super regnū eius sedebit. Et ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius, aut in æternū aut aliquid magnum adūgunt quo regnū Christi a teporali regno fecerunt. Vnde BERNARDVS sup Missus est, homil. lxxii. Quin de stirpe Dauid origine duxerit dominus Iesus nemo dubitat: quæro autē quō dederit ei deus sedem Dauid patris sui: cū ipse in Hierusalem nō regnauerit: quinimmo turbis eū volentibus constitutere regē non acquieuerit, sed & ante faciē protestatus Pilati sit, regnū meum nō est de hoc mundo. Deniq; quid magnum promittitur ei qui sedet super cherubin quē propheta vidit sedentem super solū excelsum, & eleuātū sedere in sede Dauid patris sui? Sed nouimus quādā aliā Hierusalem ab ea quæ nunc est, in qua regnauit Dauid significaram multo ditiorē. Hanc igitur hic fuisse designatam illo videlicet vsu loquēdi, quo sæpe reperis in scripturis significās poni pro signato. Tunc sane dedit ei deus sedē Dauid patris eius quādo constitutus est rex ab eo super Sion montē sanctū eius. Sed hoc propheta de quo regno dixerit expressisse apertius videtur in eo quod non in Sion posuit sed super Sion. Nam ideo fortassis dictū est super, quia in Sion quidē regnauit Dauid: super Sion vero regnū est ipsius de quo dictū est ad Dauid, Super solū Dauid & super regnum eius sedebit. Vide tu quibus reperis super sedē, sup Sion, sup regnū, sup solū. Dabit ergo dñs deus sedem patris sui nō typicā sed veram, nō temporālē sed æternā, non terrenā sed cælestē: quæ idcirco vt iā dictum

est memoratur fuisse Dauid quia hæc i qua temporaliter sedit, æternæ, illius gerebat imaginē. Et regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis. Hic quoq; si domū Iacob intelligimus quomodo in illa quæ æterna nō est in æternū regnaturus est: quærenda est igitur domus æterna Iacob in qua regnet in æternū: cuius regni non erit finis. hæc ille. AVCTOR. De dictis doctorū non facio sursum, cuncta scribuntur ad liquidum: & ad omnem literā regnum Christi temporaneum reprobat: solū approbatur æternū, & quod dixit ex ore prophete. Ego autē constitutus sum rex ab eo sup Sion montem sanctū eius, nō debere intelligi de Christi regno spiritali, quod videlicet viget plus q̄ si de capitolio Iouis fuisset, hoc verbū nūq; existit imāgi doctoris catholici: nunq; in scripturis exercitati viri, sed bene vesani porphyrii aut cuiuslibet peregrini poeta. Ego autē dico de Ioue & Mercurio ac de illorum quolibet q̄ nō sit deus noster, vt dii eorū vt Iupiter dico q̄ in Græcia genitus Romæ deus erat, tarpeia de rupe tonans, sed in arenis Libycis idem vit aris bicornutus & corniger Ammon erat. Vere enim deus meus ad regnum dei natus æternū in regno nō fallaci sed falso, nec sic corrupto q̄ & putrido gloriam nullā consequitur: vt sit ipse hæres exitimus post quem nullus periphrasæ regni ppetuæ carthæ ruine, cui melius erat cū Iuda q̄ natus non esset homo talis ad regnum, velut ipse ad cælum. Verū tamen in hoc ipso nō nos simplices irrūisti, sed beatū Augustinum qui sic exponit aut magis totā ecclesiā. AUGUSTINVS enim super Ioannem sermonem cxv. Dicit quidā in propheta de deo patre. Ego autē constitutus sum rex ab eo sup Sion montem sanctū eius sed Sion ille & mōs ille non sunt de hoc mundo: quod est eius regnū nisi credentes in eū: De quibus dicit de mūdo nō estis, sicut & ego non sum de hoc mūdo. hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce planam negatam Sion illa & mōs ille de hoc mūdo nō sunt de cælo sunt: non sunt carnales, sunt spiritalis. VVITCLEF. Sed magi inquit dixerunt. Vbi est qui natus est rex Iudeorum? Non dicit rex vniuersorū. Regem ergo carnalē intelligunt Iudeorū quia de rege cælorū nō querunt. AVCTOR. O quot gloriosi reges secundū carnē præcesserūt in Iudeis, ad quos adorandos, reges Arabum omnino eis in gloria potiores, nō curabant accedere. Sed discite insane, discite in maneribus q̄ nō Iudeorū

rum regem hominem carnalem tanto quæ-
sierunt itinere quem deum intelligebant in
thure. Vnde AMBROSIVS libro secundo
super Lucã capitulo sexto. Gratiam noui ho-
minis requirebant secundum quod Moyses
propheticè posuit. Quia orietur stella ex Ia-
cob: & exurget homo ex Israel: & cognoue-
runt hanc esse stellam quæ hominem deum
que significaret adorandum. Paruulum utri-
que non adorassent si paruulum tantummo-
do credidissent. Hæc ille. AVCTOR. Co-
gnouerunt ergo stellam illam plusquam re-
gem Iudæorum signare deum & hominem.
Vnde & MAXIMVS in sermone Epipha-
niæ. Ecce Chaldeus cui neque fuerat annun-
ciatum de Christo, neque audierat, vidit stel-
lam Christi & eum adesse cognouit in stel-
la. Hæc ille. AVCTOR. Christum ergo ac-
cesserunt magi quem in stella cognoue-
rant: sed odiosam Iudæis, de Christo, quæstio-
culam recitant, ut de ipsorum rege honorã-
ter videantur inquirere. Et LEO papa in
sermone qui legitur in officio illius festi, &
habet Gregorius Homilia nona. Natum re-
gem repetunt, munera detulerunt, & ne ad
Herodem redire debeant in somniis admonē-
tur. Nato itaque domino aurum offeramus,
ut hunc ubique regnare fateamur. Hæc ille.
AVCTOR. Si non hortetur nos Leo adora-
re Christum æquiuoce cuius trium regum,
& ipsi in oblatione auri Christum intellexe-
runt omnium rerum regem.

Q. CHRISTVS CONVINCITUR
rex non fuisse temporalis
ex testibus veris.

Cap. LXXVII.

SED arguit iterum ex ver-
bis Pilati & falsorum tes-
tium quia ipsi conceperunt
& obiecerunt ipsi tantum re-
gnum illud terrenum cum
dicerent. VVITCLEF.
Omnis qui se regem facit contradicit Cæsa-
ri. Et ergo rex es tu? quod Christus ut isti vi-
deret affirmas dixit. Tu dicis. AVCTOR.
O sapientem virum qui omne robur dicti sui
in binario illo sedit teste conuictio primæ ve-
ritatis falsario, & dudum finaliter in impiis
sime molientis titulo Pilatino: qui & falsi sui
iudicii conuictus & sibi conscius sub regno
fidei Christianæ conscientiam suam lauit:

dicente Tertuliano in suo Apologetico capi-
tulo vicelesimo primo. Quod est de Christo &
Iudæis. TERTULIANVS. Ea inquit omnia
super Christo Pilatus, & ipse (nam pro sua
conscientia Christianus) Cæsari tunc Tybe-
rio nunciavit. hæc ille. AVCTOR. Ecce Pi-
latus Christianus factus conscientia mali
punctus. Ut quid ergo super malam consci-
entiam, de regno Christi fabricas argumentum?
Non inquit, sed quia respondens Christus
ait. Tu dicis, quia rex sum. Et ad hoc natus
sum, ut testimonium perhibeam veritati. Fe-
sellisse eos Christus, putas, inuoluens ambi-
guo si responderet eis de regno cælesti, aut
de regno alio spirituali: non ita, sed fallebatur
a spiritu erroris sui. Aut quid putas hæc
eulpam, torquens in Christum qui ad hoc
venit, ut audientes non audiant, ut videntes
cæci fiant. Aut nunquid pepercit dicere dis-
cipulis, Lazarus dormit cum sciret eos de
dormitione non mortis, sed somni intella-
cturos quod diceretur. Et nunquid mater fi-
liorum Zebedei non erravit in dictis Christi de
regno cum postularet filiis suis sinistrâ eius
& dexteram de regno temporali intelligens
Iudæorum, aut ut quidam volunt de regno
finali? Vnde HIERONYMVS in com-
mentario super capitulum vicelesimum Mat-
thæi. Postulat autem mater filiorum Zebedei
errore muliebri, & pietatis affectu nesciens
quid diceret. hæc ille. AVCTOR. Si non er-
ror excuset errantem quomodo sequax er-
roris spontaneus vitabit in docendo discrimen?
At tu si de hoc simplici verbo Christi
vim facias tu dicis: cur quod dicit planius non
attendis. Regnum meum inquit non est hinc
non est de hoc mundo, & quomodo non est
de hoc mundo si iure ad ipsum pertineat pa-
terium carnalium? Vnde textum illum expo-
nens Ioannis ait CHRYSOSTOMVS.
Quod formidauerat interim Pilatus dissol-
uit tyrannidis suspensionem. Demum non est
de hoc mundo regnum eius immo valde. Qua-
liter igitur ait non est? Non quoniam non
tenet & hic, quoniam desuper habet principa-
tum: & non est humanum, sed multo ma-
ior hoc, & clarior. Hæc ille. AVCTOR. Ecce
Christus extinxit suspensionem de tyran-
nide Pilati cum diceret regnum meum non
ex hinc, id est non est humanum, sed multo
maius & humano clarius: respodit ergo ne-
gatiue ad suspensionem Pilati de regno Chri-
sti temporali. Et AMBROSIVS loco præ-
tacti lib. tertio super Lucã capitulo quinto.

Si angelo non credis inquit ipsi saltem do-
mino crede dicenti. Tu dicis quia rex sum
ego. Nunquid & ipse mentitus est, qui re-
gnare se dixit, qui non regnabat in terris
quomodo scriptura soluitur, quæ regnare
eum dicit, & non regnare astruit. In abru-
ptum disputationis venimus. Heremus in
vado & quodam naufragio veritatis flu-
ctuantum. Excitemus ergo CHRISTVM
ipsum interrogemus, ipse respondeat. Inter-
rogemus scripturas, inuenimus quia regnum
domini non est de hoc mundo. Qui dicit non
esse de hoc mundo regnum suum ostendit et
se supra mundum. Ita & regnum eius erat,
& non erat. Non erat in seculo sed super se-
culum erat. Erat ergo regnum aliud versus: quod
solus Christus accepit, hæc ille. AVCTOR.
Ecce semper inducit regnum Christi in quo
succesit ipsi David esse regnum illud quod
solus Christus accepit. Non est ergo regnum
hoc regnum temporale Iudæorum in quo ipsi
David Salomon successit & reges plurimi.
Et nota quod quia Ambrosius contradictionem
quandam verbalem inuenit de regno Chri-
sti quod regnat & non regnat. Pulsat Christum
ut respondeat ut difficultatem abfoluat, &
solam hanc viam accepit euadendi quod regnum
eius non erat in seculo sed super seculum, Mi-
rum quod Christi memoriæ non occurrit dicere,
quod tu fingis, immo est in seculo de iure non
de facto. Certe Christus docuit Ambrosium
titulum suum de regno huius seculi nullum esse.
Vnde vtrumque abnegas supra seculum solum
astruit se regnare. THEOPHILVS. Insuper
ut habet Thomas hoc loco euangelii. Non di-
cit inquit non est hic, sed non est hinc. Nã re-
gnat in mundo & virtus illius prouisione &
iuxta votum cuncta disponit. Non est autem
ab infirmis constitutum regnum eius, sed cælit?
& ante secula, hæc ille. AVCTOR. Ecce nec
iste doctor reperit aliud regnum Christi in ter-
ris nisi sicut regnat utique super cuncta, & ut
linearè eius secundum carnem ex regibus tol-
lat iustitiã, non est inquit ab infirmis constitu-
tum regnum eius, sed cælitus. Idem THEO-
PHILVS. Quæsitio inquit per Pilatum, Vtrum
Christus esset rex. In hoc inquit natus sum. I. ad
hoc quod rex sum. Hoc ipsum enim quod a rege
productus sum, me quoque regem esse testa-
tur. hæc ille. AVCTOR. Profecto a nullo alio re-
ge quod a rege cælesti productus est, sicut iam
ante dixit cælitus, & ante secula. Item AV-
GVSTINVS super Ioannem hoc loco quasi
planissime difficultates omnes sine difficul-

tate discalcians. Nunc autem regnum meum
non est hinc, hoc est quod bonus magister scia-
re nos voluit sed prius nobis demonstranda
fuerat vana hominum de regno eius opini-
o, siue gentium, siue Iudæorum a qui-
bus id Pilatus audierat: quasi propterea
morte fuisset plectendus, quod illicitum af-
fectauerit regnum, vel quod solum regnatus
rus, inuideret regnantibus, ei videlicet cau-
dum erat ne huiusmodi regnum siue Iudæis siue
Romanis esset aduersum. Et infra. Audite
ergo Iudæi & gentes: audi circuncisio, au-
di præputium, audite omnia regna terre-
na. Non impedio dominationem vestram in
hoc mundo. Regnum meum non est de hoc
mundo, Nolite metuere metum vanissimum,
quo Herodes ille maior cum Christus na-
tus nunciaretur expauit, & tot infantes, ut
ad eum mors perueniret, occidit: timendo quod
irascendo crudelior. Regnum meum inquit
non est de hoc mundo. Quid vultis amplius?
Venite ad regnum, quod non est de hoc
mundo: & cum probaret dicens: si ex hoc mun-
do esset regnum meum, ministri mei certan-
terent ut non traderet Iudæis. Nunc autem re-
gnum meum non dicit, non est hic, sed dixit
non est hinc. Hic est regnum eius usque in
finem seculi, habens intra se zizania usque ad
messum. Messis enim est finis seculi, quando
messores venient, id est angeli: & colligent de
regno eius omnia scandala, quod utique non
fieret si regnum eius non esset hic, sed tamen
non est hinc, quia peregrinatur in mundo.
Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce nec Au-
gustinus de regno Christi secundum nudum
ius recollit, sed simpliciter dicit non esse hinc
sed id iubet audire omnes de regno ne time-
ant de regno Christi, quia illud est nullatenus
de hoc mundo. Nolite inquiens timere me-
tu vanissimo quo timebat Herodes. Certe
nec latebat Herodem quod nec tunc regna-
bat Christus secundum actuale iustitiam,
Et FVLGENTIVS doctor habet in sermo-
ne de Epiphania qui incipit, post miraculis.
Stella inquit fulgens, & magus accurrens
regis est natiuitas patet. Merito expauescit
Herodes, formidat successorem quia non in-
telligit rerum omnium saluatorem: simulat
ut adoret: quærit ut cruciet. Noli terreri, o
sæue subtilis quem times: non est regnum eius
de hoc mundo. Hæc ille. AVCTOR. Ecce
omnes concorditer scribunt non esse timen-
dum regnum Christi a mundi principibus,
quia non est de hoc mundo regnum eius.

Certe posset esse iusto timori nudum ius regnandi: quod quia nullum erat Christo de mundo aliud regni expectabant magi de celo, cuius (vt dixit Fulgentius) stella fulgens & magus accurrens est natiuitas patris: cuius regis, nunquid Iudaeorum? propter nudum ius a regali carne contractum. Cur ergo preteritorum regum Iudaeorum natalibus stella nulla refulsi? magus nullus accurrens? Sed ex hoc & praecedentibus scripturis & expositione sanctorum finaliter definimus non habuisse Christum ius soli ad regnum carnale Israel, qui iure poli regnauit vbique: sed cū deus in cuius manu iura sunt regum, ius illud succedendi in Iechonia succidit tanta auctoritate: & ea toti posteritati eius hoc abstulit, quanta ius illud regni eius primo regi concessit: ideo nulla alia auctoritate successione linearis debuit Christus aut aliqua regia soboles tractare ius regum Iechonia damnato, nisi eadem poterit Ioboseph & alius de domo Saul regni tenere fastigium Saul de diuinitus reprobato. Historicus noster Hieronymus scripturam huius sic aperit mystica & sic dissoluit: libro quarto commentarii super Hieremiam resumpto. prius passu textus predicto. Terra terra, audi sermonem domini, haec dicit dominus: Scribe uirum istum sterilem &c. **HIERONYMVS.** Oritur inquit quasi quomodo possit stare propheta nullum de stirpe eius esse generatum qui sederit super thronum Dauid, nec princeps fuerit alter in Iuda, cum dominus & saluator noster, de huius natus sit semine: per cuius ortum loquitur Gabriel ad Mariam. Ecce in utero concipies & paries filium & vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus & filius altissimi vocabitur: & dabit illi dominus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in aeternum: & regni eius non erit finis. Sequitur. Respondeamus igitur quod in diebus Iechoniae non successerit ei uir qui sederit super thronum eius, sed post tempore multo de semine eius natus sit qui solum regni obtinuerit. Potest autem solui non sedebit quidem super thronum Dauid uir & homo, sed sedebit deus regnumque eius non terrenum, scilicet & breue, sed perpetuum & caeleste dicente scriptura. Regnabit super domum Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Nat⁹ est ergo de Iochim Iechonias de Iechonia Salathiel, de Salathiel Zorobabel &c. & p ordine ueni-


tur ad Christum. Sed in diebus Iochim non successit ei rex filius: quomodo patri ipse successerat, sed sunt in captiuitate & Salathiel & Zorobabel, & usque ad Christum nullus regiam obtinuit potestatem hoc addito, quia in Hebraico scriptum est in diebus eius, & tempore ipso quo ille fuerit non erit uir qui sedeat super thronum Dauid, Omnes enim fuerunt captiui, & de stirpe Dauid nullus deinceps in terra Iuda tenuit principatum. Vnde & Iosephus refert de sacerdotali genere a tribu Leui fuisse principes, quibus successerat Herodes antipatri profelyti filius: & postea sub Vespasiano regnum huius generis: immo imaginem imperii penitus fuisse deletam. Haec ille. **AVCTOR.** Ecce quam plane regnum Christi in domo Iacob secundum Hieronymum nullo modo fuit regnum terrenum & breue, sed caeleste: cuius non est finis: nec quisquam uir & homo sedit super sedem Dauid Iechonia succiso, sed solus deus: quomodo ergo tu dicis quod Christus ratione & iure hominis? Solus uero Christus de semine Iechoniae sedit super sedem illam post eum non iure tantum, sed iure & facto diuino ac caelesti, neutro uero modo titulo uel uiri uel hominis, id est Ioseph aut matris uirginis siue iure siue facto. Sed si uero titulo donationis dei cessauit regnum de domo Saul, quia dominus transiit illud & eo iure regnauit Dauid, & domus eius usque ad Iechoniam eo iure priuatum, sic etiam eo iure titulus huius soli cessauit ibidem ut solus rex caelestis pleno iure poli regnaret ibidem. Vere enim terreni principes qui etiam de genere Israel regnauerunt, non regnabant titulo huius soli, sed solo titulo liberae donationis dominorum captiuantium: Babyloniorum primo & postea Romanorum. Alioquin autem Christus uenisset in propria secundum naturam humanam, nec quicquam huius regni ipsi fuerat alienum, quod potenter expugnat. **REGORIVS** Homilia septima, primae partis euangeliorum. **CHRISTVS** supple non in parentum domo, sed in uia nascitur: ut profecto ostenderet, quia per humanitatem quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur alienum uidelicet non secundum potestatem, dico, sed secundum nostram naturam. Nam de potestate eius scriptum est. In propria uenit &c. In natura etenim sua ante tempora natus est: per naturam postea uenit ex tempore qui

aeternus permanens temporaliter apparuit, alienum est ubi descendit. Haec Gregorius. **AVCTOR.** Hoc non solum contra regnum Christi temporale facit Iudaico suo iure, sed etiam contra regnum eius aut dominium huius mundi iure innocentiae. Dicit namque Gregorius quod in alienum uenit non secundum potestatem diuinam, sed secundum naturam assumptam: quia inquit aeternus permanens temporalis apparuit: alienum est ubi descendit. Iure ergo natiuitatis ex tempore nihil nisi alienum inuenit in orbe: nihil ergo proprium naturae assumptae iure innocentiae. Alioquin etiam beata uirgo domina talis esset aequali innocentiae iure, si uerum sit quod fama pars ecclesiae extra originale peccatum conceptionem eius & laudat & praedicat: & sic Christus non infirmitatem, sed dominationis potestatem contraxisset ex uirgine, & iniuriole tunc in miraculosa conuersione uini non infirmitatis, ut Augustinus exponit, sed dominationis matrem uelut incognitam repellat, & post humana iam patiens iniurio se cognouit, & blasphemata etiam uirgine, ibi dicens matrem Christi mendicasse uinum in conuiuio: tractatu de tertio uinculo amoris capitulo octauo. Cum medicitas talis uocalis sit contra statum innocentiae secundum eum: quarto trialogo capitulo uicesimo nono. Inania sunt ista quia non magis contraxit Christus ratione originalis iustitiae uniuersale rerum dominium, quam immortalitatem, impassibilitatem uel similia. Prius enim ista traxisset quia prius insunt. Ista enim sunt bona coniecta supposito: caetera uero sunt extrinseca & remota. Latitudinem huius tractatus non ambulo, sciens fratres & doctores Rogerum & Thomam in suo trialogo, laboriosa circa hanc rem strauisse uestigia: maxime circa genealogiam Christi sudantes, per quam ius regnandi ipsi detruunt in regno illo miserissimo, & iam finem ultimum quem non possent Iudaei blasphemari in Christum suggillare quod perdidit regnum suum, quod tot iniqui reges ei transferunt in integrum. Verum tamen quidam uiri graues scandalum timent futurum in fide Christianorum & secta si ad Iudaeos hoc uerbum uolauerit, qui periti sunt in genealogiis suis secundum tribus suas dum hoc possent palam improbare, quod nos temere cōfitemur. Maxime quia linea ista descensiuam quamuis directe tendit in Christum, potest tamen fieri quod sit linealis ad regni haeredem: alias inquitur ubi

fit Hismael qui de sanguine regio legitur & aptus ad regnum postquam ceciderit goliam.

Q. POTESTAS ET REGALIS
auctoritas sit immediate a deo donata.

Cap. LXXVIII.



Ecce sic tamen potestatem regalem solet mater ecclesiae sacerdotali postponere, ut sit ab illa secundum originem & de se nulla, sed posteam secunda. Qualiter tamen a quibusdam conceptus est doctor Adae cardinalis dicere in dialogo regis & episcopi ubi omnino regiam potestatem a papali deriuare conatur: secundum esse, & exercitium etiam in particularibus omnibus politicae ciuili & solis referuat legibus executiuam potentiam ad summi imperium sacerdotis. E contrario dualitatem istam conatur uirgine abrumperet, uim faciens potestati papali: & uilhelmus Haulam legiferum preponens humanum quem sequitur: ut canis dominum aberrantem uirgine in sermone uicesimo octauo, operis epistolario ubi detrahit quantum ualeat decretali capitulo solitae de maiestate & obedientia, & aufert duo luminaria quae condidit deus mundo: maius in potestate sacerdotali, ut praestit spiritibus ratione dei quam ipse dicit competere papae suo abscondito uero apostolico: pauperrimo humillimo & deo seruietissimo quem quia nisi quam demonstrare sciuit adhuc haud dubium quod sol non sit, sed in tenebris manet, & lucem huius mundi non uidet: lunam uero potestati regiae decretalis textus obseruat Magistri ergo ecclesiae passus decretalis capituli magis placet, ut sint duae potestates primae: & neutra ab altera secundum originem: & haec illi subiecta secundum perfectionis simplicis dignitatem utraque tamen maior altera sibi comparata in suo exercitio potestatis, ubi interuenit ratio debet seruiutis. Utrumque praedictum munus abruptum intrat doctor ille Parisiensis & frater in libello gemine potestatis, & cum decretali se cōfitemens media uia tenet. Boerius sapientis uisus cōfitemens in de duabus naturis & una persona Christi uersus finem, **BOETIVS.** Media inquit

est iter duas hereses vna sicut virtutes quoque medium tenent. Omnis enim virtus in medio rerum decore locata consistit: si quid enim vel ultra vel citra quod oportuerit fiat a virtute disceditur. Medietate igitur virtus tenet. Hæc ille, AVCTOR. Dicendum ergo quod regia potestas prima origine sua a deo sit, quæ quidam dicunt primo regie potestatis usurpasse tyrannos: ut fecit Nembrot & alii & demum in Saul & Iulio Romano potestas erat tyrannica. Hoc autem scio Cain primo civitatem ædificasse, nec tamen ideo omnis civitas maledicta: & ipse prima iecit seminaria bellandi, nec tamen ideo omne bellum illicitum. Sciendum postremo quod regia potestas cum sit summa illius ordinis est imperfectum bonum, terrenum ordinatum pollicicum. Vnde de RABANVS, de naturis capitulo tertio libro decimo sexto, Regiæ virtutes præcipue duæ sunt, iustitia & pietas: Plus autem in regibus laudatur pietas, nam iustitia per se severa est. Reges autem ob hanc causam apud Græcos Basilæi vocantur quia tanquam bases popululum sustinent: vnde & bases coronas habent, quanto enim quisque magis præponitur tanto amplius pondere laborum grauat. Tyranni Græce idem latine & reges. Nam apud veteres inter regem & tyrannum nulla discretio fuit, ut Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Fortes enim reges tyranni vocabantur. Nam Tyro fortis, de quibus loquitur dominus dicens, Per me tenent terram tyranni: & per me reges regnant. Iam postea in usum accidit tyrannos vocari pessimos atque improbos reges luxuriosæ dominationis cupiditatem & crudelissimam dominationem in populis exercentes. Hæc ille, AVCTOR. Habetis hic quomodo instituti sunt reges basilæi, quasi deberent esse ab institutione sua bases coronatæ, & tyranni sicut olim a viribus dicebantur non ab impetu furiosæ libidinis, & quoniam omne donum perfectum desursum est a patre luminum, quis dicit hoc non esse immediatum donum divinum. GREGORIVS, enim NAZIANZENSIS habet sexto libro versus finem, Christo cum regnas immo Christi regno quæ sunt humana dispensas. Ab illo tibi homines vitæ venia & potestas mortis indulta est: & gladius tibi datus est, non tam ut opereris quam ut commineris: quem vrinam velut depositum incrementum & impollutum restituas commendanti. Hæc ille, AVCTOR. Ecce a Christo data est regi potestas in homines. A Christo regi in hominem committitur

vitæ venia: ab ipso potestas mortis indulta est secundum illud apostoli, In vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Ab ipso quoque datus est regi gladius, & ira a Christo constitutus est in Christi regno vicarius ut humana dispense: sicut papa ad dispensanda cælestia, & quæ ministerio episcoporum solennitates adhibentur regibus venerationis, iurisiurandi, fidei & coronæ: non tamen habet regia illa dignitas ortum a sacerdotio, quæ per ministerium sacerdotis hoc habet a deo: sicut nec ordinatus quisque habet ordinationis ortum a præfule aut sacramentum eucharistiæ a sacerdote quolibet celebrante: ab homine enim est solennitatis ministerium: Deus vero solus largitur officium. Ecce ad hoc propositum est quod CHRYSOSTOMVS scribit de vinctioe Samuelis in David regem super psalmum. I. libro primo. Iste inquit parvulus cum esset, maturum virutis possidebat animum. Venit ergo sanctus Samuel ad Iesse constituere regem: non multitudine vallatus militum, nec ambitione superba adueniens: sed cornu in quo habebat sanctum oleum habens in manu. Dicitur ei. Misit me dominus ad te, ut ex filiis tuis constituam regem. Sequitur, Habeo inquit vnum filium paruum & contemptibilem, & pascit oves: tu autem regem requiris. O pater parvulum & pastorem dicit: homo rales despicit, sed deus coronat. Et beneficit, Valent David de pascuis & vngitur iussione domini oleo benedictionis ministerio quidem hominis, sed dei nutu. Quod superposuit capiti eius cornu Chrismatum omni diademate & pura potius est: & perrexit habens regnum. Hæc ille, AVCTOR. Palam dicit deum coronasse regem quem homo despexit, & vngitur ministerio quidem hominis, sed dei nutu. Ita quid est & per hoc evidens quod a sacerdote non habet rex originem. Vel iterato concludimus quod sacerdotium initium habet a deo quia Moyses vixit Aaron Leuit. viii. Nec tamen hoc verum est, nec quod autumat doctor Adam ideo regnum Cain defecisse, quia sine sacerdote regnavit: secus Augustinus ubi eum inducit. Sed cur ergo ducatur Moysi non defecit qui ante sacerdotium Aaron regnavit in plebe: & quid de regibus gentium dicit, quorum regna hæcenus perseverant. Sed TERTULLIANVS ideo dicit in apologetico capitulo vicesimo sexto, Siluestri Roma ante regnavit quam tantum ambitum capitolii extrueret. Regnaverunt & Babylonii ante

pœrifices & Medi ante, xv. viros: & Aegyptii ante Salios, & Assyrii ante Lupcos, & Amazones ante virgines vestales. Postremo si Romanae religiones regna præstant: nunquam retro Iudæa regnasset despectrix omnium istarum divinitatum: cuius & deum victimis & templi donis & gentem scederibus aliquandiu Romani honestastis, nunquam dominaturus eius si deo non deliquisset ultimo in Christum. Hæc ille, AVCTOR. Ecce ante pœrifices & sacerdotes cuiuslibet superstitionis ministros, fuerunt hæc regna: nec perierunt. Fuit regnum Iudææ cum sacerdotibus veris & perit. Idcirco postea concludit summam regnandi potentiam obruisse imperatores a deo: cui soli se noverint in potestate illa secundos, cap. xxx, TERTULLIANVS. Nos, inquit, pro salute imperatorum deum inuocamus æternum. Deum verum quem & ipsi imperatores proprium sibi præter ceteros malunt. Sciunt quis illis dederit imperium: sciunt quia homines, quis & animam: sentiunt enim deum esse solum in cuius soli potestate sunt a quo sunt secundi, postquam primi ante omnes & super omnes deos: quid per eum super omnes homines qui vitæ viuunt & mortuos antestant: recogitant quousque imperii sui vires valeant: & ita deum intelligunt aduersus quem valere non possunt: per eum se valere cognoscunt. Sequitur de imperatore. Illius enim ipse est cuius & cælum est & omnis creatura. Inde est imperator vnde & homo. Inde antequam imperator potestas illi, vnde & spiritus. Hæc ille, AVCTOR. Ecce inde est imperator, & vnde homo antequam impator nisi a deo: Quauis a deo per sacerdotem Christianus homo tamen nec homo nec Christianus homo nisi a deo. Ita nec imperator nec Christianus imperator nisi a deo, quauis per pontificem fidelis sit imperator a Christo, & inde potestas illi vnde & spiritus: & nunquid spiritus illi a pontifice? Tertullianus intendit quod non: sed a deo profecto: ergo nec potestas illi a sacerdotio provenit, a cuius dono animam non accepit. Cur per omnia exempla vtriusque eminentiæ, & videbis solem luna præstantior, sed tamen potestatem humectandi quæ luna innascitur vel inesse vel in fieri sol ei nullatenus mutatur. Anima est nobilior corpore esse tamē corpus ante animam habuit: & opera sensu per se exequitur, quæ spiritus immediate & per se exercere non posset. Et aurum est plūbo melius, plūbo tamē nec præstat esse nec fieri. Ita excellētor & naturalis quadam est, magistra principatus terrestris

eminētia episcopalis, sed potestatis regie primum initium in ipso rege a deo & ab ipso auctoritate manat in subditas potestates. Vnde de AVGVSTINVS de questionibus noui & veteris testamēti, ccx. Sicut, inquit, terreni imperatoris auctoritas currit per omnes ut in omnibus eius sit reuerentia, Ita deus instituit ut ab ipso rege dei auctoritas incipiat & currat per cunctos, quis frequenter mundus hoc non intelligat, & alii se subiciat in potestate positus quam debet: tamen institutio est ut vnus sit qui timeatur. Vbi ergo hæc institutio non est in cathedra pestilentie reperitur. Nusquam enim vnus dei auctoritas abicit nisi apud eos qui multorum deorum prædicant metum & reuerentiam. Hi sunt qui in cathedra pestilentie sedent, hæc August. AVCTOR. Ecce ab ipso rege incipit auctoritas & currit per cunctos executoris civilis iustitie: & hoc instituit deus. Non ergo instituit deus ut inciperet a summo sacerdote & sola executio potestatis manaret in principem? Et quod arguit quidam ecclesiam reducendam in monachem, verum est in Christum: qui solus in ore tenet in gemina potestatis suæ signum, gladium bis acutum. Cæterum sub Christo sacerdos & rex impermixtas continent potestates. Vnde HVGOGO secundo libro de sacramētis, parte, ii, cap. iiii. Illa, inquit, potestas secularis dicitur ista spiritalis nominatur: in vtraque potestate diuersi sunt gradus & ordines potestatum: sub vno tamen vtrunque capite distributi, & quasi ab vno principio deducti, & ad vnum relati. Terrena potestas caput regem, spiritalis potestas caput habet summum pœrificem. Ad potestatem regis pertinet quæ terrena sunt, & ad terrenam vitam facta omnia. Ad potestatem summi pœrificis pertinet quæ spiritalia sunt, & vitæ spiritali attributa vniuersa. Quanto autem vita spiritalis dignior est quam terrena, & spiritus quam corpus: tantum spiritalis potestas terrenam siue secularem potestatem honore ac dignitate præcedit. Nam spiritalis potestas terrenam potestatem & instituere habet ut sit: & iudicare habet si bona non fuerit. Ipsa vero a deo primam instituta est, & cum deuiat a solo deo iudicari potest, sicut scriptum est, Spiritus iudicabit omnia & ipse a nemine iudicatur. Hæc ille, AVCTOR. Ecce duæ potestates & duo capita potestatum. Ex hac autem particula occasionaliter delinquit quidam dicentes quod radix potestatis terrenæ instantum dependet a papa ut ex commissione eius executio deriuetur in principem, & principe

deuianre potest summus sacerdos tempora-
le illud administrare negotiū: quia dicit q̄ spi-
ritualis potestas terrenā potestatem habet in-
stituire vt sit &c. Sed in presumptione delin-
quunt: quia & coniuges habet sacerdos insti-
tuere vt sint per solemnitate sacramenti, & iu-
dicare si boni nō fuerint, nō tamen administrare
de coniugale negotium si delinquat, nec potes-
tas conugalitatis secundū auctoritate capitis a
sacerdote depēdet sed a deo: immo nec ab ali-
qua potestate citra Christū: illa in quā de qua
dicit Apostolus primē ad Corint. viii. Mulier
potestatem sui corporis nō habet sed vir. Simi-
liter autē & vir potestatem sui corporis nō ha-
bet sed mulier. Similiter nec terrena potes-
tas, potestas regia qua sub annulo fidei des-
ponsatur ad regnū, in quemq̄ auctoritative
reducitur supra regem citra Christum, & ta-
men summus sacerdos habet de illa iudicare
si recta sit, iudicare inquam non praeiudicare
sicut idē HVGO seipsum declarat ibi. cap.
vii. Sicut, inquit, spiritualis siquidē potestas
nō ideo praesidet vt terrena in suo iure pre-
iudiciū faciat, sic ipsa terrena potestas quod
spiritualis videtur nunq̄ sine culpa vsurpat.
hec ille. AVCTOR. Propter hoc supradixi
potestates illas in talib⁹ impermixtas. Si vero
petitur in quibus sibi cedunt euetibus: respō-
detur vbi de peccatis & diuinis offensis agi-
tur: maxime cōtra ecclesie & fidei disciplinā,
regalis potestas sacerdoti succūbit. Qualiter
FELIX papa, & est distinctione decima. Cer-
tum est inquit regib⁹ vestris hoc esse saluta-
re, vt cum de causis dei agitur iuxta ipsius cō-
stitutionem regiam voluntatem sacerdotibus
Christi studeatis subdere non praeferre: & sa-
crofanta per eorum praesules potius discere
q̄ docere: ecclesiasticā formam sequi nō huic
humanitas sequendo iura praesfigere. Neque
eius sanctionib⁹ velle dominari, cui deus vo-
luit clementia: tuā piæ deuotionis colla sub-
mittere. Ne dum mensura caelestis dispensa-
tionis exceditur, eatur in contumeliam dispo-
nentis. hac ille. AVCTOR. Vbi vero terre-
num aliquod emolumentū locum retinet, nec
esse est: iuxta decretale capitulum vt possi-
dens potestatis terrenae legibus sibi cōgruis
se submittat. Propter hoc HVGO vbi su-
pra. c. vi. Potestas, inquit, terrena pertinet ad
vitā aeternā, & omnia quae ad aeternā spectāt
vitā subiecta sunt terrene potestati. hec ille.
Itē BEDA in exposit. illius de prima canoni-
ca Petri, Regem honorificate. Moner, inquit,
congruū cunctis impendere honorē & iuxta

imperium domini Caesari quae Caesaris sunt,
& deo reddere q̄ dei sunt, hac ille. Et GRE-
GORIVS in registro lib. iiii. epistola. lxxvi. ad
Mauricium Augustum. Ad hoc, inquit, po-
testas super omnes homines pietati domino-
rum meorū celsitus data est, vt qui bona ap-
petunt adiuuētur vt celorum via largius pa-
teat vt terreste regnum caelesti regno famu-
letur. Hac ille. AVCTOR. Ecce dicit pote-
statem regiam celsitus dari principib⁹ & hoc
super omnes homines quantū ad ea quae sunt
iuris regij, cum tali tamē moderamine vt ter-
restre regnum caelesti regno famuletur. Ideo
AMBROSIVS discrete de his dixit. viii. li-
bro epistolarum. epist. lxxvii. Quid ergo non
humiliter a nobis responsum est: Si tributum
petit non negamus: agri ecclesie soluāt tribu-
tum: si agros ecclesie desiderat Imperator po-
testatem habet vendicandorū. Nemo nostrū
interuenit: potest pauperibus collatio populi
redundare. Non faciant de agris inuidiā, tol-
lar eos si liberum est. Imperatori nō dono sed
non denego, Aurum querūt & argentū. pos-
sum dicere, & aurum non quero. Et infra ver-
sus finē. Soluimus quae sunt Caesaris Caesari,
& quae sunt dei deo. Tributum Caesaris est nō
negatur. Ecclesia dei est non debet vt q̄ Ca-
sari addici, quia ius Caesaris non potest esse
dei templum: quod cum honorificetia impe-
ratorum dictū nemo potest negare. Quid ho-
norificetius q̄ vt imperator ecclesie filius es-
se dicatur: quod cū dicitur sine peccato dicit,
cum gratia dicitur. Imperator enim intra ecc-
lesiam nō supra ecclesiam est. Bonus enī im-
perator querit auxilium ecclesie non refutat.
hec ille. AVCTOR. Ecce agri ecclesie quantum
ad tributū de iure imperatoris erant quae illi
forsan hoc pacto dabantur. Mixti ergo iuris
sunt, iure possessionis ecclesie, iure tributū, Ca-
saris: quos ideo non plene donat Ambrosius
sed non denegat vendicanti, Ecclesia est tan-
tum est. Sic omnis ecclesiastica persona: sed
hoc dicimus q̄ potestas regis eius tm̄ est, ipsi
immediate a deo largita: quemadmodū cor-
pus inferius est anima, non tamen ab anima
sed a deo tm̄. Hoc tamē iterum verum est: si-
cut sine aīa corpus est inane cadauer, & mor-
tuū: ita sine ministerio sacrorū antistitū, ter-
rena potestas est regnū putridū & extinctū.

Q̄ NON LICET IN MATERIA
fidei vel ecclesiastica appellare ter-
renum principem, post iudiciū
episcoporū. Cap. LXXIX.

X



Vm autem fidelem regē in
diuinis & caelestibus causis
Christ⁹ subdat antistiti: qd̄
ius patitur ab episcopo ma-
xime in causa ecclesie ad pri-
cipem appellari: certe nullū.
Hoc autem genus fugae contra fas Vviclef.
proposuit nec profecit in opere suo epistolari
sermone. xxvii. VVITCLEF. Cū inquit pa-
pa expleat multos casus in quibus excom-
nicatus debet excommunicationē pro suo per-
petuo tolerare, & hī secundū legem quam in
regnum nostrū induxerāt debēt post. xl. dies
p̄ tali excoicatione detruā in carcerē: mani-
feste sequitur q̄ rex & regnū nostrū facti sunt
in casu rortores pauperum, quia faciunt sicut
debēt. Mora est autē p̄pter saluationē regni &
extinctionē nequitiē Antichristi quēdā euan-
gelica medicina q̄ liceat cuiq̄q̄ collegio re-
gni ab excoicatione tali cuiuscunq̄ sacerdo-
tis regis nostri ad regē & eius cōsiliū appel-
lare. Et facit argumēta primo. Nō dubiū quin
ad regē & militiam eius pertinet in tali casu
cognoscere, quia prinet ad eos cōsentium talē
nefariū praecauere: ergo pertinet ad eos eum
corrigere & ne omissione dānetur, errori hu-
iusmodi contraire. hec Vviclef. AVCTOR.
Apte subsequitur praecedentium patrū suo-
rum vestigia qui semper iudices suos conan-
tur effugere: quibus doctrinam catholicam
& poenam dignā scelere debuerāt sustinere.
Hoc modo Maximus quidam de Gallie par-
tibus subterfugit iudiciū papae Bonifacii &
tribunali subici petiit iudiciū terrenorum,
cum de heresi Manicheorum accusaretur in
synodo vt in decretis legitur Romanorū pō-
tificum decreto eiusdem papae. BONIFAC.
episcopus Patrocolo Remigio, Maximo, Hi-
lario, Seuero, Valerio, Iuliano, Castorio, Leō-
rio, Constantino, Ioanni Montano, Marino,
Mauricio, & ceteris per Gallias episcopis &
septē prouincias cōstituit. Valerine nos ciui-
tatis clerici adierūt proponētes per libellū cri-
mina quae Maximū teste tota prouincia asse-
runt cōmississe: delegataq̄ toriens cognitio-
ne illū constituta semper fugisse iudicia: nec
cōsiliū cōscientia festinafse vt si esset inno-
cens examinatis oib⁹ purgaretur. Sequitur,
Nullus dubitat quin ita iudiciū nocens sub-
terfugit, quēadmodū vt absoluat qui est in-
nocēs, quærīt. Sed astuta cauillatio eorū qui
versutus agendum credūt esse cōsiliū: nunq̄
innocentiē nomē accipier. Constitur enim de
oibus quisq̄ se subterfugere iudiciū dilatio-

nibus putat. Et infra. Cū hoc etiā eius acci-
satores asserūt, de quorū intencionibus & mo-
ribus sit securū. Maximū tātomagis dānanda
cōmittere quāto tardius sperat, se cōstituto
iudicio praesentari: quē Manichaeorū inuolutū
caligine arguit turpi secta olim ita ne eum
posset abluere animū sordidasse, in pbationē
obiecte rei gesta synodalia proferētes, & cō-
missis inuolutū vndiq̄ flagitiis nullū eum sa-
nitatis habuisse respectū, quē furore suo &
insana temeritate ad seculariū quoq̄ iudiciū
subditū questioni, q̄ in vili quoq̄ p̄sona tur-
pissimū est, obiciūt puenisse. hec ille. AVCTOR.
Sic practice noster Vviclef. ne corā Christi
ministeris q̄ prauitate eius intelligit iudicē
regē aut iudicē eius postulat cū Maximo ec-
clesie refuga: & illuc rite appellandū dicit ab
ecclesia. Sed bene dixit Bonifacius q̄ cōstet
se reum de oib⁹ quisq̄ se subterfugere in-
diciū dilationib⁹ putat, sicut & Lucan⁹ in Ca-
sare dixit: arma ferēt omnia dat q̄ iusta ne-
gat: sed in hac fuga eorū ne ad Christi stabu-
lum veniāt vbi sanentur: lupos esse eos AM-
BROSIVS meditat lib. vi. sup Lucā, homil. i.
Nōne inq̄t lupis istis heretici cōparandi sunt
qui insidiātur ouilib⁹ Christi? Fremunt circa
caulas nocturno magis tēpore q̄ diurno: sem-
per em̄ p̄fidis nox est q̄ lucē Christi sepe ne-
bulosis interpraetationib⁹ obducere & quantū
in ipsis est fuscare conant. Versant ergo circa
caulas, stabula tamē Christi intrare nō audēt
& ideo nō sanantur: quia ī stabulū suū nō vult
Christ⁹ eos ducere in quo curatus est ille q̄
de Hierusalē descēdēs incidit in latrones, quē
vulnerib⁹ alligatis iusto oleo & vino ipōnēs
in iumentū suū Samaritan⁹ ille duxit in stabu-
lū, & sanādū stabulario dereliquit. Nō accipiūt
ergo medicinā q̄ medicū nō requirūt: si enim
requerēt nō derogarēt. hac ille. AVCTOR. Sic
describit Ambrosi⁹ haereticos esse lupos hac
vna cōditione lupina: quia nunq̄ intrāt stabu-
lū ecclesiasticū fori vt sanentur a vulnere, nec
volūt accipere medicinā. Si enī medicū requi-
rerēt non derogarēt: certe si nō fugerēt, ero-
gant. Sed ad quē fugiūt? Ad regē inquisit.
A quo? ab episcopo vel episcoporū cōsilio a
patrib⁹ ad filij, a senibus ad suā prolem, a so-
le ad lunā, de excelso celo ad bassum solū. Idē
circo scētus pater GREGOR. nō p̄misit Ma-
ximū arreptorē Salonitanē ecclesie imperato-
ris expectare tribunal, scētus enī nō immisce-
re se negotiis sacerdotū lib. vi. registri. epist.
xxiii. ad eundē. Q̄ vero, inq̄t, indicas serenif-
simos dños vt illic debeat esse cognitio prece-

piſſe, nos quidem nullas eorū de hac re alias niſi vt ad nos venire debeas iuſſiones accepi-
mus. Sed etſi forſitan pro reipublice ſua: vti-
litate quæ diuina ipſis largitate conceſſa eſt,
multa cogitantibus & in diuerſis ſolicitudi-
nibus occupatis, ſuggeſtum & eorū eſt iuſ-
ſio per obreptionem elicitā poſtq̃ & vobis &
omnibus notum eſt piſſimos dominos diſci-
plinam diligere, ordines ſeruare, canones ve-
nerari & in cauſis ſe ſacerdotalib⁹ immiſce-
re: inſtanter exequimur quod & illorū iuuat
animam atq; reipublicā, & ad quod nos ter-
ribilis tremendiq; iudicis reſpectus impellit.
Hęc ille. AVCT. Ecce nō detulit Gregorius
imperatorię ſententię, cum tamē cauſa plana
quodammodo de inuaſione episcopalis eccle-
ſię potuit laico cito patere: quid tūc dicimus
in materia hæreſis, vbi alta cognoscendæ ve-
ritatis & rimandi ſecreti diuini expectat in-
duſtria: vbi iā eſt q̃ ſpirituālis diiudicat om-
nia cum ipſi huic obſiſtunt quibus dicit Apo-
ſtolus, Sic ſtulti eſtis, & cū ſp̃i ritu cœperitis
nunc carne conſummamini: poſt ſpiritualem
iudicem carnalē expectatis interpretē. Sana-
ctus AMBROSIVS contra Valentinū Au-
guſtum viriliter inſtitit ne fieret lib. viii. epi-
ſtolarū, epiſt. lxxvii. Dalmatius Tribunus &
notarius mādato vt allegauit, Clemētię tuę
cōuenit me poſtulans vt & ipſe iudices lege-
rem ſicut elegeret Maxentius: ſed & id addi-
dit q̃ in conſiſtorio eſſet futura certatio arbi-
trio iudicio pietatis tuę. Reſpondeo, inquit,
vt arbitrator competenter, ne quiſq; contuma-
cem iudicare me debet, cum hoc aſſerā quod
auguſtæ memorię pater tuus non ſolū ſer-
mone reſpōdit ſed etiā legibus ſuis lanxit in
fidei cauſa vel eccleſiaſtici alicuius ordinis:
cum iudicare debere q̃ nec munere impar ſit,
nec iure diſſimilis. Hęc enim verba reſcripti
ſunt, hoc eſt ſacerdotes de ſacerdotibus vo-
luit iudicare, quoniā etiam ſi alias q̃toq; ar-
gueretur episcopos, & morū eſſet examinā-
da cauſa: etiā hanc voluit ad episcopale iudi-
cium p̃tinere: quis igitur cōtumaciter reſpō-
dit clemētię tuę? Ille qui te patri eſſe ſimilē
deſiderat, an qui vult eſſe diſſimilē? Niſi for-
te vilis quibusdam tanti imperatoris exiſti-
matur ſententiā cuius & fides, cōſeſſionis ſen-
tentiā comprobata eſt. Hęc ille. AVCT. Hic
notandum exiſtimo quod Ambroſius ſignat
cōueniens, q̃ ſi morum ſacerdotalium eſſet
examināda cauſa ad episcopale nō regale de-
buit pertinere iudicium. vnde ALEXAN-
DER papa iam ſextus a beato Petro. cap. ii.

decreti, in ſine. Peius malum eſſe nō exiſtimo
q̃ Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotib⁹. No-
uit enim dominus qui ſunt eius: nō poteſt au-
tem humano cōdemnari examine quem ſuo
deus reſeruaui iudicio. Si omnia nāq; in hoc
ſeculo vindicata eſſent locum diuina iudicia
non haberent. Hęc ille. AVCTOR. Ita eſt ſi
omnia facta & decreta ſanctorum antiſtitium
examinanda in terrenis iudiciis forēt, locum
vllum diuina ſacerdotū iudicia nō haberent:
& idem exiſtimo episcopale ſententiā coram
terrena poteſtate reducere & regale decretū
corā oppidano p̃ſide retractare. Quantum
vero ad cognitioem cauſæ in materia fidei
quā dicis licitam & neceſſariā regib⁹ aut eo-
rum deputatis iudiciis, AMBROSIVS ipſe
reſpondeat quod ad Valentinianum Cęſarē
proponerat epiſtola p̃dicta. lxxv. Quando
audiſti clementiſſime pater in cauſa fidei lai-
cos de episcopo iudicaſſe? Ita ergo quadā ad-
ulatione curuamur vt ſacerdotalis iuris ſi-
mus immemores: & quod deus donauit mihi
hoc ipſe aliis putem eſſe credendū? Si docen-
dus eſt episcopos a laico qd ſequatur. Laicus
ergo diſputet & episcopos aſquatur, episcopos
diſcat a laico. Aut certe ſi vel ſcripturarū ſe-
riem diuinatū vel vetera tēpora retractem⁹,
quis eſt q̃ non abnuat in cauſa fidei? In cauſa
autē fidei ep̃os ſolere de imperatorib⁹ Chri-
ſtianiis nō imperatores de ep̃is iudicare. hęc
ille. AVCT. Ecce plane reſpōſum eſt, viā tuā
de appellādo ab episcoporū ſententiis ad iu-
diciū regis, eſſe viā nō bonā quā ambulant
ipſi qui ſp̃s ſequitur erroris. Aut qd act⁹
eſt iudex terren⁹? Qui de terra eſt, de terra lo-
quitur, qui de cęlo venit, ſup oēs eſt. Ip̃e ergo
iudex terrenus purgaturus & diiudicaturus
eſt cauſam vtrū iuſta eſt an iniuſta: ipſe p̃ba-
bit ſententiā ſacerdotis. Si iuſta, firmabit eā,
caſſabit iniuſtā. Et docēdus erit episcopos a
laico diſputate. Quis niſi ſubuer ſor oīs ordi-
nis talē traderet politiā? Quis hęc de ſacra
ſcriptura, de fide, de miniſtris paſſim violā-
dis, audire nō horret? q̃ ſine deriſione de vilis
bus artiſticiis hominū ſentire non licet. Quis
de artiſticiū peritiā vt latomorū fabricorū, cul-
torū terre, ſimo vel ſartorū vel futorū ſubri-
litarib⁹ niſi cōſultis eorū maiorib⁹ & longa
mora in ipſa arte magiſtris p̃batis poteſt cre-
dibilem ferre ſententiā? ſed in fide ortho-
doxa & Chriſti ſacerdotibus paſſim ſibi ſin-
guli vendicant magiſtratum.

Reſpondetur ad argumentū V vitcleff, q̃
Paulus appellauit ad Cęſarē. Cap. LXXX.



Ed addit VVITcleff, in præ-
dicto ſermone. xxviii. operis
epiſtolaris. Sanctus Paulus
diu poſt conuerſionem ſuam
in cauſa fidei pro deſenſione
ſui corporis & vtilitate eccleſię appellauit ad
Cęſarē: non appellauit ad papam Petrū, li-
cet fuerit ipſi p̃pinquior: nec ad ſummos ep̃i-
ſcopos legis veteris, ſed ad regem Romanum
licet reputatus tūc fuerit inſidelis. Sequitur,
Quę ergo ratio diuerſitatis ſingi poterit q̃
nō liceat fidelibus Anglicis appellare ad re-
gem fidelem per tutelam miniſtrorū ſuorū
non paganorū. In cauſa tam irrationabili per
epiſcopos adinuēta. Hęc V vitcleff. AVCT.
Magna diuerſitatis ratio: quanta eſt cauſa
ſancti Pauli a V vitcleff ſacrilego hæretico.
Nam ratio tua ſic procedit vt quia ſic deſen-
dendus erat ſanctus Paulus magiſter & pa-
tronus eccleſię, ideo ſic oīs hæreticus tūc
natus, capitalis hoſtis fidei orthodoxæ. Quali-
ter iſtud p̃bas inquit? Quia ſanctus Paulus
in cōſilio Apoſtolorū verus fuit doctor p̃ ec-
cleſiā approbatus. V vitcleff, in plana Chriſti
eccleſia p̃ concordē ſententiā ſanctorū p̃ſulū
doctorum & clericorū orbis hæreticus ter dā
natus. Sed dicis appellauit ad Cęſarē Paulus:
verum eſt ſed a Cęſaris iudice deputaro. Nō
inquis tātum, ſed etiā a ſacerdotibus. Poteſt
eſſe ſed a ſacerdotibus veteris legis nō Chri-
ſti eccleſię. Sed p̃ba mihi q̃ vnq̃ a ſacerdotib⁹
legis Chriſti appellauit ad Cęſarē, quantum
multos p̃ſudo ſuſtinuit qui vltra omnia ma-
la eius dolores eius augebāt etiam dum tene-
retur in vinculis, ita vt callide auerent p̃ſe-
dicationē fidei per ſe & ſuos vt magis graſ-
faretur in eū ira Neronis. vnde CHRYSO-
STOMVS lib. iiii. de laude Pauli circa me-
dium. Cum hūc ipſum beatum Paulū Romæ
quidā perſequerētur cupientes Neronem il-
lum impugnatorem Pauli in eius odium com-
mouere, mira quadā arte ledendi ſuſceperit,
& illi euangelicę p̃dicationis officiū vt ma-
gis ſcilicet fidei ſermone ſeruente & diſcipu-
lorum crescente numero in immēſum igne-
ſceret furor tyrāni & fera adhuc maiora col-
ligeret incremēta feritatis: & hoc ipſe ad Phi-
lippenſes Paulus ſcribebat. Scire autē vos vo-
lo fratres quoniā quę circa me ſūt magis ad
proſectum venerunt euangelii. Ita vt plures
ex fratribus conſidentes vinculis meis abun-
dantius auderēt ſine timore verbū dei loqui:
quidam quidem per inuidiā & contentionē,
quidam etiam per bonā voluntatem Chriſti

p̃dicantes. Quidam autem ex contentione
Chriſti annunciant non ſincere exiſtimātes
p̃ſurā ſe ſuſcitare vinculis meis. hęc Chry-
ſoſtomus. AVCT. Q̃ mira nocendi facultas
vt Chriſtū p̃dicantes tyrannū accenderent
cōtra Paulū: nec ſic tūc ſed calumniā Iudæo-
rum aſſumpſerāt q̃ Apoſtol⁹ cōtra iura Cę-
ſaris p̃dicat & Chriſtum regē ibidem poſt
CHRYSOST. Cōtra veritatis partē nō ſolū
malitia obloquētium inimicorum, verū etiā
ignorantia dimicauit: regē autē aiebant p̃ſe-
dicauit Chriſtū. Nō enim nouerat eius cęle-
ſte regnum terribile illud & abſq; vllō termi-
no glorioſum & quaſi tyrannidē nouā infe-
rentibus per calūniā repugnabāt. hęc ille.
AVCT. Ecce regnū Chriſti decepti ſpugna-
bāt p̃ſudo clerici intelligētes regnū Chriſti
tēporale cum nō haberet regnū niſi æternū,
cōtra inſtitiā Armacani quā facit de intētiō-
nibus Iudæorū accuſantiū Chriſtū regē: ſed
& ſup omnia mala mūdī inſeſtābat Paulū ma-
la q̃ intulerāt ipſi p̃ſudo. vnde infra CHRYSO-
ST. Verū tamen vndiq; inuidię igne ſuc-
cēſo: a domib⁹, ab vr̃ib⁹, ab agris, a ſolitudi-
ne, a terra, a mari, a gētib⁹, a vinculis, a princi-
pibus, a regib⁹, a regū miniſtris: cū omnes ſe
ad crudelitātē mutuo cohorrarēt, & oibus
feris inmanius ſeuiuſq; cōſurgerent: beatus
Paulus cū in rātos ignes inſiliēs atq; ī medio
taliū conſiſtēs luporū q̃q; omnīū ictus excipe-
ret, nō modo tamē obrutus ipſe nō eſt ſed ty-
pos in omnē partē trātulit veritatis. Et hęc
& alia quoq; ſilia nō minus ſæta memorabo
vt illud qd aduerſum p̃ſudo apoſtolos gerē-
batur quodq; eū ſup oīa alia torq̃bat dome-
ſticorū dolus, ruina nutantiū. Multi enim ex
fidelīū numero abibāt ſed & cōtra iſta p̃ſeua-
luit, AVCT. Ecce ſup omnia mala Iudæorū
accuſantium aut acta Feſti iudicis p̃ſeinctis
vinculis aut regib⁹, torturam augebant apli
Pauli p̃ſudo clericorū & p̃ſudo apoſtolorū
fraudes domeſtica & intentiōnes doſoſæ: &
qm̃ qdā eorū ſacerdotes erāt & ep̃i quia apo-
ſtoli quis p̃ſudo tamē ab iſtis nō appellauit
Paul⁹ ad Cęſarē, quia quis hæretici tamē fue-
rant Chriſtiani. Vbi ergo credidiſti fundāſſe
appellationes hæreticas a ſententiis eccleſiæ
p̃ſulū, ſeſellit te malitia: fundāſti tūc appel-
lationes licitas a clero aut ſacerdotio inſideli
ſuper ſententiis autē episcoporū fidelīū etiam
(quod abundanter dico) quis hæreticorum,
iudex laicus docere non valet: dicente ſupra
Ambroſio, inauditum in cauſa fidei laicos
de episcopo iudicaſſe. Vt tamen ad punctum

huius veritatis accedā non ignoro quin frequenter terreni reges in causis fidei cognoverint: & diiudicaverint episcopos, sed vrgēte ad hoc concursu partis hæreticę: quę semper follet quantū potest fugere tribunal ecclesię vt ibi inveniāt patronos suę perfidie quos possent, quia inficii sunt, cęcare de facili: necessitavit etiam illuc orthodoxos accedere in potentia ecclesię, ad prævalendum in fidei sententia: inualecebat enim tunc ad tantū secta hæretica. Vbi ergo ista duo concurrunt in cõmunitate ecclesię, scilicet extrema & non vltterius differēda necessitas, & ordinarij, pastoris aut præsidis ad succurrēdum desperata facultas querendus est extraordinarius pater priusq̃ Christi dñi fabrica dissoluatur: sic refert AVGVST. Donatistas contra Cecilia num catholicum appellasse Cęsarē Constantinum & ob strictam necessitatem etiam illuc cõuenisse episcopos orthodoxos: epist. lxxxv. ad Glorium, Eleusium, Felicemq̃ grammaticum. Si gesta inquit Proconsularia displicēt, ecclesiasticis cedite, omnia vobis ordine recitata sunt. An forte non debuit Romanę ecclesię Melchias episcopus, cū collegis trāsmarinis episcopis illud sibi vsurpare iudiciū quod ab Afris, lxx. vbi primatus Tigrisitanus præfedit fuerat terminatum, quod nec ipse vsurpauit. Rogatus quippe Imperator iudices misit episcopos qui cum eo sederent & de tota illa causa quod iustum videretur statuerent. hoc probamus & Donatistarum precibus & verbis ipsius impatoris. hæc ille. AVCTOR. Sed tamen idem hæretici qui imperatorem appellabant imperiale contēperunt edictū cum discerneret contra eos. Vnde ibidem, versus finem. AVGVST. Iudiciū episcoporum ad Imperatorē appellatur. Iudex eligitur imperator, iudicans contemnitur imperator quę tunc acta sunt legis, quę nunc agantur videris. hæc ille. AVCTOR. Intelligite totum factū, Donatistę hæretici: primo ad imperatorem currebant vt ipse in causa fidei iudicaret. Impator rogat, iudices quosdam deputavit episcopos, quia causa erat ecclesię. Deputavit enim audiendam causam Melchiadi papę cū collegis suis Romę: quo discernente pro Ceciliano catholico, iterum appellant hæretici Donatistę Cęsarē Constantinum, quo recte item iudicante contra eos quemadmodum fecit Melchias, ab imperatoris prouocant edicto, & quærūt Augustinus cuius est culpa an viri catholici qui non petiit imperatorem in iudicē pro se re-

stissime iudicantē: an hæretici Donatistę qui imperatorem prouocauit in iudicē, cuius tamen contempnit edictum: ibi in secūda parte epistolę, AVGVST. Arbitrum, inquit, & iudicem causę traditionis & schismatis illi cūputa imperatorem Constantinū fecerāt qui ad eum etiam preces miserant: ad quę postea prouocauerunt, & tamē iudicio eius acquiescere noluerunt. Itaq̃ si culpandus est quem iudex terrenus absoluit, cum ipse sibi hoc nō poposcit, quātomagis culpandus sunt qui terrenum regem suę causę iudicem esse voluerunt. Si autem criminis non est prouocare ad imperatorem non est criminis audiri ab imperatore: ergo nec ab illo cui causam delegauit imperator. hæc Augustin⁹. AVCTOR. Videant iam terreni principes qua mētis cõstantia hæretici eos appellent, & sciant firmiter q̃ æquali facilitate sua spernent iudicia si vt debeāt iudicent contra eos qua etiam ecclesię episcoporum contēperunt edicta. Nō enim ad eos appellant vt rectum sumant iudicium, sed vel vt subterfugium quærāt, aut eos ex aliqua parte corrumpant. Ideo Augustinus hic non purgavit eos qui causam ecclesię ad imperatoris sententiam compulerunt, sed accusauit eos ibi qui liberi facti, liberi recesserunt. Si culpandus est inquit quem terrenus iudex absoluit: quātomagis qui terrenum regem suę causę iudicē esse voluerunt. Ex quo conicio q̃ sine culpa grādī aut vni⁹ aut vtriusq̃ partis contendentium, nō potest causa ecclesię, maxime in materia fidei deuoluī ad regem vel principatum terrenum. Irruptio est enim recti ordinis & per transfusam lineam ecclesiasticę & diuinę subuersio potestatis. Sed queris quid si antistites ecclesię sit hæreticus: locus est vt ad papam confugas. Sed quid si papa sit corruptus vt erat Liberius. Adhuc ad generale concilium omnium episcoporum appelles. vnde AVGVSTINVS in prædicta epistola. Ecce, inquit, putemus illos episcopos qui Romę iudicant non bonos iudices fuisse, restabat ad plenariū ecclesię vniuersę prouocare concilium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari: vt si male iudicasse conuicti essent eorum sententię soluerentur: quod vt rum fecerint probent. Nos enim non esse factum facile probamus, ex eo q̃ totus orbis nō eis cõmunicat, aut si factum est etiam ibi sunt vincti, quia ipsa eorum separatio manifestat. hæc Augustinus. AVCTOR. Rectus ergo ordo petendi iudices seruandus est, nec currendum

facile ad transfusum. Omnis tamen appellatio in materia hæresis debet esse deserta: quia causam tam prophanā pudet habere patronū. Si tamen iudex famosus sit suspectus de hæresi non dico apud hæreticos, sed apud graues multos & peritos fidei orthodoxę cultores, vna cum culpa iudicis debet causa fidei vel apud superiores episcopum vel vniuersale cõcilium terminari. Ita igitur nulla debet vīa ecclesię causa ad principatum terrenum euolui: potest tamen ad celerem finem pacis habendum cum illic vtriusq̃ partis assensu vel vnius permissu peruenit inculpa biliter iudicari. Quę admodum causa Arriana & ecclesiastica coram Probo Constanti Cęsaris iudice delegato: ibiq̃ denicti sunt Fotinus, Sabell⁹ & Arrius eodē iudicio vt plane mōstratur ī actis Arhanasii. Nō tamē fuisset corā eo iudice cõmendandus processus, si non propter impotentia ecclesię sic obtinere pacem coegisset alta necessitas. Mihi enim videtur ecclesię politia siue laicalis vel clerici vna virgo quasi Dina filia Iacob Christi Iesu patris celestis. Quā si ipsa quandoq̃ iustas metas sit egressa per libidinosum principē contingat esse polluta. Vbi ISIDORVS in Isagogis suis. Dina quippe vt mulieres videret extraneę religionis egredit, quādo vnaqueq̃ mens sua studia negligens, actionesq̃ alienas curas extra habitum atq̃ extra ordinē proprium euagatur. Hęc ille. AVCTOR. Vere enim nihil citius extra statum debite politię cõmunitatem pulsar q̃ est vbi princeps eius impune & irreuocate lasciuir. Ipse enim virginem suam violenter corrumpit. Sed habet virgo duos fratres Simonem & Leui, sacerdotalem scilicet & principalem potentiam: vbi vero principalis seu militaris potestas tepuerit, saltem modo suo frater Leui sorori succurrat. Maxime vbi ab incolis terrę vel regni fuerit accersitus. Si etiam intra sacerdotale cõmunitatem extremus lāguor ecclesiam occupat terrenus princeps potestatis suę brachium saltem vt ipsi sacerdotes eum docebūt decenter exponat. Nolo autem vt princeps aut rerum terrenus potētiā suam vel legum suarum vires super Christi sacerdotes iactanter maxime necessitatis tempore cõmemoret vt dicat talis rex Romanus papa deposuit. Quia dicit SIGILBERTVS ī chronica veteri sub anno domini. cccc. xx. Bonifacius. xl. Romanę ecclesię præfides. Contra hunc Bonifacium ordinato Eulalio & pro ipso Bonifacio dissidente ecclesia iussu Honorij Augusti vrbē

egrediūtur: & sic reprobato Eulalio iussu Augusti Bonifaci⁹, quia prior ordinatus fuerat sedē apostolicę restituitur. Hęc ille. Itē idem dicit de Symmacho per Theodorici regē inducto reprobato Laurentio sub anno domini cccc. xcii. Symmachus Romanę ecclesię. xlix. præfides ordinato contra eum per contētionem Laurētio quę res graue dissidium ecclesię diu vsq̃ ad ipsa protraxit homicidia: donec talem hanc altercationē cõpressit Theodorici regis quibus Arriani potētia hoc acquiritatis iudicio obtinente, vt Symmachus papa esset: quia prior ordinatus fuerat, eique pars maxima faueret. hæc ille. AVCTOR. Sic e contrario possit dicere papa q̃ Constantino quodam Græcorum rege per Adrianum papam electo constitutus est Carolus. Sic Innocētius tertius. Othonem quartum deposuit, Zacharias papa Childericum regem Fræcorū tanq̃ insufficientem destituit: & Pippinum patrem Caroli sublimauit. Itē Innocētius quartus ad ministratorem regni Portugallię comiti Bauiensi viuēte rege commisit, Vtraq̃ enim potestas debet alteri vicissim succurrere, non quidem vt vrens potestate, sed fraternitatis accessu: quemadmodum sapiens ait Proverbia xviii. Frater qui adiunatur a fratre quasi ciuitas firma. Et ecclesiastici. xl. Fratres in adiutorij tribulationis, & sup̃ eos misericordia liberabit, & ita alteruti si vterq̃ frater siue Simon siue Leui, id est sacerdotalis vel militaris potestas ad ereptionē Dinę de manu corruptoris vi charitatis, & si non auctoritatis assurgat: dicens quia soror nostra parua est, id est impotens, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostrę? Hoc etiam attento ne præces rex terrenus potestatem sine magna reuerentia & exhibitione humilitatis etiam tempore necessitatis exerceat, ne vnde temere incensum offerat cum Osa, inde displiceat deo cui promissit obsequium. Ita Constantinus mitis princeps quando inuitus ad iudicandum in causa fidei se posuit medium, quia tum post sacros episcopos necessario iudicasset petiit veniam prout notat AVGVSTINVS præfata in epistola prima ad Glorium & Eleusium. Iudices, inquit, ecclesiasticos tantrę auctoritatis episcopos, quorum iudicio & Ceciliani innocētia & eorum scilicet Donatistarū improbitas declarata est, nō apud alios collegas sed apud imperatorem accusare ausi sunt quod male iudicarent: dedit ille aliud Arelatēse iudicium aliorum scilicet episcoporum, nō quia iā necesse erat sed aliorū

peruerſitatibus cedens & omnimodo cupiēs tantam impudētiam cohibere. Neq; enim auſus eſt Chriſtianus imperator ſic eorū tumultuoſas & fallaces querelas ſuſcipere vt de iudicio epiſcoporū qui Romē federant ipſe iudicaret, ſed alios, vt dixi, epiſcopos dedit a quibus tamē illi ad illū rurfum imperatorē prouocare maluerunt. Qua in re quēadmodum illos deteſtē auditiſ: atq; vtinā ſaltē ipſius iudicio inſaniffimis animoſitatibus ſuis ſinē poſuiſſent atq; vt eis ipſe ceſſit vt de iſta cauſa poſt eos iudicaret a ſctis antiſtitibus poſtea veniam petiturus eſt: dum tamen illi quid vltē dicerēt non haberent ſi eius ſententiā non obtēperarent ad quem ipſi prouocauerunt: ſic & illi aliquādo cederent veritati, hęc Auguſtinus. Recitat etiā hoc idem epiſtola ad Donatiſtas quæ ſtatim ſequitur ibi. Sed quia Conſtantinus nō eſt auſus de cauſa epiſcopi iudicare & cetera. & item epiſtola ad Ianuarium epiſcopi Donatiſtarum quæ eſt cxv. & epiſtola ad Vincentium quæ eſt. xxx. AVCTOR. Non fruſtra ergo hic interpoſuit Auguſtinus q; imperator veniā petiturus antiſtites iudicaret, & hoc magna impertuna & impudēti appellatione Donatiſtarū qui iam poſt primā epiſcoporum ſententiā contra eos ad ſecundā, poſt ſecundā ad tertiam imperatoris: poſt q; illā deſinitioni regis ad quē impertuniſſime appellabāt cedere noluerunt, quia eis crederēt domini terreni, aut omnino appellātibus pro eis hereticis, cōtra deum & canonicas veritates diiudicent, aut proculdubio falſo adiecto colore ab eorū etiā cenſura recidant, non hoc tūc Donatiſtarum exēplū vos admonet, Sed Arrius ipſe omnium hereticorum princeps, idē iam egerat appellans ad imperatorem Conſtantii in cauſa fidei contra Athanaſium. Quibus cum iudex Probus auctoritate legatua daretur, auditis iam per tridui partibus tandem ſentēs Arrius ſe omni neceſſitate conuictū Athanaſio cōcepit obicere q; iudicem magica arte fecerit inſanum. Vnde in tertio lib. altercationū Athanaſii. Iſta ſunt verba ARRII. Nulli dubium inquit eſt quin magicis artibus Athanaſius nouit iudicū peruertere ſenſus, vt recte fidei tramitē erga eos qui cum religioſius ſectantur & colunt tenere nō poſſint: & idcirco q; in examine culminis cui explicare nō valeo, principis iudicio referuabo, vbi veritatis indago præpoller & magicæ artes nō violāt, vbi verē fidei obſeruantia præualere poſſe credendū eſt. Hęc ille. AVCTOR. Iudex autē

Probus viſa verſuta calliditate hereticū & obſtinata mente ad veritatem inflexa interlocutionis ſuę verba ſubmiſit eidem dicēs. PROBUS IVDEX. Imperitorū & nimis de ſcientia præſumentium eſt prauitati potius ſtudium dare q; veritati patientiam cōmodare: cum id aſſertoribus fidei conueniat veritatē potius ſequi q; erroris vel falſitatis compepe præpediri. Florum igitur mos eſt qui cū ſuę perfidie cauſam ad finem vſq; venire conſpexerint metuentes ne cunctis hominibus ſua pſidia innotefcat ad potioris ſe conferre præſentiam: ignorātes quoniam & illic victoria attribuitur: vbi potētia liberā ſententiā promulgatur. Fruſtra igitur Arrius videtur de noſtro iudicio ad principis appellare præſentiam cum in conflictu certaminis nihil aduerſum ſe ſenſerit prauitatis: qui ſuā ignauiam quibuſlibet modis obtegere cupiens ad principis viſus eſt conferre ſententiā. hęc ibi.

CONTRA HAERESIM VVITCLEFF, docentem nullū vere ſeculariter dñari dū eſt in mortali peccato. Cap. LXXXI.



Ententiā eius de humano dominio ſeculari ſeditioni videt annexa qua ponit & ſuſtinet nullum poſſe ceteri dominum ſecularē vere, ſine gratia gratum faciente, in libro ſuo de dominio ciuili cap. ii. & deinceps, vnde eſt conluſio ter damnata. c. xiiii. VVITCLEFF. Omnis homo in peccato mortali caret quocūq; dominio & vſu licito operis etiam boni de genere. Et de ciuili dominio c. xix. Ciuiliſ dominus excedēdo limites ſuos forefacit perdendo dominium & obligando ſe perpetuo carceri eoq; ipſo eſt excommunicatus, & exulās omni dominio prius habito priuaretur: & conluſione ter dānata. c. xciii. Sic rex, princeps vel dñs rēpore quo eſt in mortali peccato nō ſortitur nomē ſui officii niſi nominetenus & ſatis equiuoce. Sic nec papa, epiſcopus, vel ſacerdos dum lapſus fuerit in mortale, & cōcluſiōe. c. lxxv. Ad verū ſeculare dominū requiritur vera iuſtitia dominātis, ſic q; nullus exiſtēs in peccato mortali eſt dominus alicui rei. Hęc Vvitleff. AVCTOR. Hic igitur inueſtigandum eſt an velit ciuile dominium omnino requirere gratiā gratum facientem pro nudo & ſimplici fundamēto: videtur tamē q; nō, & q; dicat in opere epiſ-

tolari ſermonelix. Cum inquit, ciuile dominium dicat vt ſic, proprietatem poſſeſſionis vltra ſtatum innocētia & includat neceſſario peccatum veniale, patet q; non potuit Chriſto competere. Hęc Vvitleff. AVCTOR. Continuem⁹ iſta. Nullus ſtatus neceſſario iuſtus ſecundum gratiā gratum facientem includit de neceſſitate peccatum, ſed ſtatus ciuiliſ & ſecularis dominiſ neceſſario eſt gratus deo gratiā gratum faciente, ſi ſic ergo non neceſſario includit peccatum. Item nihil neceſſario includens peccatum eſt neceſſario deo gratum, ſed ciuile dominium per te neceſſario includit peccatum, non eſt ergo neceſſario deo gratum, patet maior vtriuſq; proſyllogiſmi, ſecundum illud Apoſtoli. Quę cōueniētia lucis ad tenebras, aut dei ad Beſialia! Et idcirco lux nullibi requirit tenebras nec vita mortem, non amaritudo dulcedinem, nec beatitudo miſeriam. Quomodo ergo ſtatus gratioſus exigit & includit omnino peccatum, ſcio vitam noſtram pro incolatu præſenti nō eſſe ſine peccato, nec actum meritorium coniugalis amplexus ſine delectatione nociua, ſed ſciunt periti Theologi aliud ſine peccato non poſſe eſſe & aliud rem peccatum includere: medicans ſine dolore non ſanat infirmum, itinerans non ſine laſſitudine membrorum perficit iter ſuum, Miles non ſine periculo tendit in bellum, Sed quis miles vt bene pugnet intendit ſibi periculum! Quis iter agens exigit laſos art⁹ vt ambulet, aut quis medicans in ratione ſua medicandū includit dolorem, & vexationem infirmi! Sed quomodo etiam ad hoc conuenit conluſio C. xcviii. VVITCLEFF. Deus non approbat quęq; dominari ciuilitē vt ciuilitē iudicare: & idcirco ſermonē prædicto dicit q; Chriſtus in die finalis iudicii patenter & vniuerſaliter iudicabit. Nunq; autem iudicabit vel potuit ciuilitē iudicare cum ecōtrario dicat in de dominio ciuili, capitulo decimonono. Nec credat aliquis q; lex ciuiliſ quæ occasione peccati eſt humanitus inſtituta non ſit a deo principaliter ordinata q; aliter non poterit eſſe iuſta niſi ciuilitē adiuenientes & ordinantes legem huiusmodi forent organa dei principaliter ordinantes. Hęc ille. AVCTOR. Haſ contrarietates magiſtri ſui aliquis peritus ſcholę eius diſcipulus tollat & ſoluat, vel

melius vt totum amputet elaboret. Argumentum autem eius maximum in hac poſitione eſt hoc in ſecundo capitulo de ciuili dominio, capitulo ſecundo. Quia de⁹, inquit non præſtat alicui dum eſt in peccato mortali aliquod bonum ſuum, ergo nullus exiſtens in peccato mortali habet pro tunc iuſte ſimpliciter aliquod bonum dei. Hoc autem reſpondendo ſuſtinet dicens, & eſt conluſio ter damnata C. lxxii. VVITCLEFF. Nos non debemus præſtare vel donare aliquid peccatori dum cognosci⁹ mus ipſum eſſe talem: quia ſic foueremus proditorem domini noſtri. Hęc Vvitleff. AVCTOR. Quæ perſida ſit iſta poſitio & aſſumptio eius prophana, nullus pene tam ſimplex eſt qui non conſiderat. Quot paſcit deus gentiles in orbe, quot hæreticos, quot impios Chriſtianos: ita vt Iob dicat, Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum: cum ipſe dederit omnia in manibus eorū. Iob duodecimo, Et hæc cæca ratiōcula ſua frequenter militat contra prælatos & præbyteros vt ſupra deductum eſt: & hortatur populos ne quicq; eis exhibeant honoris aut temporalis ſubſidii quādiu reputent q; ſint a probis moribus alieni. Hoc quoq; corrente principio vetat dari pauperibus quicq; boni, niſi nouerint eleemoſynantes rectitudinem ſtatus eorum ne forte inquit ſint præſciti. Planiffime contra proceſſum euangelii & exemplum Chriſti & cœtus apoſtoli: ſed quid putas intendit, niſi præcludere ſubſidium vitæ temporalis ab iis omnibus qui Vvitleſtiſtica ſorde nolunt inuolui! Hoc faciunt quantum audent niſi forſan raro propter fraudem aliud facere moliantur. Hęc erat publica ſchola Manicheorū, vt dicit AVGVSTINVS lib. xx. contra Fauſtum, Fauſtum alloquens. Mentem tuam aram feciſti: ſed vide cuius. Ex ipſis enim artibus & diſciplinis tuis apparer quibus eam imbutam eſſe dixiſti. Illæ artes & diſciplinæ vetant porrigi, panem homini mendicanti vt in ara veſtra cum ſacrificio crudelitatis ardeatis. Talem aram domino deſtruentem qui ex lege cōmemorat quali odore delectatur deus dicēs. Miſericordiā magis volo q; ſacrificiū, vbi autē dominus hoc cōmendauerit arte dicit, cſi, ſi, trāſire p lege rē, & eſurientes diſcipuli ei⁹ vellerēt ſpicas.

quod homicidium vos esse dicitis. Hæc Augustinus, Et idem contra Adimantum discipulum Manichei capitulo decimo septimo circa medium. Displicet, inquit, istis ministris quod deus populo suo interficiendos tradidit inimicos, & ipsi panem mendicanti dari prohibent, non inimico sed supplici. Hæc ille. AVCTOR. Ecce qualiter isti Virtueistarum patroni prohibent panem dari mendicanti, saltem catholici spiritus sui crudelitate succenssi a procul ducentes hanc iniuriante licentiam orthodoxis de secta execrabili Iudæorum qui hoc docentur & arcantur seruare. Ad literam in fabuloso suo Talmud secundum allegationes indoctas illius libri in Iessuor quod est volumen sectarum Macekora primo libro Perakyn agosel, i. distinctione tali Rana, i. magister fecit preconisari, Israelita qui scit ius goy, id est Christiani, & fert pro eo testimonium: excommunicamus eum, quia trahit pecuniam per testimonium vni & peraky illiminoz, i. distinctione decima octava. Equus fenex bene potest vendi goy, id est Christiano in bello, quia hoc non est nisi ad malum illius: & qui vendit aliter goy, id est Christiano, debet eum damnificare centuplum quod valeat, alias Iudæus punietur. Si vendidit paruum aliter & non damnificauit eum, soluet decies precium, si magnum centies. Quid per hoc intendit nisi damnū inferas Christiano, obis quantum potes, non prois: quia inimicus tuus est. Contra hæc omnia documenta crudelia in fidem Christianam per sanctum Paulum assurgo, quia omnes istos Iudæos, Manicheos & Virtueistas quasi in faciem cedens scriptum est, inquit, Mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Ad Romanos decimo tertio, ubi HIERONYMVS in annotationibus. Noli inquit, negare illi quod dominus nulli negat quāuis sit blasphemus & impius, hoc enim faciens & cetera, vt cum sibi carbones intellexerit per tuam in debitam misericordiam congregari excutiat eos, hoc est conuertatur & diligat te, quem habuerat aliquando perosum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce iam docuit discipulos Christi fideles quomodo etiam inimicos fidei, & per hoc Christi cibarent: & alibi quoque docet mulierem fidelem ne ab in-

fideli viro discederet, subit vt ministret. Quid iam valet argutia verborum Vitcleff? Sic ergo præstabitur & fouebimus proditorem dei nostri in Christi charitate, cōcedo, sic dicit Hieronymus, Deus nulli negat etiam blasphemus: & nunquam ipse cibatur inimicos suos contra seipsum: certe non, sed contra ipsos: eis enim gratitudo domini & seruatorum eius obesse potest ad poenā, deo autē grato & humilibus seruis eius crescat ad gloriam, quia nec ideo peccatorem pascunt vt amplius peccet, sed magis vt gratia domini victus a delicto quiescat. Et nōne dominus Iesus Christus hoc docuit & factum agit nunc in præsens, AVGVSTINVS enim tractatu de oratione dominica qui incipit, Beatissimis apostolis. Istum inquit, panem charissimi quo venter impletur, quo caro quotidie reficitur videtur deum dare, non solum laudatoribus suis, sed & blasphemantibus qui faciunt solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: laudas, pascit te, blasphemus pascit te, vt poenitentiam agas expectat te, si non te mutaueris, damnat te. Quia ergo panem istum accipiunt a deo boni & mali, putas quod non est aliquis alter panis? Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce deus pascit panem temporalia laudantē & blasphemantē, iustum & iniustum. Accipiunt istum panem boni & mali. Quia igitur fronte dicit hereticus quod non pascit deus inimicos suos ipse maxime qui nouit suos vsque in finem existimans inique quod esset deus sui similis. Cui forte si deus illi similis esset non tamen diuturnos eius peperisset errores. Et quot cognouimus reges & principes qui inimicis suis, & forsitan Christi capitalibus, non tamen parcunt sed etiam ad victum honeste subseruisit, & humanitatis studio obsequuntur? Pepercit Dauid Sauli inimico & reprobo, & Christus Iudam cibauit, & manum degenerem approbat in catino: & nonne Iudas præcitus erat? Iudas reprobus traditor inhumanus quæso dicat hereticus, cur non reputat eum Christus? non separauit, non detulit ne forte præcitus esset cui intractam buccellam porrexerat. Sed ideo Christus in Paulo ipsum fideliter laudat, qui tribuit in simplicitate. Ad Romanos duodecimo, ubi HIERONYMVS in Annotationibus, Omnibus simpliciter largiatur, cum ceteros credens bonos & indigere qui petunt. Hæc ille.

Qualiter deus dedit & donauit extremis peccatoribus mundum dominia. Cap. LXXXII. AVCTOR.



AVANTVM ad huius positionis reuertentes arbutulū sciamus quod sit seditiosa, & subiectum populum contra principes suos prouocans ad contemptum, quoniam facile potest nocere qui perpendit eum dicere quod rex vel princeps aut vnusquisque dominus secularis per peccatum mortale statim perdit ius aut principatum vel regnum. Nec est rex vel princeps vel dominus cuiusque, nec quisque debet ei honorē, tributum vel cōmodum, nec sustentare debeat Christi domini propter. Sed charitas & gratia gradum faciens, immo virtus præcellens erit ratio certa plebi ad præferendum talem regi suo in dominum siue regem. Vnde conclusio ter damnata. C. lxxviii. VVITCLEFF. Virtus præcellens in rege præcipua causa est regnandi civiliter, ipsa enim per se sufficit ad regnandum euangelice: & est sufficiens cum approbatione populi ad regnandum civiliter. Hæc Vitcleff. AVCTOR. Intelligas eum sic, quod si rex præsens peccator sit vel inferior in virtute eo inconsulto & inuito potest populus alium quem in virtute reputat præcellentem constituere sibi regem vt regnet civiliter, & sic intrusus probabit partem suam hoc modo: quia virtus præcellens in rege est præcipua causa regnandi civiliter: ipsa enim per se sufficit ad regnandum euangelice, & est sufficiens cum approbatione populi. Sed hoc spurium Vitulamē protulit truncus ille præcitus quod verum dominum seculari non stat in aliquo sine gratia faciente, quia deus nulli dat bonum nisi contra seipsum aut qui ingratus est, & per hoc ineptus esset præstarius. Mirari autem impudentiam istius hominis potest quisque & auctoris eius in hac schola Richardi qui vidit & intelligit non dici profandum, sed planiciem scripturarum. Ecce Nabuchodonosor rex erat idolatra: cui deus supra fidelē populum suum Israel quibus peccantem dedit potestatem & regnum. Hieremie xxvii. Ecce feci hominem & terram & iumeta quæ sunt super faciem vniuersæ terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo exte- to, & dedi eam ei quod placuit in oculis meis: & nunc itaque ego dedi omnes terras istas in

manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, Insuper & bestias agri dedi ei vt seruiant illi, & seruiant ei omnes gentes, & filio eius, & filio filii eius, donec veniat tempus terræ eius, & ipsius seruiant ei gentes multæ & reges magni. Ecce deus præfecit istum & filium & nepotem eius super regna, & subiecit ipsi reges & terras. Ac ne diceret deus hoc permissiue fecisse manifeste scribitur, Ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor & addit serui mei, & bestias agri dedi ei. Sed vberiore iure nullus potest aliquid possidere quod ex dato dei, ergo iustissime regnabant isti idolatre super terram. Item Cyro adhuc tunc idolatre conformiter dedit dominus regna terræ, dicens Esaia xlv. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram vt subiciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam, & sequitur. Et dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorum. Vtrobique ne diceretur deum prædixisse se solam usurpationem tyrannicam istorum regum ex permissione sua addit dominus deus, dabo tibi, dedi eis in signum iustitiæ regni sui. Vbi HIERONYMVS in commentario libro xii. Huius dexteram apprehendit & tenuit vt nullus fortitudini eius valeret resistere. Legamus ex Xenophontis octauo libro Cyri maioris historiam, & prophetiam Esaie cernemus completam: quæ enim ciuitas non illi patuit? quis regum terga illi non subiecit: qui muri prius inexpugnabiles non illius obfidione subuersi sunt? Hæc ille. AVCTOR. Concludamus ergo quod non solis iustis dat deus orbis regna, ita vt mortaliter delinquentes statim regnandi ius perdant, sed auctore deo etiam flagitiosissimi peccatores secundum altitudinem diuinæ providentiæ iuste dominantur & regnant. Iuste inquam iustitia dei volētis non hominis peccatis, alioquin dicit aduersari quod se auctore potest homo regnare deo non dante dominum, & incurrit hæresim Nemrotitarum quæ exponit IOSEPHVS, & habet glossa primo Paralipomenon in principio super textum. Ille coepit esse potens in terra, fecit homines elatos ad iniuriam dei vt ad eius contemptum veniret, filii Cham filii Noe: quod esset ceteris audacior: & manu fortissimus suadebat hostibus vt non deo sua felicitate, sed propriæ virtuti ascriberet. Sicque homines a dei timore reuocabat vt spem in propria virtute poneret. Ideo putabat inter-

minari diluuiū, ideoq; turrē aedificare suā debuit quā aqua superascēdere nō posset. Multitudo autē prompta erat vt obediret Nembroth, graue putans seruitiū obsequi deo. Hęc ibi, AVCTOR. Vere em̄ intricatus & languens deo affectus cito posset per istam positionē inuolui: vt si dici posset talem peccatorē sine dono dei posse regna tenere & adipisci lata dominia. Ergo vel a se vel a sua virtute cum Nembrothitis, vel a diis perfidis cū superstitionis Romanis, vel fato se posse regnare putarent deo non curante hęc terrena negocia vt dicebāt episcopi curei. Qualiter quidam seducti illud canūt & ampliant, Caeli coeli domino, terrā autē dedit filiis hominū. Sed orthodoxus AVGVSTINVS hos omnes precauens erroris dicit quāto de ciuitate dei ca. xxvii. Nō tribuamus dandī regni vel imperiū potestatem nisi deo vero: qd dat felicitatē regni cœlorum solis piis, regnū vero terrenum piis & impiis, sicut ei placet cui nihil iniuste placet: quis em̄ aliquid dixerim⁹ qd apertum nobis esse voluit, tamē multum est ad nos & valde superat vires nostras hominū occulta discutere & liquido examine merita iudicare regnōrū. Ille ergo vere vnus deus qui nec iudicio nec adiutorio deserit gen⁹ humanum, quando voluit & quantum voluit Romanis regnum dedit: qui dedit Assyriis vel etiam Persis a quibus solos duos deos colū vnū bonum, & alterum malum continēt litera istōrū, vt taceam de populo Hebrēo de quo iam dixi quantum fati visum est, qui prater vnū deum non coluit etiā quādo regnauit. Hęc Augustin⁹. AVCTOR. Ecce nō dissimulat Augustinus dicere solum deum verū dare imperiū potestātē cui placet Romanis & Persis idolatris & Iudæis vnū deum colentib⁹ piis & impiis regnū terrenū. Sed Vviteless preuidit errorē suū nimis esse patentē. Idcirco cum arguit deum nō dare quicq; peccatori, argumētō vtiq; qd ipse reputat esse piū intantum vt vim faciat si de⁹ dat alicui hominī corpus aut animā in sui exordio, quia nascit in originali mortali peccato: qd si nō fieret nec puniri possent p peccato hominis cuius ppietē non essent partes & acedemici fierent homines qui nescirent corpus ppium nec animā propriā. VVITCLEFF. Idcirco nitēs enadere cum datis ad esse propriū & esse cōmune, quē nec ipse sapit: si naliter dicit qd dare est genus quoddam ad

omnē traditionē ad bonum naturā vel bonum gratiā. Donatio autē dicit gratuitā donationē, & hoc secundo modo qui est donatio, deus non dat aliquid nisi iustis, dicens ideo notasse scripturā, qd deus pluit sup iustos & iniustos, & solē facit oriri super bonos & malos, nō autē dicit qd aliquid donat. Hęc Vviteless cap. secūdo de dominio diuino. AVCTOR. Quasi scriptura mentiret, cum diceret in Psal. Qui dat escā omni carni. Cōsitemini deo coeli. Et Iacobi secūdo. Qui dat omnib⁹ affluenter: non dicit solis iustis, Et scriptura scripturā exponēs dicit Hieremię v. Recesserunt & abierunt retrorsum, & non dixerunt in corde suo. Meruimus dominum deum nostrū, qui dat nobis pluuiam tēporaneam & serotinā, in tēpore suo plenitudinē animā mellis custodientē nobis. Ecce deus dedit pluuiā, nō pluit tm̄ populo duri cordis, & non nisi puerilis discordia est inter deum pluere & pluuiam dare. Sed certe peccator noster grāmatic⁹ dicens, Donare quasi specie differre a dare, qd necessario donū est gratuitum: nec em̄ in hoc negocio grāmaticē huic nouelle credem⁹. HIERONYMVS quinto lib. interpretatiōis triformis. Dona inqt, honores & munera & donatio ideo nuncupat, qd iure & vsu transit in alterū, nec inde aliqd in ius donatoris relinquit, & donatio est cuiuslibet rei transactio: dictā autē dicit donatiōnem quasi doni actionē, & de dare dicit, da dona aut concede. Hęc Hieronymus. Et ISIDORVS vi. Erymologiarū cap. xxxvi. Dona proprie dei dicuntur munera hominū. Hęc ille. AVCTOR. Non ergo habet ab istis vbi donū gratuitū dei donum sit, sed aut cuiuscunq; rei transactio est, aut solius dei dicit, & sic AVGVSTINVS dicit, ista regna pradieta fuisse dei dona. Dico autē loco de ciuitate dei libro quinto. Qui inqt, Persis dedit segetes sine cultu deę Segetię, qui alia dona terrarum sine cultu tot deorum quot isti colunt rebus singulis singulos, vel etiā reb⁹ singulis plures præponentes: ipse etiā regnum dedit sine cultu eorū, per quorum cultum se isti regnasse crediderunt, sicut etiā hominib⁹ q imperiū dedit Mario. Ipse etiā dedit C. Cæsari, q Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis vel patri vel filio suauissimis Imperatorib⁹. Ipse etiā Domitiano crudelissimo, & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse apostatā Iuliano: cuius egregiā

indolem decepit amore dominandi sacrilega & detestanda curiositas. Hęc ille, AVCTOR. Ecce deus dedit Persis segetes sine dea Segetia, & alia dona terrarum sine cultu deorum, & norat deum eadem dona dedisse hominibus bonis & pessimis pari forma. Itē de⁹ dedit idem donum imperiū Mario reip. studio, & Iulio Cæsari tyranno. Itē & Constantino Christiano: & apostatā Iuliano. Si forsan grammaticae tuae Augustinus iam fuisset caut⁹ dixisset istis bonis gratuitum regnum donasse & dedisse impiis transcendentis. Sed & apostolus Paul⁹ cum diceret primā ad Corinth. secundo, vt sciamus quā a deo donata sunt nobis, quā & loquimur: intellexit multa esse donata peccatorib⁹ & ingratissimis qui nescirēt sibi a deo illa donari. Glossa Anselmi ibidē. ANSELMVS. Multa habent dona spiritus dei, & nesciendo a quo habent impia vanitate iactant. Nemo donis dei beatus qui danti est ingratus. Hęc ille. AVCTOR. Nec ergo meri grammatici nec veri theologi fuit donum dei ad datum strinxisse gratuitum, qd exigit eo ipso in donatario gratiā faciētem gratiarum. Ideo idem AVGVSTINVS sup Psal. lxxvii. Alia sunt inquit, dona quā dat deus inimicis suis ea quā nunc numerauī. Non em̄ soli boni plenas habent domos rebus necessariis: aut soli boni salui sunt, vel ab egritudine cōualescunt: aut soli boni filios habēt, soli boni pecuniā, soli boni cetera bona apta huic vitā tēporali aut transiēti: habēt hęc & mali, & aliquando deus sunt bonis sed defunt & malis, & plerunq; illis magis q̄ istis, aliquando illis potius q̄ istis abundant. permixta tēporalia ista de⁹ esse voluit, quia si solis bonis ea daret putarent & mali ppter hęc colendum deū. Rursus si ea solis malis daret, timerēt boni infirmiconuerri, ne ista illis forte deessent. Hęc Augustinus. AVCTOR. Hic plane dicit Augustinus deum dare hęc dona rerū tēporalium inimicis suis, conualescētē, filiorum, pecuniarū & huiusmodi equē vt amicis, plerunq; etiā abundantius. Ibiq; cōfractū est argumētum Vviteless potissimū qd de⁹ nullum bonum dat inimicis suis, apreciās illa vilia tēporalia transitoria, pariter cum eis optima q̄ solis referuat amicis. Non ita inquit Augustinus, sed permixta sunt ista & bonis & malis vt deus voluit: & facit argumentum ad qd per te opto responsum. Si solis bonis ista daret putabūt mali ppter

hęc colendum deum: non ppter hęc autem est deus colendus, ergo non solis bonis ista dat de⁹. Itē idem AVGVSTINVS id recitat postea qd pradixit. Propterea dilectissimi vt dicere cooperā si solis bonis darent ista omnes ppter hęc accipiēda vellēt conuertere ad deum. Rursus, si malis solis darentur, timerēt infirmi ne cum cōuerterentur amitterēt qd soli mali haberēt: pmixtum data sunt & bonis & malis. Hęc Augustin⁹. AVCTOR. Si pmixtum data sunt, nō ergo differenter istis data sunt illis donata. Itē si solis bonis p copia gratiē & charitatis dat deus bona tēporalia, ergo vtriusq; abundantiorib⁹ charitatis & gratiā abundantius daret tēporalia: cuius oppositū experimur & scripture pclamāt. Ideo idē AVGVSTINVS super Psal. lxxxv. ver. iiii. Quid si qd vis habere non vult ipse vt habeas, vt te tibi det, impedimēta remouet vt intrare ad te. Bona cogitate & considerate fratres quā dat de⁹ peccatorib⁹: & hinc intelligite quid seruet seruis suis peccatoribus blasphemantibus quotidie dat coelum & terram, dat fontes, fructus, salutem, filios, copiam, vbertatem, omnia bona hęc non dat deus nisi qui talia peccatoribus dat. Quid eum putas seruare fidelibus suis? Hoc ne de eo sentiendum est, quia qui talia malis dat, nihil seruare bonis: immo seruat non terram sed cœlum. Vili⁹ forte aliquid dico dum dico cœlum, sed seipsum qui fecit cœlum & terrā. Hęc Augustinus. AVCTOR. Dat ergo deus hic temporalia malis sicut bonis, nec referuat ista solis bonis vt tu arguis, immo sic nihil referuat bonis citra cœlum aut se ipsum, & plerunq; cetera remouet vt ipse donetur.

¶ **Q**uod titulus iusti secularis domini nō regulariter respicit voluntatem dei beneplacitam, sed eius prudentiā. Cap. LXXXIII. AVCTOR.



De iustitia tituli quā a diebus patrū nostrorū certā credidim⁹ Vviteless redigit ad incertū p hoc menditum qd cū dñs tēporalis peccat mortaliter, eo qd cōtrauenit primē iustitię eo & ipso de⁹ spoliatur est iustitiam ad dñm ei⁹: nec habet de cetero nisi ad abusum, vñ de dñio ciuili cap. vi.

V VITCLEF. Deus limitas omni famulo suo cotinuum seruitiū constituit vtrobiq; vltus limites, abusum penitus interdicens: ideo non dubiū quin eo ipso quo abutitur potestate iniuste occupat bona dei sine licētia ad hoc data, & per consequēs omnipo tens eo ipso spoliat ipsū iure suo, quia aliter indubie oporteret q̄ deus autorizet abusum quē iniust⁹ cōtinuat quicqd facit. Hęc Vvitcleff. AVCTOR. Si bene argu- menteris & hoc p̄bati poterit q̄ Cæsar Tyberius fuit iniustus iniusticia fidei & morum, & tamē vltus potestatis eius domin⁹ confirmauit hortans etiā homines reddere Cæsari quæ Cæsaris erant: quoniam ergo deus hoc dicens non spoliavit eum iure suo, sed magis instituit, deus tūc autorizauit abusum. Itē Pilatus abutebat potestate iudicis subuertens rectum iudiciū in fauorem Iudæorum: & tamen Christus nō eo ipso spoliavit eum potestate iudicis, sed declarauit potestatem ipsi a deo cōcessam dicens. Non haberes potestatem in me vllā, nisi tibi datum esset desuper. Ergo per te oportet dicere q̄ de⁹ autorizauit abusum. Itē & apostoli tunc autorizarent abusum cū hortabantur reddere illis principibus in suis delibus obedientiam, honorē, aut tributū. Serui subditi estote in omni timore dominis, nō tm̄ bonis & modestis, sed etiā discoloris, primē Petri secundo, Et reddite omnib⁹ debita cui tributū tributū, cui vectigal vectigal, cui honorē honorem. Ad Romanos xiiii. Et AVGVSTINVS de quaestionib⁹ noui & veteris testamenti, q. xxxv. Dei imaginē habet rex sic episcop⁹ Christi, q̄ diu ergo in ea traditione est honorādus si nō p̄pter se, vel p̄pter ordinē. Vñ Apostol⁹. Ombus inqt, potestatib⁹ sublimiorib⁹ subditi estote. Nō est potestas nisi a deo. Quæ autē sunt a deo, ordinata sunt. Hinc est vnde gētilē, in potestate tamē positum honorificamus, licet ipse indignus sit q̄ dei ordinē tenēs gratias agit diabolo, potestas exigit q̄ meretur honorē. Nā ideo Pharaoni future famis somniū reuelatū est. Et Nabuchodonosor aliis secū astribus solus filius dei vidit in camino ignis: nō vtiq; merito suo q̄ in idolo se adorari voluit, sed merito ordinis regalis. Hęc August. AVCTOR. Multo syncerior doctor August. q̄ Vvitcleff: in vna p̄sona regis p̄sonā distinguit ab ordine, & meritū a merito: si fuerit peccator i persona meret priuari dei bonis, sed q̄ est i

officio meret habere dei bona etiā valida vt honores excelsos ab hoīe, & a deo visiones & somnia. Nō ergo p̄pter malū meritū p̄sonę priuat eo ipso & spoliat omni iure ordinis quē ecōtrario de⁹ instaurat. Hoc autē inexpugnabiliter p̄bat text⁹ Apocalyp. secūdo vbi dñs ad angelū. i. episcopū ephe- sicę ecclesię, quæ ibi cadelabrum allegorice nominat. Habeo inqt, aliqd aduersum te q̄ charitatē tuā primā reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris & age pœnitentiā, & prima opera fac: sinautē veniā tibi cito & mouebo cadelabrū tuū de loco suo nisi pœnitentiā egeris, vbi HIERONYMVS in explanatione ad Anatholiū. Nisi fiat, inqt, minat⁹ est mouere cadelabrū de loco suo, i. spargere plebē. Hęc ille. AVCTOR. Tāta vindicta nō fuit insignēda p̄ modico veniali: credis ergo episcopū istū perperasse mortale: nō tū eo ipso spoliavit eū de⁹ iure prepositurę, sed minat venire in posterū ad amouēdū & tollēdū illi ecclesiā in qua adhuc habebat p̄prietatē, dicēte deo, Cadelabrū tuū: qd autē ill⁹ erat apud deū p̄prietatis iure nō caruit, nō ergo eo ipso quo q̄s cecidit in abusum per peccatū, spoliat eum de⁹ iure suo, s. nec sacerdotem suo sacerdotio, nec regē aut principē tēporalē suo dominio. Hoc videt sentire magnus ISIDORVS in epistola sua ad beatū Massionum episcopū de eadē scriptura Apocalypsis loānis. Ioānes, inqt, euangelista angelo ephe- sicę ecclesię inter cetera simile qdā scripsit. Memor esto vnde cecideris & age pœnitentiā, & prima opa fac. Alioquin veniā tibi & mouebo cadelabrū tuū de loco ei⁹. In angelo ecclesię p̄positū vtiq; sacerdotē ostendit, iuxta Malachiam q̄ dicit, Labia sacerdotis custodiunt sapiētiam, & legē exquirunt de ore eius: quia angel⁹ dñi est p̄positus, ergo lapsus in vitiiū per euangelistā monet vt memor sit vnde ceciderit, & pœnitentiā agat, & priora faciat opera vt non mouetur candelabrum eius. Nam candelabrum angeli sacerdotalis doctrina vel honor potestatis quem gestat intelligitur, & ergo candelabrum siue lucerna sacerdotis quæ intelliguntur charismata honoris tunc penitus vt infra, iuxta Ioannem extinguitur, id est mouet quando post delictū casum neglecta pœnitentiā admittit scelerā nō desentur. Nō em̄ dixit euangelista. Eo q̄ cecidisti mouebo cadelabrū tuū, sed si nō pœnitentiā egeris mouebo candelabrum tuum. Ergo

quę p̄positum peccantē si p̄uenerit pœnitentiā delictū vtiq; sequit & p̄paratio meriti. Hęc ille. AVCTOR. Ecce nō quia cecidit fuit amouendum candelabrum, id est honor potestatis ecclesię: sed si pœnitentiā non egerit, & signum nobis obdurationis dederit in peccato, tūc iustum est vt a potestate nudetur diuino simul & humano decreto. Non ergo statim vt cecidit iam amotus fuit, si iam restitit amouend⁹. Valde amicū est hęcetico, ergo tale generale principium amphibolicū, ambidextrū: qui contrauenit primē iustitię, perdit omne ius & omnem sequentē iustitiā, qui est extra charitatem perdit omne terrenum qd a sola diuina voluntate ipsi incumbit, & huiusmodi. In deo em̄ est prima restitudo voluntatis secundum quā bene vult bonis & malis male: etiam in deo puidentiā secundum quā propter occultas, notas tamē sibi causas bene vult malis & male pœnaliter vere bonis. Q̄ si obiciās me ponere in deo plures voluntates: nondum dixi, sed vnus voluntatis diuersos affectus, sicut vnus radius resoluit niuem & indurat argillā. Veruntamen propheta non est veritus dicere, Mirabilia opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Quem locū tractās AVGVSTINVS in Enchiridīo capitulo lviii. Hęc sunt, inquit, magna opera domini, exquisita in oēs voluntates ei⁹, & tam sapienter exquisita vt cum angelica & humana creatura peccasset, id est non qd ille sed qd voluit ipsa fecisset, & iam per eandem voluntatem qua factum est qd creator noluit, impleret ipse qd voluit, benevts & malis tāq̄ summe bonus ad eorū damnationē quos iuste p̄destinavit ad pœnā, & ad eorū salutē quos benigne p̄destinavit ad gratiam. Quōmodo enim ad ipsos attinet q̄ de⁹ noluit fecerunt, quantum vero ad omnipotentiam dei nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipso q̄ contra voluntatē fecerunt eius, de ipsis facta est voluntas ei⁹ p̄pter eadem magna opera domini exquisita in omnes volūtares eius, vt miro & ineffabili modo non fiat p̄ter eius voluntatē qd etiam contra eius sit voluntatem, quia non fieret si non sineret: nec vtiq; nolens si nit sed volens: nec sineret bonis fieri male, nisi omnipotens etiam de malo facere posset bene. Hęc Augustinus. AVCTOR. Ex hoc processu potes elicere voluntatem diuinam, qua omnia vult ordinate tractari,

& per hoc nihil a quocūq; iniuste fieri: sic nec ab iniusto. Eadem tamē providente voluntate ab iniustis etiam iniuste plurima committuntur in eiusdem voluntatis obsequium. Qui ergo voluntati dei obuiant viuendo, sepe conueniunt in regendo: & p̄ hoc q̄ primæ voluntati dei male viuendo displicent etiam eidem voluntati sic prouidentī & sic iubenti consentiunt, vnde regēdi titulum non amittunt. Prouidente ergo nec solum deo sinente, quandoq; mali sublimantur honoribus, & temporalib⁹ succiuntur interdum in eorum bonum vt eorum conuersationis exemplo dei benignitas latius p̄dicetur. Quemadmodum Cyro concessit regnum vt de idolatra fieret cultor dei verus: qualiter factum est secundum Hieronymum in commentario Esaje libro xii. HIERONYMVS. Ad ipsum inquit, Cyrum deus apostrophā facit, dedit tibi thesauros & absconditas opes cunctarū vrbium vt qui prius colebas idola, beneficiis vnus sentires deū p̄ferret cū scias multo antequam nascereris tuum nomen esse p̄dictū: qd quidē & Iosephus in xii. Iudaicæ antigatis volumē refert legisse Cyrum ab Esaja diserto vaticinatum nomine: & idcirco Iudæos quasi dei familiares plurimum dilexisse. Sequit. Tu autē nō cognouisti me, i. simulacra coluisti non deū. Accinxi te fortitudine, multarū gētium feci esse victorē, & non cognouisti auxiliatorē tuum. Hęc ille. AVCTOR. Quis iam potest dicere q̄ Deus spoliavit istū Cyrum omni iure regnandi quē textus dicit Hieron. exponit a dato dei sublimatū & ditatū & accinctum fortitudine & diuino fultum auxilio ad regnandū & possidendū tot gētes & diuitias etiā dū nō cognosceret auxiliatorē suū, sed eū ediueros offenderet cunctib⁹ idolorū: quandoq; etiā malis concedit de⁹ & donat diuina p̄pter bonū humanæ reipublice, qualiter prouidentia dei insigniter Cæsari cōcessit Augusto ad natiuitatis suę dedicanda primordia, vt luculenter declarat Orosius de ormenta mūdī, libro sexto in fine. OROSIVS. Tunc igitur natus est Christus, Romano censui statim ascriptus vt nat⁹ est. Hęc est prima illa clarissima p̄fessio q̄ Cæsare oīm principē Romanosq; rerum dños sigillatim cūctorū hoīm edita ascriptione signauit: in qua se & ipse q̄ cunctos homines fecit, inueniri hominē ascribi inter homines voluit, qd penitus nunq̄

ab orbe cōdito atq; ab exordio generis hu-
mani in hoc mundo ne Babylonio quidē
vel Macedonico, vt nō dicam minori cuiq;
regno concessum fuit. Nec dubium quin
omni cognitioni fidei inspectioniq; pateat
q; dominus noster Iesus Christus hanc vr-
bem nutu suo auctam defensamq; in hunc
rei apicē prouexit, cuius potissime voluit
esse cum venit dicēdus ciuis atq; Romani
census professione Romanus. Quamobrem?
quia ad id temporis peruentum est quo &
dominus Christus hūc primum mundum
aduentu suo illustrauit regnumq; Cæsari
tranquillissimum dedit. Hæc Orosius.
AVCTOR. Ecce q̄ pulchrē probat Orosius?
ex Christi natalitio auctum esse Romanū
dominium, nec hoc tm̄ permittente Chri-
sto cum dicat ipsum regnum tranquillissi-
mum dedisse Cæsari & inscripsisse se ciuem
Romanum, statim vt natus est: qua etiam
professione signatus est Cæsar omnī prin-
ceps, & Romanos esse dominos omnium ho-
minum. Non ergo vsurarios, latrones & ra-
prores vt dicit tu, nec Christus eo ipso eos
spoliavit dominādī iure quos dominio suo
in facto ad dominandum ipse prouexit. Et
AVGVSTINVS quinto de ciuitate dei
capitulo xxiiii. Etiam talibus malis domi-
nandi potestas non datur nisi summi dei p-
uidentiā, quando res humanas indicat ta-
libus dominis dignas. Aperte de hac re di-
uina vox est loquente dei sapientiā Per me
reges regnant & tyranni per me tenēt ter-
ram. Sed ne tyrāni, pessimi atq; improbi re-
ges, sed veteri nomine fortes dicti existimē-
tur. Vnde ait Virgilius. Pars mihi pacis erit
dextram terigisse tyrāni. Apertissime alio
loco de deo dictum est. Qui regnare facit
hominem hypocritā propter peccata popu-
li, quamobrem. Qua causa deus vnus verus
& iustus Romanos secundum quandā for-
mam terrenæ ciuitatis dominos adiuuerit
ad tanti imperii gloriā consequēdam: po-
test tamē alia causa esse latentior ppter di-
uersa merita generis humani deo magis
nota q̄ nobis. Hæc ille. AVCTOR. Si er-
go diuina prouidentia dominādī potestas
dat malis, & auget deus eis dominium aut
prouehit, quid dat eis an dominium an p-
prietatē: & tunc existunt vere & iuste do-
mini titulo diuinæ iustitiæ: an dat eis so-
lum vsus, sed vsus ille secundum suū posi-
tuum est bonū aliquod tēporale, ergo de-
dans nudum vsus dat bonū tēporale pec-

cātī. Si vero vsus ille penitus nullū bonum
sit, sed omnino bonorū abusus & vitium, de-
ergo concedit eis abusum & puehit & au-
get eorū abusum: qd̄ impiū est dicere. Cer-
te ergo nimis spatiosa tradit ista principia
comparans semper humanæ iustitiæ titu-
lum ad diuinum arbitrium. Nō em̄ habet
tyrānus aut intrusus absolutā regni iusti-
tiā quāuis a iusto deo acceperit potestātē re-
gnandi propter causam latentem tm̄ modo
deo notam. Vnde HIERONY. sup illud
ad Romanos xiiii. Quæ sunt a deo ordina-
ta sunt, Si de seculi potestatibus dicere vi-
deat, non ideo erunt iustæ etiā si exordium
a deo acceperunt secundū desiderū vniū-
cuiusq; datur. Nā dicit Salomon, Quoniam
data est vobis potestas a deo, sed cū essetis
ministri illius regni non recte iudicatis.
Hæc ille in annotationibus. AVCTOR.
Immo & humanæ iustitiæ titulus quem tu
floccipendis, tantopere habet ex dei nutu
in istiusmodi magnū locū. Vnde AVGV-
STINVS in epistola ad Vincentiū, Quā-
uis res quæcunq; terrena a quocunq; non
recte possit possideri, nisi iure diuino quo
cuncta iustorū sunt, vel iure humano qd̄ in
potestate regum terre est. Ideoq; res vestras
falso appellatis quas nec iusti possidetis, &
secundū leges terrenorū regū amittere ius-
si estis. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ad hæc
ergo summā omnis nostra cōsentio de re-
bus terrenis habet deuolui vt si q̄s domi-
niū occupat: aut illd̄ habet iure diuino tm̄,
q̄ iustus est, & sic necessario est in gratia,
aut iure humano ciuili, & sic non exigit ve-
rum dominium gratiā gratū faciēre. Alio-
qui tamē titulus peccatoris est iustus ex diui-
na prouidentia quāuis iniustus in tyrāni perso-
na, vt pbat Bernardus de potestate diaboli
contra hæreses eius. Et Augustinus de na-
tura boni cap. xxxii. quia nocentium pote-
stas non est nisi a deo. Et Origenes super
epistolā ad Romanos lib. quarto textu Ois
anima potestatibus subiaceat. Et AMBRO-
SIVS de incarnatione verbi cito post prin-
cipiū. Cōuersio nostra ad eum est, & dominā-
tur nobis in seculo peccatores: peccator em̄
dominat in seculo, iustus in dei regno. Hæc
ille. AVCTOR. Bona discretio coeli a terra: vt ī
eo culmine dignitatis coeli sit vt nō nisi a
iustis possit haberi. Terra lōge vilioris pre-
cii etiā quādoq; donet iniustus. Plane ergo
iniustus æstimator diuinarū rerū iste q̄ gra-
dus illarum & precia non distinguit, & ita

sentus humanos iudificat, vt nullus ho-
mo viuēs absq; reuelatiōe diuina hoc ipm̄
scire possit quid habeat. Sicut nec scit vt trī
amore an odio dignus sit. Verus erat hīcer
ror, sed per nouū hereticū caput extulit re-
diuū, occasione erroris sui sumens ex il-
lo Ecclesiast. ii. Homini bono in conspectu
suo dedit deus sapientiā & scientiā & intel-
ligentiā, peccatori autē dedit afflictionem,
& curā superflua, vt addat & cōgreget &
tradat ei qui placuerit deo. Breui deinceps
vtens syllogismo, ergo bona bonis & malis
malis tantum dat deus. Vnde HVGGO in
expositione super Ecclesiasten tractās hūc
locum, Considerate quanta est peruersitas
ista, mentita est iniquitas sibi: & de se men-
tita est iniquitas, & de deo mentita, &
tamen non nisi sibi mentita, dixit iniqui-
tas bona bonis & mala malis. Et vbi est,
misericordia & veritas obuauerūt sibi: v-
bi est, vniuersa: vīq; domini misericordia &
veritas, vbi est, homines & iumenta salua
bis domine: vbi est deniq; q̄ veritas ipsa &
misericordia dicit. Estote misericordes si-
cut & pater vester celestis misericors est,
qui solem suum oriri facit super bonos &
malos, & pluit sup iustos & iniustos. Si bo-
nis tantum bona data sunt: quid est qd̄ di-
cit scriptura de bonis. Vasa figuli probat
fornax: & homines iustos caminus tribula-
tionis, & oēs qui pie volūt viuere in Chri-
sto, necesse est vt persecutionē patiantur.
Circueunt in melotris in pellicis caprinis
egentes, angustiatī, afflicti, quibus dignus
non erat mūdus: in fame & siti, in frigore
& munditate. Itaq; mēta est iniquitas de
deo cum dixit, q̄ tm̄ bonis bona & malis
tantū mala dat deus. nā & bonis bona dat,
& malis mala, dat & bonis mala, & malis
bona. Bonis em̄ & bona dat, vt foueant, &
mala dat vt exerceantur: & mala malis dat
vt castigent, & bona dat vt, ad pietatē pro-
uocētur. Itaq; mentita est iniquitas de deo
cū dixit bona bonis, & malis mala dat deus.
Verum autem dixisset si de veris bonis &
de veris malis dixisset, quia dat nisi bonis
vera bona, & vera mala nō nisi malis. Hæc
Hugo. AVCTOR. Tam leuet caput Vvit-
cleff, atrollat oculos semiluscōs, si velit ma-
gistrum agnoscere huius sui erroris, quæ
iniquitas est, nec tantum, sed mendax ini-
quitas. Sic vtinam quoties veterem libet
reparare perfidiam, confiteri nominaliter
cogeretur auctorem.

PROLOGVS LIBRI TERTII
Magistri & fratris Thomæ Vvalden,
Prouincialis Angliæ, ordinis ma-
tris dei de monte Carmelo,
contra Vvitcleffitas de
perfectis episcopis &
religiosis.



AEPE expugnauerūt me a iuuetu-
te mea dicat nunc
Israel. Sape expu-
gnauerūt me a iu-
uentute mea: ete-
nim non potuerūt
mihī. Lachrymosa
proles matris ec-
clesiæ, quia ad deū
non sine difficulta-
te pergit per gratiam, a quo semel sua spō-
te retrocessit per culpam. Ita quanto ma-
gis anhelat ad ardua, tanto ipsi prodigali-
succedunt aduersa: & vndiq; cū petat iter
ad patriam, amulī charitatis, religionis ty-
ranni, incensores proteritiæ, carnifices in-
nocentiæ, suatores culpæ, gratiæ represso-
res, sanctitatis tortores, lanistæ professio-
rum, fautores apostatarum, & omnis clau-
stralis pietatis oppressores vltroque, infan-
tiis vrgent, cachinnis & sibilis insultant,
improperiis agitant, & modo quo possunt
contemplationis verę pennas visco argu-
mentosa intricationis includunt, & pane
eo fit apud religiosis hodiernos, vt sancti
desiderium æternorum, blasphemis suade-
lis pertinacium lollardorum aut perire co-
gatur: aut si constans est animus, deferue-
re, habentium in ore dictum illud fraudu-
lenti Triphonis & eius satellitū, post q̄ do-
lo conclusit & occidit principē Iudaorum.
Non habent adiuuantem, inquit: nunc
ergo expugnemus eos & tollamus de ho-
minibus memoriā eorum, primi Macca-
bæorum xii. Sed sic dicētes Gyezita sunt
carnales inimicos oblicientes, persecuto-
res allegantes ecclesiæ, quos vel in præsen-
ti obtinent, vel habita opportunitate futu-
ros expectant. Sed claustralis Hellsus grā-
di fide contemplatur deum deorū in Syon,
& firma mente prophetans, Plures, inquit
nobiscum sunt q̄ cum illis, iiii. Regum. vi.
cap. Sic cum inter quotidiana suspiria re-
ligionis perfectæ professor, matrem reli-
gionem voce querula interpellat, cur tan-
Cv

rae perfectionis obseruabis iam arguitur, superstitiosa, contra Christi legem inuenta, & quantum ad vulgarem christianam religionem addit tantum esse superfluum, contemnendam pro votis & subridendam per ritibus, & quasi a senibus & teneris, magnis & paruis haeretica lingua strepente vindictam, ac si peccatrix esset, vindictam sentit in nationibus & increpationes in populis: statim occurrens mater religio & in ferens lametum illud vniuersalis ecclesiae. Saep̄ inquit expugnaverunt me a iuuentute mea, dicat nunc Israel. Nunc admiratur ecclesiae filii & religionis cultores persecutionem suam: dicat ergo nunc Israel tristis proli fortunam suam: Quoniam saepe expugnaverunt me a iuuentute mea. Dicat ergo Israel vniuersalis ecclesia quae nunquam se sensit ab haereticorum persecutionibus liberam. Dicat hoc Israel ecclesia particularis Christi priuata, quae iure materno contraxit hereditarie morbum istum. Quid cogitatis vana, & cogitationes ascendant in corda vestra. O filii mei qui vos inculpant, qui vestre detrahunt societati, tamquam prophanae, nonne famosi sunt haeretici elati prope diem casuri, aut altoqui peccatores extremi? Putatis ne in hac persecutionis nocte phantasma esse Christum, quem oculis sanctae conuersationis cernebatis in claustro. Crede mihi: non est hoc insidiarum malum nouum in terra quoniam istos qui vos tantum ad praesens moleste ferunt. Saep̄ expugnaverunt me, & ne aetati deferrent etiam a iuuentute mea. Temporibus Helysei quaedam de filiis prophetarum ad Iehu missum ut vngerent eum in regem principes confedentes vno ore vocabant insanum. Quid venit insanus iste inquisit quarto Regum ix, cap. Habentes in consuetudinem secundum doctorem de lyra vocare insanos filios prophetarum, quia propter religionis cultum contempribiles apparebant. Sic etiam Heliseo ascendenti Bethel ad visitandum cum eum prophetarum pueri quidam exeuntes de ciuitate ut a parentibus docebantur, improperabant ei dicentes, Ascende caluae, ascende caluae quarto Regum, it, cap. Et si ad recentiora tempora euangelicae perfectionis accurrimus: nonne rogo ad modum Pharaonis religiofos danant nuncupantes eos desides pigros, & non tantum esse deuotionis quantum oculi sectatores: prout conqueritur no-

tabiliter deuotus. ORIGENES Homilia tertia super Exodum & ponitur in communi glossa super hunc textum, Quare sollicitatis populum dicentes, Dum cum Pharaone est populus, & litum & laterem operatur & in plateis occupatur, non se putat peruerse, sed recte incedere. Si vero dicat populus, Volo ire viam trium dierum & seruire domino, statim peruerit dicit populum per Moysen & Aaron. Hodie quoque si Moyses & Aaron, id est propheticus & sacerdotalis sermo animum sollicitet ad seruitium dei exire de seculo, renunciare omnibus quae possidet, attendere legi & verbo dei: statim audies vniuersos & amicos Pharaonis dicentes: Ecce quomodo seducuntur homines, peruertuntur adolescententes, nelaborat, ut militent ne aliquid agant quod proficit: quid est seruire domino? laborare nolunt: oculi occasiones quaerunt. Haec erant tunc Pharaonis verba, haec & nunc loquuntur amici eius. Haec Origenes. AVCTOR. Verum est & nec ad haec usque tempora omittunt haec loqui. Vir tamen constans & religionis amator semper in corde suo fixo meditatur, quod sapiens dicit Ecclesiasticus, iiii. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iocunditatem atque gaudium dabit. Secundum glossam iocunditatem in praesentia, & gaudium in futuro. Et sic per hunc & illi similes verificat mater religio repetens quod dixit prius addendo quod est occasio gaudii. Saep̄ expugnaverunt me a iuuentute mea: etiam non potuerunt mihi. Expugnauit, id est oppugnauit Iouianus princeps, nuptos praefrens virginibus. Expugnauit. Vigilantius diuites elemosynarios anteponens sponte pauperibus. Exptgnat & noster Vvircleff, cuius fabulae iam vulgares nostros ad contemptum religionis inclinant: sed non desperat Israel nostra mater, quia sub hac forma inquit, Saep̄ expugnauerunt me a iuuentute mea: etiam non potuerunt mihi. Et vnde hoc gaereseum expugnationes semper opprimit potenter sapientia, quae essentialiter religioni coniuncta est ad modum loquendi Lactantii diuinarum institutionum lib. iiii, cap. iiii. LACTANTIVS. Non potest inquit religio a sapientia separari, sed nec sapientia a religione secerni, quia idem deus est: qui intelligi debet, quod est sapientiae & honorari, quod est religionis. Haec ille. AVCTOR. Ut tamen appareat qualiter

religio falsarios veritatis opprimit in vera sapientia expugnationes hostiles existimo reuoluendas, ut hinc inde aduersariorum insidias & munimenta religionis in iudicium prorrahamus: quod ut competentiusexamur moueatur hoc dubium.

D QVAESTIO AVCTORIS.



Trum perfectorum religio probata sacris legibus transcendat vulgi meritum, distincta signis & ritibus. Quae questio includat falsum assertiue, tribus suadent mediis amuli honestatis. Perfectricem autem religionem appello ad quam remittatur perficiendis exercitatus in mandatis iuxta illud Christi ad iuuenem diuitem quae iam impleuit mandata. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia &c. Sic etiam secundu Dionysium in ecclesiastica hierarchia ca. vi, appellant. Vbi diuidit vnam hierarchiam ecclesiae in eos quae extra sunt perfectos & perfectos: perfectos nuncupans hieropetas, id est sacros religiosos. Et sic voco hic perfectio nis religionem omnem professionem rite factam consilio Christi & transcendentem de ratione religionis Christi vulgare, & de hac solum intendo nunc loqui non descendendo ad aliam in specie. Primum emulorum argumentum est hoc. Nulla religio approbat sacris dei legibus nisi religio fundata a Christo optimo patrono, vel saltim ab ipso permessa voluntate beneplaciti. Sed nulla religio fuit ab ipso fundata, nisi vna: quae est religio vulgaris christiana: ergo talis perfectrix religio quae dicitur istam transcendere, vel ab ipsa differre, non est religio sacris legibus approbata. Consequenter est bona ut patet: & maior est immediata, & minor non probant, cum tamen sit falsissima, fundamentum istius rationis est litera Vvircleff. in libello dialogi quae inscribitur speculum militantis ecclesiae, cap. xiiii. Vbi sic argumentatur Vvircleff. Fides docet quoniam Christus est deus, & non potest in eo esse culpa, nec in sermone, nec in ordinatione, sicut dicitur in euangelio Ioannis. Ex hoc colligitur fideles, ex quo Christus non ordinauit nisi vnam sectam, & velle eam habere tres partes: iste dominus voluit nullam aliam addi, quae aliter fuisset defecta: in ordinatione istius domini: quae alioquin ipsemet ordinasset omnes istas sectas & omnes istos ordines: vel saltim religisset in lege sua quo tempore velle eos intrare. Et sequitur. Vt inam haec omnes nouitates quae non sunt

fundatae in lege dei pure essent relictae, & tunc humana sollicitudo quae nunc dispergitur circa tales trufas esset collecta ad viuendum secundum ordinationem quae a Christo ordinatauit, & tunc non latitaret homines in abbatibus confidentes in solariis seculi. Haec Vvircleff ibi. AVCTOR. Ex quibus patet religionem quamlibet particulari citra illam popularem fundamentum destitui legis Christi, secundum ipsum. Secundo sic argumetur. Vvircleff. Nulla talis perfectio nis religio est amplioris perfectionis, quam sit religio Christi vulgaris. Sed maioritas meriti correspondet perfectioni in illo quod sit medium substantiale sic merendi: ergo nulla talis perfectrix religio transcendit vulgi meritum. AVCTOR. Et sic quaestio praesupponit falsum, fundamentum istius proteruiae est litera Vvircleff. in barbarizatione cuiusdam euangelii do minice xi, post trinitatem. Communis Christi secta est optima, quam homo potest habere. quoniam Christus omnipotens & omnipotens, & omnivolens sic ordinauit sectam decentem per quolibet hominem: & recte sicut erat tres tales sectae in Christi temporibus: sic iam sunt monachi, canonicis & fratres: & diuisio in istas tres dicit diuisionem in voluntatem hominum. Et infra versus finem. Isti noui ordines sunt peiores secta Christi, quae illa est leuior, liberior & perfectior omni alia secta, quae homo habet eligere: & ideo est criminiosus error eligere tales sectas, cum ordo Christi melior occuparet ad plenum. Haec Vvircleff ibi. AVCTOR. Ex quo dicto satis patet quod fundamentum habeat distinctas religionem particulari Christi deteriori esse religionem communi. Vvircleff. Tertia suadela est haec. Omnis religio onusta talibus signis & ritibus quibus iam grauatur particularis religio, quae appellatur perfectrix est ex ipsis in disposita ad beatitudinem. Sed nulla est priuata religio ab omnibus talibus signis libera, quoniam signum habeat distinctiuum, a quacumque non tali, in colore vestis, scissura vel forma, quantum ad extra. Et in signis obseruantialibus, scilicet genuflexionibus, prostrationibus, deprecationibus, vultibus, silentiis, inclinationibus, & talibus multis. Et infra. Ergo omnis religio particularis ex ipsis signis & ritibus est foeda, & inepta fundari sacris legibus. AVCTOR. Quod est contra praesuppositum quaestio nis secundum. Maior huius paralogismi declaratur fundamentaliter ex illo Vvircleff. in libello de papa ca. v. Vvircleff. Sic inquit velle sequi quod sectae nouiter innuente euacuarentur ab ecclesia,

sicut non veniēt ad gloriā, q̄a oēs iste secte habēt humana signa: & illa signa si forent plene destructa, iste secte tūc essent destructe, sicut dicit homines qui contiguntur eis, sed nō est ita de secta Christi. Et in de speculo militaris eccl. cap. xliii. versus finē. Si sit aliqua blasphemia hāreſis hęc apparet vna iam dicenda, quia hęc est coniectura diabolica ad postponendum legē Christi per talia phāſmata & signa quae saepe sunt mendacia contra primariā veritatem, & ideo Christus dicit in euang. Q̄ generatio adultera talia signa querit. Hęc Vvirc. ibi. AVCT. Ista ecce sunt motiua quae faciunt irreligiosi, fidei & religionis aduersarii qui iam indies peregrinantur in terras deserētis literas proditoris Aman, scilicet Vvitleff signatas sigillo scilicet scripturis regis aeterni, sed furtiue & proditorie usurpatis, hanc inquā propinant ad omnes catholicos maxime simplices habitates in terra ad perniciem sancti populi Israel & religionis: sed subueniet regina Hester & mater omnis religionis mater ecclesia, quam non veretur opprimere rege presente, & ipsa orante pro nobis, veterib⁹ literis quas emisit, noue superueniet: & Aman ipse cadens in laqueum quem tetendit infelici suspensio exitii poenas dabit. Ne tamen litterae nostrae quas (me indigno ministro) committit ad partes mater ecclesia suspitionis alicuius trahant infamiam patentes erunt & coram reuerentis vestris perlegentur stilo distincto. Et quidem litterae distinctae erunt per tres distinctos articulos iuxta tria motiua propositae questionis.

Primi articuli, qui est de fundatione religionis perfectorum in lege Christi
CAPITA.

- Cap. 1 De fundatione religionis perfectorum naturali instinctu in statu natura.
- 2 De fundatione religionis perfectorum instinctu naturae tempore legis scriptae.
- 3 De applicatōe modernorum religiosorum ad veteres, q̄a vtrobiq̄ addit aliqd legi dei.
- 4 De fundatione religionis perfectorum tempore legis scriptae per subiectos legi.
- 5 Q̄ letrei religiosi gentiles erant & non Iudaei.
- 6 De fundatione religionis perfectorum in primitiua ecclesia Iesu Christi.
- 7 Quis apostolorum vel discipulorum instituit religiosos perfectos in ecclesia primitiua.

- 8 De multiplicatione religiosorum perfectorum per partes Asiae.
- 9 Quomodo religio perfectorum diffundebatur per partes Africae.
- 10 De multiplicatione religiosorum perfectorum ad partes Europae.

Secundi articuli qui est de eminentia perfectionis euangelicae religionis Christi peculiaris supra religionem vulgi.

CAPITA.

- 11 De perfectione religionis Christi perfectae supra religionem eius vulgarem.
- 12 Q̄ religiosus perfectus est eo fortior quo magis votum paupertatis tenetur implere.
- 13 Q̄ religiosus perfectus est ex vi religionis &c.
- 14 Religio perfectorum est intensius perfectior religio.
- 15 Vtraq̄ religio est magne perfectiois &c.
- 16 Vnde & quibus distant religiones & latitudo earum.
- 17 Descriptio religionis cois & particularis.
- 18 Minoris perfectionis sunt obseruatōe &c.
- 19 Ratione voti excludit claustralis vulgarem.
- 20 Votum promissionis fundatur in psalmo septuagesimo quinto.
- 21 Vouere promissum auget meritum & intendit perfectionem actus.
- 22 Q̄ Iacob, Dauid, beata virgo & apostoli vouerunt promissum ex consuetudine fidelium ecclesiae primae.
- 23 De fundatione voti obedientiae & de excellentia eius inter vota.
- 24 Fundatur votum obedientiae vt professores eius simpliciter obediant.
- 25 Fundatur votum obedientiae simpliciter exhibenda homini peccatori.
- 26 Q̄ obediendum sit praeposito vsq̄ ad mortem etiam mandanti postponere maius bonum minus bono.

TERTII articuli qui est de signis & ritibus congruentibus religionis perfectae
CAPITA.

- 27 Quod laudabiliter vtuntur religiosi perfecti separato habitu ab habitu vulgari.
- 28 De habitu singulari religiosorum perfectorum in veteri ecclesia approbato, & ceteris signis & ritibus.
- 29 Respondet ad dicta Heresiarche Vvirc. & pbarur q̄ Christus instituit quatuor sectas predictas, & primo quot episcopos.

- 30 Respondetur ad dicta Vvitleff haeretica, & probatur q̄ Christus instituit plures religiones distinctas, & q̄ instituit religionem perfectorum.
- 31 Respondetur ad sophisma praedicti haeretici & probatur Christum statuisse ecclesiam in religionibus variam & tñ vnā.
- 32 Respondetur ad praedictum haeticum, q̄ in scriptura instituantur distinctae religiones secundum distinctas obseruatias & q̄ non eo est aliqua religio melior quo est in obseruationibus parior.

PROTECTIO AVCTORIS.

Protector tamen hęc faciens patebo moribus detractorum, sed tamen opus nō pretermittam inceptum, quibus vitare nō possim, quod etiam Christus nō vitauit, quia protector me mente casta tempasse praesens opusculū nō intendēs hic aliqui ponere quod etiam errorib⁹ dare viā, fidei obicē, aut auditori hui⁹ posset offendere pietatē: q̄ si secus fecero apostolice sedis correctioi humili me submitto, & vices eius gerenti dño cancellario, vt saluberrima circūclusus auctoritate ecclesiae, seu victor siue vict⁹ heresia semita veritatis: sed & quātū ad mores spectat praestacionē eadē facio quā egregi⁹ olim fecerat AVG. dū cū Manicheis disputaret in de vtilitate credendi fere in principio. Scit inq̄ de⁹ cui nora sunt arcana conscientiae meae, nihil me in hoc sermone malitiose agere, sed vt estimo accipiēdū esse veri pbādi causa cui vni rei viuere iā statui⁹ diu & incredibili sollicitudine ne mihi errare vobiscū facillimū fuerit. Protector iterū cū August. ibidē statim in principio. AVG. Quia rogati deū & rogo & spero ita fore si mihi bene cōſci⁹ sum q̄ ad hunc stilū pio & officioso aīo nō vani noīs appetitione ac nugatorie ostentationis accessi. Hęc ille. AVCT. Nec autumo me suspectū futuri esse de vani noīs appetitu aut interni rancoris aut malitiae nisi forsan elatio incastigati vult⁹ aut verba rigida hęc depingāt. Sed rogo domini mei si hęc eueniant, recolite quid corde profiteor, & veniam date si gnis, vt si forsan interdū me contingat aliquid duri⁹ loqui, & a solita exorbitare clementia pceptores indulgete, rogo, fragilitati dicentis, & audacitati fideli. Non em̄ possum catholicū virum, & proteruum hęc

reticum alloqui pari corde: nec tamen propter hoc debet eloquētia talis contumelia reputari, secūdū qd̄ beat⁹ Augustin⁹ olim dicebat in cōsimili casu in epistola ad Proculianū inter epist. lxxi. AVGVST. Audi ui inquit de memorato fratre nostro te fuisset cōquestū q̄ nescio qd̄ contumeliose tibi responderit: qd̄ queso ne illā contumeliā deputes quā certū mihi est nō de supbo aīo processisse. Noui em̄ fratrem meū, sed si quid in disputando forte fide sua & charitate ecclesiae dixerit forte seruētus qd̄ tua grauitas nollet audire: nō illa contumacia, sed fiducia nomināda est. Et infra. Quāq̄ etiam si frater Euodius etiam de alio loquit, cui cōtingit eidē euentus aliquantum pro suae communionis defensione turbator, aliqd̄ elatus animo cōmotiore dixisset, a tati hominis & necessitati causae oporteret te ignoscere. Hęc Augustinus. AVCT. Ergo cum causa mea in praesenti causae istorum sit similis, iustū existimo vt omnium nostrum excusatio sit communis. Quae praestacione praemissa adeundū est principale negocium, cuius prima particula vt dictū est supra erit de fundatione religionis in statu natura. Exordiamur ergo sic fumen res fundamentum nostri operis ab omnino primo fundamento peculiaris religionis.

DE FVNDATIONE RELIGIONIS PERFECTORUM NATURALI INSTINCTU IN STATU NATURAE.

CAPVT I.



RAVES quidam viri & catholicae veritatis precipui tractatores dicunt perfectorum religionē ex sancto Seth patriarcha tertio filio protoplasti sumpsisse principium eo q̄ de illo scribitur Genesis quat. Iste cepit inuocare nomē domini id est colere nomē domini & deprecari deū secundum glossam. Et hoc nō simplici cultu vulgi, quia Abel prius colebat deum & deprecabatur eum acceperat ab illo primitiui pio capituli. Aliquem ergo specialem cultum inuenit qui prius non exercebatur a

patribus, eo q̄ tam notanter dicit scriptura, Iste coepit inuocare nomē dñi, id est colere & deſcari. Q̄ ſicut dixit Andreas & cū eo doctor de Lyra ſuper eundē locū fili⁹ eius Enoch inſtructus a patre ſuo tunc ſingulariter iuſto, tātū profecti in diuino cultu q̄ adinuenit quēdā verba deuora ad deprecandum deū, quę eſt eminentior pars religionis peculiaris. Duo em̄ ſunt principia religionis peculiaris. Horū vnū aliqd̄ ponit quia eſt quid poſitiuū qđ eſt contēplatio diuinorū. Alterū eſt principiu phibitiuū qđ Dionyſius vocat in eccleſiaſtica hierarchia abrenūciationē om̄n̄⁹ diuiſibilib⁹ id eſt omnibus tranſitoriis ſicut dicit poſt. Et iſtud ſecūdu votū cōtinet eſſentialiter etiā vota in om̄i religioſo perfectō moderō: ſcilicet obedientiā, quę remouet contumaciā a volūtate, Paupertatē, quę tollit cupiditatē ab extrinſeca facultate: & continētiā, quę tollit laſciuiā naſciturā in carne. Quę quīs ſint iam eſſentialiter requiſitae in om̄i religioſe perfectā, nō ſic tamē antiq̄uitas dū religio infans erat: ſed alii quēdā, alii vnū, alii vniuerſa ſeruabant magnis de cauſis: religioſi tamē dicebantur om̄nes q̄ ſingulariter prę aliis ſuis cōciuib⁹ vel toto mediō, vel aliquo equalēti diuino cultui ſe dederūt. Vnde de filiis Seth dicit doctor de Lyra vbi ſupra q̄ quia erant cōtinentes & religioſi: ideo tardē inceperūt de generare: ſed filii Cain mali erant & luxurioſi. Ex quo apparet q̄ filii Seth, quia fuerunt religioſi, habebant affectum continēdi ſi tempus permitteret, ſanctius tamen omiferunt q̄ ſi ſeruafſent. Sicut ſanctus Auguſtinus dicit, Nuptias Abrahę cōparabiles cœlibatui Ioannis: de bono cōiugali ca. xli. Notāter etiā de hac familia Seth dicit gloſſa in ſine v. cap. Filii Seth religioſi inrelligūtur filii dei. Et iterū cap. vi. ſuper illud. Vidētes filii dei filias hoim. Dicit gloſſa interlinearis filii dei, id eſt filii Seth religioſi. Quę dicta ſatis poſſunt cōiungere ipſos fuiſſe religioſos peculiare tūc tēporis ſaltē in cōparatione ad vulgo bene viuētes in eodē ſtatu, puta ad Abel patriarchā & alios ſicut expreſſe diſputat beatus AVGVST. xv. de ciuitate cap. xvii. vbi ſic. Nūquid Abel inquit nō ſperauit inuocare nomen dei, cuius ſacrificiū deo tam acceptū eſſe cōmemoratur. Nūquid ipſe Seth ſolus coepit inuocare nomen dñi dei? Cur ergo huic prope tribuitur q̄ priorū omnium in

relligūtur eſſe commune: niſi quia oportebat in eo qui de parte generationū in meliorem partem, hoc eſt ſuperne ciuitatis ſeparatarum primus commemoratur exort⁹ præfigurari hominem, id eſt hominum ſocietatem, quę non ſecundum hominem in re terrenę ſœlicitatis, ſed ſecundum deū viuūt in ſpe ſœlicitatis æternę. Hęc Auguſtinus. AVCTOR. Sic autem viuere eſt præcipue religioſorum perfectorum, qđ debet eſſe omniū in religioſe vulgari Chriſti, qui comparati ad homines illius tēporis tam erant religioſi ſupra illos communiter tunc viuētes q̄ iam ſunt religioſi noſtri perfecti ſuper vulgares noſtros: vnde nec ciuitates cum eis tunc colebāt aut domos habitabant cum eis, ſed ſingulariter & ſeorſum vel in ſyluis manſerunt vel in agris diſiuncti a vulgo viuētib⁹, quīs bonis, tam ſocietate ritus q̄ manſionis aut victus, ſolitarie decantantes deo, figurantes & primitiæ exiſtentes religionis peculiaris hodiernę. Vnde BEDA lib. primo ſuper geneſim tractans hunc textum, Adificauit Cain ciuitatem. Neq̄ enim inq̄t Abel ſiue Seth qui pro eo natus eſt ciuitatē ſiue domos adificaffe leguntur: quia nimirum eos deſignabant: immo eorū erant primitię qui ſuo gaudent cantare creatori, q̄ incola ego ſum apud te & peregrinus ſicut omnes patres mei, quibus aperte conuenit hoc quod præmiſimus domini promiſſum. Deus ergo & non homo in medio tui ſanctus: quia cum a mundanę confortio ciuitatis, ſe reddant extraneos eo inhabitacione ſui conditoris exiſtunt digniores. Hęc ille. AVCT. Vbi per vltima verba ſua ſatis patefacit ſe de quibus loquebatur, quīs generaliter in principio, cū a mundanę ciuitatis confortio ſe reddant extraneos ea inhabitacione &c. Hoc autem nō facit vulgus chriſtianus, non enim ſe ſeparat a mundanę ciuitatis confortio, ſed a peccatis eius ſolum, ſi tñ boni ſunt: religioſi autem peculiare ſe ſeparant tam a viuēdi modo q̄ eius confortio reali & locali diſtancia, & iſtorum cœtum non ſolum figurabant, ſed eorū etiā primitiæ erant prædicti veteres patriarchę ſecundum Bedā. Manſerūt autem filii Seth in eodem cum ſancto patre ſuo religionis ſanctę præpoſito extra ciuitates relicto vulgo ſeculi, & ſecundum magiſtrum hitoriarum incolētes quendam montem paradifo confinem, &

demum ſuceſſit eis Enoch ſextus a Seth, ſeptimus ab Adam qui ſingulari religioſe ſuffultus etiam inter fratres & propoſiti ſui pares nomen meruit ſpeciale, ita vt de eo diceret ſcriptura, Ambulauit Enoch cū deo & non apparuit vltra, quia tulit eum deus, Ambulauit cum deo, id eſt tota mentis intētionē ferebatur in deum: religioſos noſtros figurans & patronus eorū exiſtēs. Vnde BEDA. Super Geneſim lib. primo tractans hunc textum, Ambulauit Enoch cū deo &c. Ambulauit Enoch cū deo qui dicitur dedicatio trecentis annis: quia nimirū vitā & cōuerſationē expreſſit: immo ipſe egit eorū qui in fide dñice paſſiois gaudiū perpetuę ſalutis expectāt abnegātes ſe ipſos, tollentesq̄ crucē ſuā quotidie: qualiter agūt religioſi viri & ſequētes dñm, qđ eſt aliis verbis dicere ambulaffe cū deo, & ad paradifum tēdiſſe. Hęc Beda. AVCT. Videte q̄ plane imputat Beda patri ſancto Enoch paradifi iam incolę patronatum religionis perfectę a cuius tñ fundamēto clamat Vniuerſe oēs ſacras vacare ſcripturas: ſed ſpatiēmur interea relinquētes nō deſerentes campū ſcripturę. Et quia fundamētū religionis peculiaris querimus in natura profeſſores legū eius philoſophos adeam⁹, quos cū videmus loco ſummi culminis ad quod vnq̄ potuit eos promouere ratio naturalis quandā ſimilitudinē attrigiffe religionis perfectę. Adducamus eos non tanq̄ patres quos imitemur, ſed tanq̄ reſtes naturę quibus aduerſarius confundat: quēdam modū ſimili forma dicit eos magnus Hieronymus in cōſutatione Iouiniani hæretici, quorū prim⁹ Antithenes, vt refert Hieron. li. iiii. cōtra Iouinianū cap. vii. cū docuiſſet glorioſe rhetoricā, audiſſetq̄ Socrate, dixiſſe fertur ad diſcipulos ſuos, Abite, & magiſtrū q̄rite, ego em̄ repi: ſtatūq̄ veditis q̄ habebat, & publice diſtributis nihil ſibi plus q̄ pallioſi referuauit: paupertatisq̄ & laboris ei⁹ Xenophō testis eſt in ſympoſio: & innērabiles libri ei⁹, quorū alios philoſophico, alios rhetorico gñe ſcripſit. Huic⁹ Diogenes ille famoſiſſimus ſectator fuit potētior rege Alexandro & naturę hūanę viſtor. Nā cū Antithenes nomē diſcipuloꝝ recipet, & pſeueratē Diogenē remouere nō poſſet, claua minatus eſt vt abiret. Cui ille ſubiiciēs caput dixit, Nullus tā durus baculus eſt q̄ me a tuo poſſit obſequio ſeparare. Refert etiā Satyrus qui illuſtriū virorū

ſcribit hitorias, q̄ Diogenes pallio duplici vſus ſit propter frigus: peram pro cellario habuit, clauam ob corpusculi fragilitatem & in præſentē horā poſcēs a quolibet & accipiēs cibū, Habibat autē in portatū veſtibulis, & in porticibus ciuitatū: & multa alia recitat ibi Hieronymus de rigore vitę eius. Superius autē ca. iiii. dicit de Pythagoricis, q̄ frequentiam hoim declinātes in ſolitudinē & deſertis locis habitare aſſuerunt. Platonici quoq̄ & ſtoici in tēplorū locis & porticibus verſabantur, vt admonit⁹ auguſtioris habitaculi ſanctitate nihil aliqd̄ de virtutibus cogitarent. Poſtea etiā ca. vi. inducit Hieronym⁹ Echetonē ſtoicū virum eloquētiſſimum narratē de vita antiquorū Aegypti ſacerdotū, q̄ oibus mundi negociis curiſq̄ poſtpoſitis ſemp in tēplo fuerunt, & rerū naturas & cauſas ac rationes ſiderū cōtēplati ſunt: nunq̄ mulierib⁹ ſe miſcuerūt: nunq̄ cognatos & p̄p̄nquos ne liberos quidē viderūt, & ex eo tempore quo coepiſſent diuino cultui deſeruire, carnis & vino ſemp abſtinuerūt, pane raro veſcebant, ne oneraret ſtomachū: & qñ cōdebat tōſum pariter hiſtopum ſumebant in cibo, Cubile eis de foliis palmarū quas bayas vocāt, cōtextū erat. Scabellū accliuę & ex parte obliquam in terra pro puluillo capiti ſupponebant. Bidui triduiq̄ inedia ſuſtinētes, & humores corpis q̄ naſcunt ex ocio & ex m̄lione vnus loci nimia victus caſtigatiōe ſiccabat. Hęc Hieron. ſparſim in locis ſignatis. AVCT. Ecce quot religioſi in ſignia, quot poſita vitę rigide quā religioſi noſtri p̄fecti conāſ pot⁹ habere q̄ habēt, qđ eis deſuit niſi ſola fides Chriſti, & fuiſſet iā vocati monachi vel fratres eximii, aut alio noīe religioſi chriſtiani. Nunquid ſup̄flua fuit in eis aliqua ſcintilla nature, qđ ad tā excellēs ſanctitatis ſtudiū vehere potuit iſtos viros per ſolum exercitiū naturale virtutū moralium, ad qđ excepta ſi de vix iā poteſt mouere religioſos noſtros Chriſti euāgelii? Minime, vt opinor, ſed ergo volo vt attendant iſti contēptores paupertatis Chriſti q̄ nō tā ſcripturis aut rationibus: q̄ rixis aut verberibus regionē aliam Chriſto imponit quā ediderit: quatinus ſi Chriſto nō credant vel diſcipulis ei⁹ ſaltē imitentur paganos patre viuētes, & ſegregatim a populo: quia ſic reſpondere pugnis vbi deſicerent argumenta, mos fuit patrū iſtorum lollardorum ſcilicet Iouinianiſta

rū vt conuerit de eis beatissimus HIERON. cōtra Iovinianū lib. iiii. cap. vii. Vni us inq̄ philosophi. i. Diogenis exemplum posuit vt formosuli vestri & trossuli quorū verba in pugnis sūt, & syllogismi in calicibus: qui paupertatē apostolorū & crucis duritiā: aut nesciūt aut cōtemnūt mirētur saltē gētiliū parcitatē. Hęc ille. AVCTOR. Partas aut illa gētiliū si foret plus suspiciosa q̄ religiosa nulli Christiano foret imitanda. Videtur ergo Christianē illā eorū in oībus adiecta sola fide fuisse etiam tūc r̄p̄is virtuosā & a vero christiano digne sectandā.

De fundatione religionis
perfectorum instinctu
naturę tēpore le
gis scripta.

CAPVT II.

G Tamen ad scripturas redeamus triumphante iā Christo ex parte religiosorū perfectorum per vitas gentiliū de superstitioso lollardo mitimur interfigno patris nostri Christi ad familiā Ionadab filii Rechab de quibus legitur in scriptura q̄ viuebāt cōmuniter a vino abstinētes, possessiones saltē immobilium abdicātes & obtēperātes sine murmure mandatis patrū. In quib⁹ tribus mystice cōtinentur tria vōra religiosorum hominorū, istorū Rechabitarū genealogia recitatur primo Paralip. ii. de cognatione carithiri: de quorū etiā cōi cōuersatione sic dicit ibi textus. Cognationes quoq̄ scribarū habitatiū in labes, canētes atq̄ resonātes & in tabernaculis cōmorantes. Hi sunt cynei, id est de patre Cyneo q̄ venerūt de calore patris domus Rechab, in quo textu describitur obseruationes religionis eorū primo quātū ad cōmunē nutū & obedientiā quā exhibebāt vni capiti, scilicet labes peritissimo viro extra affinitatē linearū eorū, quia ipse fuit abnepos Ietro p̄ Cus, Rechabitarū vero filii Ietro per Arael vel Obab, qd̄ idē est, cognati Moyfi secundū Rabanum. Isti tamen labes semper assistebāt dicentes & conuersantes in diuinis legib⁹ & deuotis psalmis. Vnde GLOSSA super prædictum cap. ii. Tradunt Hebræi labes fuisse doctorem legis peritissimum in cui⁹

conspetu sedebant filii etiā Cynei qui ab Obab cognati Moyfi. Scribē ergo canētes atq̄ resonantes, quia assidue in legis dei locutione versabātur. Hęc glossa. AVCTOR. Et ex hac collocacone legis dei & assidua conuersatione in diuinis laudibus studiosa contemplatio diuinorum apparet: quod est etiam potissimum quid in religione moderna, q̄ autem manserunt in tabernaculis, non in domibus exemplū fuit potissimē paupertatis. Horum virorū sincera religio approbata fuit & collaudata multipliciter ore dei. Vnde Hieremię trigesimoquinto præcepto domini inducta fuit integra familiā & tota secta eorum in gazophylacium templi: & propinavit fides Hieremias calices vino plenos dicens, Bibite vinum. Qui responderunt, Non bibemus vinum. Nā Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis dicens, Non bibetis vinum vsq̄ in sempiternū. Et subiunguntur reliquæ cęrimonie. Domum non ædificabitis: sementem non seretis. Glossa tanquam cogitantes de crastino: vineas non plantabitis vt viuatis multis diebus. Glossa in conuersatione sanctę vitę. Et sequitur, Obediemus ergo voci Ionadab filii Rechab patris nostri. Hęc textus ibidem. Et ex hac re sumpsit dominus occasionem obiurgandi filios Israel dicens, Præualuerunt verba illius gentilis supra filios suos, vt non biberent vinum vsq̄ in sempiternum, quia obedierunt præcepto patris sui. Ego autem mane confurgens loquutus sum vobis in persona propria. Misi etiā vobis seruos meos diluculo: nec tamen obedistis mihi. Et iterum cōuertens se ad filios Rechab, & confirmans religionem eorum pro perpetuo concludendo dicit. Pro eo quod obedistis præceptis Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa quæ præcepit vobis. Propterea hęc dicit dominus exercituum deus Israel, Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Hęc textus ibi. AVCTOR. Quid iam diceret Vvircleff noster ad istud genus hominum sanctorum si tractaret materiam. Fia at rogo argumentum eis quod fecit nobis quia pariter conuenit vtriq̄. Deus sapiens est, cuius prouidentia culpa caret. Concedunt Cynei, concedimus & nos. Talis re-

ligio singularis de hūana cōstitutione p̄fecta sit nō diuina. Dicat Cynei, nos dicem⁹ postmodū loco nro. Rechabite respōdeant p̄ se ipsi vt reperiemus per scripturas dominū stantisse religionem ad obseruandum consilia: vbi fundauit dominus religionē istam rechabitarum virorū gentilium non inueniemus. Ecce rario immo habemus ex voce dñi conferentis semper fundationē religionis eorum & necessitatem obseruandi eādem ad patrem ipsoq̄ Rechab vel Ionadab. Præualuerūt inquit verba Ionadab patris vestri. Non dicit verba dei. Sed quare ad legem dei non venerant viuere communi religione Iudeorū tradita eis digito dei, dimittētes singularem religionē patris sui? Rogo dicat aliquis fuit ne culpa aliqua in lege dei quæ istam omnia sit stantere? Nunquid insipientior fuit deus Ionadab quā talē nō cōdidit religionē quē Ionadab: nō, quia ipsam cōdidit Ionadab iuxta legem dei. Ideo quod condidit hō confirmauit deus. Homo incepit deus perfecit dicens. Pro eo q̄ obedistis præcepto Ionadab patris vestri, nō deficiet vir de stirpe Ionadab stans in conspectu meo cunctis diebus. Multo gratior deus q̄ Vvircleff. Nam iuxta Vvircleff, fuisset hęc sententia. Pro eo q̄ obedistis præcepto Ionadab patris vestri addendo aliquid legi meę peribitis, & destruentur nouitates vestrę: sed peat ipse cū nouitatibus suis. Nos autem cultores euangelicę perfectionis imitemur sanctos patres & addēdo aliquid legi Christi & mādatis Christi legis cum Cyneis æstimemus meritum non delictum. Ipsi enim hoc fecerunt in figurā nostri. Teste Rabano sup̄ prædictū textū Hieremię dicere per hunc modū. RABANVS. Mystice, Rechabite signant eos qui desiderio p̄fectionis trāscendūt mādata legis. Iusti enim quibus non est lex posita sic probatur nō esse sub lege si iustitias legis, s. nō solū implere verū etiā superare cōtendūt, vt debitis voluntaria addāt. Hinc Abraham quæ iure sibi victorię debebatur ipso, cuius spolia retulerat suppliciter offerere noluit accipere. Hinc Dauid psequētes interfectos defleuit. Hinc Helias & Hieremias virgines pmanerūt. Hinc filii Ionadab ppter obedientiā patri exhibitā a dño laudatur, & futura eis bona pmittūtur: qui offerre decimas possessionū non cōtenti, immo ipsas possessiones respuētes suas aīas deo obtulerūt. Scire ergo debemus a quibus legale mādātū nō exigitur: sed sermo sonat euangelic⁹. Si vis p̄fectus esse vade & vende oīa q̄ habes.

&c. Et infra. Nō magnū est si abstinemus ab illicitis, sed si a licitis ppter noueretiā eius q̄ ea nobis ppter infirmitatē nostrā pmisit. Nō enim p̄cipiendū generaliter erat quod ab oībus capi non poterat: q̄ enim magni sunt p̄fectione virtutū possunt coronari. Hęc Rabanus. AVCTOR. Hic ergo cōmendat Rabanus religiosos viros ex eo q̄ aliquid addidit mandatis legis cōtra Vvircleff dicētem esse blasphemā hęcim aliquid addere legi dei. Cōmendat ergo Rechabitas ppter obedientiā quam patri præstābāt spōte non ex debito ne diceret eos aliquis debere obedire mādatis paternis sub pœna mortis indicat. Deuter. xxi. Nā ipse enumerat illos hinc inter eos qui debitis voluntaria addūt potissimū quia obedire patri in talibus voluntariis nulla lex Christi cogebat. Cōmendat eos nō in decimas dando p̄ possessionibus ad quā tenerentur ex lege, sed in relinquendo possessiones ex actū & affectu quod fuerat supra legē & sic euidenter apparet laus religionis eorum vtrinq̄. Quod si q̄rat aliq̄s cur hoīs gentilis religionē induco in euidentia religionis Christianę moderatē cū Christiani gētilibus non gētilis Christianis viuēdi normā p̄staret? In dubie duo mouēt vt pmissa p̄ficiā & fundamētū perfectę religiōis inueniā in statu naturę. Hi enim oēs Cynei gentiles erant de genere Aran. s. Ietro cognati Moyfi q̄ gentilis erat secundū originē & sacerdos Madiā. Aliud etiā mouet vt inducatur vita gentiliū in modernę religionis stimulū, aut exēplū. Sicut dicit beatus GREGORIUS. De Iob qui vtrq̄ gētilis erat. Ad cōfirmandam impudentiā nostrā inquit gentilis homo ad exemplū reducit, vt quia obedire homo legi sub lege positus despicit, eius saltē cōparatio ne euigilet qui sine lege legaliter vixit. Et in fra. Ex vita gentiliū arguitur vita sub lege positorum: atq̄ ex actione secularium cōfunditur actio religiosorū. Hęc Gregorius primo lib. cap. vi. AVCTOR. Hortentur ergo religiosi nostri ad hoc affectuose complēdū amore Christi pro nobis incarnati quod ipsi gentiles spontē & absq̄ transgressione cōplebant amore patris sui. Et erubescat Vvircleff scandalizare religiosos obseruantes consilia de quibus non tacet lex Christi, sed suadet: cum audiat rudem gentilem cum sua stirpe laudatum, quia aliquid obseruari in religione suavit quod lex non expressit. Sed & si fecerit, legem super hoc consulere prætermittit.

DE APPLICATIONE MADERNO-
rum religiosorum ad veteres quia utrobique
additur aliquid legi dei, Cap. III.

HED forsitan dicit aliquis for-
mosul⁹ de religione illa cui⁹
VVITcleff est patronus
nihil ad vos de Rechabitis
vel Helisaiis, quia ipsi de-
gebant in solitudine absq^{ue}
domb⁹, vos fratres si altis adificiis. Ipsi absti-
nerunt a vino & pinguibus: monachi & ca-
nonici incrassati pinguibus & dulcibus farci-
nantur ad summum: quinimmo falso recitati
magistrum qui inter religionem perfectam &
vulgatam nusquam comparat, nunquam videtur illis ter-
minis per opera sua siue moralia siue scholastica.
AVCT. Immo ad nos est de religione Recha-
bitarum & etiam Helisitarum quia ad minus absti-
nentia eorum a vino & masio in solitudine se-
questerant a consortio hominum confirmatio
est professionis anachoritice Christiane, de qua
tam professione quam conversatione multi sunt
tam fratres quam monachi viri perfecti. Et tunc ar-
guo. Si eis licuit religionem illam superaddere
tunc religioni Iudaeorum digito dei scriptae, cur
iam non licet legi eiusdem domini superaddere? Pro-
bavit deus additionem eorum tunc, immo lauda-
uit. Credes ne eum mutatum esse quod non laudabit
& nunc? Scio enim quod Augustinus dicit licitum
esse supplere & addere legi Christi euangelii-
ce. Non autem licet contra facere. Hoc enim dicit
palam. AVGVSTINVS Homil. xcviii. su-
per Ioannem. Prorsus inquit ammonitio beatis-
simi apostoli de vestris cordibus non recedat.
Si quis vobis euangelizaverit preter quod ac-
cepistis anathema sit. Non ait plusquam acceptis
satis, sed preter quod accepistis: nam si illud di-
ceret sibi ipsi iudicaret qui cupiebat venire
ad Thessalonicenses ut suppleret quod illorum fidei
defuerunt, sed qui supplet quod minus erat
addit, non quod inerat tollit: qui autem preter-
greditur fidei regulam non accedit in via sed
recedit de via. Hec Augustinus. AVCT. Quod
si liceat Anachoritibus nostris rigore solitudi-
nis & abstinentiae superaddere legi Christi,
quoadmodum licebat tunc illis, ergo aliqua reli-
gio perfectorum est meritoria quibus aliquid superad-
dat religioni Christi vulgari, quod est inten-
tum: quo ad comparationem quam imputo ipsi
inter Christi religionem vulgarem & perfectam.
Notandum quod religionem perfectorum vni-
formiter atredamus, quibus difformiter vocabula ba-
ptizemus & sic etiam religionem Christi vul-
garem. Nam religio quam ego nuncupo perfectorum

sicut Christus nuncupavit in euangelio, & Dio-
nysius in ecclesiastica Hierarchia ipse nuncupat
odioso nomine novam sectam quadripartitam, scilicet Cesa-
reorum clericorum puta episcoporum, monachorum,
canonicorum regularium & fratrum quatuor ordi-
num: sicut ipsemet videtur termino in tractatu
suo de officio pastoralis cap. xvii, & de speculo
militantis ecclesie cap. xliii. Religionem vero po-
pulari vocat favorabili nomine religionem
Christi, ita quod excludat religionem perfectorum
nullam aliam Christi vocans religionem nisi in
qua homo habeat liberam habenam vagandi per
orbem transformandi habitum ceremoniarum ritus
& loca variandi quando libet sicut plane habet
ex textu eius cuiusdam hominiae barbarizate,
dominica, xii. post trinitatem. Idem lib. de diabolo &
membris eius cap. ii. Item tractatu de dominis &
& servis cito post principium & de speculo mi-
lantis ecclesie cap. xliii. & xv. per processum.
Vbi ergo ipse nuncupat religionem Christi non
appropriat videtur termino cum omnis religio in
charitate fundata sit religio Christi non illa
cum praecisione quam ipse servavit in se quia il-
la fuit ceteris omnibus arctior. per quam etiam teneba-
tur subire mortem aequivalentem humane spe-
ciei & illa nulli alteri a Christo fuit comuni-
cata cum multis aliis. Sed cum laxissimam religio-
nem volebat appellare dixisset religionem popu-
laris vel vulgarem quia illa inter omnes est laxissi-
ma. Non possunt igitur omnes formosuli eius face-
re quin hoc intendat ipse per religionem Chri-
sti quod ego per religionem liberi vulgi. Et iterum
per religionem quatuor novarum sectarum quod ego
per religionem perfectorum. Non ergo erubescat
de terminis sui preceptoris quod dicitur concertem⁹
in rebus, voces enim sunt significatiue ad pla-
citurum & potissimum apud eos.

DE FUNDATIONE RELIGIONIS
perfectorum tempore legis scripte per
subiectos legi, Cap. III.

NE igitur tanta charitatis &
deuotionis observationem
gloriosam infamia genti-
litas & populi bestialis ex-
tingneret, & ex infamia pa-
ganorum iter quos non dubium
religio nascebatur, tanti decoris offuscaretur
intentio, placuit diuinam sapientiam, ut qui de
Hur Chaldaeorum populum novit sibi peculia-
rem elicere, etiam de gremio gentilitatis religio-
nismunus voluit solvere, & electe sue religio-
ni Iudaicae gentis adiungens synagogam re-
ligione ditavit, & religionem fecit authenticam
in laudibus synagoga. Adamantina enim reli-

gio Iudaicae gentis cunctis tunc praelata riti-
bus populorum omnes ad seipsam sectas traxit
famulas honestatis secundum illud Hester, viii.
Iudaeis nova lux oriri visa est. Et sequitur in
tantum ut plures alterius gentis & sectae eo-
rum, & religioni & ceremoniis iungeretur:
primo tamen inter Iudaeos Samuelem pphe-
tam religiosum cooperimus fuisse claustralē.
Vnde cum primo unxisset Saul in regem Israel
remisit eum ad urbem, & dixit. Cum ingressus
fuertis urbem ibi obtinui habebis gregem pro-
phetarum descendentiū de excelso, & ante eos
psalterium & tympanum, & tibiam & citharam
ipsosque prophetantes: & insiliet in te spiritus
domini. i. Reg. x. Vbi MAGISTER HISTO-
RIARUM & doctor de Lyra. Hic nota inquit ma-
gister quia Samuel primus instituit conuentus
religiosorum iugiter psallentium domino: &
dicebatur conuentus eorum cuneus quasi con-
ueneus & dicebantur prophetare, i. iugiter
deum laudare: & forte quoniam aliqui ex eis pro-
phetabant. Hec magister historiarum. AV-
CTOR. Mansiones autem siue conuentus isto-
rum prophetarum variatae erant. Quidam enim
habebant conuentum in Galgala sicut hic.
Alii morabantur in Naioth in Ramatha. Vbi
nuncii Saul missi ad persequendum David pro-
phetabant, & ipse cum illuc venerat. i. Reg. xix.
Et alia loca colebantur ubi religioni vacabant,
tunc dicti prophetae in circuitu terrae sanctae.
Subridet hic aduersarius noster opponens no-
bis leuitatem mentis, quod tam modica occasione
data scripturae religionem tam nouiter inuen-
tam tam veterem facimus, potissimum cum nec haec
scriptura nec quis alia religiosos eos vocet.
In quibus tamen religionem nostram fundare co-
namur. Sed fundamentum religionis quod ex
Samuele accepimus non minus est sanum, quam
ipsos prophetas scriptura, non monachos siue
religiosos vocat. Nam nusquam per scripturam ha-
bebitur quod in deo ex natura eius sint tres perso-
nae & non tres essentiae. Ista tamen veritas
est catholica & oppositum contradictorium eius
est haeresis. Ideo dicit. AVGVST. vii. de tri-
nitate cap. iiii. Propterea licuit loquendi &
disputandi necessitate tres personas dicere non
quia scriptura dicit, sed quia scriptura non contra-
dicit. Hec Augustinus. AVCTOR. Consimiliter
dicit ecclesia religiosos perfectos a sancto Sa-
muele initium sumpsisse ipse legis, & fuisse tunc
illos in parte quod monachi siue fratres iam sunt
ex toto: non quia scriptura hoc dicit, sed quia scri-
ptura non contradicit. Non contradicit inquam
appellationi nostrae, sed dicit rem signatam ex nomine.

Vnde quantum vocabulum religiosi sit no-
uum, hoc realitati religionis non derogat quod ap-
pellationem suam diu fati precessit. Teste beato Au-
gustino super Ioannem homil. xcvii. versus finem.
AVGVST. Audite inquit apostolorum talia praesentia
videntem. Prophanas inquit verborum nouitates
res deuita. Non ait tamen verborum nouitates, sed
addidit phanas: sunt etiam doctrinae religio-
ni congruentes verborum nouitates sicut ipsum
nomen Christianorum, quod dici coeperat sicut
scriptum est. In Antiochia enim Christianum,
post ascensionem domini appellati sunt discipu-
li Christiani: sicut legitur in Actibus apostolorum, &
Xenodochia & monasteria: postea sunt ap-
pellata nouis nominibus, res tamen ipsae & ante no-
mina sua, & religionis veritate firmantur, quia etiam
contra improbos defenduntur. haec Augustinus.
AVCTOR. Videris hic iuxta beatum Augu-
stinum monasteria religiosa loca, diu praesentia esse
secundum rem sua vocabula. Et iterum idem Augu-
stinus super psalm. cxxxvii. Respondens Donati-
stis & Manicheis haereticis ridetibus mona-
chos nostros & sciscitantibus ab eo ubi nomen
monachi sit repetitum scriptura. AVGVST.
Interim illud videat sanctitas vestra. Qui no-
bis dicunt: ostendite ubi scriptum sit nomen mo-
nachorum ostendant nobis ubi scriptum est nomen
agonisticorum: sic eos qui inquit appellam⁹ propter
agonem. Et infra. Tamen quia certant dicitis agoni-
sticos & inuenistis, unde appellatis quia dixit
apostolus. Bonum certamen cerraui. Quare er-
go & nos non appellamus monachos cum di-
cat psalm. Ecce quod bonum & quod iocundum habitare
fratres in vniuersis: Monos enim vnus dicitur, & non
vnus quomodo dicitur na & in turba vnus est:
sed vnus cum multis, vnus potest dici: monos
non potest nisi vnus solus. Monos enim vnus so-
lus est, quod ergo sic viuunt in vniuersis ut vnus hominem
faciat, ut sit illis vere quod scriptum est vna ani-
ma & vnus cor, multa corpora sed non multae
animae: multa corpora sed non multa corda: re-
cte dicitur monos, i. vnus solus. haec & multa
alia ad idem Augustinum. ibidem. AVCTOR. Repa-
riet ergo illud infidiosum motuum: non tunc
vocati sunt religiosi ergo non erant. Firmatur
enim religio veritate rei, deficientis quoniam vo-
cabulo competente, quia fati contra improbos
defensatur. Veruntamen beatus HIERON.
audacter appellat eos monachos in epistola sua
ad Rusticum de instructione monachorum dicens.
Filius inquit prophetarum quos monachos legimus
in veteri testamento, edificabant sibi casus
las iuxta fluueta Iordanis, & turbis urbium dere-
lictis polenta & herba agrestis victitabant. Haec

ille, AVCTOR, isti tñ monachi seu filii prophetarum a tempore Samuelis nō cessabant vsq; ad aduentū Helię Thebyte in cuius tēporibus inuadente Achab omnē populū ad cultum idolorū pene perit tota religio prophetarum & inclinavit oīs populus ceruices suas ritibus idolorū in tñ q; exclamaret Helias corā omni multitudine. Ego inquit remā si propheta domini solus. Prophete autē Baal quadringenti & quinquaginta, & pphete lucorū quadringenti sūt viri. iiii. Reg. xviii. Ideo zelans multiplicare religionē pphetarū sanctorum, solite huic operā dedit: Heliseū primo instituens & pallio suo induens, & deum alios post eū magno numero puidens ab intēto vt sanctæ religionis successio semp staret: secundū q; sapiens Heliam alloquē dixit, Prophetas facis successores post te q; raptus es in turbine ignis. Ecclesiastici. xlviii. Primū quidē statuit eos multos, & post eum Heliseus in mōte Carmelo, qui ad tñ numerum deuenerūt vt spatiosum illud desertum nō possit eis sufficere. Vnde veniētes ad Heliseum pceptorē suū dixerunt, Ecce loc⁹ in quo habitamus coram te angustus est nobis. Eamus vsq; ad Iordanem & tollam⁹ singuli de sylua materias singulas vt ædificemus ibi locū nobis ad habitandū. Qui dixit, Ite. iiii. Reg. vi. Et sic tandem multi māserūt ibidē iuxta litus Iordanis. Quidā autē manserunt in Carmelo. Quidā in mōte Effraim. Multi etiam in suburbis ciuitatū regulares tractabāt obseruantias: maxime autē i Galgala quem locū frequen tabat Samuel: in Bethel quoq; multi manserunt, in Hierusalem, in Sarepta, in Samaria & Ierico seu Iericunte ciuitatib⁹ vt processive patet. iiii. Reg. & iiii. Et māsit hæc religio pphetarū cōtinuo vsq; in aduentū Christi: & deinceps facti sunt pūcipes religiose militię Christianę. Quod luculēter declarat beatus HIERONYMVS in epistola ad Paulinū exhortatoria & est in ter epistolas. xxv. dicens. Habet vnū quodq; ppositū princeps suos Romani duces imitatur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philosophi pponant sibi Pythagorā, Socratem, Platonē Aristotelē. Poetæ æmulentur Homerū, Virgiliū, Menādrū, Terentium. Historici Sallustius, Herodotus, & Liuius. Oratores Lisiā, Graccos, Demosthenē, Tullius. Et vt ad nostra veniamus. Epī & pbyteri habeāt ad exēplū aplos & aplos viros quorū honorē possidētes habere nitant⁹ & meritū. Nos autē habeam⁹ ppositi nostri pūcipes Paulos,

Antonios, Iulianos, Hilariones Macharios: & vt ad auctoritatē scripturarū redeā, noster princeps est Helias. Præposit⁹ noster Heliseus, nostri duces filii pphetarū q; habitabāt in agris & in solitudine, & faciebant sibi tabernacula ppe fluēta Iordanis. Et in cōfirmationē pcedētū capitulorū nostrorū subdit. De his sunt & illi filii Rechab q; vinū & ciferā nō biberūt: q; morobātur in tētoris, qui dei voce p Hieremiā laudant, & pmittit eis q; nō deficiat de stirpe eorū vir itās corā dño. Hos reor, & lxx. psal. titulū signare cōmōrādo filios Ionadab & eorū q; primi i captiuitatē ducti sūt. Hęc Hiero, AVCT. Sufficiat ergo religiosi fidelib⁹ tales habere patros nos & facti ppositi fūdatores: vt plane se mōstret sanctarū scripturarū ignarū gēq; sic erit vt dicat eos nō esse iure fundatos. Vñ se cūdū Hieronymū sicut epī habēt suos duces aplos, ita nos sacros filios pphetarū & familiā Rechab, q; vinū & ciferā nō biberunt. Et iterū quare isti nō videāt quō i hymno triū puerorū post oīm creatorarū memoriā recollit religiosos illius tēporis specialiter exhortās eos vt benedicāt. Benedicite inqt religio si oēs dño deo deorū, laudate & cōfitemini ei q; in oīa secula mīa eius. Quos bene hortat in fine hymni, vt p hoc qd pposuit sacerdotēs & Israel. i. populū, & Ananiā Azariā & Misaelē & deinde subiūxit religiosos daretē intelligi tales quosdā sanctos fuisse alios a sacerdotib⁹ tēpli, & a vita & a cōuersatiōe populi segregatos qui q̄uis ab antiquo fuerint instituti, nunq; tamē fuerūt vsq; ad Heliā publice & regulariter cōgregari: q̄liter ab Hieronymo supra dictū est. Et cū eo ISIDORUS lib. ii. de offic. cap. ix. Vñ autē inqt ad monachos studiū defluerit paupertatis: vel q; huius cōuersatiōis extitit auctor cui⁹ habitum imitant⁹: Quātū in quā attinet ad auctoritatē veterū scripturarū hui⁹ ppositi princeps Helias & discipulus eius, Heliseus fuerūt, siue filii pphetarum qui habitabant in solitudine vrbibusq; relictis faciebāt sibi casulas prope fluēta Iordanis. Hui⁹ etiā ppositi i euāgelio Ioānes baptista auctor extitit q; eremū solā icoluit. locustis tñ & agrestis melle nutrit⁹. Iā deinde progeniti sunt conuersationis huius nobilissimi principes Paul⁹, Antoni⁹, Hilarion Macharius, cæteriq; patres, quorum exemplis per vniuersum mundum adoleuit sancta institutio monachorū. hæc ille.

Q; IETREI RELIGIOSI GENTILES erant & nō Iudæi. Cap. V. AVCTOR.

KED de Ietreis dubitari posset, vtrū essēt eiusdē pfectionis cū cæteris filiis prophetarum. Quod videtur p Hieronymum cum dicit de his sunt & filii Rechab. i. de numero istorum. Etiā Iudæi nō permiserunt gentilium nationes cōmanere secum nisi forent profelyti. Respōdetur hoc verum est de gentilibus qui paganis ritibus seruebant: Rechabitæ vero religiose de deo senserunt quibus de Iudæis non essent: quemadmodū de Iob q; vtriq; erat gentilis. Quam quidē religionem a seniore patre suo Ietro cognato Moyfi pperunt qui multum sapiens & vir religiosus erat. Vñ ORIGENES sup illd. Exod. xviii. Esto tu populo in his q; ad deū trinent. Ipse Ietro cum Israelita non fuisset, inter viros vnum deū colentes religiosę sapientes habendus est: sicut & Iob, hęc ille, AVCTOR. Q; Ionadab post multa tēpora hanc religionem parentum omnibus filiis suis & cunctæ posteritati sub obedientia magna cōmisit, & religioni patrum eos astrinxit: vt patet Hieremiā. xxxv. Propter quā primam traditionem ex Ietro multi famosi cōfirmant religionem Rechabitarū præcessisse religionē prophetarum sub Samuele. quod nō potuit esse si oriretur primo ex Ionadab qui fuit tēpe Iehū & ascēdit cū eo. currū i posteriori tēpe Helisei. iiii. Reg. x. Nec ē verisimile q; Ionadab tunc inchoasset religionē suæ familiæ seorsum a filiis prophetarum potissimū si eiusdem cultus esset cum in nulla notabili certamina dissenserit monachatus illorum: permitti sunt tamen Iudæis cōmanere a tēpore quo Saul eduxit eos de Amalech iubens vt abiret ne inuolueret eos cū Amalech. i. Reg. xv. Et demū post irruptionē Chaldaici exercitus Hierosolymā intrare compulsi sunt, vt patet Heremię. xxxv. Et tūc post solitudinis libertatem in vrbe quasi in carcere sunt reclusi sicut dicit Hieronymus ad Paulinū. His ergo ductus rationibus & auctōricis patrum dictis religionē Rechabitarum vetustiorē dixi & omnino separatā a monachatu prophetarum cum primi gentiles remanserint, sed sub lege Mosaica profecerint, vtrāq; tñ religio probata erat & deo accepta: & patres facti sunt & patroni religionis perfectiorū futuræ tēporibus legis Christi quod solū intēdebat Hieronymus cum diceret de his sunt illi filii Rechab. i. de nostris principibus & moderne religionis nostre fūdatōribus appro-

batis. Et sic IOANNES. XLIII. episcopus Hierosolymitanus in libro suo de institutione primorū monachorū lib. iiii. cap. viii. De quo etiā Ioanne tangitur in ecclesiastica historia Eusebii lib. xi. cap. xvii. & fuit tēporibus Honorii & Archadii imperatorum: vocat eos monachos dicēs. Monachi inquit Rechabitæ quibus essent in Hierusalem reclusi, dū exercitus Chaldaicus Hierusalem & cæterā terrā Iudæa deuastauit, ipsi tamen nō fuerunt cum reliquo populo Iudæorum in Babylonē translati: sed in terra promissionis derelicti sicut & monachi Carmelitæ pdicti: quoniā Nabusardan princeps exercitus regis Nabuchodonosor dum prædictā captiuitatem Iudæorum in Babyloniam transferret hos monachos Rechabitas cum Hieremia propheta liberos abire concessit. hæc ille, AVCTOR. Sed contra hoc videtur q; oēs Ietrei a primo Ietro & deinceps siebant profelyti, & fideles Hebræorum tñ quia Ietro simul sacrificauit cum Moyse socero suo deo vero. Exodi. xviii. tñ quia cum aliis filiis Iudæa simul profecti sunt & cōmanserunt eis deinceps postq; ascenderunt de Hiericho ciuitate palmartū. vt patet Iudicū primo. Ideo doctor de Lyra. Exod. xviii. Numeri. x. Iudicū. i. primi Reg. xv. & primi Paralip. ii. dicit omnes Ietreos per Rechab fuisse fideles & profelytos a tēpore illi⁹ sacrificii facti. Exod. xviii. Sed salua reuerentia doctoris credo oppositum fuisse verū, multis de causis. Prīo q; post illd sacrificiū dedit ipse consilium Moyfi de substitutōe dis iudicibus & illo tēpore fuit ipse gentilis sicut plane dicit Origenes & ponitur i glossa ibidē, & dicit ipsum non fuisse Israelitanū, sed tamen erat vnum deū colens & religiose sapiens sicut Iob. Iob autem semp erat gentilis. Item. i. Re. xv. Mansit tota illa familia cū Amalech qui fuerunt gentiles, qd nō fecissent omittētes manere cum Israelitis si fuissent Israelitæ. Item ibidem in textu, Saul percit eis quia pater eorū Ietro benigne tractauit cū Moyse, sed melior causa fuisset, q; essent de fide Hebræorum si sic fuissent: nō ergo fuerunt de ritibus Hebræorū, sed bene familiares & accepti eis, & vni deū colentes & tales tunc fuerūt accepti deo quibus nō circūscissis sicut & alii multi. Vnde AVGVST. xviii. de ciuitate. cap. xlvii. Nec ipsos Iudæos inquit existimo audere cōtendere neminē pertinuisse ad deū præter Israelitas: ex quo ppro Iudæa esse cepit reprobato eius fratre maiore populus reuera qui pprie deī p-

pulus diceretur, nullus alius fuit: hofes autē quosdā ad veros Israelitas supernā ciues patriā pertinētes etiam in aliis gentibus fuisse negare nō possunt: quia si negāt facillime cōvincuntur de sancto & mirabili viro Iob, q̄ nec indigena nec p̄lyt⁹, i. advena populi Israel fuit, sed ex gēte idumea genus ducēs, ibi ortus ibidem mortuus est. hęc ille. AVCT. Ecce inuenit ibidē Augustinus hanc differētiā legis Christi a lege Moyfi, qui ad hęc nō veniunt, id est ad legē Christi indubitanter pereūt. Multi vero non venientes ad legem Iudæorū fuerunt electi si secundū deū vixerunt & naturæ principia sicut boni morales philosophi & sancti patres. Q̄ ergo doctor mouet per sacrificiū commune Ietro & Moyfi vni deo, non moueret quēq̄ q̄ sic Melchisedech & Noe & ceteri patres de statu naturæ sacrificabāt vni deo. Mouet me autem q̄ Ietres & Cynei qui iidē tū māsētunt cum Amalechitis vsq̄ ad rēpora Saul relinquētes manere cum Israel, dicētes q̄ cognati erant Amalech secundum glossam Interlinearem. Verum est & sic cognati erāt Israel p̄ Moyfen q̄ Moyfes erat Ietro. Exod. xviii. Contentor ergo sine p̄iudicio melioris decreti dicere Ietres p̄ Rechab & Ionadab mansisse gentiles. In statu quoq̄ naturæ deo placēs & religiose sapientes, quod satis est ad præsens.

DE FVNDATIONE RELIGIONIS
perfectorum in primitiua ecclesia
Iesu Christi. Cap. VI.

SED quia legi Christi perfecti nihil deesse potuit, quod perfectionē cōtulit in quocūq̄ statu, statū etiā monachorū & religionē perfectorum approbare decreuit in principio nascētis ecclesiæ iuxta illud apostoli Pauli ad primēuos credētes gētis Hebræorū. Pacē sequimini cū omnib⁹ & sanctimoniam sine qua nemo videbit deū cōtēplantes neq̄ desit gratiæ dei. Ad Hebræos. xiii. Nō est em̄ minima gratiarum cōtēplari beneficia diuina. Ne ergo gratiā cōtēplationis deesset ecclesiæ cōtēplatiuos viros quos sancti spūs incensio prius instituit ipsa supplēuit: & p̄p̄tuitatis munus qd̄ ipsi ex ore dei p̄missum sub corruptibili lege filii Ionadab nō accepit futuræ primo fidei Christi æterna successiōe p̄cepit. Sic enim p̄bat apostolus ad Hebr. vii. Aeternū sacerdotiū scdm̄ ordinem Melchisedech solū impletū in Christo. Christ⁹ em̄ circūculus est p̄fectus in quo rota legis olim collisa p̄fectionis integritatē accepit. Nō tñ fuisset rota illa iuxta Ezechielis visionē tāta admiratione digna nisi fuisset impressa rota in medio rotæ. In medio, s. religionis Christi publice inserta religio vitæ p̄fectę. Nā veterana patrū religio tā Rechabitarū q̄ p̄phetarū in solis tabernaculis colebāt solitudinem in signū pegrinationis suæ & institutionis nondū formatę iuxta illud apostoli. Iuxta fidem defuncti sunt oēs isti nō acceptis repositionibus, suæ p̄p̄tuitatis supple, sed alio ge eas aspicientes & salurates & cōfrentes, quia peregrini & hospites Iesu sup̄ terrā. Ad Heb. xi. Nec mirū, extra rotā enim erāt, sed cū intra rotā militię Christianę venisset primo in tēplo incepit nō in agro religio p̄fectionis: vbi sub apostolis vitā agebāt syncerā: accedētes ad fidē sicut & apl̄i ipsi in vni cōuenerunt cœnaculis; iuxta mādātū dñi. Lucę vi. Petrus & Ioānes, Iacobus & Andreas & ceteri apostoli: & hi oēs secundū scripturā. Act. i. Erāt p̄seuerātes vnanimiter ī oratiōe cū mulieribus & Maria matre Iesu & fratrib⁹ eius cū cetera hoīm turba simul serentū viginti. Cōformiter post sancti spūs missionē quo recēter baptizati sūt illo, s. die circiter tria milia cū ceteris atē baptizati erāt pariter & habebāt oīa cōmunia: possessiōes, & substātiās vedebāt & diuidebāt illa oībus prout cuiq̄ opus erat: quotidie quoq̄ p̄durātes vnanimiter ī tēplo. Glossa, vt apl̄i & frāgentes circa domū panē sumebāt cū exultatiōe & simplicitate cordis laudātes deū, habētes gratiam ad oēm plebē. Act. ii. Ecce plane vita futuroꝝ hęc religio p̄fectorum: nec vereor dicere q̄ tūc ipsi fuerant qd̄ religiosi p̄fecti iā esse cēsēt, a q̄b⁹ religiosi fideles oēm formā sumpserūt regularis doctrinæ, qd̄ plane sentit mecum ISIDORVS egregius lib. ii. de Off. cap. xv. Primum inquit monachorum genus est cœnobarum, i. in commune viuentium more sanctorum illorū qui temporibus apostolorū in Hierosolymis vedita ac distributa omni sua substātia indigētib⁹ habitabāt in sancta cōmunionē vitæ. nō dicētes aliquid p̄p̄riū: sed erant illi oīa cōmunia & aīa & cor vnū in deū. Horū igitur institutione monasteria sumpserunt principia. Hęc Isidorus. Et BERNARDVS libro suo de amore bene vltra medium dicēs de vita claustrali. Veniam⁹ inquit ad eam quā dicit apostolus societate spūs & laudē disciplinæ,

ad bonū illud & fraternæ cohabitationis in vni. Laus huius discipline ab apostolis sumpsit exordiu, qui sicut a dño didicerant vel a spiritu sancto, cuius virtute nuper fuerāt induti ex alto modū cōuiuendi sic sibi instituerunt vt esset multitudinis cor vnū & anima vna: & essent vnanimiter semper in templo. Hanc apostolicę institutionis formā quidam emulātes nō habent domos vel diuerticula, nisi domum dei domū orationis: oīa quęcūque faciunt in nomine dñi faciūt simul habitantes, vno ordine, vna lege viuētes, nec habētes proprium: nec ipsa corpora sua nec voluntates in potestate sua habētes, simul dormiunt, simul surgūt, simul orant, simul psallūt, simul legūt, simul est & imobile p̄positū illorum obedire p̄positis suis & subiacere illis. Hęc Bernardus. AVCTOR. Hęc est ecce claustralis religio q̄ non a semetipsa sed a sanctis apostolis & sanctis fidelib⁹ cōtēporaneis eis sumpsit patrocinium. Vnde forsā nō omnes ista tūc tēporis facientes religiosi claustrales erant, sed oēs habētes ista sub voto & ex toto sacrificātes se deo & volūtates & corpora quales multos tūc fuisse nō est dubiū, vnde Ananias & Saphira renunciationē bonorū suorum fecerūt sub voto sicut dicit HIERONYMVS epistola ad Demetriadē virginem quæ incipit inter oēs. & est epistola. lxxxvii. Ananias & Saphira dispētores timidi, immo corde duplici & ideo condēnati: quia post votū obtulerunt quasi sua, & non eius cui semel ea vouerāt, partemq̄ sibi iam aliene substātiæ referuarunt metuentes famem, quā vera fides nō timet. Hęc Hieronymus. AVCTOR. Sed fideles alii nō minori seruo dedicauerūt bona sua deo q̄ isti proditores, quibus votū vniuersi vsq̄ scriptura æqualiter taceat. Videtur ergo magnā partē tūc cōuersorum tūc fuisse eiisdē religiōis in actu. Maxime autē illos centum viginti q̄ simul māsētunt in vno loco orātes continue in tēplo die ac nocte: audeo dicere fuisse religiosos peculiāres etiā voto religioni cōstrictos. Vnde AVGVST. sup̄ psal. cxxxii. lucide hoc probat ponderans hoc quod dixit p̄pheta. Ecce q̄ bonū & q̄ iocundū habitare fratres in vni. Ista inquit verba psalmi, iste dulcis sonus, ista suaui melodiā, tam in cātico q̄ in intellectu, etiā monasteria peperit. Ad hūc sonū excitati sunt fratres q̄ habitare in vni cupierūt. Iste versus fuit tuba ipsorū quę sonuit p̄ oēm orbem terrarū, & qui diuisi erāt congregati sunt. Et infra. Et vnde illi quingē

ti qui dominū post resurrectionē viderunt quos cōmemorat apostolus Paulus. Vnde illi cētum viginti qui simul erant in vno loco post resurrectionē domini & ascensionem in cælū, quibus in vno loco cōstitutis supuenit spiritus sanctus missus de cælo in die pentecostes, sic missus sicut p̄missus. Omnes inde erant & ipsi primo habitauerūt in vno qui omnia quæ habuerūt vendiderūt, rerūq̄ suarū precia ad pedes apostolorū posuerunt, sicut in Actis Apostolorū legitur: & distribuebatur vnicuiq̄ prout opus erat, & nemo dicebat aliquid propriū, sed erant illis omnia cōmunia & quidē in vni, sed erat inquit illis anima vna & cor vnū. Ergo qui primi audierunt. Ecce q̄ bonū &c. Primi audierūt, sed nō soli audierunt. Nō enim vsq̄ ad illos tm̄ ista dilectio & vnitas fratrum venit, venit enim & ad posteros ista charitas & exultatio & votū deo vouerunt. Vouerūt enim & ipsi aliquid deo vt dictū est. Vouere & reddite deo vestro. Melius est autem non vouere q̄ vouere & non reddere. Sed debet esse impiger animus, vt & voueat & reddat: ne cū se minus idoneum putat ad reddēdū, piger sit ad vouēdū. Plane nunq̄ redderet si de suo se putauerit redditrū. Ex voce ergo hui⁹ psalmi: appellati sunt & monachi. hęc Augustinus ibidē. AVCT. Videtis q̄ plane Augustinus fundat ecclesiā monachorū in psalmo. Monachos quoq̄ illos fuisse & ibi incepisse in templo vbi fuerūt simul quod in actibus legitur, & q̄ vitam illam vouerunt. Vnde non mirū cogimur omnes concedere ibi eos religionis sanctæ cœpisse Christiana primordia. Q̄ talis & forsā eadem fuit ecclesiā primorū cœdentium qualis iam est vel esse affectat ecclesiā religiosorum claustralium: & hoc palam dicit beatus HIERONYMVS libro suo de illustribus viris capitulo vndecimo; Talem inquit apparere primam in Christo credentium fuisse ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt, vt nihil cuiusdā sit propriū, nullus inter eos diues, nullus pauper: patrimonia egenibus diuidantur: orationi vacetur & psalmis, doctrinæ quoque & continentia: quales & Lucas refert primum Hierosolyma fuisse credentes. hęc ille. AVCTOR. Surgat iam cōtra istos blasphemus Vitaleff increpet eos dicens. Quare omnia vestra vendidistis? Cur omnia pro Christo dedistis? Cur orationibus & psalmis in tēplo assidue commorātes tēpus cōsumitis? Transcendant ista legem Christi vulgarem. Vnde

sine istis saluabitur gens secuta. Non licet addere religioni Christi statuta. Et vel sic primos fideles condemner, & apostolos ista probantes, vel taceat, vel reprobandū se sciat q̄ ista deprauat in religiosis presentibus: ab istis enim omnis vita claustralis fidelium quos sequentes patres cœnobitas appellant exemplum sumunt & formam viuendi dicente libro septimo Etymologiariū: capitulo decimo quarto de monachis. ISIDORUS. Cœnobitæ sunt quos nos in commune viuentes possumus appellare. Cœnobium enim plurimorum est. Anachoritæ qui post cœnobitalem vitam deserta petunt, & subdit. Sed anachoritæ Heliam atq; Ioannē Baptistam, quia solitarij vixerunt, Cœnobitæ apostolos imitantur. Hæc Isidorus. AVCT. Cœnobitæ ergo religiosi nostri communiter viuentes nihil addunt culpabiliter religioni Christi vulgari ex vi statuti, quia in his additis plane imitantur apostolos & primos credentes: de quibus etiā tunc vel multi vel maior pars religiosi erant, & astricti regulis religionis perfectæ & distinctæ, a religione Christi vulgari. Et ne foret contentio de nomine: immo & monachi appellati ab apostolis & nomine gaudentes religionis distincte a cæteris Christi vulgaribus. Dicente in de ecclesiastica hierarchia capitulo septimo. Loquendo de religiosis illius temporis, Beato DIONYSIO diuini nostri duces (sanctus Paulus magister eius, & cæteri apostoli quibus ipse fuit immediatus) nominibus sanctis ipsos dignati sunt, alii quidem therapeutas, id est famulos (dicitur enim a therapeuo quod est euro vel famulus.) Alii autem monachos ipsos nominantes ex dei putato seruitio & famulatu, & indiuisibili & singulari vita, vt viuēs indiuisibiliter sanctis conuolutionibus, ad deiformem vnitatem & amabilem deo perfectionem: propter quod & perfectam ipsis donauit gratiam sancta legislatio: & quadam ipsos dignata est sanctificatiua inuocatione. Hæc Dionysius in plano textu ex translatione Vercellensis. AVCTOR. Ecce q̄ plane dicit Dionysius de religiosis quomodo propter suam singularem conuersationem & indiuisibilem, id est formatam voto quam ideo non licebat relinquere diuini duces sui, id est apostoli dignati sunt eos appellare sacris nominibus therapeutas famulos vel monachos, & q̄ sancta legislatio, id est scriptura sacra donauit eis quadam perfectionis singularis gratiam specialem, propter vnitatem deiformem

& deo amabilem, quam seruabāt simul manendo in vna congregatione. Isti tamē religiosi multum inopes erāt, & cum omnibus suis renunciaissent & nihil haberent vnde viuerent, apostoli tamen nec eos permiserunt ab orationibus cessare nec templi frequentiam deserere: sed ipsi circueuntes per ecclesias collectas fecerunt, & eis non per interuenientes nuncios, sed in personis propriis arulerunt ad subsidium vitæ eorum: sicut plane docet Hieronymus ad Eluidiam viduam de. xii. quæstionibus in solutione quæstionis primæ. Sic ergo apostoli non solum instituerunt perfectos religiosos, sed institutis notabile vocabulum addiderunt: & institutis & sacro nomine nominatis in religionis susceptæ fomentum prouidebant stipendia puræ vitæ.

QVIS APOSTOLORVM VEL
discipulorum instituerit religio-
sos perfectos in eccle-
sia primitiua.
Cap. VII.



Ed quis apostolorum in particulari instituerit episcopos qui quotidie morabantur in templo Hierosolymis non recolo me legisse. Sed sufficiat viro fideli apostolos hoc fecisse vel communi assensu omnium vel magne partis. Vnde & Ioannes, CASSIANVS in prologo libri de institutis monachorum. Nequaquam inquit credas rationabilius quæmpiam vel perfectius nouellam constitutionem in occidentum Galliarum partibus reperire potuisset q̄ illa instituta quæ ab exordio prædicationis apostolicæ & sanctis patribus & spiritibus fundata monasteria ad nos vsq; perdurant. hæc ille. AVCTOR. Et vt particulares institutiones apostolorum nominatim adducamus in fidem omnium præmissorum, commemoremus sanctum Matthæum euangelistam qui legitur consecrasse sanctam Eusemiam virginem & præfecisse illam plusq; ducentis virginibus. Commemoramus & sanctum Paulum doctorem gentium qui etiam instituit sanctam Teclam in monacham. Super hoc dicit enim beatus AMBROSIVS in libro de sancta virginitate libro secundo alioquæ quadam virginem. Sancta Maria inquit disciplinam vitæ informet, Tecla doceat immolari. Et sequitur bene post. Dicit aliquis: Cur exemplum tulisti Mariæ quasi re-

periri queat que matrē domini possit imitari? Cur etiam Teclæ, quæ gætium doctor instituit: da huiusmodi doctor si discipulā requirit, hæc ille ibi. AVCT. Vbi satis asserit beatam Teclam cōsecratam esse a beato Paulo, immo sic tradunt doctores beatū Paulū multas foeminas consecrasse, de quibus meminerit. i. Corinth. xi. cum diceret, Omnis mulier orans aut prophetas, Glossa. Scripturas referans. Non velato capite deturpat caput suum: vel prophetas, id est leges prophetias in ecclesia quorū neutrum potuit vulgaris foemina facere, dicente Apostolo. i. Timoth. ii. Docere autē mulierem non permitto. Glossa. Hoc Apostolus dicit vt docēdi officium solis viris adueniat. Capiūt ergo famosi doctores mulieres prophetantes, id est legēs prophetias fuisse religiosas & a beato Paulo institutas in ecclesia, qualiter fuerat sancta Tecla. Et ne nimis q̄ oportet immoremur ad beatum Marcum euangelistā properemus, qui in Alexandria ciuitate Aegypti conuētus religiosorum instituit mirabilis multitudinis vtriusq; sexus, viros scilicet & mulieres, seorsum positos & regularib; subdidit disciplinis, vocans eos singulari nomine cultores & cultrices, & ne putaret vulgaris fabula futuris temporib; descripsit eos antiquus doctor PHILOLOGO, qui tēpore Claudii imperatoris Romæ fuit, & sanctum Petrum Apostolum vidit & fruebatur eius alloquio qui & magnus postmodū fuit doctor ecclesiæ, & scripsit. xxv. volumina sicut super his omnib; testatur egregius doctor & antiquus Eusebius in ecclesiastica historia. lib. i. cap. xvii. xviii. xix. dicens eū scripsisse de modo viuendi religiosorum sancti Marci vnum volumen egregiū & recitat Eusebius textum Philonis in nudis verbis dicens in hunc modum. EVSEBIVS. Quod primo omnium renūciēt facultatib; suis qui se ad huiusmodi philosophiā dederint & bonis suis quibus interest cedant, tum deinde vt omnē vitæ sollicitudinem procul abiciant & extra urbē egressi in hortulis vel exiguis quibusdā agellulis degant refugientes imparis propositi consortia & vitæ dissimilis contubernia: scientes impedimento esse volentibus iter arduum inter vepes incedere. Et infra. Est autem in singulis locis consecrata orationi domus quæ appellatur Sēmon vel monasteriū. Semmon autem in nostra lingua significare potest honestorum conuenticulū in quo sacerdotes honeste, & castę vitę mysteria celebrabāt, nihil prorsus quod ad cibum potūq;

pertinet inferentes vel ad reliqua humani corporis ministeria, sed legis tñ libros & volumina prophetarum hymnos quoq; in deū, ceteraq; his similia in quorū disciplinis atq; exercitiis instituti ad perfectam beatamq; vitam studiis iugib; conualescunt vel coalescunt. AVCT. Attendātur iam singulæ obseruationes istorū vtrū religionis perfectę nō erāt indicia. Primo renūciabāt (dicit) ante ingressum omnibus facultatibus & cesserūt simpliciter bonis suis. Secundo omnē deposuerūt sollicitudinem temporalis vitæ. Tertio secreta loca fouebāt in hortis vel agris separantes se a vulgo. Quarto oratoriū habebāt cōmune vbi missas audirent & orarent. Quinto nihil præter libros inferre licebat in monasterium: qui vtiq; essent libri scripture sacre vel hymnorum deuotorum. Et sexto q̄ omnibus aliis amotis iugiter studebāt. Et subdit adhuc in fra EVSEBIVS. Itaq; non solum subtilius intelligunt hymnos veterum: sed ipsi faciūt nouos in deum, eosq; omnib; metris & sonitus honesta satis & suauis compage modulantes. Et statim post. Continentiam vero illud fundamentū quoddā iacentes primo in animo collocant & demū reliquas super hoc pergit edificare virtutes. Cibum quoq; nullus eorum capit ante solis occasum, videlicet tēpus lucis cum prophetiæ studiis: curam vero corporis cum nocte sociātes. Nulli etiam nisi post triduum in cōmunionem veniunt cibi: quos scilicet edacior studiorū fames purget. Iam vero hī qui eruditionibus sapiētia: & in profundiore intelligētia sacrorum voluminū conuersantur, tanq̄ copiosis dapibus inhiantes, expleri nequeūt & contuendo acris inflammātur: ita vt nec quarto iam nec quinto sed sexto demū die nō tam desideratum q̄ necessarium corporib; indulgeāt cibū. Cum viris quos dicimus sunt & foemina: in quib; iam grande uq; sunt virgines integritate casti corporis nō necessitate aliqua sed deuotione seruantes: dū sapiētia: studiis semet gestunt non solum animo sed & corpore consecrare. Indignum ducētēs libidini mancipare vās ad capiendum sapientiam præparatum: & edere mortalem partū a quibus diuini verbi cōcubitus sacrosanctus & immortalis expetiūt. AVCT. Videte iterum in isto passu patres mei tot sanctas cęrimonia: & non solum religiosi sed & audientibus vniuersis res imitabiles quoquomodo, sed audeo dicere nō attingibiles a modernis. Primo subtile intel lectum eorum in omnibus hymnis veterum

patrum iam factis & in faciendis nouis secundum omne genus metri compage dulcifona. Secundò de continètia corporali quã ex omni parte seruabant intactam, vt esset tutum fundamentum futurarũ virtutum. Tertiũ de dã natione Galtrimargiã & lasciuientis gula, quia sol nunq̃ vidit eos soluisse ieiuniũ. Meriti autẽ & perfectiores eorũ se vix die quarto refecerunt. Quidã vero summi viri iã perfecte rapti concupiscentia studii vix sexto die panis sumperunt alimentũ. Quarto autẽ notauit Philon grandẽas virgines præ dulcedine studii sacrosancti perpetuo cõtinentes. Et adhuc plura subdit EVSEBIVS. Seorsum quidã eorũ viri seorsum etiã in istis locis scemina cõgregãtur & vt vigilias sicut apud nos moris est peragant & maxime diebus illis eũ passionis dominicę solẽntas celebratur, cum ieiuniis pernoctare & lectionibus sanctis auditũ p̃bere consueueramus: & vt vnũ ex oĩb⁹ confurgens in medio honestis, psalmũ modulis concinat, vtq̃ precinẽti ei vnũ versiculum omnis multitudo respondeat. hęc Philo in libro suo de vita cultorum sancti Marci quem ipse scitulauit de vita Theorica vt recitat eũ Eusebius vbi iã supra. AVCT. Ecce quãtos religionis syncerę cultores & q̃ fecundos p̃fectiores in dieb⁹ antiquis de fundatione sanctissimi euangelistę Marci. Horum concedat deus nos esse sequaces fideles, a quib⁹ credo desicere singulos iam viuẽtes, saltẽ, si qui eos apprehederũt, audeo dicere q̃ facti sunt. Erubescat iam Vitcleff, insanus quod dixit in libro suo de speculo militantis ecclesię, c. xv. Nullum istorum nouorũ ordinũ excludendo solũ cõmunẽ Christi religionẽ vulgarẽ māsissẽ in ecclesia dei mille annis & cccc. nō p̃ multos cõtenos annos inquit nam nō fuerũt multo centeni anni post ascensionẽ Christi anteq̃ beatus Marcus fundauit religionẽ istã p̃fectissimã. Sed recolo festũ dixisse beato Paulo. Actũ, xxvi. Paule insanis, inquit, multę literę te ad insanã conuertũt. Ego autẽ ad Vitcl. qui de Pauli schola nō est, sermonẽ cõuertẽs dicã: insanis Vitcleff, opinor, insanũ te quia desunt istę sanctę literę faciũt. Opinor enĩ q̃ nō insaniles si has literas forsità inredidisses, nam si furore nimio nō expugnasses ecclesiã religiosorũ vidisses plane nō esse nouã adinventionẽ religionis p̃fectę, nec multis cõtenis annis secutiã esse ascensionẽ Christi, nec auctoritatẽ eius esse q̃ minimã quã tantus doctor Philo contẽperaneus Petri apostoli factis suis studiis cõpulit in volumen. Ob quã

vtiq̃ causam beatus HIERONYMVS libro suo de illustribus viris cap. xi. cõmemorat eũ inter doctores ecclesię dicẽs, Philo Iudeus natione Alexandrinus de genere sacerdotũ: idã circo a nobis iter scriptores ecclesiasticos ponitur quia libro de prima Marci Euangelistę apud Alexandria scribẽs ecclesia in nostrorũ laude versatus est, nō solũ eos ibi sed in multis quoq̃ prouinciis esse cõmemorans, & habitacula eorũ dicens monasteria. hęc ille. AVCTOR. Quod ergo fronte cæca tã audacter Vitcleff, noster in sacra fundationẽ p̃fectę religionis irrupit: videtis ignorantiã hoc facere quę dedit erroribus quidem causam tamen nō veniã sic errãti: quia in materia heresis habet locum illud cõmunẽ, q̃ ignorantia iuris non excusat, immo neq̃ facti.

DE MVLTIPlicatione Religiosorum p̃fectorum per patres
Asia. Caput VIII.



Rudens & vigilans paterfamilias & sator agri militantis ecclesię non contentus q̃ se minima iecerit religionis ingratia puluerulẽtis cordib⁹ hominum istimorum nisi etiã eiusdẽ sancti p̃positi fructum capiat centuplum. Noluit sub vna mudi gleba sanctę religionis occultare propaginẽ, cuius opimam quãritatẽ orbis totus nō caperet. Vnde ideoreor dictũ in Ezechiele, Quocũq̃ ibãt anima, ambulabãt pariter & rotę iuxta ea. In supradictis capitulis dixi rotã esse in medio rotę, scilicet religionẽ Christi p̃fectã in medio religionis vulgaris vniuersalis ecclesię. Sed rotę istę semp̃ eũ animalibus ambulat, quia ad quascũq̃ mudi partes euangelorũ vocib⁹ Christi leges personãt, illic & religio Christi vulgaris & religio p̃fectorũ absq̃ oĩ diuortio sedes captãt. Nusq̃ enĩ p̃ vniuersum orbẽ inuenies terrę solũ plagã aut puinciã Christi fide referrã quo etiã nō cõmilit sp̃s sc̃tus p̃fectę religionis ecclesiã sacrosanctã. Quid autẽ me tm̃ mouet iã ad laudẽ religionis p̃fectę si debẽ exprimere, hoc solum est quod mouet me qđ vtiq̃ mouebat Apostolũ Paulũ ad laudandũ seipsum eũ Corinthiis scriberet epistolam secundã. Vnde secundã HALMONEM sup̃ illũ textũ Apostolũ, ad Cor. xi. Vtinã sustinueritis modicũ quid insipientię meę. Venerũt quidã pseudo apostoli post discipulum apostolũ Pauli dicẽtes eum nō esse a deo missũ

sum quia nō fuerat a Christo vocatus ante eius ascensionẽ nec ab eo edoctus: insuper & cõtraria p̃dicare p̃dicationi aliorũ apostolorũ quos magis vocabãt apostolos: auertẽtũq̃ plurimos ab amore Apostoli quos ad amorẽ sui traxerũt dicentes se a magnis apostolis missos. Petro, Andrea, ceterisq̃ apostolis. Ergo volens iterũ ab amorẽ illorũ Corinthios separare & ad sui amorẽ reuocare qui fidem Christi prius in illorũ cordibus infixerat laudabat se coactis verbis sed non corde neq̃ sensu, quia sciebat se nihil proficere propter humanã laudẽ nisi tm̃ vt illi ab eius p̃dicatione nō recederẽt. hęc ille. AVCT. Conformer quia modo tam clare concepĩ Vitcleffistas nostros valde pseudo apostolos iam p̃ omnẽ Anglię ambitũ scãdalis & heresibus incessãter lacerare, & detrahẽre religioni p̃fectorũ & dicere eos non a deo missos quia nec erãt a Christo ante ei⁹ ascensionẽ instituti. Insup̃ dicit nos cõtraria p̃dicare p̃dicationi apostolorũ: & sic auertũt plurimos ab amorẽ nr̃i potissimũ laicos tã literatos q̃ vulgares & ad amorẽ sui coedũ & coctidũ trahunt dicẽtes se ipsos a Christo & ab apostolis missos: cogor in laudẽ sanctissimę religionis asurgere & parcẽs propriis, sanctorũ apostolorũ & orthodoxorũ patrũ publicis dictis & scriptis conabor quãtũ hora patiet meritos esse p̃bare. In supra positis enĩ vt potui p̃fectę religionis statũ p̃batissimũ ad apostolos vsq̃ p̃duxĩ, post quos velut indissolubilis sponã mica & agni sponsa quocũq̃ per omnẽ terrã son⁹ eorũ exiret, illuc imitata prexit, & terrã totã speciose depinxit florib⁹ honestatis: p̃cipue autẽ p̃ loca deserta & vasta Aegypti vbi primitiuis dieb⁹ in vna eremo cõmansisse dicũtur plusq̃ quinq̃ milia monachorũ secundũ Hieronymũ epistola ad Eustochium quã est lxxxiii. quã quidẽ multitudinẽ gaudenter admirã sanctus Ioãnes CHRYSOST. ope suo p̃fecto sup̃ Marthẽdũ homil. viii. in morali dicit. Nō ita est fulgidũ celũ vario stellarũ choro vt erem⁹ Aegypti, tabernacula vndiq̃ nobis monachorũ demonstrãt. Et infra, Neq̃ enĩ quũ ieiunãt & vigilãt vacare post diẽ dignũ ducant, sed noctes quidẽ sacris hymnis & vigilias, dies autẽ in orationibus & manuũ operationibus cõsumũt, apostolicũ imitãtes zelum. hęc ille. AVCT. Et iterũ inferens eos super Ioãnnẽ moral. lxxviii. causam recessus eorum de mundo exponit exercitia eorum cõmendat & oprat sibi ipsi conuersationẽ eandẽ inter eos. Loquitur autẽ de his qui amicitias

hominũ negligunt nec aliquos adẽt gratia cõmunicationis quorum proximã cõdemnans dicit CHRYSOSTOMUS. Nihil est ita malũ vt solitudo & inaccessibilitas. Sed quid ergo faciũt monachi ait aliq̃ & qui vertices montium sumperũt supple ad inhabitandũ. Vere, inquit, sed nec illi sine amicis sunt, sed eos qui in foro sunt tumultus fugerunt. Multos autem habet vnanimis & certissime sibi inuicẽ colligatos: & vt hoc dirigãt, id est dicẽte cõcinnent recesserũt supple de mudo, quia enim rerum alteratio multas facit lites propterea de facti medio amorẽ colunt cũ certitudine multa. Quia ergo & si quis solus fuerit (supple sicut Monachus) & ille mille amicos habet. Nã ego quidẽ vellẽ si possibile esset cõuersari vobiscũ inuicẽq̃ videre supple in monachatu, manerẽt tamẽ amicitie in nobis non enĩ locus facit amicos. Multos deniq̃ habet admirãtes isti monachi, neq̃ enim admirãterũ illos scilicet nisi diligerẽt: & ipsi rurũ pro vniuerso orãt ore terrarũ: quod magne dilectionis est argumentũ. propterea & in ministeriis & missarum celebrationib⁹ amplectũtur adinuicẽ, id est charitatie orãt p̃ se inuicẽ vt qui multi sumus, id est discordes, siamus vnũ & in secretis cõmunes faciũt orationes obsecrantes pro egrotantibus, pro fructibus orbis terrarũ, id est terrę & maris, hęc Chrysostomus ibi de sanctis monachis. AVCT. Videtis iam in quãta veneratione habebat religiosos viros tam sanctus & tam seuerã continẽtiã vir sanctus Ioannes Chrysostomus, cui nimirũ ob nimia seueritatẽ vitæ ecclesiasticę potissimũ poterit applicari quod ait poeta de Catone magno libro sectũdo de bello Martis. Orbi pater est orbisq̃ maritus Iustitię cultor rigidi seruator honesti. in commune bonus. Hic religiosos p̃fectos sui temporis multos & plurimos amicos habere dixit, bene fugisse tumultus fori, probauit, cõuersari cum eis ex omni conatu animę concupiuit. Omnes eos admiratione venerabili habitos p̃dicat & demum sanctissimam charitatẽ eorum exponit qua se per mutuas orationes iuuant & toti seculo p̃stant opem. Quis non suspectus in fide Christi, detrahat talibus p̃cipue vsq̃ ad fundamentum status quos tam egregie commendat tantus doctor & tam seuerus episcopus? Dicat monacho Vitcl. qđ vult & inimicos eos p̃bet angelis dei: quia vltra Christi instituta nouum ordinem p̃stitẽtur. Dicat nullũ eos in admiratione habere qui eos diligit

gant: & preces eorū inualidas, & ipsos peccatores diffamet extremos: dū tamē securi sumus qd id idē sine oī diuersitate ex pte reidānat p̄ceptis hereticis qd pbat^o deo & ecclesiar^o ei^o laudat Chrysostrōm^o. Et ne in tāto strepitu videat^r egregius pater solus incedere sanctū & vtrq; rigidū patrē Hieronymum ducamus in testē. In epistola enī quā ad sanctā Eustochiū direxit virginem cōsecratā & filiam sanctē Paulē omnē p̄dictorū monachorū vitā lucide declarās ait HIERONY. Veniamus inq; ad eos qui plures sunt & cōmune habitāt, id est quos vocari cōnobitas dixi. Prima apud eos cōsuetudo est obedire maiorib^o, & quicq; iusserint facere: diuisi sunt p̄ decurias atq; cēturias: ita vt nonē hōibus decim^o p̄sūt: & rursum decē p̄positos sub se cētum^o habeat. Manēt separatim se iūctis cellulis vsq; ad horā nonā vt institutū est. Nemo p̄git ad aliū exceptis his de causis quas diximus, vt si cogitationib^o forte q̄s fluctuat illius cōsole alloquīs: post horā nonā in cōmune cōcurrūt, psalmi resonāt, scripturę ex more recitātur: & cōpletis orationib^o cunctisq; residētib^o medi^o, quē patrē vocāt, incipit disputare quo lēgēte tantū silentiū fit vt nemo aliū respicere, nemo audeat excreare: dicentis laus in fletu est, audientū tacite volunturp̄ ora lachrymę: & nec in singultus quēdem erūpit dolor. Cū vero de regno Christi & futura beatitudine, de gloria cōperit annūciare futura, videas cunctos moderato suspirio & oculis in cælū leuatis intra se dicere. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbe & volabo & requiescā? Post hęc conciliū soluit, & vna quęq; decuria cū suo parēte p̄git ad mensas, quib^o p̄ singulas hebdomadas vicissim ministriāt. Nullus in cibo strepit^o est: nemo comedens loquit^r: viuūt pane, leguminibus & herbis quę solo sale cōdūtur. Vinū tm̄ senes accipiūt, quib^o & paruulis sepe fit prandīū vt aliorū festina sustententur ætas, aliorū nō frangatur incipiēs: dehinc consurgunt pariter & hymno dicto ad p̄sepia redeunt ibi vsq; ad vesperā cū suis vnusquisq; loquit^r & dicit, vīdistis illū & illū quāta ī ipsa sit gratia, quātū silentiū, q̄ moderatus incessus: si infirmū viderint cōsolantur: si in deī amore feruentē cohortantur ad studiū: & quia nocte extra orationes publicas in suo cubili vnusq; vigiliat circueunt cellas singulorū & aure apposita diligenter explorāt, quē tardiorē deprehenderint nō increpant sed dissimulat qd norunt: eum sepius vīstāt & prius incipiēs puocāt

magis orare q̄ cogit. Opus diei statutū est, qd decano redditū fertur ad ceconomū q & ipse p̄ singulos mēses patri omnī cū magno reddit tremore rationē: & quia nō licet cuiq; dicere tunicā & sagū textaq; iuncis strata nō habeo: ille ita vn̄uersa moderat vt nemo qd postulet, nemo de habeat. Si vero quis ceperit ægrotare transfertur ad exhedrā lautiorē & tāto senū ministerio cōsuetur vt nec delicias vrbū nec matris quarat affectū. Dñicis dieb^o orationi tm̄ & lectionibus vacāt quod quidē etiā omī tpe cōpletis opusculis faciūt. Quotidie aliqd de scripturis dicitur, Ieiuniū totū anni equale est excepta quadragesima in qua sola concedit restrictus viuere. A pascha vsq; ad Pentecosten coena mutat in prādīū quo & traditioni ecclesiasticę satisfaciāt & ventrē cibo nō onerēt duplicatō. hęc Hieronym^o ibidē de institutione regulari veterū monachorū degentiū in Aegypto. AVCT. Substitat forsan aliq; hic & calūniatur religiosos nostros modernos nō esse talis regiminis: & fateor. Credo q̄ verū dicit qui sic dicit: de qua re dolendī causam haberet pietas Christiana pot^o q̄ redidit. Qui ergo Christiani sumus desiam^o vniformiter religionis parula vulnera qd sanctorū est: nō sautiem^o penitus eius vitalia: qd hereticorū est: quibus a patre suo solū datū est vt euellāt & destruar: sed & p̄phetę dñi dictū est, Primo euellas & destruas, & demū iungis. Aediffices & plātes. Signū est q̄ nō velut vltimate dissolui fabricam cuius impat reparatōem. Meminerūt oēs fideles dñi ægritudine religionis instātis nō esse onus deserti maris qd non reparabat, sed onus Aegypti in cuius partib^o oī sancta florēbat religio cū ad ingressum dñi super nubē leuē & fidē tunc tenerā incarnationis p̄fectę cūcta eius simulacra mouebātur & idola peccatorū. Et q̄q; tā sua fatuitate tradat in manū dñorū crudeliū, si nāli ter tamē qd & expturū me spero reuertentē Aegypti ad dñm & placabitur eis & sanabit eos, Esaie, xix.

Quomodo religio p̄fectorū diffundebatur per partes Africae. Cap. IX.

Sed vt repetamus intentū ab istis factis viris religio sacra p̄fluxit ad p̄tes vicinas Africae quę est Aegypto bene cōtermina secundum Isidorum xliii. Etymol. & hoc ad meridē, de quorū vitā & laude vt potiori credam^o, inferamus

AVGVSTINVM de moribus ecclesię catholice, cap. lvi. vbi Manichęos conuincens in laudabili conuersatione p̄dictorū virorum. Quis inq; nescit summe cōtinentiū hominū Christianorū multitudinē p̄ totū orbē indies magis magisq; diffundi: & in oriēte maxime atq; ī Aegypto quod vos nullo modo potest latere. Et infra, Quis ergo non illos miret & p̄dicet qui contēptis atq; desertis mūdi huius illecebris in cōmunē vitā sanctissimā congregati simul atatē agūt viuentes in orationibus, in lectionibus, in disputationib^o, nulla superbia mūdi: sed modesti, vere timidi, placati, concordissimā vitā & intētissimā in deū sacratissimum munus ipsi offerunt a quo ista posse meruerunt: nemo quicq; possidet p̄pitiū &c. hęc ille. AVCT. Omnia cōcorditer scribit cū Hieronymo ita vt existimari posset idē textus, & in fine concludit scēmas duxisse ibidē eandē vitę normā casteq; sequi viros dicit. AVGVST. Quę in habitaculis segregatis ac remotā a vitiis q̄ longissime decet, pietatē illis charitate iūgūt ac imitatione virtutis. Ad quas iuuentū null^o accessus est neq; ipsorū probatissimorū senū nisi vsq; ad vestibulū. Et demū subdit, Hos mores, hęc vitam hęc ordinē, hoc institutū si laudare veli, neq; scio, neq; digne valeo. Et subdit, hęc Manichęi reprehēdite si potestis, hęc August. ibid. AVCTOR. Heu quod Augustino videbatur Manichęum vituperare nō posse, V vitaleff, vituperare nō omisit, immo vituperauit. Nō opinabatur Augustinus ad tantam dementiam posse pertinere Manichęum ad quā omnes scimus nostrum Vitaleff peruenisse. Non mirum ergo q̄ mihi de opinando tam insperata cōcluditur, concluditur Augustino. Nec excusationem eius hic quisq; obredat q̄ hoc solum in religione accusat quod est vitii, nō virtutis: quia plane omnem religionem p̄fectā, secundū totam eius substantiam criminatur & blasphematur: & quicquid religioni Christi vulgari quispiā addiderit, Vna tm̄ inquit est Christi religio nec has no uas sectas inuenit & nominat eas. Si vitia tm̄ & legi Christi difformia in religioe dānaret, multos graues religiosos comites inueniret: & fateor cōsentirē ego, iuuare quod possem etiā forsan si non possem, quia hoc est tollere religionis abusum nō sanctissimū institutū. Sed & mali religiosi tēporibus Augustini nō defuerūt ecclesię, quos Manichęi ipsi obiecerūt in faciē. Et subdit, AVGVST. Nūc vos illud ammonēo vt aliquādo ecclesię catholice

maledicere desinat, vituperando mores hōmī quos & ipsa cotidie tanq; malos filios corrigēre studet. AVCT. Absit enī vt sacra religio faciat malis velamē ad excusandas excusationes in peccatis. Etiā iterum absit vt ipsa quę sacra, q̄ iusta, q̄ sanctissima est, culpe reatū ferat eorū quos cū omnia fecerit detinet obstinatos. Et iterū p̄teritū quidā astruūt religiosos p̄dictos, quos tā celebriter p̄dicāt p̄dicti viri sancti, fuisse eremitas & cultores solitudinis: quib^o si moderni habitates ciuitates & villas comparentur, videbuntur longe altariū sectę & quasi professores æquiuoci. Sed quia de maiortate perfectionis habitaculorum ciuitates & memora non iā est propositū disputare, sufficiat probatum habere etiam religiosos viros ciuitates colentes esse multum p̄fectos, nec ex statu quem p̄tendūt extraneos legi Christi.

DE MVLTIFICATIONE RELIGIOSORVM PERFECTORVM AD PARTES EUROPE. Caput. X.



Ecularis ergo religionis institutio q̄q; in Aegypto p̄deserta succreuit, & forsan in Africa & ceteris p̄tib^o orientis, & hoc propter ferocitatē gētis semibararę & causas alias cōgruētēs. In Europa tamē formosius p̄ciuitates illas & oppida aut loca his vicina fouere solebat: & hoc ab initio. Nec ideo fuit sic viuētū status a religionis laudibus alienus prout affirmat beatus Augustinus: vbi iam supra cap. ix. vbi post laudatos religiosos solitudinem colentes laudauit etiam nō modicum vitam clericāle quam ducunt episcopi & sacerdotes morantes in vrbibus necessitate plebis, tunc demum breuem comparationem faciēs AVGVSTINVS. Hi agunt, inquit, vbi viuere discunt, scilicet p̄lati. Illi vero vbi viuunt scilicet religiosi. AVCTOR. Id est p̄lati plebis habitant vbi ab eis populus discat viuere. Religiosi eremitę ibi habitant vbi tam sancte viuunt omnes. Et subdit ad propositū AVGVSTINVS. Nec ideo tamen laudabile Christianorū genus contempserim eorum, scilicet qui in ciuitatibus degunt a vulgari vita remotissimi. Vidi ergo sanctorum diuersorum Mediolani, non paucorum hominū quibus vnus p̄sbyter p̄tulerat vir optimus & deuotissimus, Romę etiam plura cognoui in quib^o

bus singuli grauitate atq; prudentia & diuina scientia prepollentes ceteris secum habitantibus presunt Christiana charitate, sanctitate, libertate, viuētibus. Nec ipsi quidem cuius onerosi sunt, sed orientis more & Pauli apostoli auctoritate manibus suis se transigunt. Ieiunia etiā prorsus incredibilia multos exercere didici non quotidie semel sub nocte reficiendo corpus, sed continuū triduum vel amplius sepius sine cibo ac potu ducere. Nec hoc tamen in uiris tū sed in foeminis etiam quibus itē multis uidiis & uirginibus simul habitantibus & lana ac tela victum queritibus presunt singula grauissimae ac probatissime. AVCT. Et alia multa scribit ibi Augustinus de sanctissima religionis conuersatione praedictorum, sed ea ad uitādū prolixitatem omitto: & tunc in fine subiungit AVGVSTINVS. Istis Manichēi si potestis obfistite, Istos sine mēdacio si audetis & cū conuulsa nominatē (siā apparer mihi alloquitur Vvicleustas) Istos ieiunias vestra ieiunia, castitati castitatem, ueritatem denique charitati, preceptis precepta conferte, & uidebitis quid inter ostentationē & sinceritatem, inter uiam rectam & errorē, inter fidem & fallaciam, inter robur & timorē, inter beatitudinem & miseriam, inter unitatem & confissionē: postremo quid inter superstitionis Sirenas & portum religionis interfit, hęc Augustin⁹ ibidē scilicet de morib⁹ ecclesie. AVCTOR. Videtis iam q̄ sancte lenit Augustinus de Romanis religiosis habitantibus ciuitatem q̄ diligēter opponit eos haereticis & cōfundit ex diuersitate sanctitati obiecta, sciēs q̄ opposita iuxta se posita magis illucescant. Multitudo tamen minor saltē tunc temporis erat in Europa q̄ fuerat in Africa uel Asia. Qd̄ cōuincit potest ex AMBRosio dicere lib. ii. de uidiis, uersus mediū. Pauciores hic prodire homines q̄ Alexandriē uel Africae uirgines cōsecratas. Nec mirum sic enim prouidit propitius deus vt inter populos iniquiores maior multitudo sanctorū excreseat qua ter reantur a solitis uitiis & ad uirtutes puocentur insolitas. Vnde & sancti uiri & praecipui doctores ecclesie uidentē post modū in diuersis mundi climatibus uiria pullulare & Christianae professionis torpescere sanctitatem: ibi monasteria statuerūt ubi mētes inhonestae uita denique succreuerūt: quod in speciali fecerat egreg⁹ Augustin⁹ vt refert de eo POSIDONIVS cōtemporaneus & discipul⁹ eius

& postea Calamēsis epus in historia eiusdem dicēs de eo: q̄ effectus presbyter monasteriū intra ecclesiam mox instituit & cum dei seruis uiuere coepit secundū regulā sub sanctis apostolis cōstitutā, maxime vt nemo cuiusq; proprium in illa societate haberet: sed eis essent oīa cōmunia & distribuere vniciq; prout opus erat qd̄ iā ipse prior fecerat cū de transmarinis partibus ad sua remeasset, hęc ibi. AVCTOR. Quid ergo dicit Vvicle. ad Augustinum nūquid dānabiliter peccauit Augustin⁹? quia sic statuit religionē claustrale, qui etiā simul cum aliis māsūt in claustro: immo dicit Vvicleff. euāgelio dñice, xi. post trinitatem, sed finaliter poenituit. Sicut dicit in dialogo fratru, c. v. Sed huius oppositū cōstat ecclesie: quia sicut dicit praedictus POSSIDONI⁹ in fine historie loquēs de Augustino quid fecit in exitu. Clerū inquit sufficiētissimum & monasteria uirorū ac foeminarū cōtinētū cū suis prepositis plene dimisit, id est cōmisit, & cōmēdauit ecclesiae. AVCT. Nō ergo poenituit Augustinū fundasse religionē claustrale etiā in fine uite. Et tūc argumētō ex fundamentō Vvicleff. Augustinus instituit religionem claustrale, & hoc culpabiliter & cōtra legem Christi: hoc est uerū p Vvicleff. ergo si nō poenituit: finaliter iā Augustin⁹ est dānatus. Sed cōstat q̄ nō poenituit ergo est dānatus. Ecce quo adduxit iste p̄fidus sanctissimū Augustinū: ecce ubi collocauit sanctissimū p̄fessorē. Quis hoc possit audire qd̄ dicit. Sed retorqueamus cōsequēt iā nos & faciam⁹ ei catholicū argumentū. Sanctus Augustin⁹ iuxta legē Christi fūdauit meritorie religionē p̄fectōrū, quā tu blasphemias, ergo si te nō poenituerit blasphemē dānatus es. Sed nunq̄ te poenituit vt refert⁹ qd̄ de exitu tuo loquunt: ergo dānat⁹ es. Saltē si arguat⁹ p̄ immediata potius tota ecclesia dei sentit saluatq̄ esse catholicū Augustinum q̄ Vvicleff. impoententē hereticū. Sic ergo ortū & incrementum p̄fecte religionis p̄ tres orbis plagas praedicti sc̄ti & graues uiri laudabiliter approbāt: & pbabiliter cōmendabāt Chrysostrōm⁹, s. & Hieronym⁹ p̄ Asia. Augustin⁹ & Ambrosi⁹ p̄ Africa & Europā. Et quis isti religiosi peculiare quos induxi a primo tempore legis gratie usq; ad tempora nostra nobis in oī substantiali p̄fessione cōformes: praedictis tamē sanctis patrib⁹ de tempore legis naturae & Mosaisce in multis uidētur esse dissimiles: eo q̄ quāda paupertatem istam tenētes uxoribus utebantur. Quidam uxoribus utētes & paupertatē


tenentes & degentes sub obediētia uino abrenunciabāt & domibus quod nos omittimus: & ceteri omiserūt & cetera talia quae nec tūc sine causa fiebant: nec iam sine causa dimittimus: nihil ad nos quantū ad presens spectat quia pessime ualet ratio. Peculiariter religio si primis temporibus uinum non bibebant nec domos habitabāt. Moderni tamē uinum bibunt & domos inhabitant ergo moderni nō sunt religiosi, uel illi non erant. Item nec hęc ualet ratio, Christus uel religionis suae sustinuit mortē crucis. Moderni uulgares hoc nō faciunt uel religionis suae: ergo uel ipsi nō sūt de religione Christi, uel Christus de religione non erat. Ideo dicendū est q̄ ritus uariāt religionem particulare sed nō cōmunem. Nam Augustinus. xv. de Ciuitate. & Eusebius primo ecclesiastice historie. cap. ii. probant religionem ecclesie Christi inceptisse ab Abel, & sic descendisse per patres, & tunc uariis ritibus utebantur patres ueteres & alii utimur nos. Sicut ergo uariatis ritibus religionis Christi cōmunis per uarias mundi aetates eadem nō minus mansit in substantia: Sic uariatis ritibus religionis peculiari religio eadē manet in substantia. Sed hoc ergo satis est probasse, scilicet a primo tempore fuisse, religionem quādam peculiare segregatam a uulgo sicut arctioris professionis ira longe meriti altioris: laudatam a deo: probatam a sancto uulgo, exercitatam a sanctissimis patrib⁹, professam a prophetis, continuatam ab Apostolis, institutam sub euāgelistis: ex cui⁹ fonte demū riuus religionis eiusdē inundabat alluione synacerissima per tres orbis partes Asiam, Europam & Africanam, sanctissimis attestatibus sine omni chronographo doctoribus supradictis. Et plana quidē hęc facientes, speramus qd̄ de cetero siue catholico sciscitātū de fundatione fontali religionis peculiari quae iam nunc dei late currit in orbe, omne rationabile dubium amputauimus: quia si proteruita nō sit in causa, ex praedictis satis apparuerunt fontes aquarū nostrarum, & patēter reuelata sunt fundamenta scilicet p̄fecte uite segregatae a uulgo p̄ tres partes orbis terrarū & oēs religiones Christi priuatae cōparent usq; ad ipsos fontes primo tempore earūdem aquarum: & si toto mūdo laterent origines nō minus essent ipse p̄fecte, quia totius Aegypti foecunditas Nilus nō mim⁹ erat uisus, quibus ex quo fonte scaturiret usq; ad aduentū Christi semper latebat Aegyptios sicut ex Luciano patet lib. x.

Epilogus primi articuli.

Sic ergo fundamentō religionis p̄fecte dōcto, satis p̄spicue. Primo in Serb, Enos, & Enoch primis fidei patriarchis: ex uerbis scripturā & ueterū expositorū eius scilicet Augustini & Bede cū aliis, & demū ex Cyneis filiis Rechab cū expositione eximii Rabani & famosa traditione ecclesie, & hoc p̄ statu naturae. Deinceps in Helia Helisco & ceteris filiis prophetarū successiue se inuicē cōsequenter, usq; ad aduentū p̄fectionis euāgelicae cū expositionib⁹ literatissimorū uirorū Hieronymi & Augustini, & hoc pro statu legis Mosaisce. Tertio in primis fidelib⁹ Hierosolymorum qui uoto abdicabāt omnē temporaliū pprietatē, cōtinue degētes in teplo pro quibus Apostoli fecerūt collectas in plebe secundum expositionē literale Hieronymi, Isidori, Bernardi & ueteris Dionysii. Deinceps in Paulo qui uelauit Teclā secundum Ambrosiū: in Eufemia quā uelauit beatus Mattheus euāgelista & in cultorib⁹ sancti Marci quos idē euāgelista constituit Antiochie secundū qd̄ de eis scribit doctor Philo cōtemporane⁹ sancti Petri & recitat Euseb. in histor. ecclesiast. & Hieronym⁹ de uiris illust. & hęc pro primo tempore legis gratie. Quarto de dilatio eorū p̄ tres mundi plagas principales Asiam, Africā, & Europā & de laudabili cōuersatione eorū in iisdē secundū Chrysostrōm, Hieronymū, Augustinū & Possidonii discipulum eius & sibi cōtemporaneū, hęc praedicta, quibus patet si uideret nō toties dixisset Ispis Vvicle. religionē p̄fectorū destitui fundamentō legis dei: potissimū cū nūq; p̄ber. semelle locis falso loqui sui praesupponit ueluti p̄ se notū. Si quos ergo habeat fautores, amatores, aut studiosos sectatores suorum dogmatū p̄uorū, quoties hoc planū falsū i suis libris inuenit, toties abradat ne ceteri fideles cū ad ea loca puenerit totius est iurē eū fuisse meritū & p̄ hoc i aliis dictis suis ubi apparēter dicit uerū pbabiliter eū habeāt in sua assertionē suspētū. Difficile dat⁹ fides assuetō mēdaciis, unde nō cōrumeliosus habebor dicēdo p̄ cōsciētiam meā si fiat rect⁹ calcul⁹ doctorū eius pluries dicit falsum q̄ uerū. An nō assueuit os suum mēdaciis qū tā audacter derisit sanctos q̄ religiones p̄fectorū induxerūt, sanctos inq; inter alios euāgelistā Marcū & Paulū apostolū deridēdo uocabulo religiosarum eos appellās. ii. pte sermonū. serm. xlv. Vvicleff. Religiosarum nostrū, inq; ad Christū in cōstitūdo suos ordines nō possunt attingere. hęc ille. AVCT. Magn⁹ pater Philo hoc dicit esse

médacium in libro suo predicto de vita theoricā quē ideo Eusebius supputat. cap. xviii. libri primi ecclesiasticę historię appellasse predictos religiosos cultores vel iuuenisse primitus appellatos, quia secundū euangeliū Christi ante Christiani nominis publicationē vivebant. EVSEBIVS. Primo inquit omnium viros ipse cultores & scēmas cum ipsis ait cultrices appellari. Causam vero huius vocabuli vel ex eo dictam quod nuper conuenientium ad se animas tanq̄ rudes & agrestes excolerent, vel erga dei cultum pura & integra consciētia perduratēt: quod nomen siue ipse posuit primitus ex ipsorum actib⁹ rationem colligens, siue in initiis ita appellabatur qui secundū euangeliū vivebant anteq̄ Christianorum appellatio per omnem locū diffunderetur nihil interesset dūmodo ex ipsis rebus nomen ad quos pertineat cōpertatur. Hęc ille. AVCTOR. Elige tu de predictis & vide an laicus in instructione predictę religionis ad Christi euangeliū non attigit dūmodo dicat Christus. Qui nō colligit mecum, dispergit, & sine me nihil potestis facere: qđ si istos religiosos archas non audis qui veniunt in nomine domini: quid dices si alius veniens in nomine suo sic dixerit, forsitan tunc credes. Ecce FAVSTVS amicus tuus vadit? Manicheus religionē virginiam approbās dicit de Paulo apostolo. Iconio inquit Teclam oppignoratā iam thalamo in amorem sermone suo perperatę virginis accēdit: quid & de magistro ipso dicemus ac sanctimonię totius auctore Iesu, & huius ipsius professionis puellarū Caelico sponso. hęc ibi secundū August. lib. xxx. AVCTOR. An nō tūc Paulus in professione puellarū attigit magistrū nestrū Christū.

SECUNDVS ARTICVLVS DE perfectione religionis Christi persectę supra religionem eius vulgarem. Cap. XI.



Quid latum suum quod ad modū populi sa-

Quidam ergo religionis Christi peculiaris sic vnde quaq̄ mōstrato, tā secundum profundū suū in remotissima illa lege naturę, q̄ secundum altum in eminentissima lege gratię, q̄ etiā secū-

riserat angustū tēpore legis scriptę: superest vt murorum eius proceritatem disponamus & speciem. Nam in Apocalyp. Ioānis ciuitas illa transparens murum magnū & altum habuisse describitur cū plures muri essent. Vn⁹ inter alios noratur magnus & altus, quia cū multi sunt status in ecclesia Christi: vnus no tantus est murus magnus & altus cōpactus ex perfectis viris, cōmunitate professionis vnitis numeratis in Christi peculio regulari vt sic impletur figura illius primi tēpli. Domus autem cum edificaretur de lapidibus dolatis atq̄ pfectis edificata est. iiii. Reg. vi. Lapidēs dolati sunt fideles in religiōe Christi vulgari quos ictus tentationum & seculariū actionū quatunt, turbant & pellūt & si vita sana inter hęc non amittitur quotidiani tamen iuctus fricant & magno labore pusilla charitas quam possident possidentur, cum non vitantur propter eam seruandā collegia peccatorum, lapides autem perfecti, sunt perfecti religiosi & pfectiores spōtanei de peculio Christi: quos malleus regularis obseruantię libera quadā necessitate distendit eorū quotidiana vitia refecat, speciem deuotionis honestatē auget cōtinuē meritum & possessam perficit & ampliat charitatem: qui idcirco prę aliis fidelibus arcem perfectionis occupāt q̄ charitatē semper intendūt & intenciam extēdunt, extēsam cōmuniunt votis & regularib⁹ disciplinis. Sed dilapidator dom⁹ ecclesię vt cētius domū Christi subruat murū hunc & arcem eius perfectionis declinat: & dicit sine recūdia qualicunq̄ religionem Christi peculiarem virorum scilicet professorum non esse maioris perfectionis q̄ sit cōmuniter in fide Christi viuētium religio popularis. Et sic cū eo dicentes trifariam diuiduntur. Dicunt quidā non simpliciter q̄ non sit maioris perfectionis intēsiue, scilicet alioris gradus in bonitate morali, sed bene extēsiue quod est pluries bona propter additionem pluriū honorū ad mādata decalogi. Dicunt alii religionem vulgarem esse quacunq̄ religione peculiarī simpliciter meliorē & essentialiter perfectiorem, sicut ens transcendēs propter essentialē continētiam substratę speciei est simpliciter perfectius qualibet illarum. Sed & tertius dicit religionē Christi vulgatē esse perfectissimam & omnē religionem peculiarē esse prophanam: & patronos earum religionū & singulos earū professores esse dānatos aut damnabiles quos facti poenitētia nō redemit. Primi istorum mitius errāt, secundū insipientius.

& tertius iam submersit hęcisis capitalis. Quoniam autem in presenti de comparatione loqui intendimus perfectionis vulgaris Christi religionis & perfectę, prius vidēdum erit de perfectione quid sit de proprietate vocabuli, omittam tamen distinctionem illam extremalem, quāto Metaphysice cap. de perfecto, vb̄ Philosophus solum dicit illud esse perfectum in vnoquoq̄ genere cui nulla deficit dignitas illius generis: nulla extra ipsum perfectio: nec min⁹ inerit de perfectione q̄ alteri cuiusq̄ eo q̄ nullum tale citra deum possumus reperire, cum tamen aliud intendebat Christus cum diceret, Estote pfecti sicut pater vester cęlestis perfect⁹ est. Ad altiorē fidei metaphysicū me conuerto egregium Augustinum, qui in libro suo de pfectione iustitię docet, in quibus consistit realiter perfectio militię Christianę, & vocat eam de qua iam loquimur perfectionem cursus in comparatione ad perfectionē quietis in patria. Vnde cap. xviii. dicit eam pręcipue in tribus illis euāgelicis regulis contineri, scilicet elemosyna, oratiōe, & ieiunio. AVGVSTINVS. Nunc inquit, ipsius cursus rectitudine & perfectione tendamus, castigando corpus nostrum &c. Et infra, Vnde domin⁹ in euāgelio cum dixisset. Nolite facere iustitiam vestram coram hominibus vt videamini ab eis, ne istum cursum nostrum sine humana glorię metiremur, non est in expositione iustitię ipsius nisi tria Christi⁹ executus, ieiunium, elemosynas, & orationes. Ieiunio scilicet vniuersam corporis castigationē significans: elemosyna omnē beneuolentiam, vel beneficentiā, vel dandi vel ignoscendī: & oratione insinuās omnes regulas sancti desiderii. Hęc Augustinus. AVCTOR. Secundum istam ergo expositionem Augustini magna perfectio euāgelica est in castitate regularium professorum quę ad ieiunium reduci debet cum sit magna corporis castigatio, & inter omnes maxima. Magna iterum perfectio in spontanea paupertate quę reducitur ad elemosynam, quia si sit benefic⁹ qui pauca dat egeno, beneficentior erit qui omnia sua dederit p amore Christi, qđ manifeste patet ex decreto Christi de vidua quā dantē duo minuta tñ, iudicauit dedisse plus omnibus. Magna demum perfectio in obedientia professorum quę ad orationē reducitur, secundū rectam regulā Augustini cum sit suprēma

regula sancti desiderii. Perfectio ergo militię Christianę secundum tres predictas notas euāgelicas, & si contingēt reperire poterit in religione populi, eminentius tamen & certius in religione peculiari quę in his tribus semper consistit indissolubiler. Ideo charitas professorum talis est maior q̄ sit in fidelib⁹ religionis vulgaris qui ista tria predicta aut nunq̄ simul obseruāt aut raro. Dicit em̄ AVGVSTINVS vb̄ iam supra cap. xx. Charitas autem quę his tribus maior est nō auferetur sed augetur. AVCTOR. Augmētatio em̄ charitati est eius intēsiō, cum in mole magnis nō idem, sit maius esse qđ melius: ergo maior est charitas intēsiue, scilicet perfectio religiosi perfectiorū, q̄ religiosorū de populo. Hoc in super plane docet venerabilis Beda de oībus religiosis in quolibet statu mundi, dicens quandoq̄ esse parietes tēpli perfectos viros, vulgares autē tabulata cedrina in tēplo militantis ecclesię, quandoq̄ dicit vulgares fuisse lapideos parietes portic⁹ & pfectos eiusdem tēporis fuisse tabulata cedrina eiusdem secundum congruentiā & temperis & cōuersationis eorū, vt dicit BEDA exponēs hunc textum iiii. Regū vi. Oīa cędrinis tabulis vestiebant, & ponit in glossa cōmuni. Hoc inquit dicēdum, quia fuerūt in lege & ante legē plurimī q̄ legaliter domino deseruirent non occidentes, non fornicantes, non falsum testimonium dicentes, non furtum faciētes, honorantes patrē & matrē, & diligentes proximos sicut semet ipsos, hi ad parietes porticus lapideos pertinebant. Fuerūt alii perfectiores qui relictis mūdi negociis assumpta cruce dominum sequebantur. Ludibria & verbera experti insuper & vincula & carceres, hi g ante manifesta tempora euāgelii vitā duxerunt euāgelicam ante ingressum templi quasi tabulata cedrina in porticu fulgebāt, quos quia idem regnū cęlestē cōmuniter quīs in discretis mansionibus recipit, quasi porticus templi post lapidem cedrinumq̄ intrinsec⁹ auro cooperta est. AVCTOR. Hęc de vulgaribus dixit & perfectis qui pręcesserunt legem Moyfi & sub lege fuerunt, iam autem descendens ad legem gratię Christi dicit BEDA. Nunc quoq̄ sunt plures q̄ legalibus contenti pręceptis sibi sufficere credunt si ad vitam venire mereant. Sunt alii qui ad perfectionē nitentes omnia sua vendunt & sequunt dominum dicentem,

Vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis & vos &c. Hi ad parietes templi de albo lapide factos, illi ad cedrinas pertinentes tabulas premia perpetue lucis a domino quasi auri flammis quibus decorantur expectant. Hæc Beda. AVCTOR. Hic ecce doctor determinavit vitam vulgariam & perfectior secundum tres leges, naturæ scilicet scripturæ legis, & gratiæ, & distantiam sic viventium, & neutram criminans p quocunq; tēpore præponit perfectos eos scilicet qui legalibus præceptis vitam superaddebant austeram iuxta Christi consilia vulgaribus, qui sibi satis existimant vitam ducere sine culpa damnabili. Vnde generaliter concludere possum q̄ pro omni statu vsq; in statum præsentē religiosi peculiare perfectiores erant bene viventibus vitam populū: qd̄ satis est contra eos qui primum & tertium errores tenent,

¶ **Q**uod religiosus perfectus est eo fortior quo magis votum paupertatis tenetur implere. Caput. XII.

AVCTOR.

R D probatiōe autem huius veritatis in speciali de religiosis perfectis tempore legis Christi, primo ab ipso euangelio sumamus exordium, & fiat argumentum sub hac forma. Vita illa ad quam quis remittitur vt fiat perfectus est simpliciter perfectior vita a qua mittitur, supposito q̄ sit bona moraliter. Sed a vita communis religionis Christi mittit quis vt fiat perfectus ad vitam religionis Christi peculiaris: & tamen prima est vita moraliter bona, ergo secunda est perfectior. Ista consequentia est legalis, quia de iure euangelii non potest esse translatio nisi ad simpliciter meliorem & perfectius: secundum illud. Nemo mittens manū suā ad aratrum &c. & per illud patet maior & minor iuxta illud euangelii Mat. xix. ad iuuenem iam satis perfectum in præceptis. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni & sequere me. Ergo tunc iuuenis ille qui innocenter satis vixit secundum religionem Christi communem mittebat ad religionem perfectiorem Christi peculiarē, cū dicit. Si vis perfectus esse vade &c. Vnde & BEDA exponens prædictum textum euangelii dicit de adolescē-

te illo. Non est putandus ille de sua vita meritus esse: sed simpliciter vt vixit confessus est. Diligit enim eos Christi qui mandata legis custodierunt, & qd̄ maius est his qui volunt perfecti esse adiungit dicens, Si vis perfectus esse, vade &c. Hæc Beda. AVCTOR. Perpendite hic primo quomodo adolescens ille non trahebat de vita criminosa extranea legi Christi ad vitam Christi vulgarē, sed a vita Christi vulgari in qua etiam dilexit cum Christus. Vnde dicit Marcus q̄ Christus vt intuitus est eum dilexit eum, ad vitam Christi peculiarem, & perpendite secundo qualiter vita vulgaris dicitur deo dilecta. Diligit, inquit, eos Christus qui mandata legis custodiunt. Sed vita religiosorum dicitur esse perfectior. Sed qd̄ maius est his qui volunt esse perfecti adiungit dicens, Si vis esse perfectus vade & vende &c. Tunc ergo vita religiosorum est maioris perfectionis q̄ vita Christi vulgaris. Ad hoc argumentum respondet Vvicleff in barbarisatione euangelii feria quarta sextæ hebdomadæ post trinitatē q̄ iuuenis iste fuit in dispositus propter auaritiā cordis sui, nec potuisset aliter saluari nisi abrenunciatio omnium bonorum: ideo ipsi mandauit deus hanc curam in speciali. Nec per hoc debent aliqui attentare professionem huius consilii nisi male dispositi. Vnde signum est imperfectionis secundum eum plus q̄ perfectionis & dispositionis peruenit cū hoc aliquis profiteretur. Periculosa glossa valde est hæc, & magnificum firmamentum hæresis Vigilantiū q̄ dixit melius esse & simpliciter perfectius aliqua retinere secundum formam communis Christianæ militiæ in vsu pauperū, q̄ semel omnia largiri propter Christū, vt recitat beatus Hieronymus, epistola lxx. quæ est contra blasphemias Vigilantiū. Et videamus iam quomodo primi sui erroris stultitiam hæresis additione firmavit, qui fuerant primi professores huius consilii sub hac forma euangelica. Nonne discipuli Christi, nonne apostoli qui non prius in sacri disciplinatus collegio numerantur q̄ istud consilium altissimo voto & omni cordis desiderio p̄fessi sunt. Et hoc dicit AVGVSTINVS decimo septimo de ciuitate, capitulo quinto, dixerant potentes illi, Ecce nos dimisimus omnia, & sequenti sumus te, hoc votum potentissimi voverant. AVCTOR. Ecce q̄ Augustinus dicit apostolos fuisse potentissimos cum hæc voverēt,

Cur ergo dicit Vvicleff, Nullum debere hoc vovere nisi sit indispositus ad bene vtendum rebus in hoc seculo. Infirmissimi tunc fuissent certe non potentissimi. Sed attende scripturas. Nonne Petrus & Andreas ad vitam Christi vocem relictis retibus & nauis sequuti sunt eum? Matth. quarto. Nonne ad eiusdem vocationem Iacobus Zebedei & Ioannes frater relictis retibus & patre naturali, sequuti sunt eum? ibidem. Nonne sic Matthæus, & breuiter omnes apostoli? Et nūquid hæc doctrina Christi ad eosdem dicens. Nolite possidere aurū neq; argentum, neq; pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calciamenta, neq; virgam, Matthæi x. Nunquid hoc fecerunt apostoli qui fuerunt imperfecti, & tanto imperfectiores aliis q̄ hoc non voverunt, quāto fuerunt perfecti? dispositi ad viuendū cum possessione diuitiarū q̄ ceteri vulgares qui hanc paupertatem non voverunt? HIERONYMVS dicit libro primo contra Iovinianum hoc fuisse magnæ perfectionis & fortitudinis in apostolis. In vulgaribus autem e contrario magnæ infirmitatis indicium. Vnde de institutione ecclesiæ quo ad vulgares dicit. Quod quia rudis ex gentibus constituebatur ecclesia leuora nuper creditibus dat præcepta ne terri ferre non possent. Et infra. Apostoli & seniores a Hierosolymis literas mittunt, & quasi paruulis atq; infantibus lac potum dant, non solidum cibum, nec præcipiunt de continentia nec de virginitate significat, nec ad ieiunia prouocant, neq; illud dicunt qd̄ ad apostolos in euangelio dicitur. Neq; habeant duas tunicas, nec peram, nec æs in zonis, aut certe illud. Si vis perfectus esse, vende omnia tua & da pauperibus, & veni & sequere me. Hæc Hieronymus ibidem cap. xxiii. AVCTOR. Ecce tunc q̄ hoc mandatum transfertur ad perfectos, & differtur infirmis propter indispositionem illorum ad tolerandum tantam perfectionem quemadmodum & continentia & castitas secundum Hieronymum. Hoc falsum est ergo q̄ nulli datur consilium de relinquendo omnia nisi infamis, & his quibus damnatum inferret spirituale si possiderent diuitias. Et CHRYSOSTOMVS sup epistolam Pauli ad Hebræos Moralium xix. redarguens hæreticos temporis sui dicentes voluntariam paupertatē esse causam multorum malorum dicit, Nullus causet ino-

piam vt decem millium malorum causam ne contradicat Christo q̄ perfectitudinē hanc ait esse virtutis dicēs. Si vis perfectus esse. Hoc enim per sermones ipse dixit, & p̄ opera ostēdit, & p̄ discipulos edocuit. Hæc Chrysostomus. AVCTOR. Ecce qualiter probat sanctus doctor Christum dixisse renunciationē bonorū & paupertatē voluntariam esse perfectionē & virtutē. Nam est species continentię & in genere temperantię. Cur autem non esset moralis virtus continentia ab exterioribus rebus quibus contingat male vti, sicut & continentia veneris quæ dicitur castitas, nondum ego video causam. Et vteriq; notetur in superiori dicto Chrysostomi q̄ hanc perfectionem paupertatis prædicat, scilicet renunciationem omnium bonorum exteriorū Christus saluator noster per sermones dixit, & per opera ostēdit, & per discipulos edocuit. Ergo Christus in persona sua obseruauit factio istam renunciationē: sed hæreticum est dicere q̄ Christus potuit damnificari spiritualiter, scilicet ex habitatione talium rerum secularium, ergo expositio illa est hæretica q̄ Christus nulli hoc consilium dedit de renunciando, nisi ei qui foret spiritualiter damnificatus eis bonis si teneret, & illa tamē est expositio Vvicleff vbi supra. Iterum confundit HIERONYMVS istam expositionē in epistola ad demetriadem virginem quæ incipit. Inter omnes materias, & est epistola lxxxvii, sic alloquens sanctissimam fœminam. Superfluum reor te monere contra auaritiam cum generis tui sit & habere & calcare diuitias, & Apostolus doceat auaritiam esse idolorum cultum, dominusq; respondeat sciscitanti, Magister bone, quid boni facies vitam æternam possidebo? Si vis, ait, esse perfectus, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni & sequere me. Apostolici fastigii est perfectæ virtutis vendere omnia & pauperibus distribuere, & sic letitiam & expeditum cum Christo ad cœlestia euolare. Nobis immo tibi diligens credita est dispensatio, q̄q; in hoc omni arati oīq; personę libertas arbitrii derelicta sit. Si vis esse perfectus. Non cogo, non impero, sed propono palmam ostendo præmium, tuum est eligere si volueris in agone atq; certamine coronari. Et consideremus q̄ sapienter sapientia loquuta sit. Vnde quæ habes. Cui ista præcipiuntur? Nempe illi cui dictum est, Si vis perfectus esse. Non partē

bonorum tuorum vende, sed omnia. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Ecce qualiter beatus Hieronymus suasit sanctæ virginis relinquere omnia & dare pauperibus: & tamen dicit quod existimet superfluum esse monere illam contra avaritiam. Ergo tunc cui non nocent possessiones per avaritiam iuste suadetur renunciationis consilium. Sed dicit Hieronymus renunciationem istam euangelicam esse perfectam virtutem, & fastigium apostolicum: sed erroneum esset dicere apostolorum statum non fuisse perfectiorem quam sit status minimi Christiani, nec illos fuisse perfectiores vitæ intensiue. Ergo error est dicere statum relinquendum omnia secundum formam apostolicam non esse perfectiorem statu vulgari Christianorum. Tertio dicit Hieronymus dispensationem istam renunciationem bonorum relictam esse ad liberum arbitrium omnis ætatis & personæ, ergo est consilium generaliter congruens omni ætati & omni personæ, quantum est ex lege euangelii & non specialis cura soli ipsi dicta qui alias damnabilis videret si bona illa seruaret: falsam ergo cupiditate imputavit expositor iste peregrinus adolescenti euangelico qui professus est coram Christo se singula seruasse præcepta a iuuentute sua. Et Beda super Marcum, ut allegatur supra, dicit istum non fuisse mentitum, falsam quoque interpretationem textus euangelici posuit dicens perfectionis votum conuenire infirmis non perfectis directe contra sensum euangelii ut probant quos induxi supra. Augustinus & Hieronymus. Stat ergo argumentum euangelicæ paupertatis in suo robore: heretico non obstate.

¶ Religiosus perfectus est ex vi religionis quæ spondet & seruat perfectior religioso vulgari.
Caput. XIII.
AVCTOR.

SECUNDO sic procedit. Altior gradus in premio exigit altiore gradum in merito: & correspondet ei secundum congruentiam legis gratiæ: sed relinquere omnia in effectu secundum formam euangelii promittit a Christo gradus altior in premio ultimato quam non relinquere, ergo relinquere omnia propter Christum & sequi eum in effectu sicut religiosi, est altioris gradus in

merito quam ei oppositum: quod est vulgaris religionis Christianorum. Ista consequentia est formalis: & maior est euidenter ex dei iustitia distributiva & illa serie euangelii. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et pro veritate maioris & minoris coniunctum est processus euangelicus de responso Christi ad Petrum Mat. xix. & Lucæ xviii. Ecce nos reliquimus, inquit, omnia & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et Iesus ait, Amen dico vobis, quia vos qui sequuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes tribus duodecim Israel. Copula iam diligenter meritum & præmium correspondens relinquentes & sequentes sedebunt super sedes, non solum apostoli relinquentes & sequentes, sed omnes facientes sub forma qua fecerunt Apostoli. Vnde AVGVSTINVS in de poenitentia circa medium. In hoc numero iudicantium omnes intelliguntur qui propter euangelium sua omnia dimiserunt, & sequuti sunt dominum. Hæc ille. AVCTOR. Omnes ergo sic relinquentes & sic sequentes sedebunt super sedes. Super quas sedes? Numquid grossa scamna, ærea, aurea, aut argentea sunt ibi paræda beatis super quas sedebunt? Non, sed vulgares fideles erunt sedes eorum inferiores quidem gradu præmi, quia non erant meritis æquales. Vnde CHRYSOSTOMVS super Matthæum opere imperfecto super eundem textum. Omnes, inquit, Christiani, sunt quidem duodecim sedes apostolorum. Et nonne omnis sedens est eminentior, altior, & perfectior sede sua, & inde non dicitur in textu, sedebunt sedes vel in sedibus, sed super sedes: ergo tunc ex ore Christi omnes religiosi peculiare, qui secundum euangelicam formam omnia relinquunt pro Christo, & sequuntur eum, perfectiores sunt gradibus meritorum quam etiam aptant sedes altiores in gradibus præmi, quod quicumque profectores religionis Christi vulgaris quod solum astricte remanent legibus mandatorum. Confirmat hoc argumentum meum in terminis quasi venerabilis Beda libro v. super Genesim exponens hunc textum domini ad Noe. Tolle ergo tecum ex omnibus cæcis quæ mædum carum possunt, & cõportabis apud te, & erit tibi quod illis in escâ. BEDA. Ecclesiâ suâ dominus inquit, multifaria vitæ spiritalis alimonia impleuit ut & turba fidelium generalibus mandatorum suorum institutis

ad perceptionem inuitaret cœlestium præmiõrum, & perfectiores quosque cum altioris obseruantia disciplinis ad altiora eiusdem regni dona vocaret. Hæc ille. AVCTOR. Ecce qualiter aptat Beda præmia in meritis turbis fidelium propter generalem obseruantiam mandatorum. Proponit dominus, inquit, perceptionem cœlestis regni generaliter, sed perfectiores propter obseruantiam arctioris disciplinæ vocat ad altiora dona eiusdem regni, ergo tunc perfectiores altioris disciplinæ ecclesiasticæ sunt professoribus perfectiores mandatorum in genere & non tantum extensiuè perfectiores, sed sunt intensiuè perfectiores & altioris gradus in latitudine meritorum, quia vocat eos dominus ad altiore gradum præmi, & sic reprobatur hic in terminis. Tertius error qui & hæresis est, ponit arctiorem obseruantiam Christianam esse damnabilem, & laxiorem esse meritis altiorè. Nec secundus error transit intractus qui simpliciter ponit religionem Christi vulgarem esse perfectiorè essentialiter, eo quod essentialiter continet omnem perfectionem includam, & per consequens omnem perfectionem religionis strictioris, ex hoc primo quod concipiens religionem vulgi & popularis professionis esse communem specificè vel genericè cæteris omnibus religionibus non vere concipiunt, immo religio vulgi est quadam particularis religio sicut alia queque. Et iterum, quia procedit ex falso fundamento in naturalibus peccat in moralibus. Commune enim essentialiter est deterius minus communi, saltem si illud minus sit commune genericè vel specificè. Contra, inquit, oppositum experimur in deo ubi essentia est perfectionis simpliciter, non sic persona. Verum est, sed illa beata essentia est maxime determinata, nullo modo confusa: omnis essentia communis creata est indeterminata & confusa. ideo longa inter eas distantia. Et ut repetamus intentum nulla virtus moralis habet iudicari perfectior penes contentam, sed penes coniunctionem ad primum simpliciter. Potest enim esse quod vnum genus minus perfectum contineat plures species quam genus perfectius: sicut secundum Isidorum xvi. Erymologiarum genus topasii continet tantum duas species: genus autem petre ruralis habet species xl. Et vnde ergo est topasius melior cilice? Certe ratio differentie eius vel alicuius æquialenter componentis intrinsece virtute cuius magis accedit ad perfe-

ctionem primi. Sicut ergo non propter continentiam essentialem tantum, sed magis propter continentiam essentialem & formalem simul, maxime autem secundum continentiam virtutalem habet attendi perfectio cuiusque siue naturæ siue moris. Sic religio Christi peculiaris est essentialiter perfectior religione eius vulgari potissimum cum propter gradus suos perfectionales perfectius & certius reducit professores eius in summum simpliciter, & hæc est ratio magni Dionysii ad hoc idem in de ecclesiastica hierarchia capitulo sexto, ubi sic dicit DIONYSIVS. Eorum qui perficiuntur vniuersorum altior est ordo monachorum, sanctus ornatus omni quidem mundatione emundatus per totalem virtutem & perfectam propriarum operationum castitatem. Omnis autem sanctæ operationis quæ est fas illi contemplari intellectuali contemplatione & communionem particeps factus est, & hierarcharum perfectius virtutibus traditus, & diuinis ipsorum illuminationibus & hierarchicis traditionibus eductus inspectans sanctarum perfectionum, quæ ad ipsam pertinent sanctificationes, & a sancta ipsorum scientia proportionabiliter ad perfectissimam perfectionem actus. Hæc Dionysius. AVCTOR. Vult hic Dionysius dicere ordinem monachorum, id est religiosorum peculiarium esse altiore & perfectiore omnium eorum qui perfici debent, scilicet cæterorum fidelium mediocriter ordinis: de quibus tractat ante: & hoc ex tribus concludit. Primo ex perfecta munditia quam consequuntur ex propriarum operationum perfecta castitate, id est ex absentia eis proprie cõpetente ex sua ipsorum votorum commissione. Secundo ex cõtemplatione, id est mutatione sanctorum episcoporum & doctrinæ ecclesiasticæ in speciali. Et tertio ex cõscientia formata in eis per quam agunt sursum, & surgunt raprim in deum. Hæc tria multum distat a medio ordine sacri vulgi, & ideo reddunt eis perfectiores religiosos perfectos. Et certum est quod propter hoc idem nominat beatus Dionysius apud propriato nomine quasi per quandam antonomasiam religiosorum coetum, ordinem perfectorum, & subiicit eis religionem Christi vulgarem in medio ordine eiusdem hierarchiæ. Vnde modus ponendi & ordolibri conuincit aduersarios omni humana voce sepulta.

Probatur q̄ religio perfectorum est non solum extensue sed intensue perfectior religioe vulgaris, Cap. XIII. AVCTOR.

TERTIO autem sic progreditur, & directe contra opinionem primam ponentem Christum si religionem peculiarē esse religioe vulgaris non intensue sed extensue tantum perfectiorem, id est pluries perfectam: quia semper in productione qualitatis intensibilis & remissibilis additio vel plurificatio per se causantur illam qualitatem, facit abundantiam qualitatem intensue: sicut additio denariorum ad denarium, non solum facit extensue maiorem cumulum, sed facit etiam possessorem intensue magis diuitem. Sed religio proprie sumpta in forma intensibilis & remissibilis, quia est essentialiter charitas, sicut patebit postea, ergo additio virtutis perfectionalis ad virtutem causabit in forma resultante intensio rem gradum. Patet consequenter, & maior ex illo euangelico, Omnia habentem dabit & abundantius dabit. Quod dictum est solum de abudatione virtutum quae habent virtutem primam, scilicet charitatem dabitur & alia, & abundantius in gradu meritum non numero solum. Unde si lux in opaco sit per se causa albi, ubi ergo est maior lux in opaco proportionato, ibi erit maior albedo, non extensue sed intensue tantum. Item si color illuminatus proportionabiliter distans, translat per medium competens ad potentiam aptat, & causat visionem in oculo, ergo maior color cum magis proportionato lumine in potentia apta disposita causabit maiorem visionem non extensue sed intensue tantum. Conformiter additio combustibilium causat maiorem ignem extensue, sed maiorem calorem intensue: ergo conformiter additio virtutum moralium quae sunt focalia metaphorica secundum ordinem charitatis facit charitatis ardorem habitualem intensue maiorem. Non enim erit additio focalium, id est virtutum secundum ordinem quem exigit flamma charitatis sine maioratione flammę charitatis, sed in charitate hoc est maius esse quod maius, quia extensue non recipit. Ergo additio virtutum in religioe facit religionem illam intensue perfectiorem, non extensue tantum. Respondet aliquis hic, finis religionis est charitas: si ergo religio semper tra-

heretur in finem suum posset esse intensue perfectior: cum autem non semper ducatur in finem ad quem ordinatur, scilicet in charitatem, incertum est de religioe peculiaris utrum sit perfectior religioe vulgaris, necne. Contra, exercitatio scientialis est simpliciter melior & perfectior exercitatio militari vel fabrilis, quia propter perfectiorem finem, scilicet propter robur & valetudinem anime, Militaris autem propter robur corporis, & tamen contingit exercitacionem scientialem quandoque fieri propter finem alium: & hoc secundum individuum, non autem secundum speciem. Consimiliter & si exercitatio religionis non semper fit propter finem debitum, peccatum est in individuo non in specie. Ideo non minus est simpliciter perfectior religio vulgaris, sed forsitan dicitur quod religionis forma est forma aggregata, vel si sit per se vna, non tamen est in tertia specie qualitatis sed in prima, sicut omnis virtus moralis: & per consequens non est forma intensibilis & remissibilis, nisi forsitan improprie secundum fortiores impressionem vel radicationem in subiecto. Contra, adhuc etiam illo modo est forma religionis perfectior intensue quam sit religio vulgaris: quia per tria vora alligatur professor eius ad obseruationem charitatis. Fortius ergo imprimitur vel radicitur in anima peculiariter proflentis: & per consequens modo illo redditur forma intensior. Et in rei veritate hoc senserunt antiquissimi doctores loquentes in materia ut patere potest per terminos quibus utuntur: quia omnes doctores cum comparant religionem perfectorum ad religionem vulgaris expriment conceptus suos per terminos sonantes eminentiam vel maioritatem gradualem & non pluralitatem vel maioritatem numeralem, unde ut in præcedentibus tactum erat, Beda dicit religiones peculiares in comparatione ad vulgares esse perfectiores, & ad perfectionem nitentes. Hieronymus dicit eorum professionem esse virtutem perfectam, immo fastigium apostolicum. Beda iterum dicit eos esse perfectiores, vulgum autem turbas nominat. Et vetus Dionysius dicit eos esse vniuersis altiores, quos monachos nuncupat vel therapeutas. Esse autem numerosius vel mole maius non ideo est altius vniuersis perfectius, vel summum fastigium tenens, immo ista vocabula gradum altum

expriment, non quantitatem molis vel numeri. Ergo perfecti religiosi non excedunt sola pfectione numerali pfectione christiani vulgi, sed magis pfectione graduali quam intendimus. Et his omnibus attingitur quod determinatiue dicit egregius AVGVSTINVS, capitulo quinquagesimo sexto libri sui de moribus ecclesie catholice loquens de religioe sanctissimorum Eremitarum contentium interiora loca solitudinum, & remouentium se ab aspectibus hominum. Nichil, inquit, de his loquar: videntur enim non nullis res humanas plus quam oporteret deseruisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus proficit & vita ad exempla, quorum corpora videre non sinimur. Nam hoc tam excellens fastigium sanctitatis cui non sua sponte mirandum & honorandum videtur, oratione nostra videri qui potest? Hæc Augustinus. AVCTOR. Vide quomodo vocat hic Augustinus vitam istam perfectam excellens fastigium sanctitatis. Omnes isti termini formam sonant singulariter magnam, non pluraliter perfectam. Sanctitas enim forma simplex est & vna, cuius fastigium gradum altum dicit non numerum perfectionum. Sed & excellentia fastigii ad culmen mittit quod in spiritualibus formis in intensibili solet consistere. Intendit ergo Augustinus hic dicere vitam istam peculiaris perfectionis tenere culmen & excellentem gradum in latitudine religionis Christiane, & esse vulgaris meliorem simpliciter, non tantum pluriorem ut dicit opinio. Unde & CAESARIUS admonitione vigesima octava. Videte inquit, vocatione vestram fratres charissimi, venire ad eremum summa perfectio est, non perfecte viuere in eremo summa damnatio est. AVCTOR. Sed quomodo documque sit de ista excellentia error ille tertius qui & hæresis vnde vitæ uistica confunditur vnde quaque expressis verbis, quia quæ dicit ipse esse simpliciter prophana & pessimam Augustinus & alii tollunt ad sidera. Et discernite quomodo iam increpat hic Augustinus quosdam detrahentes sanctissimis eremitis. Ipsi enim scilicet Eremitæ videntur nonnullis res humanas plus quam oporteret deseruisse. Non intelligentibus inquit, quantum nobis eorum animus in orationibus proficit, & vita ad exemplum. Nonne vitæ est vnus ex illis quibus sic videtur: Nam de nobis habitantibus inter ho-

mines videtur ipsi hoc, sicut dixit supra in secundo argumento. Ordo, inquit, Christi melius & ad satis occuparet hominis appetitum. Sed sicut est vnus ex his quibus videtur religiosos in additionibus suis superfluere, ita est vnus de non intelligentibus quantum in oratione proficit toti mundo animus sic professi, & vita prouocet ad exemplum, vita autem deterior non proficit ad exemplum, est ergo multo perfectior imitatrix vita vulgaris.

Quæ utraq religio est magnæ perfectionis tam vulgaris quam perfecta, sed secunda perfectior per tres rationes factas. Caput. XV.

AVCTOR.

NAM satisfaciamus ruditer simplicium, & cum ipso populo populariter incedamus. Quantum est altare maius sacrum qualibet area vel columna vel inferiori parte templi, tanto vitæ religionum peculiarium est vita vulgaris perfectior. Sed altare est simpliciter sanctius vulgaris parte templi, & non pluries sanctius, id est extensue tantum est vita claustralis perfectior vita vulgaris. Patet consequentia cum sit formalis. Et per declaratiōe maioris & minoris simul est HAYMO lib. iii. super Apocalyp. sup hunc textum, Metite templum & altare. Templum dei, inquit, ipsa est ecclesia: cuius Apostolus dicit, Templum dei sanctum est quod estis vos. Altare in templo eminentiores signant in ecclesia fideles, id est virginæ continentēs & seculo renunciantes. Sicut enim in templo altare est, ita vita religiosorum in plebe consistens: in qua sanctæ cōpunctionis permanet ignis. Et infra. Dicit itaque omni ordini prædicatoꝝ surge ad potiora opera, metite templum dei & altare & adorantes in eo, hoc est vnicuique professioni & ordini secundum suam dignitatem & locum assignata verbum dei. Et verbi gratia, virginibus dicit. Beati estis qui respicistis nuptiale consortium, & inde habebitis societatem angelorum. Dicit ergo seculo renunciantibus. Beati estis qui euangelici præcepti non immemores cum cetera terrena pro Christo reliquistis, sequentes eum: a quo thesauri in celo indeficientem percipietis. Hæc ille, AVCTOR. Et

go tūc ex hoc dicto perfectior portio in ecclēsia dei est vita religiosorum transcēdens vitam vulgariū, sicut altare est melior portio templi & sanctitate transcēdens. Præterea vita professorum peculiarium tantum transcendit in perfectione vitam popularium professorum, quantum leo transcendit catulum suum in viribus: sed Leo est catulo suo fortior, non solum extensius sed etiā intensius: ergo religio peculiaris est simpliciter perfectior religione populari, non solum extensius sed intensius. Consequentia patet & minor de se: & pro veritate maioris est ORIGENES tractans hunc textum Numerorum xxiii. Ecce populus vt catulus leonis exurget, sicut leo exultabit. Videtur inquit, describere hic confidentiam populi in Christo credentis, & libertatem quam habet in fide, & exultationem quam gerit in specie. Comparatur enim catulo leonis cum tendit ad perfectionem lætus & velox, leoni vero cum iam obtinet quæ perfecta sunt. Sicut enim leo & catulus leonis nullum animal timet, & cuncta sunt ei subiecta, ita perfectus Christianus quæ tollit crucem suam, & sequitur Christum dicens, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo despiciat omnia quæ in mundo sunt imitans eum qui Leo de tribu Iuda, & catulus leonis dicitur. Hæc Origenes ibidem, & ponitur in glossa communi ibidem. AVCTOR. Vbi tollentes cruces suas, & abrenunciates seculi rebus dicit esse perfectos, ceteros autem fideles dicit ad perfectionem tendentes. Præterea perfecti religiosi & professores claustrales sunt priores populo in perfectione, & populus eis subiungitur secundum Hierarchicum ordinem militantis ecclesie, ergo simpliciter sunt perfectiores vulgo. Consequentia est optima, & in probationem antecedentis accedat illud contra Faustum, libro quinto, in fine. AVGVSTINVS. Quam multi in nostra communione veraciter faciunt illa sublimia præcepta euangelica, de quorum specie fallitis imperitos. Quia multi homines, viri quæque sexus ab omni concubitu puri & integri, quia multi experti, & postea continent, quia multi rerum suarum, distributorum, & relictos, quia multi ieiunius vel crebris, vel quotidianis, vel etiam incredibiliter continentis corpus seruaturi subicientes, quia multæ fraternæ congregationes nihil habentes proprium, sed omnia communia,

& hæc non nisi ad victum & tegumentum necessaria, vnam animam & cor vnum in Deum charitatis igne constantes: atque in his omnibus professionibus, quia multi fallaces & perditæ deprehenduntur, quia multi etiam latent. Et sequitur. In quorum societate quasi dispares apparent, sed tamen eadem charitate copulantur. Et infra. His subiunguntur secundum abundantes diuitias misericordie dei, etiam illi, quibus dicitur. Nolite fraudare adinuicem nisi ex consensu ad tempus vt vacetis orationi. hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Et infra. Neque enim illi soli qui vt sint perfecti vendunt vel dimittunt omnia sua, & sequuntur dominum, pertinent ad regnum cælorum: sed huic militiae Christianæ propter quodam quasi commercium charitatis subiungitur etiam quadam stipendiaria multitudo cui dicitur in fine. Esurius & didistis mihi manducare. Hæc Augustinus.

AVCTOR. Ecce quod secundum Augustinum quauis perfecti religiosi dimittentes omnia & sequentes dominum ex hoc ipso perfecti sint, & ceteris prælati in Christiana militia: ipsi tamen soli ad regnum cælorum non pertinent, sed ipsis subiungitur religio popularis, quam vocat hic stipendiariam multitudinem, saluantes se & peccata sua redimentes ex mammona iniquitatis per opera pietatis. Verum ergo status felix & bonus, sed primus secundo multo felicior.

Quibus differentiis distent omnes religiones, & de dispositione earundem & latitudine. Cap. XVI.

AVCTOR.



VIA prædicta clare satis conuincunt alietates religionum peculiaris & popularis, & eminentiam perfectionis qua etiam religio perfectorum transcendat religionem vulgi, non tamen in numero perfectionum, sed etiam secundum gradum intensiui bonitatis & meriti: ad euentiam maiorem dictionis superest vt varietate ista declarare? satis factorie tamen ad logicam quæ ad metaphysicam earum celsura rationis & reificatione moralis scriptura, cum rata expositione doctorum. Pro quonotandum quod regula moralis virtutis siue modus viuendi in suo communi stat in quadam

latitudine & gradualiter variatur secundum maius bonum & minus bonum, vel secundum formam laxiorem & strictiorem in consequendo charitatem. Vnde AVGVSTINVS in de vera religione cap. xlviii. assignat ei septem gradus quasi septem ætates interioris hominis dicens, Nonnulli vitam istam necessario ab illo incipiunt, sed renascuntur interioribus, & ceteras eius partes suo robore spirituali & incrementis sapientie corrumpunt & necant, scilicet mortalitatem peccati, & in cœlestes reges donec post visibilem mortem totum instaurant astringunt. Iste dicitur nouus homo & interior & cœlestis habens proportionem non annis, sed prouectibus distinctas quasdam spirituales ætates suas. Primam in verbis vtilis historiae quæ nutrit exemplis. Secundam iam obliuiscens humanam & ad diuinam tendentem in qua auctoritatis humanæ continetur sensu, sed ad summam incommutabilem legem rationis innitit. Tertiã iam fideriore & carnalẽ appetitum rationis robore maritate gaudet quæ in trinitate in quadam dulcedine coniugali, cum anima menti copulatur & velamento pudoris obnubilatur, vt iam recte viuere non cogatur: sed etiam omnes concedat peccare non libeat. Quartam iam id ipsam multo firmiter ordinatius facientem & eminentem in virum perfectum, atque aptum & idoneum omnibus persecutionibus, & mundi huius tempestatibus ac fluctibus sustinendis atque frangendis. Quintam pacatam atque omnimodam tranquillam viuentem quæ in opibus & abundantia incommutabilis regni summa atque ineffabilis sapientie. Sextam omnimodam imitationis in æternam vitam & usque ad totam oblivionem vite temporalis transeuntem perfecta forma. Septima quies æterna est & nullis distinguenda beatitudine perpetua. Hæc August. AVC. Ista tamen latitudo potius munit actiones & passionem in gradibus charitatis sub ratione cuiusdam spiritualis transitus alterationis humanæ quam ipsos gradus vite meritorie: & secundum istam latitudinem tantum assignant ipsi perfectionem humanæ vite maiorem vel minorem: qui religionem perfectorum dicunt esse plures bonam, & non intensius & simpliciter esse meliorem secundum gradum intensiorem charitatis: quia tota illa latitudo posset compleri in vita vulgari, sicut in religione perfecta. Sed Christus assignat

latitudinem vite christianæ, in qua omnis gradus correspondet statui de quo nullus potest licite retrocedere, sed semper in anteriora tendere. Vnde Matth. xiii de seminibus cadentibus in bonam terram dicit quod dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Fructum centesimum exponunt doctores communiter virginitatem, sexagesimum continentiam vidualem, & tricesimum continentiam coniugalem. In hac ergo latitudine vita vulgaris est gradus infimus, vita vidualiter continentium est gradus altior intensius, summus autem gradus huius latitudinis est continentia virginalis, si tamen virginitas illa sit professa. Hic tamen intelligendum quod Christus assignando latitudinem istam cum suis gradibus intensiuis non astrinxit nos præcise ad istum numerum graduum, sed instar istorum quos dedit voluit nos interponere plures tales, sicut bene deducit beatus AVGVSTINVS in de sancta virginitate versus finem dicens. Siue virginalis vita in fructu centesimo sit, in sexagesimo vidualis, in tricesimo autem coniugalis, & infra. Siue quod probabiliter mihi videtur quam diuinæ gratie multa sunt munera, & est aliud alio maius ac melius. Vnde dicit apostolus. Imitamini autem dona meliora. Intelligendum est plura esse quæ vt in tres differentias distribui possunt: primum ne continentiam vidualem aut in nullo fructu constituiamus, aut ad coniugalis pudicitie meritum deponamus aut virginali gloria, torquamus: aut coronam martyrii vel in habitu animi etiam si desit tentationis examē, vel in ipsa passionis experientia constitutam cuiuslibet illarum trium castitati sine illo incremento fertilitatis accedat existimamus. Hæc ille. AVCTOR. Attendite iam quomodo dicat Augustinus munera diuinæ gratie per quæ diuersos status sectamur esse multa: & ne forent confusa secundum gradus intensiuos ea distinguunt dicens. Aliud esse maius alio ac melius. Maius dicitur propter eminentiam dignitatis: & melius propter intensiorem gradum, & probat per apostolum dicentem. Imitamini dona meliora. Sed ad numerum istorum tunc descendit gradum dicens. Possent esse plures quæ tres: & hoc triplici ratione: primo quia aliogn. continentia vidualis sine omni fructu & statu permanebit, aut erit in statu virginali, quod esset nimis, aut in statu nuptiali quod esset


minus, vel si hæc tria maneant in suis gradibus, tunc martyrium non addet ad perfectionem, ergo tunc ad minimum secundum Augustinum erunt quatuor status gradualiter distincti, scilicet gradus martyrii, virginitatis, viduitatis & pudicitie conjugalis. Secundum rationem addit AVGVSTINVS dicens, Deinde ubi ponimus quod multi ac multæ ita custodiunt continentiam virginalem, ut tamen non faciãt quod dominus ait, Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me. Nec audeant eorum cohabitationi sociari ex quibus nemo dicit aliquid proprium, sed sunt eis omnia communia: nihil ne putamus fructificationis accedere virginibus dei cum hoc faciunt. Multa ergo dona dei & alia aliis clariora ac superiora singulis singula, AVCTOR. Ecce quod Augustinus in hoc argumento dividit perfectionem & statum virginalem in duos gradus, scilicet in statum virginalem laxum, & statum virginalem monasteriale: & virginatatem monasterialem dicit addere perfectionem supra virginatatem professam in mundo, & esse altioris gradus propter quod, cõcludit super idem verbum dicens, Multa ergo dona dei & alia aliis clariora ac superiora singulis singula, Sed superioritas gradualis & clarioritas dicunt intensiorem non numerum: ergo observatio virtutis in monasterio est maioris perfectionis intensiue quam observatio eiusdem in seculo. Quod est contra opinionem primam quæ ponit professionem religionis non esse intensiue & simpliciter perfectiorem vita vulgaris, sed esse pluries bonã. Hic autem dicit Augustinus simpliciter virginatatem monasterialem esse meliorem, & addere fructum charitatis ad virginatatem professam extra claustrum. Nihil ne putamus fructificationis accedere inquit cum hæc faciunt: Et qua ratione Augustini virginitas monasterialis est seculari perfectior, ea etiam ratione paupertas & omnis cetera est perfectioris gradus in claustris, quam si hoc idem seruetur in mundo: qualiter dicitur inter cetera de paupertate religionis peculiaris. HIERONYMVS in epistola contra blasphemias Vigilantii, & est inter epistolas lxx. ubi loquitur de Vigilantio. Quod autem asserit melius eos facere qui vivunt in rebus suis, & palatium fructuum possessionum pauperibus dividunt, quam illos qui

possessionibus venduntis semel omnia largiantur: non a me ei, sed a domino respondebitur. Si vis esse perfectus, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & veni & sequere me. Ad eum loquitur qui vult esse perfectus & sequitur. Iste quæ tu laudas secundus aut tertius gradus est quæ & nos recipimus, dum modo sciamus prima secundis & tertiis præferenda: nec a suo studio monachi deterrendi sunt. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Sic ergo sunt gradus perfectionales in paupertate sicut in castitate: & sic de obedientia & aliis. Tertiam rationem assignat Augustinus ad probandum plures gradus charitatis quam tres, quia, si dominus hoc voluit: & quamquam non expressit plures, plurificationem tamen illorum reliquit intelligentibus. Unde dicit AVGVSTINVS Dominum arbitror tres voluisse fructificationis commorare differentias, & ceteras intelligentibus reliquisse. Nam & evangelista alius, qui solum commemoravit centuplum Matth. xiii. Non ideo putandus est alia duo improbasse, vel ignorasse ac non potius intelligenda reliquisse. Hæc Augustinus ibidem scilicet de sancta virginitate versus finem. AVCTOR. Constituamus ergo latitudinem perfectionalem omnium religionum ponendo summam religionem possibilem, religionem Christi hypostaticam quæ servavit in persona sua, & nulli alteri est communicabilis puræ creaturæ. Deinde subiciamus ei religionem martyrum sive in actu exteriori sive in professione, & in habitu prompti animi consistentem, secundum Augustinum ubi supra, & hæc erat religio peculiaris apostolorum, & cõdicata deinceps religioni episcoporum. Est enim professio episcopalis ponere vitam temporalem pro grege cum oportet. Demum subiciamus istam religionem monasterialem quæ vno eodemque gradu collocat, cum virginatate eius secundum Augustinum. Hic & doctor ille vetus. ESITIVS super illum textum Levit. xxvii. Pro maseculo dabuntur quinque sili, pro femina sili. & ponitur in glossa dicit. Tres inquit fructus reddit bona terra: cetera sili, id est virginem esse vel mundo abrenunciare, sexagenarium vidualæ cõtinentiæ: & triceniarius, id est casti cõiugii cõversatione. Hæc ille. AVCTOR. Deinde religionem præteritiam professionem virginatatis paupertatis & ceterarum talium in seculo. Demum ponamus religionem cõtinentiæ vidua-

lis. Et inter illa debet collocari religio sacerdotum. Nescio tamen pro firmo ubi. Unde in sacerdotio est gradus duplex, scilicet dignitatis & status, quantum ad gradum dignitatis collocatur super omnes iuxta hierarchias, scilicet episcopos secundum Dionysium, quantum ad gradualitatem statum inter continentes. Ubique tamen est in religione vulgi non est, sed longe eminentior est. Et collocemus in basi religionem pudicitie conjugalis, quæ est laxissima. Et iam fecimus latitudinem iuxta ordinem Augustini, & illa vulgaris est infima, quia vult præcise necessaria salutis. Iuxta illud edictum de generali consilio apostolorum & seniorum ecclesie ad vulgares fideles Antiochiæ, Syriae, & Ciliciæ. Visum est spiritui sancto & nobis nihil ultra imponere vobis oneris quam hæc necessaria ut abstinere vos ab immolatis simulacrorum, sanguine suffocato, & fornicatione. Act. xv. Ubi cum nihil aliud imponitur eis, nisi quod est necessarium ad salutem, videntur esse in ultimo gradu signabili religionis christianæ. Sicut ille gradus est minimus in latitudine albedinis qui est necessarius ad esse albedinis ita quod si albedo debeat esse, in minori saluari non possit. Sic enim vulgaris christianus non necessario saluatur in aliquo gradu intensiori, quia in quolibet minus intenso quod est ille gradus intensior, potest saluari. Omnis ergo religio perfectior est religio supererogationis, non necessitatis. Ista autem est necessitatis, quia in religione inferiori non potest saluari religio baptismalis sive religio communis christiana, quæ est essentia omnium religionum distinctarum gradibus supradictis: quemadmodum essentia albedinis est communis omnibus albis gradualiter distinctis in illa latitudine. At dicit aliquis, ergo cum gradualis dispositio nihil addat simpliciter super eius essentiam adhuc habetur intentum quod religio perfecta non est, vulgari perfectior simpliciter. Sed inter sic dicentem est mea distantia logica. Veruntamen, nisi logica mea procedat, religio Christi personalis non dicitur simpliciter perfectior religione mea quod reputo horrorem esse auditui. Sed false ergo imaginatur. Vitaleff cum dicit religionem Christi communem, intelligens illam baptismalem, vocans illam appropriato religionem Christi vulgaris, quam de necessitate observat populus, im-

mo distinguitur ab illa, sicut essentia a modo suo intrinseco, & sicut albedo ab hac albedine remissi gradus, puta ut duo,

De descriptione religionis communis & multiformis religionis particularis in ea contentæ. CAP. XVII.



INSTAT forsitan aliquis verborum sophista de religione Vitaleff dicens. Tunc sequitur quod populus christiani non est de religione christi. Dico quod sic de religione christi possessive, id est de religione quæ christus auctorizavit & instituit: sed non de religione christi persona quæ ipse sibi met appropiavit. Immo in illa religione non habet aliquem participem. Sed nunc quid religio vulgaris est religio episcoporum & ceterorum perfectorum. Dico quod non. Contra, Religio vulgi est religio christi communis, & religio perfectorum etiam est religio christi communis: ergo religio episcopalis est religio vulgaris. Argumentum non valet: sicut non sequitur, albedo ut duo est albedo communis; albedo ut decem est albedo communis; ergo albedo ut duo est albedo ut decem. Sicut enim essentia albedinis est communis ad album ut duo & album ut decem: & qualibet illarum per essentiam, & neutra a dæquate. Ita religio christi communis est omnis religio gradualis per essentiam, & nulla illarum adæquate. Sed contra hoc obicitur alio modo: quia religio populi christiani est sub nomine christi observatio preceptorum, sed omnis religio gradualis tenetur ad observationem preceptorum: ergo religio christi popularis est adæquate & appropriate religio communis christiana. Nego istam consequentiam propter insufficientiam maioris, sed addat quod religio vulgaris est sub christi nomine generalis, & laxa observatio mandatorum, quia in observatione mandatorum omnes religiones consentiunt: sed per generalem & laxam observationem distinguuntur vulgares secundum Bedam a perfectis qui stricta forma observant mandata. Sed tunc queritur forsitan descriptio religionis christi communis, id est in se distincte formaliter a religione christi vulgaris & omni religione intrinseca. Dico cum præstatio quod non intrinseco diffinitur terminos, immo factis erat mihi quoquomodo cõpetenter descriptum. Dico sine præiudicio sententiæ: factis

nioris q̄ religio Christi illa scilicet que est cōmunis omnibus aliis est cohibitoria regula charitatis cū solennis voti emissionē professa, vel equiualenter. Et notemus terminos. Est enim regula charitatis, quia illa est tota vitæ christianæ substantia secū dum Paulum primæ Corinth. xiii. Et beatus Iacobus in epist. Et est regula cohibitoria ad differentiam vitæ angelicæ inter quos est regula charitatis plenissima: sed illa nō est cohibitoria, quia nulla est ibi rebellio actualis nec apritudinalis, ideo nec inter eos est religio, nisi forte transumpta. Vnde Augustinus de vera religione capitulo centesimo nono dicit quod religio a religando dicitur. Et illa regula debet esse professa emissionē voti solennis, quia aliter quot essent actus vel ritus vitæ tot essent religiones distinctæ: & sic alterius religio est nupt? & expectans nuptias, alterius peregrinās sub voto, & alterius orans domi, immo tot eēt in ecclesia sectæ Christi, quot personæ, quod falsum est. Sed vīs variā professio in manu prælati in facie ecclesiæ variat religionem, Et additur æquiualenter sub distinctione propter Christū qui nunq̄ vouit sicut nec habuit fidem vel spem & hoc propter imperfectionem inclusam in eis. Quid autē dicitur esse illud q̄ æquiualer voto? Dico q̄ est diuinus instinctus immobilitās affectum tendētem in deum. Et talis professor fuit Helias, talis etiam erat Ioannes Baptista qui quīs non uocabant vocaliter aliquam regulam charitatis, habebant tamen dei instinctum immobilitatem eorum affectus cōuersos in deum. Et ille æquiualer voto, quia tota ratio est in non mobilitate affectū ex se p̄nū puerri. Talem etiā instinctū habebat Christus ex speciali illapsu deitatis. vnitæ loco voti, sicut & clara visionem loco fidei, & immediatam intuitionē loco spei. Qui ergo arguunt illicitum esse uouere, quia Christus non uouit: arguant etiam illicitum esse fideliter credere, quia Christus fideliter non habuit. Non est ergo idem dicere religio Christi cōmunis, & religio Christi vulgaris: quia tunc quilibet professus religione perfecta esset religiosus vulgariter, & sic episcopus esset popularis: immo tā perfecte religionis esse Iudas sicut Christus ipse, & religio astricta esset religio laxa laxitate opposita illi strictitati: q̄d est oppositū in adiecto: que oīa sunt absurda. Dicitur et

go sicut prius q̄ religio Christi cōmunis est essentia cuiuslibet religionis gradualis, siue particularis: & que indifferens ad religionē vulgarē episcopalem, vel quācunq̄ perfectā. Nec magis est religio vulgaris religio Christi cōis q̄ religio Christi peculiaris: immo magis est perfectior religio Christi cōmunis q̄ religio vulgaris: quia magis habet de essentia eius, eo q̄ est sub gradu perfectiori. Sed per additionē differentiarum competentium cōtrahitur religio Christi cōmunis ad eos. Verbi gratia. Religio vulgaris est generalis & laxa regula charitatis voti solennis emissionē professa vel equiualenter. Religio Christi perfecta est specialis & stricta regula charitatis: voti solennis emissionē professa vel æquiualenter. Et hæc secunda iterum cōtrahitur per differentias singularum religionum perfectarum, vt sic religio episcopalis est stricta regula charitatis offerendæ vitæ pro grege voti solennis emissionē professa vel equiualenter, & sic de ceteris. Si tamen dubitetur quod est solenne votum quod cadit in constitutionem religionis Christi communis secundum quod concipitur in suo communi? Dico q̄ votum fidei christianæ præstitū in baptismo quo profite mur credere nos in patrem & filium, & spm̄ sanctū, & hoc quantum ad intellectum & in ordine ad secundū votum, quo abrenūciamus diabolo & pompis eius, quantum ad uolūtatem: primum tamen votum quādoq̄ præcedit secundum, quia forsan in se vel in suo æquiualenti, scilicet instinctu potest dū præcedere baptismum fluminis sicut dicit & probat beatus Augustinus libro quarto contra Donatistas in fine. Dicitur tamen esse votum baptismale, quia nunquam præstat nisi in ordine ad baptismum, & est æqualis ambitus cum eo. Quid est autem votum cadens in constitutionem religionis alicuius particularis, puta vulgaris vel peculiaris. Dico q̄ est abrenūciatio diabolo facta & pōpis eius, quæ facta generaliter sicut in baptismo fit ex institutione Christi secundum Ambrosiū de mysteriis, tunc ponit in religione vulgaris. Si uero fiat strictiori forma, scilicet vt abrenūcietur diabolo in omni proprietate temporalis domini vel carnalis contenti, sicut fit in religionibus perfectarum. Et Dionysius in ecclesiastica hierarchia capitulo sexto uocat illam abrenūciationē

omnibus diuisibilibus: sic votum factum reponit in religione perfecta. Et sicut retrocedens ab effectu primi voti, scilicet fidei baptismalis est apostata fidei: sic retrocedens a secundo voto, scilicet abrenūciatione diaboli in generali est apostata de religione vulgaris. Et sic retrocedens a renūciatione facta in speciali diuitiis & concupiscentiis apostatata a religione perfecta. Et notanter dico, retrocedens, quia quantum tendat ab vna religione in aliam puta a vulgaris ad perfectam, & a minus perfecta ad magis perfectam, non propter hoc apostatata, immo magis proficit. Sed si a magis perfecta tendat ad minus perfectam, vel ad imperfectiorem peccabiliter oppositā tūc apostatata & retrocedit, quia tunc posuit manum ad aratrum, & respicit retro. Et per hoc soluitur malignatio detrahentium religiosis, quando in episcopos assumuntur, dicentium eos tunc apostatata, quod falsum est, cum hoc non sit retrocessio, sed tendentia in anteriora, secundum Apostolum, id est translatio de religione minus perfecta ad magis perfectam: alioquin nullus posset transire de religione populari ad religionem episcopalem, neq̄ mediate nec immediate. Nec aliquis existimet religionem popularem pro tanto esse necessariam, quia necessario fundat alias & præsupponitur illis, quia satis frequenter cōtingit aliquē esse de religione Christi cōis cū hoc q̄ nunq̄ fuit de religione ei? vulgari. Sicut aliquis in baptismo si p̄stiteret religionē peculiarem, vel ante sicut apostoli q̄ fuerūt fideles, & Ioannes Baptista & beata uirgo: & tū nunq̄ fuerūt populariter religiosi, sed perfecti religiosi ab initio, sic etiā Christus ipse. Vñ ex scripturis liquet nobis q̄ religio perfectiorū multo tpe præcessit religionē vulgarē: sicut pateret calculari tēpus inter predicatōnem Christi & sectā fidelium in p̄ribus Alexandriæ & Ciliciæ. Sed ideo dicit religio necessitatis, quia uouet tū necessaria, & religio Christi cōis non potest saluari in minori. Sicut dicit vici? necessari? illd̄ vnde uiuit, & vita nō posset sine piculo saluari in notāter minori. Hoc ergo mō disponit latitudo religionis christianæ vt variet per gradus p̄māsiue intētos & remissos, cui? summū gradum tenet religio p̄sonalis Christi. Infra illā est religio episcopalis in gradu martyriū. Infra illā uirginitas monasterialis: adhuc sub illa uirginitas secularis, demū cōtinētia vi-

dualis, & in infimo gradu toti? latitudinis est cōigalis cōtinētia, que est religio popularis. Hęc est forma ponēdi beati Augustini in de bono uirginali in qua semper religio inferior est laxior & populosior, superior autē strictior, & multitudo eius paucior pro cessiue semper tendendo versus summum gradum totius religionis christianæ, que continet vnum suppositum tantum scilicet Christum: & hæc est doctrina magni Origenis Homilia uigesima prima super librum Numerorū, & ponit in cōmuni glossa Numerorū xxvi. in fine vbi curiose enucleat illū textū dñi ad Moysen. Diuidetur terra iuxta Numerū uocabulorū in possessiones suas in pluribus maiorē partē & paucioribus minorē dicēs. ORIGENES. Terra huius diuisio & hereditas formæ celestis hereditatis tenet, que sanctis diuiditur: sunt ibi plures, sunt ibi pauci, sed patrici beatiores. In arca Noe ubi mensura cœlestus datur in inferioribus trecentorū cubitorū ponitur longitudo, & quinquaginta latitudo, summus uero vnus cubiti spatium summat. In inferioribus em̄ bestiarū erāt & pecudes, in superioribus aues. In summo uero homo rationalis. Ipse uertex in vnum cubitū colligitur. Omnia ad monadem rediguntur. Pone oēm humani gn̄is numerū, elige fideles, pauciores erūt infideles. Elige de fidelibus meliores, pauciores erūt. Ex ipsis etiā elige perfectiores, pauciores erunt, & quanto eligendo ad altiora processeris, tāto pauciores inuenies donec tandem ueniatur ad vñū aliquē q̄ fideliter dicat q̄ plus omnibus laborauit. Qui hoc mō plures sunt, plus terræ & hereditatis accipiūt. Pauci autē exigui, quia plus habēt in dño. Alii nihil omnino terrene hereditatis accipiunt quia digni sunt sacerdotes esse & ministri dei. Horū ex integro ipse dominus hereditas est. Ipsi tamen propter iumenta sua accipiunt aliquid terræ, sed illius quæ uiribus contigua est. Hęc ille, A.V.C. Notetur per ordinem dicta doctoris in hoc processu, summarie enim intendit hic probare q̄ latitudo Christi fidelium religionis sic disponitur, quo ad latitudinem & strictitudinem graduum & numerum locatorū in illis gradibus ad modum cœlestis hierarchiæ: ubi quanto est altior gradus beatitudinis, tanto pauciores in illo gradu locantur. Ita quod in inferiori gradu vel ordine plures beati sunt q̄ in aliquo ordine

superiori: & sic successiue quousq; perueniatur ad gradum summum beatitudinis, in quo tenetur vnus deus. Sic cōformiter in ecclesia militante in inferiori gradu perfectionis plurimi sunt, in superiori pauciores, & adhuc in superiori pauciores quousq; perueniatur ad summū gradum perfectionis, qui retinet vnū tantū scilicet Christum, & ponit exemplū de arca Noe, quē in inferioribus latissima erat & plurimi ibi tenebantur. Procedēdo versus superius semper erat strictior & strictior: & semper quālibet mansio superior pauciores continuit quousq; perueniretur ad summū quod consummabatur in cubito. Sic ergo intendit doctor hic distinguere totam religionem Christi viantem in multis gradus, & quāto semper in vita est strictior, tanto terrenę possessionis pauperior, & per eum tanto est perfectior, summo propinquior, & pauciores continent professores. Elige inquit fideles pauciores erunt q̄ infideles. Elige ex ipsis meliores, pauciores erunt, & sic processive quousq; perueniat ad vnū solū scilicet Christum qui fideliter dicit, Plus omnib; laboraui. Et cōsimilem moralitatem de arca Noe, & ad cōsimilem finem habet beatus Gregorius secunda parte Homiliarū, Homilia xix. Sed hæc in confirmatione laetitudo nostrā dicta sufficiant: lateraliter tamen notauim in prædicto verbo Origenis responsum ad aliud dictum eiusdem Origenis super librum Iosue vbi dicit q̄ sacerdotes dei sortem hereditatis non capiunt in populo dei, sed eorum portio dominus est. Sacerdotes autem Pharaonis possessiones accipiunt. Et concludunt Vvitecleuista, ergo sacerdotes moderni dotationes admittentes, & prædia sunt sacerdotes Pharaonici & clerici Cæsarii, non autē sunt clerici domini dei: sed sibi cæci non vident nec attendunt verbum Origenis, non posse intelligi de pura priuatione terrenę facultatis, cum sacerdotes dei haberent vilas complures parā vrbes refugii. Ideo vbi ipsi volunt, Origenes exponit seipsum vbi iam supra dicens, q̄ etiam ipsi sacerdotes propter iumenta sua accipiunt aliquid terrę, sed illius quæ vrbibus contigua est. Sic presbyteri nostri maiores propter necessitates suas proprias & etiam iumentorum, id est pauperum Christi fidelium accipiunt aliquid terrę & possessionis secularis, sed illius quæ vrbibus contigua est, id

est quæ iam coniuncta est ecclesiis suis. Ex ecclesiæ enim dedicatis maxime congruit dominicum viuere sacerdotem. Et iam euacuatum est sophistica Vvitecleuisticum cōtra catholicos iam dotatos.

Q̄ minoris perfectionis est obseruationes claustrales ducere in seculo q̄ illas easdem tractare in claustro.

CAPVT XVIII



Murmurāt hic quidam A. Z. byronytæ famosi seditionem cōmouentes populi contra Christi peculium & religionem perfectiorū ne in aliquo perfectorum status eminere debeat statui populari: dicuntq; cum Chore & eius clientibus, Sufficit nobis, totus populus sanctus est, & in ipsis est dominus. Cur ergo eleuamini super populum? Nonne iniquum in habitu seculari in medio quoq; mundi aliquis popularis se continere potest vt frater, orare, vt monachus, depauperari vt frater, distribuere vt episcopus, humiliter obedire vt humilis quisq; claustralis. Dem; tales multos vulgares, qd obuiat istos in sanctitate, in perfectione non posse parificari perfectis? quodato nescit quā sanctitatē addat status vester si sanctitas æqualiter in vtroq; seruetur. Cur ergo frustra eleuamini super populum? sufficit nobis q̄ tot; populus sanctus est: totus baptizatus est, totus in vna Christi religione contentus. Sed hæc contra Moysen & Aaron occurrunt cōtra perfectos Christi pontifices, contra primos ecclesiæ sacerdotes, cōtra religiosos quosq; claustrales. Respondeat ergo eis Moyses & dicat. Mane notū faciet de; quæ ad se pertineāt, & sanctos applicabit sibi. Videbim; quod in hac re sancti patres senserunt, quibus nota fecit dominus mysteria suæ legis: qui & mane surrexerant, & cito post eius ascensionem, quando primo sol iustitiæ in cœli cœpse clarescere firmamento eius ecclesiā digne docuerunt in terris: & sanctos quosque & perfectos applicabimus ei, id est quārum illi in perfectione appropinquant, clare dicemus. Verum quantum percipimus ex scripturis non solus actus bonus pro instanti quo illicetur, præcipue reputatur apud deum. Sed quæritur potius a quā vel quanta charitatis radice processit, quā

ta sit duratura constantia, quāta vi ipsum parturiuit affectus, & quo feruoris cultu pingat in deum, quē enumerata nō magis cauant in actu decorem circumstantiæ q̄ ad intentionem faciunt & bonitatē substantiā. Actus autem bonus de genere non potest esse tam fortis, tam constans, nec tantæ charitatis intensiue, quantæ foret si iā ex voto procederet, qd actum fortificat, actumq; consuetudinariū & constantē facit & ipsum actū genitū ex vtero voluntatis domino deo dedicat prolem cum parente. Ideo egregius Origenes dicit non esse hominem sanctum quīs deuote viuente nī se se abrenunciationis voto separauerit a medio mundi huius tractans hunc textū Homilia vndecima super Leuiticū. Sancti esto te quoniam ego sanctus sum. ORIGEN. Natus est mihi inq; primogenitus bos, nō mihi licet occupare eū ad op; cōmune: est enim domino consecratus: & ideo dicitur sanctus. Intelligimus ergo ex hoc muto animalī quomodo lex quod sanctum vult esse, nulli alii id deseruire iubet nisi domino soli: & infra, Quod si intellexisti quomodo vel anima vel vas vel vestimentum sanctū appellat, consequēter intellige q̄ his obseruationib; & legib; etiā hō sanctus appelletur: si quis enim deuouerit seipsum deo, si quis nullis se negociis secularibus implicauerit, vt ei placeat cui se probauit: si quis separauerit esse & segregatus a reliq; hominibus carnaliter viuentibus & mundanis negociis obligatis, non quærens ea quæ super terram, sed quæ in cœlis sunt: iste merito sanctus appellatur. Donec enim permixtus est turbis, & in multitudine fluctuantium volutatur: nec vacat soli deo se segregatus a vulgo, non potest esse sanctus: & sequitur. Hoc est enim quod tibi dicit, Separa te non solum ab omni homine, sed & fratre in quiete ambulat, & non secundum traditiones apostolicas. Separamini etenim qui portatis vasa domini. Separa te a terrenis actibus. Separa te a concupiscentia mundi. Cum ergo separaueris te ab his omnibus deuoue te deo, tanquam primogenitum vitulum. Esto semotus & segregatus, & vibus tantum sacerdotibus tanquam primogenitum animal mācipatus. Segrega te & secerne te tanquam funale sanctū & sancta thuribula solius temple vibus & dei ministerio vacans. Esto semotus & segregatus intra templum dei

tanquam sancta indumenta pōtificis. Hęc Origenes. AVCTOR. Videtis iam quāta censura ponderat Origenes, si quis velit sanctus esse, vt totum se voueat domino: quia sicut res sancta non aliis applicari vibus potuit, q̄ diuinis: quod si potuit sanctum non erat, quia scilicet sub voto deo dicatum non erat. Ita dicit, homo sanctus non potest esse nisi se totum voueat deo, separet se a seculo, segreget se a vulgo, semotusq; & segregatus intra templū dei contineat semetipsum. Donec inquit permixtus est turbis, & non vacat soli deo segregatus a vulgo, non potest esse sanctus, ergo ipsa claustralis continētia facta sub voto abrenunciationis solennis a mundo auget meritum intensiue, & est sanctior q̄ similis continētia sine voto seruata, nec per aliquem degentem in seculo. Non omnino deprimo sanctitatem vulgi, non omnino sine sanctitate & sanctitatis expectes eos decerno, qui adhuc remanent, & conuersatione, & actu sub habitu seculari: cum multotiens ante dixerim oppositum, absit a me: tantus & tam impudicus error, & a sanctissimo Origenes. Non enim fideliter agerem si tantum extollerem religionem peculiarem, & sanctum vulgum sine reputatione deprimerem. Sed vulgū sine voto sancte agentem sanctum dico: & perfectum virum: hoc idem vulgo voto agentem, prædico sanctiorem, hoc intendo ego, intēdit & Origenes. Qui enim a vulgo se separat, & deuouet sese deo, hic sanctus est dicit doctor, id est per antonomasiam & legaliter sanctus sine macula, sine mundi contagione aut cōsuetudinē pollutione sanctus: hoc enim interpretatio sancti indicat. Dicitur enim sanctus quasi sine terra, id est affectio ne terrena. Taliter sanctus non potest esse vulgaris in medio carnalium vitam agens dicit Origenes. Qui autem tales sanctos affirmat æquales posse esse cum eis, qui, extra seculum vitam agunt, doceat non uellos discipulos logicam aut grammaticam in medio clamosi fori, vbi vox nulla scientiarum auditur: sed hinnitus equorum, grunnitus porcorum, garritus auium, & pecudum est balatus. Vbi de precio quæritur rerū venalium, lites mouentur, iurgia concitantur, vbi periuorū frequentia, pugna instātia & ex omni latere murmurū q̄ fitus est, & vocū tonat exordinata cōfusio. Quis veto scholarem suū iter ista doceat

vt faciat perfectum philosophum, Non inquit, sed seorsum magis docendus est vbi non sensibus distrahetur. Profecto non est maior doctrina intellectus q̄ affectus: ergo si intellectus rudis perfici nō potest in sc̄ialibus, nisi seorsum extra strepitum clamorū plebis, vbi est hęc communicatio tradendæ facultatis: nec affectus regulariter perfici debet in moralibus, nisi seorsum extra seculum ducatur a turbis, & inter illos agat vitā qui eiusdē laboris experti sunt, scholares. Potest esse aliquando vt quisquam ita sanctus efficiatur priuilegio, & dono peculiari dei: sed ne hoc traheret in regulam, Christus apostolos suos dilectos regulas perfectionis noluit edocere, quousque seorsum a turbis duxisset eos in montem. Sic ergo regulariter verum est eos citius sanctitate inspirari qui in monasteriis vitam agunt seorsum a seculo, tardius autem vel nunq̄ eos qui morantur in medio huius mundi. Saltem qui sic sanctus est & a seculo non separatus magnus est. Non talis erat sanctus pater Helias: non talis successor eius Heliseus, quem tactu chlamydis ab aratro vocauit ad heremum. Nec talis erat Ioannes Baptista, quo tamen inter natos mulierum nemo surrexit maior. Qui sub annis teneris petiuit antra deserti, ne leui saltem maculare vitā famine posset. Et quis talis nobis detur a vulgo adhuc tā sanctus non est, si sine voto faciat quod alius agit sub voto propter dedicationem factam deo, & consecrationem voluntatis, quæ simpliciter intendit bonitatem actus. In cuius euentū dicit AVGVSTINVS non esse laudabilem virginitatem, nisi sub voto deo consecratam. Ita inquit sit vt virgo nascatur & de stupro, sacra autem virgo nec de coniugio. Nec nos in virginibus hoc prædicam⁹ q̄ virginēs sunt, sed q̄ deo dicatæ pia continentia virginēs. Hęc Augustinus de sancta virginitate bene post medium. AVCTOR, Ecce q̄ plane dicit Augustinus virginitatem non esse laudabilem, nisi illam deo consecratam & voto firmatam: non tamen dicit non laudabilem simpliciter, sed nō multum prædicandam in comparatione virginitatis cadentis sub voto vel etiam virginitatis monasterialis. Et idem AVGVSTINVS sup illud psalm. Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum, dicit q̄ primi credentes uerunt religionem peculiarem: & ideo in

uitat nos vt simus impigri ad vouendum & reddendum vota. Vide illic textum eius.

Quæ ratione voti excedit claustralis vulgarem quibus sunt aliter pares in factis.
CAPVT XIX.



EC obstat precedentibus populare illud argumentum. Multi seculares laudabilius viuunt q̄ plures claustrales, ergo vita claustralium non est eis multum prælata. Non est bona consequentia, Quia sic multi pagani abstinent a vitis q̄ magna multitudo Christianorum nō horret, ergo vita christiana non debet præferri ritibus paganorum, male pensa sequela. Hoc enim argumento multi cathecumini in vetustiori ecclesia prætulerunt sectam suam mere baptizatis, sed refellit eos. AVGVSTINVS super Ioannem Homi. xiii. dicens, Multi contēpturi erant baptismū eo q̄ iam maiore gratia præditi viderent, q̄ viderent aliquos fideles, verbi gratia. Iā continenter viuens Cathecuminus, vt cōtemneret coniugatum, & diceret se meliorem q̄ ille sit fidelis. Ille cathecuminus posset dicere in corde suo. Quid mihi opus est baptismum accipere, vt hoc habeam quod & ille, quo iam melior sum. Ne ergo ceruix ista præcipitaret quosdam de meritis iustitiæ plurimum elatos baptizari voluit dominus a seruo, tanquam alloquens filios. Nunquid tantum habere potestis quantum ego qui dedi? & tamen ego baptizatus sum a seruo. Hęc Augustinus ibidē. AVCTOR, Conformiter multi seculares gratius conuersantur in mundo q̄ multi religiosi viuunt in claustris: & posset aliquis talis dicere in corde suo: quid est mihi opus claustrum reputare perfectum, & intrare religionem, vt hoc habeam quod & ille frater aut monachus, quo & ego iam melior sum? Sed vt ceruix, id est superbia ista præcipitetur meritorum, multos cernere possunt eis meliores olim claustrum ingressos, & multos adhuc claustrū obseruantes, quorum merito admirationi haberent, si cernere prævalerent: quæ etsi ex omni parte conuersationis forent æqualia in ipsa tamen vouendi radice forent imparia. Quoniam & si secularis quisquis hoc agit sup

erogando quod claustralis agit, sed non sub voti ardore qualiter religiosus agit: hoc ipso claustralis meriti passu præcedit. Vnde obedientię votū in religione commissum quod generaliter deuotat omnem vitam, omnē sensum, omnem actum possibilem taliter profertur iuxta superioris arbitrium eū in omni actu suo præfert cuiusq̄ de seculo quibus forsitan multa horum agat sua sponte, quæ professor talis non iuxta suū sed iuxta sui prælati pia tamen agit deuotione decretum. Vnde beatus Gregorius ideo dicit sic peculiariter vouentem & viuentem facere deo sacrificium, generaliter autem omnia vouentem qualiter agit religiosus per votum obedientię dicit facere deo holocaustū, & primo omnium describit terminos & fecerit. GREGORIUS. Hoc inquit inter sacrificiū & holocaustū distat, q̄ omne holocaustū sacrificiū est, sed non omne sacrificiū holocaustū. In sacrificio etenim pars pecudis, in holocausto vero totum pecus offerri consueuerat. Vnde & holocaustum latina lingua totum incensum dicitur. Peseū ergo quid est sacrificiū, quid holocaustū. Cū enim quis suū aliquid deo vouit, & aliquid nō vouit sacrificiū est. Cum vero omne quod habet, omne quod viuunt, omne quod sapit, omnipotenti deo uouit holocaustū est. Nā sunt quidā qui adhuc mente in mundo retinētur, sed tamen ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, oppressos defendere festinant. Isti in bonis quæ faciunt sacrificiū offerunt: quia aliquid de actione sua deo immolant, & aliquid sibi metipsis reseruant. Et sunt quidam hic qui nihil sibi metipsis reseruat, sed sensum, linguam, vitam atq̄ substantiam quā acceperunt omnipotenti deo immolant, quid isti nisi holocaustū dño offerūt? immo magis holocaustū sunt. Et tunc infra cōcludit. Quis ergo sicut dictum est sacrificiū sit & holocaustum, maius tñ est holocaustū q̄ sacrificiū: quia mēte q̄ huius mundi dilectione nō præmitur, totū in omnipotentis dei sacrificio incēditur, quod habetur. Hęc ille. Homil. viii. ii. partis sup Ezechielē. AVCTOR. Ecce q̄ Gregorius ponderat opus mentis, s. voluntatis plusq̄ actus exteriores. Secularis in mūdo degens & si cū cetera opera exteriora agat in seculo, & sub voto, q̄ alius peculiaris professor agit in monasterio adhuc nō æquatur ei in merito, quia mentē nō vouit, i. voluntatē suā qua adhuc detinetur in seculo. Claustralis autem & mentem suā & voluntatē vouit, supponēs illā p

votum obedientię liberā iustioni prælati. Ideo ipse facit holocaustū deo, totum uouēs, totū incendens quod est vel esse potest: quia mente inquit quæ huius mundi dilectione nō præmitur, totū in omnipotentis dei sacrificio incēditur quod habetur. Secularis autem qui adhuc mēte & proposito in seculo retinetur quicquid agat, quicquid uoueat, solum sacrificiū facit. Quia aliquid de actione sua deo immolat, & aliquid sibi metipsis reseruat. Quæ si ad formā euangelicā in hac materia perfectionis euangelicæ recurratur cuius conuersio magis placuit Christo nostro an Petri quæ omnia reliquit sub voto, an Nicodemus q̄ Christi fidelis erat actu tamen & voluntate detinebatur in seculo: nōne Petri Cōuersatio Mariæ quæ toto affectu nitēbatur i deū, nunquid a Christo præponderatur cōuersationi sororis eius Marthæ quæ sollicitudinē rei familiaris & proprietatem possidēdi post susceptam fidē non distulit. Vidua laudata est quæ totum obrulit quod habebat & iudicata plus omnibus obrulisse: vbi nō perperata est oblata rei quantitas sed offerētis affectus. Et ideo AVGVSTINVS inuitat ad huiusmodi votū vbi totū uouemus ad modum prædictū de holocausto sup illud psalm. lxiii. Tibi reddetur votum in Hierusalem. Reddā inquit votum meū quod votū quasi holocaustum. Holocaustū enim tunc dicitur vbi totum cōsumitur. Holon enim totū dicitur, caustis incēso. Holocaustum totū incensum. Arripiat ergo nos ignis, ignis diuinus in Hierusalē. Incipiamus ardere charitate donec totum mortale cōsumatur, & quod contra nos fuerit erit in sacrificium deo. Hęc ille, vbi supra. AVCTOR. Ergo vbi totus affectus sub obedientię voto deo offertur, quicquid ratione huius voti prælati iubente agit, & consimili facto secularis viri qui non sic vouit indubie prærogatur, quod utiq̄ declarat notabiliter venerabilis AVGVSTINVS libro de similitudinibus Similitudine. lxxiiii. sub metaphora duarū arborum cū fructibus suis dicens. Seruitiū monachi deo est, magis acceptū q̄ hominis secularis. Ipsi enim sunt homines duo q̄ sub deo velut arbores quædam habēt seiplos. Ipsi quoque utriq̄ apti sunt ad ferendum fructum operis boni: at quia non eodē modo diligunt deum, nec ei pariter operando deseruiūt. Secularis enim quia minus eū diligit cū tñ bene operandi animū habuerit, boni operis offert quātū uult. Monachus vero eum plus diligit in tñ vt ad

eum accedens totum ei offerat semetipsum factis acti verbis sic alloquens eum. Domine inquit mea haecenus potestatis erā, quodq; nihil libebat bonum malumve faciebam: verum quia tuus ordo esse debeo, tibi soli bona tū opera fructificare, me totum tuae potestati trado: quod ut melius facere valeam me vni ex ecclesiae tuae praelatis subdam: qui me custodiens ea tū opera doceat agere quae tibi nouerit magis placere. Cuius ergo munus deo est acceptabilis an illius qui illi offert quaedam ex operibus suis, plurima vero subtrahit: an illius qui nihil subtrahit: immo illius magis qui dat ei seipsum cum cunctis operibus suis. Hec ille. AVCTOR. Ecce quod Anselmus quasi ponderans praedictum textum de oblatione totius & partis secundum Gregorium: concludit eminentiam perfectionis in actu monachi cuiusmodi abundare magis quam poterit in actu cuiuslibet popularis. Et non solum habet hanc prerogatiuam votum obedientiae, scilicet totum commutare, quod sub eo agitur in genus meriti altioris quam si exerceretur non sub eo: sed etiam votum voluntariae paupertatis, habet eandem efficaciam respectu passionum militantium sub vno vexillo, ut sunt nuditas, fames, aegritudo, sitis, intemperatum frigus, impropria dedignatio pauperes, iniuriarum tolerantia & caetera infinita quae homini pauperi contingunt: ratione inopiae & propter oppositam causam a diuitibus relegatur: quae omnia in eo qui pauper tatem voluntariam vouit, longe sunt meriti maioris etiam si quandoque reluctante fragilitate non libenter toleramus, quae omnia in suo principio non minus libenter quam libere volebamus. Vnde secundum Ioannem Chrysostomum: Voluntaria paupertas est vnum genus martyrii & intrinsecum holocaustum quo mentes nostras per abdicacionem rerum dulcium torqueamus, & omnia mala quae nobis ratione eius eueniunt cedant ad meritum. Dicit enim Moral. xi. super epistolam Pauli ad Hebraeos, CHRYSOSTOMVS, Sunt sacra facta quae vere holocaustumata ut sanctorum martyrum illis & anima & corpus sunt. Illa enim olfactum magni bonae odoracionis habent: potes & tu si volueris tale sacrificium offerre quod vtiq; comburendo corpus, sed alio igne potes. Igne scilicet inopiae voluntariae, qui est ignis magna tribulationis: cui enim liceret i deliciis & multis impediis esse, eligis laboriosam & duram vitam, nonne tunc holocaustum sis, i. holocaustum mortificatiui corporis,

corpus crucifigens & accipias martyrii huius coronam. Quod enim illic gladius operat, hic desiderium facit: ne te comburat neque detineat pecunia tui amor, sed comburatur & extinguat desiderium hoc incipiens igne spiritus, & incidat cultro gratiae. haec ille, AVCTOR. Ecce dicit Chrysostomus in praefatore voluntariae paupertatis hoc agere sanctum desiderium, i. votum habitum in voluntate, quod gladius materiae operatur in carne: illic facit martyrem Christi corporaliter in publico, hic spiritualiter in occulto. Et iterum: sicut sine gladio vel equi ualente, non posset esse martyr Christi publicus, ita absente voto & desiderio pauperis, quis paupertate sua torqueatur non erit tamen martyr priuatus. Videris ergo quomodo ratione voti intenditur meritum profitentis quod deductum est primo generaliter per Origenem. Deinde in speciali de castitate per Augustinum. In speciali quoque de obedientia per Gregorium & Anselmum. Et demum tertio in speciali de voluntaria paupertate per Chrysostomum virtutem beatum. Ex quibus non minus diffuse quam plene, nec plene magis quam plane tractatis: patet primo iniustitia dicitur quorundam asserentium velle non intendere meritum in actu meritorio. Et secundo quasi consequenter ex hoc quod vir secularis eundem actum exercens in substantia cum viro professo aequatur ei in merito. Vtrunque enim haec praecedentia plane refellunt.

Q. VOTVM PROMISSIONIS ET sponsonis & fidei factae sit fundatum in illo psal. lxxv. Vouete & reddite domino deo vestro. Et in illo euangelio. Sunt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum caelorum: quod potest capere capiat contra Armacanus. Cap. XX.



BED quia aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circumcuius semper querens quem deuoret: adhuc contra sanctitatem voti negociatur, ut potest, & quae contra tam apta & plana fundamenta catholica quia plana sunt militare non profuit, ideo per quendam clientem suum notam aequiuocationis inuenit sub cuius velo grammatico ptectus, ut putat dum caput tamen abscondit & totum corpus operis pateat quod est verum simile anteponit, sed quod sequitur nimis horrendum est omni fidei & celari non potest. Duobus modis inquit RICHARDUS Armacanus sumitur votum apud grammaticos. Est votum per desiderium & est votum per sponsonem vel promissionem. Primo modo diuina lex vota suadet & acceptat, &

sic vouit Iacob quod solueret decimas. Genesis. xxviii. Et sic sunt vota iustorum placabilia. Pro uerborum. xv. & Numeri. vi. xv. & xviii. capitulis. Et in psal. dicitur. Vouete & reddite domino, domino deo vestro oes qui in circuitu eius afferunt munera. Vbi quia vota ascribit omnibus afferentibus munera domino deo suo patet elucet quod non de voto promissionis hoc dicit cum non oes offerentes offerre permittat, licet offerre desiderant. Iste dissuadere vota non veres. Docemur inquit ut sermo noster sit est est, non non, cur non pariter quo ad voluntates vel effectus sic sancte docemur. Sit voluntas vestra siue affectus est est, non non. Addit autem quod votum nihil adiunat neque cumulat ad perfectionem. Ideo non solum dominus noster, sed nec spiritus sanctus quod omnem apostolos docuit veritate votum paupertatis & alia vota similia consiliorum atque mandato rui docere obseruare ipsos apostolos omisit: sed si ea iudicasset eis fore ad perfectionem vitae utilia, aut necessaria ad salutem. Et ad Augustinum. xvii. de ciuitate de apostolis uouentibus potissimum paupertatem. Hoc inquit dixit de voto per desiderium, & quando dominus ait in Matth. Qui potest capere capiat. Hoc uerbum capere inquit uotum in sensu suo non habet. Litera inquit uotum tale. I. promissionis non sonat. Haec ille in libello de paupertate lib. vi. cap. antepenultimo, penultimo & vlt. AVCTOR. Sed quia magister iste tamen posuit fundamentum suum grammaticum. Certe clarius ille grammaticus beatus Hieronymus in lib. interpretationum uel hermeniarum mutum latine eloquentiae uocabulo uotum dicit simpliciter. Votum esse uoluntate promissum. Et in uocabulo uouet. i. promittit inquit. Nihil amplius dicit ipse de eis nihil aliter. Et scio etiam grammaticos illius distingere uotum non sine promissione uel sponsonem concorditer cum magistro in quarto. Votum inquit est testificatio quaedam sponsonem promissionis quae de deo & de his qui dei sunt proprie fieri debet. Ideo magis credendum est ad claram faciendum notitiam de conceptu termini eos posuisse sub disiuncto uotum esse desiderium uel promissum quam ad aequiuocationem aliam quam exprimentam uocabuli, quae nec Hieronymus icuiuit nec ipsi describit. Suppono tamen quod illud sit uotum promissionis quod obligat uentem ad reddendum. In quo etiam uouens fidei facit: quod si uouens non perficiat cum uouerit retro respicit & similia quae sancti doctores uotis attribuit, quae uotum promissionis a uoto desiderii distinguit, secundum istum magistrum. Deinde

autem transeamus & secundum istud uideamus quotiens in hoc passu praedicto iste leserit ueritatem. Dominus inquit nec spiritus sanctus docuit apostolos uotum promissionis. Et illud psal. Vouete & reddite &c. Intelligitur non de uoto promissionis sed desiderii, cum non omnes offerentes offerre permittat quod iam dicit si contradicam multi forsitan mihi non credent ut illi credant. Sed quid si inferam Augustinum ut mihi credant illi non credat. Certe beatus AVGVSTINVS exponens illum uerficulum sup psal. lxxv. Vouete & reddite domino deo vestro docet oes communitate, quid debeamus uouere. Credere in illum, sperare ab illo uitam aeternam. Bene uiuere secundum communem modum. Est enim quidam modus communis omnibus. Furtum non facere non castimoniali peccati & nuptiae non peccati: adulterium non facere omnibus praecipitur, non amare uinolentiam qua ingurgitur anima & corrumpit in se templum dei, omnibus aequaliter praecipitur, non superbia, omnibus aequaliter praecipitur. Non hominem occidere, non odisse fratrem, non aduersus aliquem tenere pnicie: omnibus in commune praecipitur. Hoc oes totum uouere debemus. Sunt etiam propria uota singulorum: alius uouet deo castitatem conjugalem, ut praeter uxorem suam non nouerit aliam. Alii etiam uouent, etiam experti iam tale coniugium: nihil tale concupiscere, aut sustineret & ipsi uouerit aliquid maius quam illi. Alii uirginitatem ipsam ab ineunte aetate uouent, ut nihil tale vel expiantur quale illi experti reliquerit & isti uouerunt plurimum. Alii uouerit domum suam esse hospitalem omnibus sanctis aduenientibus, magni uouerit uotum. Alius uouet relinquere omnia sua distributa pauperibus, & ire in commune uitam in societatem sanctorum: magni uouit uotum. Vouete & reddite domino deo vestro. haec ille. AVCTOR. Iam infert Augustinus, quomodo oes isti uouentes tenentur reddere quod uouerit sub poena peccati Apostolicae. I. & respiciendi retro: subiungit enim sine mora. AVGVSTINVS. Quisquis quod uouerit uoluerit: illud attendat ut quod uoueat reddat vniuersisquae quod quod uouet: si respicit retrorsum malum est. Nescio quae castimonialis nubere uoluit. Quid uoluit: quod & magister ipse aliquid mali uouit. Mali plane quare: quia iam uouerat domino deo suo. Quid enim dixit de talibus Paulus apostolus cum dicat uideas adolescentulas nubere si uelint: sed cum ait quodam loco, Beatior erit si sic permanerit, secundum meum consilium, ostendit beatior si sic permanerit: non ramen da-

mandanda si nubere voluerit. Quid autē ait de quibusdam quae vouerūt & nō reddiderūt? Habentes inquit damnationē quia primā fidem irritā fecerunt, vouerūt & nō reddiderunt. Nemo ergo positus in monasterio dicat frater recedo de monasterio: neq; enim soli qui sunt in monasterio perueri sunt ad regna caelorum, & illi qui ibi nō sunt ad deū nō pertinent. Respondetur illi, sed nō vouerunt tu vouisti, tu retro respexisti. Memēto vxoris Loth. Liberata est a Zodomis, & in via posita retrofuit respexit, ubi respexit ibi remansit: facta est autē starua salis, vt illius cōtēplatio ne condiantur hoīes. Et sequitur. Vouete & reddite dño deo vestro: quia illa vxor Loth, ad oēs pertinet. Maritata mulier voluit facere adulterium de loco suo venerat retro respexit vidua quā sic pmanere vouerat voluit nubere: hoc voluit quod licuit ei q̄ nupsit, sed illi nō licuit quia retro respexit, hęc ille. AVCTOR. Quid oīa ista vota præterdūnt iuxta mentem Augustini? Nonne vota sponsioria fidem deo dantia, & hoc vel illud spondētia quod ad deū pertinet nullū adhuc votum intulit nisi de quo recedere non licebat ei, qui vouit: aut nōne votum viri monasterialis votum promissionis est & professionis? Nonne tale est votum virginis aut viduae, quā si nupsit dānationem habet, quā primā fidem irritā fecerunt: vt dicit Augustinus: & ubi fidē fecerunt si non aliquid promiserūt? Retracta singillatim omnia vota q̄ iam exemplariter induxit Augustinus? si nō p fidem inelusam habeant promissionē vel deo vel homini vel vtriq;. Quare ergo dixit iste nō intelligēdum votū in illo versiculo de voto promissionis, sed de voto desiderii vel gratitūe voluntatis? quia non omnes qui attulerunt munera inquit pmiserunt: sed ideo Augustinus non simpliciter oēs dicit hortari ad vouendum in hac lege, sed omnes qui vouere volunt hortantur vt reddāt. Quisquis qd̄ vouere voluerit inquit voueat, sed attendat vt quod vouerit reddat. Et hunc sensum Augustini accipit Gilbertus in expositione eius dē loci. Et iterum aliqua sunt q̄ oēs vouent & vouere tenentur, omnes dico Christiani q̄ in circuitu eius afferunt munera & hoc voto promissionis & sponsonis solēns, s. credere in deū, sperare in deo. Et iterum aliqua negatiua, s. furtum nō facere, non moechari & similia: quę reulit supra Augustinus esse uocationibus cōtia. Prima affirmatiua autem vota facimus in baptismo, quā querit a nobis si ore

dimus in deum &c. Respondemus credimus. Secunda vero negatiua etiā in baptismo, quā queritur si abrenunciamus Sathanę &c. Et promittunt pro nobis patini nostri deponētes fideiussoriam causationē dicendo abrenunciamus, quā oēs asserunt fidē esse baptismalem, & inde nominatos fideles. AVGVSTINVS in de paruulorum baptismo, Paruuli fideles recte vocantur qui fidem per verba gestantium quodammodo consentunt, & per eorundem verba: diabolo etiam viuendo abrenunciant, & hoc fit in sacramento diuinę gratię, quā dedit deus ecclesię. hęc Augustinus. AVCTOR. Et hęc fides est quādā formalis professio. Vnde ISIDORVS de Officiis libro secundo. Paruuli alio proficiente baptizantur qui adhuc loqui vel credere nesciunt: sicut etiam acri muti & surdi quorum vice alius proficitur vt pro eis respōdeat dñi baptizantur. Hęc Isidorus. AVCTOR. Et hęc etiam fides est formalis sponsonis baptismati. Vnde AVGVSTINVS ad Neophytos. Præmissa inquit certissima cautione, q̄ vos abrenunciare omnibus pompis diaboli & operibus eius & omni fornicationi diabolice sponsondistis, descedistis in fontē sacrum. hęc ille. AVCTOR. Ex quibus patet continē quoddam ista vota quæ secundum Augustinum supra sunt vota cōmunia oībus Christianis, quæ etiā sunt vota baptismalia: ipsa sunt p̄fessionis & sp̄sionis certissima q̄ iubet nos psalm. vouere & reddere dño deo nostro: & nō sunt vota tm̄ liberi desiderii & gratitūe voluntatis sicut infundabiliter somniat Armacanus. Aspiciamus latius ubi Augustinus vel inducit vel tractat illū versiculū & semp̄ videbimus eū de huiusmodi voto loqui. Vnde AVGVST. in hoc loco expositio nis psalterii i fine eiusdē versiculi expositio nis. Quid inquit dixerit tibi psal. attende: nō dixit, nolite vouere, sed vouete & reddite. Quia audisti reddite nō vis vouere, ergo vouere volebas & nō reddere: immo vtrūq; fac, vnū sit ex p̄fessione tua, alterū ex adiutorio dei p̄ficietur. hęc ille. AVCTOR. Ecce vnum sit ex p̄fessione tua, s. vouere, ergo inuitat ad votū p̄fessionis & nō solius desiderii & alterū ex dei adiutorio p̄ficietur, s. reddere quasi diceret. Ista necessario se iherūt. s. vouere & reddere: quia relatiua sūt. Certe nō sic vouere voto desiderii: quia desiderate & reddere nō sunt correlatiua. Nō ei oīs q̄ desiderat tenet, reddere, sed oīs q̄ pmittit. Ex ipso ergo verbo reddere possit sciat? vir intelligere q̄ psalm. cōcē

pit ibi votū pmissionis, eo q̄ vnū relatiuū infert alterū suū correlatiuū naturali cōsequētia, nō autem disparatū. Sicut Aristoteles dicit, q̄ non sequitur. Manus ergo hoīs, sed bene sequitur ergo rei manuaræ. Et iterū, idē AVGVSTINVS de fide ad Petrū in fine. Tunc enim vnusquisq; regnū caelorum, quod sanctis promittitur possidebit, si obliuiscens quę retro sunt & in anteriora se extendens seipsum secūdū quod in psalmo dicit. Vouete & reddite domino deo vestro, quod scit esse licitū, & ad profectū melioris vitę p̄tinere cognoscit, & libēter voueat & celeriter reddat. AVCTOR. Ecce q̄ statim ubi p̄posuit q̄ libēter voueat ne ex leuitate vouendi peccandi traheretur occasio statim subiugit. Et celeriter reddat. Certe ex voto desiderii nō esset tanta reddendi necessitas. Vñ AVGVSTINVS etiam de bono virginali citat medium partiper & quali transitorie tangens eundē versiculum sic alloquitur virginēs professatas. Præsumit inquit, si dicit, roboramini, pmanet q̄ voueris dño, dño deo vestro voto perpetuę cōtinentiæ nō propter præsens seculū, sed propter regnū caelorum: vos etiā qui nondū vouistis q̄ potestis capere capite, p̄seuerāter currite vt cōphendatis: tollite hostias q̄q; suas & introite i atria dñi nō ex necessitate potestatem habētes vestrę voluntatis, hęc ille. AVCTOR. Vbi satis patet q̄ de voto loquitur pmissio & p̄fessio cū sic alloquitur: quasi distinguēs vouētes a nō vouētibus? hortās vouētes vt votis maneant: & nō vouētes vt voueant, non tñ eos sic cōstituit sicut illos qui vouerūt, sed q̄ capere possunt inuitat vt capiant. Vbi in verbo capere intelligit Augustinus votū qd̄ iste magister dicit se nō intelligere. Vos inquit qui nō vouistis q̄ potestis capere capite. Nā quōd hoc debet intelligi nisi sic intelligatur, vos qui nō vouistis qui potestis vouere & reddere vouete. Et hoc idē intelligitur in verbo castrare qd̄ etiā in eodē loco Christus inseruit dicās. Mat. xix. Sunt inquit eunuchi q̄ seipso castrauerunt p̄pter regnū caelorum: q̄ potest capere capiat. Quod tangēs AVGVSTINVS lib. de fide ad Petrū in fine dicit. Cæterū quisquis deo seipsum castrauerit propter regnū caelorum, & i corde suo cōtinentiā deo vouerit non solū si mortifero fornicationis crimine maculet, vt etiā si aut vir vxorē accipere aut mulier nubere voluerit, secūdū apostoli sententiā dānationē habebit quia primā fidem irritam fecit. Sicut ergo secūdū apostoli sentē-

tiā dignū est vt vxori vir debitū reddat, similiter & vxor viro: ita secūdū apostoli eiusdem dictū qui statuit in corde suo firmus nō habens necessitatē, aut potestatem habēs suę voluntatis & vouerit cōtinentiā deo debet eam vsq; in finē tota mētis sollicitudine custodire ne damnationē habeat si primā fidē irritā fecit. hęc Augustinus AVCTOR. Ergo si iste magister nesciuit in verbo capere intelligere votum intelligat saltem in verbo castrare & discat ex ore dñi fundari planissimē sacra vota etiā vota promittentia & sp̄sionē fidem deo. Sic enim plane hęc loquitur Augustinus. Quisquis inquit in corde suo cōtinentiā deo vouerit & nubere voluerit dānationē habebit quia primā fidē irritā fecit. Et iterū in fine de eodē loquēs. Qui vouerit cōtinentiā deo debet eā vsq; in finē custodire ne dānationē habeat si primā fidē irritam fecit. Quam fidē nisi illā, quā voto sponsondit, intellige etiā hic vnū aliud quod votum obligat in corde celebratum & si non sit ore prolātū. Sic enim dicit hic Augustinus. Quisquis deo seipsum castrauerit, & in corde suo cōtinentiā deo vouerit &c. Et iterū. Qui statuit in corde suo firmus &c. Et tale votū appellat GREGORIUS. Votū in p̄posito libro pastoralis cap. li. dicens in hęc modum. Melius est nubere q̄ vri. Sine culpa, s. ad coniugiu veniūt si tamen necdū meliora deuouerunt. Nā quisquis bonū maius subire proposuit bonū minus quod licitū illicitum fecit. Scriptum quippe est. Nemo mitens manū suam ad aratru & retrospiciens, aptus est regno caelorum. Qui ergo forriori studio intēderat retro respicere cōuincitur si relicis bonis amplioribus ad minima retorq̄tur. hęc Gregorius. AVCTOR. Vbi p̄ verbum propositum & verbum intēderat patet qd̄ de voto mentali intelligit.

Q̄ VOVERE PROMISSIVE AVGET meritum & intendit perfectionē actus ita vt sit perfectior & meritorior actus sub voto q̄ sine voto, cōtra eūdē Armacanū, Cap. XXI.



D cōtemptū vero religionis quæ semp fundatur & originatur ex voto prædictus magister vota diffamat quasi contraria legi dei probans, hoc comparabiliter ad iuramentum, ita esset vouere dimissum. Doce

mur, inquit, ut sermo noster sit est est, non non. Quod amplius est a malo est: cur non pariter quo ad voluntates vel affectus sic sancte doceatur, sit voluntas vestra siue affectus est est, non non: & ideo subiungit quod actus non crescit in perfectione vel ratione meriti ex additione voti. AVCT. O ergo cur omnis professio regularis non sine votis perficitur? quid sic superstitiose vouetis monachi in Christi religionis ingressu: cur fratres, cur sacrae virgines: quare non sancte doceamini ut voluntas vestra sit est est, non non: potissimum cum ex voto nihil vobis accrescat meriti: Quid insuper oportet fide praestare maritum coniugi quando tractant matrimonia: quid iterum coniunx marito: quare non, sine fide media, solo consensu sit celebritas sacramenti? Cur omnes Christiani baptismum non percipiunt nisi prius multipliciter voueatis: si non estis meliores ex voto, cur vultis vos exponere voti solutionis periculo? Ac si deus iam ad illud crudelitatis gradum peruenerit, ut cum velit punire peccatorem, non velit praemere merentem. Si votum solvatur vouens amplius peccat eo quod vouit: si votum teneatur, nullo plus remunerabitur eo quod vouit. Non est ille in misericors deus iam superstes: qui velocius solerbat esse ad praemiandum bonum quam ad puniendum commissum. Non audiamus istum sic dicentem, scitis quod est doctrina baptismi Christianorum infesta, omni religioni contraria, sancto coniugio noxia: & hinc diuina iustitiae hinc eius clementiae derogans manifeste. Sed audiamus potius quid in epistola ad Armentarium & Paulinum qua est inter epistolas .xxvi. fundarissime & catholice docuit. AVGVSTINVS alloquitur eorum alterum qui iam votum emisit. Quia inquit iam vouisti, iam te obstrinxisti: aliud tibi facere non licet. Priusquam esses voti reus liberum fuit, quo esses inferior, quis non esset gratulabunda libertas, qua sit ut non debeat quod cum lucro redditur. Nunc vero quia tenetur apud deum sponso tua non te ad magnam iustitiam inuito, sed a magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris si non feceris quod vouisti, quam si mansisses, si nihil tale vouisses. Minor tunc esses non peior: modo autem tanto quod absit miserior si fidem deo fregeris, quanto beator si deo persolueris. Hae Augustinus. AVCTOR. Perpende quid dicat. habet omnem verbum pondus suum, priusquam esses voti reus liberum fuit inquit quo esses inferior. Et iterum, Minor tunc esses non peior. Quod si tunc mi-

nor, ergo nunc maior: si tunc inferior ergo nunc merito altior. Vbi est iam qui dicit quod ex voto nullus est melior? Augustinus dicit quod est & melior & maior: quia sine voto minor. Et ut gradum intensioem assignaret ex merito sic vouentis accrescere terminum inferioritatis inducit quo dicit gradum reus: ut daret intelligi non plurificari bonum opus solum ad cumulatum sicut quidam supra dixerunt, sed intendi magis ad meritum. Et quod loquitur ibi de voto promissionis & sponsonis ex seipso apparet. Tenetur inquit apud deum sponso tua, & quia iam vouisti iam te obstrinxisti: aliud tibi facere non licet. Et insuper docet libertatem illam ante votum, quam iste magister praedicat, non esse gratulabundam. Non est inquit gratulabunda libertas qua sit ut non debeat, quod cum lucro redditur. Intellegens quod votum inde facit lucrum, unde trahit debitum: & ideo non est gratulabunda libertas, nisi quod tale debitum lucrifacit. Forsan magis ipsi placet animus dissolutus, sed a deo dicere quod domino deo minus laxa placet quam ligata libertas, gratior est sibi ipsi auis libera: domino suo gratior munimine incamerata. & equus effrenis non facit aptum incessum: emissarii enim sunt equi tales in scriptura, & magis desertor aperi quam hominibus. Tales sunt homines liberi de qualibus loquitur propheta. Equi emissarii facti sunt amatores in foeminas. Hieremiae quinto. Et ideo equorum frenam nos in ore mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Iacobi quarto. Frenum enim non tam ligat quam decorat caballum: & vere secundum beatum Augustinum de libero arbitrio. Libertas nostra equus est dei gratiae. Sic ergo religiosi animi votum factum est frenum eius quo non solum deo ligatur, sed decoratur ex eo & fit ex eo gratum deo iumentum. Erit enim quod super frenum equi est sanctum domino. Zachar. ultimo. Et insuper ut magis clare exponam quod concipio, Quae natura est liberior angelorum an hominum? Nonne angelorum: & tamen sic ligati sunt munere confirmationis altissimae, ut nec ad momentum a facie summi principis auertere visum possint. Angeli eorum enim in caelis semper vident faciem patris mei, qui in caelis est. Huic ergo ligamento confirmationis angelicae in hierarchia caelesti correspondet sacramentum voti in hierarchia terrestri. Et sicut caelestes spiritus habent e-

inunere confirmationis beatitudinis necessitatem, & magni suae libertatis honorem: ita modo suo habent homines ex voti emissionis & merendi necessitate & confirmatione quamdam in bono: & cum hoc augmentum decoris in libero arbitrio. Confirmatio ergo voti securitatem quaedam facit. Ideo ipsam palmistam consulit. Querite dominum & confirmamini: quae tunc faciem eius semper, id est ut semper gratis sine tadio quaerite eum & confirmamini. Et propter hoc etiam beatus AVGVSTINVS. Sepe inuitat ad vouendum. Vnde super praedictum versiculum per sal. lxxv. Vouete inquit & reddite domino deo vestro. Quisquid quod potest voueat & reddat: ne voueatis & non reddatis: sed quisquid quod potest voueat & reddat. Non sitis pigri ad vouendum non enim viribus vestris implebitis: deficietis si de vobis praesumitis: si autem deuoueris illi cui vouetis securi reddetis. Hae ille. Idem AVGVSTINVS in fine dicit. Non sitis pigri qui potestis quibus aspirat deus apprehendere gradus meliores, quia non ideo ista loquimur, ut non voueatis: sed ut voueatis & reddatis. Vouete & reddite domino deo vestro. Iam ista tractauimus volebas vouere, & modo non vis vouere. Sed quid dixerit tibi psalmus attende. Non dixit nolite vouere, sed vouete & reddite: quia audisti reddite non vis vouere. Ergo vouere volebas & non reddere: immo utrumque fac. Vnum sit ex professione tua: alterum ex adiutorio dei perficietur. Aspice eum qui te ducit, & non respicies retro, unde te ducit: qui te ducit ante te ambulat. Vnde te duxit post te est, ama ducentem, & non te damnabit retro respicientem. Vouete & reddite domino deo vestro. Hae Augustinus. AVCTOR. Hic videtis quod plate per omnia disconueniunt lux & tenebrae, secularis Richardus, & religiosissimus Augustinus. Non sitis pigri ad vouendum dicit sanctus. Sit affectus vester est est, non sine voto. Dicit Richardus nihil accrescit vouentibus ad meritum: dicit iste, Vobis qui vouere potestis aspirat deus apprehendere gradus meliores dicit sanctus iste: vere successit facere, sine voto. si votum in se non intenderet meritum vouentis, & inde apprehendere gradum meliorem. Et quid est dicere gradum meliorem? Vere non plurius bonum (ut ita dicam) sed melius & intensius. Gradus enim melior intensioem dicit non pluralitatem. Et attende semper quod hoc dicit de voto sponsonis. Vnde dicit. Vnum sit ex professione tua,

Et iterum ama ducentem & non te damnabit retro respicientem: cum tamen votum nulli desiderii ad damnationem non obliget non reddet. Et iterum idem super psalm. xxxv. inferens eundem versiculum. Vouete inquit & reddite domino deo vestro. Melius est autem non vouere quam vouere & non reddere: sed debet esse impiger animus ut & voueat & reddat: ne cum se minus idoneum putat ad reddendum piger sit ad vouendum. Plane nunquam reddet si de suo se putauerit redditurum. Hae ille. AVCTOR. Vbi per pondus reddendi & quod infert melius esse non vouere quam vouere & non reddere patet continue quod hoc dicit de voto promissionis: quod solus necessitatem reddendi habet: quia liquet obibus quod non melius est bonum, deo non desiderare quam desiderare & non facere quia adhuc melius est bonum deo desiderare, quam nec desiderare nec facere. Hoc ergo votum promissionis est: cui nos allicit Augustinus: quod nisi reddatur peccatum habet, quod si reddatur intendit meritum. Est hoc inquam quod virginitatem corporalem spiritualem facit, & sine quo laudem non habet, sicut docet AVGVSTINVS in libro de bono virginali citato post principium. Nulla carnis fecunditas sanctae virginitati etiam carnis copari potest. Neque enim & ipsa quia virginitas est, sed quia deo dicata est honoratur, quae licet in carne seruetur: spiritus tamen religione ac deuotione seruetur: ac per hoc spiritualis est etiam virginitas corporis quam vouet & seruat continentia pietatis. Et sequitur. Quanto magis quantoque honoratius in animi bonis illa continentia numeranda est, qua integritas carnis quae ipsi creatori animae & corporis vouetur & consecratur, seruetur. Hae Augustinus. AVCTOR. Vbi per hoc quod primo dicit vouetur, & tunc addit consecratur, patet quod de voto sponsonis intelligat quod in consecrationibus virginum solenniter in ecclesia solet emitti, & nunc sicut tunc. Vnde idem AVGVSTINVS ibidem statim post subiungit. Hoc genus virginum nullam corporis fecunditas prouulit: si harum quaeritur mater, est ecclesia: non parit virgines factas, nisi virgo sacra. Hae ille.

Quod IACOB, DAVID, APOSTOLI, & beata virgo vouerunt promissionis: & fuit consuetudo fidelibus primitiue ecclesie sic vouere: contra eundem Richardum Armacanum. Cap. XXII.

D



ddidit iterum iste magister q̄ vota sancta non improbat. Sic enim dicit q̄ Iacob votum vouit domino. Genes. xxviii. Et dicit sapiens q̄ vota iustorum sunt placabilia: sed hæc de voto desiderii non autē voto promissionis aut sponsonis. Et hoc miffi tando dicit q̄ verbum promissionis vel sponsonis i scripturarū illarū locis ipse nō reperit: renouās in hoc ipso legē illā repudiātā ab olim q̄ iter cōtrahētes obligatio nulla succedit nisi verba promitto vel spondeo vocaliter inferantur. Viris vero catholicis & scripturarum sanctorū peritis magis placet lex illa correctā q̄ in sensu verborum obligatio non promissionis nascitur, & si non proponatur in suis terminis verbū promitto vel spondeo. Quā ratio magistri non valet: est votū desiderii ergo non promissionis, cum omne licitum votū promissionis sit votū desiderii. Quantum veto ad Iacob sensus textus manifeste conuincit esse votum solēnis & certi promissionis. Vnde textus habet. votum vouit dicens. Si fuerit deus mecum & custodierit me in via, per quam ambulo & dederit mihi panem ad vescendum & vestimentum ad induendum reuersusq̄ fuero prospere ad domum patris mei: erit mihi dominus in deum, & lapis iste quem exegi in titulum vocabitur domus dei. Cūctorūq̄ quæ dederis mihi decimas offeram tibi. Quis tam imperitus grāmaticus vt non statim pendat q̄ Iacob hic promissit deo decimas, & colere eum cultu latriæ si seruauerit eum deus in via & reuocauerit eū salute! An nō ipse magister quereretur se læsum a socio sic dicente. Dabis decem si scripsero: & post scriptum decem non sum pserie & qua vi nisi ratione promissionis facti iam irriti! Quare sic deus non potuisset queri de Iacob si non impleisset quod dixit: & vnde hoc nisi ratione irritati promissionis! Et ratio statim est in foribus plana & certa, q̄ iuxta istum magistrum, Iacob reuocatum eum salute & habens deum sibi propitiū in via non tenetur, propter ista prædicta decimare vel cultū ei exhibere diuinum: quia nullū in eis illi fecit promissionem. Sciamus ergo omnes sanctos veteres, publice quasi nunq̄ fecisse votū nisi votum promissionis quod fidem includit & pactum. Ideo etiam oblationes patrum talia vota erant, & non vota nudi desiderii, vt autumat iste Richardus. Sic enim totus Israel voto se obligans domino ait. Si tradideris

populum istum in manū meam, delebo vrbes eius: exaudiuitq̄ dominus preces Israel & tradidit Chananeum. Numeri, xxi. Et iterum, letatus est populus cum vota sponte promitterent. i. Paralipom. xxix. & frequenter alibi. Ideo non sufficēter exposuit se cum diceret vota erant quia oblata: cum oblationes secū dum hoc distinguerentur in lege, q̄ quedam erant spontaneæ, quedam sub voto factæ. Vnde Numeri. xv. Cum ingressi fueritis terram habitacionis vestræ. Et sequitur. Vota soluentes vel sponte offerentes munera: & iterum. Quando de bobus feceris holocaustum vt impleas votum vel pacificas victimas. Et Leuit. septimo. Si voto vel sponte quisq̄ obtulerit hostiā, eadē similiter edetur die. Vbi plane patet vota fuisse voluntarie oblationes deo promissionis, & sponte oblata illa que sine voto, desideranter tamen deo exhibitā. Vnde vbi i prædicto textu Numeri dicit. Totus Israel voto se deo obligans. Alia litera habet anathematizauit eum & ciuitates ei. Vbi AVGVSTINVS. Est anathematizare quod vulgo dicitur deuotare. Origo autem huius verbi est in Græca lingua ab his rebus, quæ votæ & perfolatæ, id est promissionis & redditæ sursum ponebātur in templum. Hæc Augustinus in quæstionibus super librum Numerorum cap. xxxiiii. AVCTOR. Ergo iuxta deriuationem originale vocabuli votum includit promissionem, & non est votum aliud nisi abusiue. Et mirū est q̄ doctor iste tantam de vouendo fecit conscientiam, quasi æquiparando votum periurio, & non est arctior paupertas, neq̄ perfectior per hoc q̄ cumulaturo voto inquit vel prestito iuramento. Sed quicquid dixerit iste doctor, ego scio sanctum David iurasse, & statuisse iudicio iustitiæ dei. Et iterum non solum iurauit domino, sed etiam votum vouit deo Iacob, id est ex motu voluntatis promissit secundum Clementem in glossa ibi. Quod si introiret in tabernaculum domus eius, ipse adoraret in loco vbi steterunt pedes domini, scilicet ad propitiatorium quod dicebat tūc scabellum pedum eius: & tamen nec custodia iudiciorum, fuit ex iuramento prophete arctior, sed nec adoratio loci pedum synce rior ex voto quod emisit. Sed descendamus ad nostros, quos lex gratiæ ab auctore suo Christo primos expressit in ecclesia: propter hoc q̄ ille dixit, q̄ nec Christus nec spiritus sanctus qui omnem docuit veritatem, vota paupertatis & alia vota consiliorum atq̄ mā

datōrū docere apostolos & alios nō omisit ser si iudicasset ea ad perfectionem vitæ vtilia. Primo igitur docebit q̄ beata virgo vouit deo per eum continentiam. AVGVSTINVS enim de bono virginali in principio dicit. Materna propinquitatis nihil Mariæ profuisset nisi foelicis Christum corde q̄ carne gestasset. Ipa quoq̄ virginitatis eius ideo gratior & acceptior, quia nō eam cōceptus viro violaturo quam conseruaret ipse præripuit: sed priusq̄ cōciperetur iam deo dicatam, de qua nasceretur elegit. Hoc indicant verba que sibi facti annuncianti angelo, Maria reddidit. Quomodo, inquit, fiet istud quoniā, virtū nō cognosco: Quod profecto nō diceret nisi deo virginem se ante vouisset: sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant desponsata est viro iusto non violenter ablaturo: sed potius contra violentias custodituro quod ipsa iam vouerat. Et sequitur. Virginitatē iā deo dicauit cum adhuc quid esset conceptura nesciret. hæc Augustinus. AVCTOR. Et ne votum istud intelligeretur non illo sanctissimo modo vouēdi promissionis sed abusiue modo nudi desiderii: ideo aliquādo vsus est Augustinus verbo dicauit in eodē sensu: vt si vterq̄ terminus subuertatur, nimia videatur iniuria & tamen ne ipsum vouēdi vocabulum in hac æquiuocatione lateret per adulterantes verbū dei decretū ecclesiæ docet istud votū virginis fuisse non solū promissionis: sed prius corde ac demū ore pfectum: immo ab vtroq̄ coniuge Ioseph & Maria in initum affectu cordi. vnde. xxvii. q. ii. Matrimoniu sub eiusdē Augustini auctoritate. DECRETVM. Sicut Augustinus ait, inquit, beata Maria pposuit se obseruaturo votum virginitatis in corde, sed ipsum non expressit ore: subiecit se diuine dispositioni dum pposuit se perseueraturam virginem, nisi deus aliter reuelaret. Committens ergo virginitatem suā diuine dispositioni, consentit in carnalem copulā non illam appetendo sed diuine inspirationi in vtroq̄ obediendo. postea vero filiu genuit quem corde cōceperat: virginitatisq̄ votum simul cū viro labiis expressit, & vterq̄ in virginitate permansit. AVCTOR. Et tunc ad verū coniugium, indiuiduā dicens pertinere vitæ consuetudinem, tandē subinfert. DECRETVM. Ad indiuiduā itaq̄ consuetudinem pertinet absq̄ legitimi viri cōsensu orationaliq̄ nō posse vacare, nec continentiam profiteri. Quia ergo iste consensus fuit inter eos, patet istos fuisse coniuges, hæc Decret. AVCTOR. Vbi patet

et tam Mariam q̄ Ioseph sanctam continentiam etiā oretenus fuisse pfectos secundum quam formam postea inoleuit in primitiuis ecclesiæ continentiam debere voueri & pœuaricatores eius dānatos ab Apostolo. Vnde de talibus loquens. i. ad Timoth. v. Cum in deliciis egerint in Christo nubere volunt habentes damnationem, quia primā fidem irritam fecerūt. Vbi AVGVSTINVS. Et si nō nubendo tamen volendo: non quia ipsa nuptiæ damnandæ iudicantur, sed damnatur profecti fraus, dānatur fracta voti fides, dānatur nō susceptio a bono inferiore sed ruina a bono superiore. Postremo dānatur tales nō quia coniugale fidem posterius inierunt, sed quia continentię primā fidem irritā fecerūt. hæc Augustinus de bono viduitatis. AVCTOR. Vnde iam si non fuit tunc in tēpore Apostolorū magni boni & grandis perfectionis vouere fideliter & promittere sacrā continentiam. HIERONYMVS etiā habet super eundem locū scripturę in annotationibus suis. Primā fidem irritam fecerunt quia se viduas permāsuras promiserunt. Hęc regula, non solū in viduis sed in virginibus etiam atq̄ continentibus seruatur. hæc Hieronymus. Et iterū AVGVSTINVS. de adulterinis coniugiis circa mediū. Apostolus inquit de quibusdā qui continentiam vouerunt & postea nubere voluerūt qd̄ eis anteq̄ vouebant bene licebat. Habentes, inquit, dānationem quoniā primā fidem irritam fecerunt, hæc Augustinus. AVCTOR. Ex quibus omnibus patet q̄ consuetudinarie solebant continentes tēpore apostolorum vota promissionis emittere & quantæ perfectionis & precii hoc erat apud Apostolos: cuius violationē nō nisi pœna dānationis vlciscendam putabāt. Quis istos docuit tale votum? Nunquid sine Christo hoc magnū didicit mater eius? Nūquid sine spiritu sancto ceteri continētes vouebant, aut violatores eius sine causa sic dānauerunt Apostoli? Iudicet iam Richardus. Non facile credo q̄ tū bonum Apostoli sine spiritu sancto docuissent ecclesiam. Quātum ad apostolos ipsos magistros ecclesię an vouissent promissa fide, forsitan timerem asserere nisi beatus Augustinus scripserit olim eos omnes baptizatos baptismo Christi, qui nec ab origine sine professione & voto fidei celebrari solebat. Vnde AVGVSTINVS. in epistola ad Vincetium Victorem ait. Si eos de quibus scriptum est, vtrū fuerint baptizati siue nō, sine baptismo de hac vita recessisse credimus ipsis calūniāmur Apostolis, qui præter

apostolum Paulum, quādo baptizati fuerint ignoramus, sed ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit quod beato Petro apostolo dominus ait, Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. hęc Augustinus, AVCT. Sed insultat irregularis iste regularibus de voto paupertatis quod fecerunt apostoli dicens, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: quod potissimum voverant secundū Augustinum, xvii. trinit. Sed hoc inquit votum erat desiderii, non sponsonis. Quantū ex textu percipi potest votū erat certi promissū æque sicut desiderii. Probes desiderii tuum & nos probabimus promissū. Hoc scio quod apostoli sine fidei fractæ dispensatio ad pristinas opes reuerti non poterāt: ergo fidē aliquādo fecerāt de hac paupertate seruāda. Scio etiā quod Hieronymus lib. i. cōtra Iouinianum dicit Apostolos in eisdem verbis perpetuā vovisse continentia, eo quod dominus respondens eis diceret, Amen dico vobis quod quicūque reliquerit domum aut agrum aut vxorē &c. Sed ergo quare non perpetuā paupertatem in istis verbis quam ipsa verba sonāt expressius? Miror etiā quod primos fideles ecclesie apostoli docuerunt vovere paupertatē quam ipsi vovere nolēbāt. Audite ante omnia quid dixerit AVGVST. super psalm. cxxv. Vnde inquit Apostoli filii prophetarū, filii excussorū. Vnde illi quingenti qui dominū post resurrectionem viderūt quos commemorat apostolus Paulus. Vnde illi centum viginti qui simul erant in vno loco post resurrectionē dñi & ascensionem in cælum, quibus in vno loco cōstitutis supuenit spiritus sanctus die Pentecostes missus de cælo, sic missus sicut promissus. Omnes inde erāt & ipsi primo habitauerunt in vnum qui omnia quę habuerūt viderunt, rerumque suarum precia ad pedes apostolorum posuerūt: sicut in Act. Apost. legit. Et distribuēbatur vnicuique prout opus erat, & nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia cōmunia, & quidem in vno, & erat illis cor vnu & anima vna in deo. Ergo quādo prius audierunt, Ecce quod bonum & quod iocū dum habitare fratres in vno: primi audierūt sed non soli audierūt. Non enim vsq; ad illos tū ista dilectio & vnitas fratrum venit. Venit enim & ad posteros ista charitas & exultatio & votū deo voverunt. Voverūt & ipsi enim aliquid deo ut dictum est, Vouete & reddite domino deo vestro. Melius est autem non vovere quod vovere & non reddere. Et sequitur, Ex voce huius psalmi appellati sunt & mo-

nachi, quis modo de isto nomine insultet catholicis: hęc ille. AVCT. Nōne vides iā plane quod omnes tam Apostoli quod alii infiniti credentes, primo voverunt votū paupertatis & votū illud quod melius est non vovere quod vovere & non reddere, quod ad votum desiderii omnino est impertinens. Votū illud dico quod Augustinus quasi assignas in specie venisse dicit ad posteros, immo ad monachos. Ex voce huius psalmi inquit appellati sunt monachi. Non te fallat ergo deinceps quod inuocatio voti circa apostolos & primos credentes quādo inuocari eos audieris ad religiofos modernos. Sed & hęc responsorie dicta sint ad disputationē tuā: aut respōde alias tibi ipsi.

DE FVNDATIONE VOTI OBEDIENTIAE, & de excellentia eius.
Caput XXIII.

Ria sunt quę testimoniū dāt de deo in hoc mūdo secundū Ioannem in sua canonica: spiritus in quem est caro hominis transmutata per votū continentia, & aqua secularis concupiscentie facta tranquilla sub voto paupertatis apostolicæ & pro his satis militatū est in predictis vbi semper exemplariter inducuntur. Restat ergo ut iam sanguis testimonium det deo, qui amicus est torius naturæ, & est ipsa sedes anime, obedientia scilicet quę viciūior est homini & mēti intimior intantū ut sit sedes regia volūtatū: nā paupertatis votū respicit res exteriores, continentia corpus: sed obedientia voluntatē ut dicitur inferius. Hęc res enim quę sanctam obedientiā blasphemauit, mihi de fundatōe & laude eius sicut & de ceteris scribere quidem dedit materiā, veritas vero prestat audaciā. Vnde in libello suo dānato quem intulauit purgatoris sectæ Christi dicit VVITCL. de religiosis in cōmuni. Quia, inquit, in his tribus consistit perfectio sui ordinis. In paupertate, castitate, & obedientia: sed extra illos ordines congregatio etiam secularium in duobus primis poterit istis ordinibus coæquari: ideo restat illis quod in sua obedientia charitas singulariter conseruetur. Vnde tū magnificat obedientiam quā faciunt præposito sui ordinis quod dicunt ipsam excellere, omne opus meritorium quod seculares possent facere: ideo necesse est ipsos in beatitudine non solum misceri cū beatitudinibus, sed situari supra omnes illos or-

dines cum Maria. Et quia defecit illis fundatio istius obedientie sicut & fundatio istorū ordinū, ideo fingunt & somniant miraculum de vitis patrum quod vnus virtute istius obedientie rigauit cotidie ligna pure putrida & post modum floruerunt: ideo fingunt sibi principium quod virtute obedientie faciendæ tali proposito dimitteda est prædicatio verbi dei & quodcūque opus meritorium quod exprimitur in scriptura: & sic inuenta est vna obedientia per hos nouos ordines quod quicquid Christus per suos fideles præceperit, non est tam meritoria obedientia faciendū, sicut faciendum est opus irrationabile & stultum, quod diabolus ille mādāt. Cōstat quidē ex fide scripturę Ioā. vi. quod prælati de possibili est præscitus. Et quod probabiliter sepe euenit est vnus diabolus sicut Iudas. hęc Vvitcl. libi. Et alia quid huc pertinēs habet in secūdo tractatu de sermone domini, cap. xlii. & iii. Trialogi & locis aliis infinitis. AVCT. In his ergo quæ iam illata sunt ex hæresiarcha Vvitcl. puro ponderandum maxime quæ sit quantitas & eminentia voti obedientie, & eius fundatio in iure dei. Secūdo quæ sit obedientia pfectorū religionis pfectæ. Primo sciendum est quod votū obedientie in veteri lege institutionē sumpsit multiplicē. Nā Leuit. xvii. scriptū est ex ore dñi. Homo qui votū fecerit & voverit & sponderit deo animā suā sub æstimatione dabit precii. Animā voverit qui totā voluntatē suā dño deo reddit: anima enim in hoc loco voluntatē humanā appellat: quemadmodū anima dei voluntas eius est secundū Augustinū super Leuit. cap. xxv. Et secundum hanc legē credimus in baptismo votū facere de obedientia mādatorum quoslibet Christianos, & hoc cum votū sit sponsonis sicut textus ipse dicit. Vouerit & sponderit deo animā suam cōtra Richardū militat Armacanū. Sic enim dixit beatus Augustinus ut supra intuli, supra hęc versiculū, Vouete & reddite dño deo vestro. Quod votum mādatorum est oibus Christianis quid cōmune quia omnes illi possunt in eius circuitu munera asserere: ideo ipsorum omniū sunt hęc vota. Et iterū AVGVST. de bono virginali circa medium. Quid tā generaliter maxime præcipitur quod obedientia qua custodiuntur mandata dei: hęc August. AVCT. Sed ut accedamus propius ad votū obedientie regulariū pfectorū occurrit nobis lex dñi. Numer. xxx. dicēs, Narrauit Moyses filiis Israel omnia quę ei dñs imperarat: locutus est ad principes filiorū israel. Si quis viros

rum votum dño voverit aut se iurathēto cōstrinxerit, nō faciet irritū verbum suum, sed omne quod pmissit implebit. Textus iste votā religiosorū fundat specialiter in tribus: primō circa hoc quod hoc nō sit votū nudi desiderii ut vult Richardus, sed votū sponsonis & pfecti sacramenti: quia dicit, Si quis viros votū deo voverit aut se iurathēto cōstrinxerit, Et sequitur, Omne quod promissit implebit. Secūdo quod hoc votum non super illicitis tū iminō & super abstinentia a licitis accommodatur. Vnde AVGVST. tractas eundē locū in questionibus super lib. Numerorū, cap. xliiii. Nō hoc, inquit ad omnem iurationē pertinet sed ad eam vbi quisque de anima sua voverit, alia cuius vtique rei abstinentiam qua ei vti licebat per legem, sed per votum ipse effecit non licere. hęc August. AVCT. Tertio propter excellentiam rei voto promissę, quia est de re aliqua intrinsecus anime inherēte. Ideo textus quem AVGVSTINVS adducit hoc exponens dicit, Homo quicūque voverit votū domino, aut iurauerit iuramentū aut definierit definitionē de anima sua non prophabit verbum suum. AVCT. Et litera Origēnis super hūc locū habet, Homo quicūque voverit domino &c. Et ideo notatur ab vtroque doctore quod hęc voti professio non in tem vili contingit & exteriuscari facultatē, sed in animam hominis, quia dicit homo interior: ita ut nihil referret homo proprie potestati quādo etiam animā suam & voluntatis arbitriū per voti professionē dño dedicauit: quod propriū est voti obedientie. Dicit enī ORIGENES notabiliter sup eundē locū, homil. xxiiii. Est enim interior alius homo qui renouatur de die in diē, secūdū imaginē dei, alius vero exterior qui corrūpit. Cū ergo venit ad hūc pfectū ut lex dei suscipiat & vota offerant quia offerre nō potest nisi quod habeat aliqd in semetipso quod offerat deo: Nō sufficit exterior legē dei recipere & vota solus offerre: quia nō potest aliqd dignū deo habere sed interior qui habet in se quod offerat deo. In quo est habitatio virtutū intellectus scientie & diuine imaginis inuocatio, qui cū specie suā quod ab initio facta est recuperauerit, tunc non solū homo sed homo homo dicit. Et subdit ad ppositū, Legitur diuersa vota in scripturis. Anna vovit deo fructū vteris sui, & Samuelē cōsecrauit in templo, Ieptē quodcūque sibi post victoriā occurrit, & occurrēte filia vota persoluit lachrymāda. Alii vitulos vel arietes vel domos vel alia ratione carentia. Illē verō qui appellat Nazareus

semetipsum. Hoc est enī votū Nazarei quod est super omne votum: filius autem aut filia, aut pecus aut praedicti extra nos est, semetipsum deo offerre nec alieno labore sed proprio placere perfectus est ceteris omnibus votis quod qui facit imitator est Christi, ille enim dedit terrā, mare & oīa quae in eis sunt. Caelū quoque solem & lunā & stellas ministerio hominum, pluuias & ventos & quicquid in mūdo est hoībus largitur, & postea semetipsum sic enim dilexit deus mūdum vt vniuersum suum daret pro mundi vita. Quid igitur magis faciat homo si semetipsum offerat deo cū se deus obtulerit prior? Si ergo tollas crucem tuam & sequaris Christum, si dicas vno ego iam nō ego, viuit vero in me Christus: & nō delesteris in seculo, semetipsum, id est animā tuā obtulisti deo. Qui in castitate viuit, corpus suum vouit, hoc offert pro voto continentiae. Vnde virgo cogitat quomodo sancta sit & corpore & spiritu. Sancti enim dicunt qui deo vouentur. Vnde aries si deo vouetur sanctus appellatur: non licet eum tonderi ad cōmunēs vsus: similiter vitulus nec licet eū iungi in cōmunes vsus. Hoc dicit pro voto paupertatis. Iam subdit de voto obedientiae per quod seipsum offert homo. Si ergo te voueris deo imitandus est tibi vitulus vt facias eū quod pertinet ad diuinum cultum. Hae Origenes, AVCT. Hae enim de sola obedientia dici possunt: sola illa est virtus quae nos totos dei vībus applicat, & per voluntatis sacrificium deo seruat. Vnde GREGORIVS explicans vires sanctae obedientiae in eius laudes ita prorumpit. Sola inquit obedientia virtus est quae virtutes ceteras menti inserit, insertasque custodit. Vnde & primus homo preceptum quod seruaret, accepit: cui se si vellet obediens subdere ad aeternam beatitudinem sine labore perueniret. Hinc Samuel ait, Melior est obedientia quam victimae: & auscultare magis quam offerre adipē arietū: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriae nolle acquiescere. Obedientia quippe victimis iure praepōnitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria maceratur. Tāto vero quisque citius deū placat quāto verius ante eius oculos repressa arbitrii supbia illius gladio praepcepti se immolat quo cōtra ariolandi peccatum inobedientia dicitur: vt quāta sit virtus obedientiae demonstreretur. Ex aduerso ergo melius ostenditur quid de eius laude sentiatur. Si enī quasi ariolandi peccatum est repu-

gnare, & quasi scelus idolatriae nolle acquiescere, sola est obedientia quae fidei meritū possidet qua sine quocumque infidelis cōuincitur: etiā si fidelis esse videatur: hinc per Salomonē in ostensionem obedientiae dicitur, Vir obediens loquitur victorias. Vir quippe obediens victorias loquitur, quia dum aliena voci humiliter subdimur nosmetipsos in corde superamus. Hinc in Euāgelio veritas dicit, Eum qui venit ad me non eiciam foras: quia de cōlo descendit non vt faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Sequitur. Cū ergo nō suam sed patris facit voluntatē eos qui ad se venit non eiciat foras, quia dū exemplo suo nos obedientiae subiicit viam nobis egressiōis claudit. Hae Gregoriū vltimo moral. super hunc textum. Dederūt ei ouē vnā, & in aurem aureā vnā. AVCT. Iam videre potest fidelis Christi seruus quod & si religiosi perfecti de sanctae obedientiae prerogatiua se nūquam iactaret non minus posset esse laudanda: cum in eius virtute sola steterit omne fidei meritum & sine ipsa infidelis quisque notatur, secundum Gregor. Et Origenes dicit esse votum super omne votū, hominē scilicet vouere seipsum quod est solius obedientiae: quia in aliis omnibus homo vouet sua: hic autem se totū secundum eundē. Ergo quid insanit iste contra religiosos & instat mendaciis quia sic magnificant sūmbrias sanctae obedientiae quam extollunt, quam praedicant omnes sancti? Vere veniē donari posses si rem indifferentē cul passes. Iam autem cum virtuti detrahis manifestas, cum dominum virtutum quē nō excidit tot laeessis iniuriis, mitius portabunt omnes catholici errores tuos quibus eos offendis qui quis iusti fuerint septies in die cadunt. Dixi quod instas mendaciis, quae te docuit pater mendacii, quia dicis nūquam in lege dei fundari obedientiam perfectorum, quia dicis in vitis patrum somniatum esse miraculum, quia dicis iactare se perfectos quod supra omnes ordines necesse est collocari eos in caelis cum Maria. Hoc vnum scio quod quae seminat homo, haec & metet, & qui humiliauerit se per sacram obedientiam vt sit sicut paruulus Iesu Christi, hic maior est in regno caelorum. In quo gradu vel quāto alto collocandus est aliquis, hoc ipse nouit cui soli seruatiū est secundum gradus meritum in hac vita praemia compensare futura. Quo ad miraculū in vitis patrum non minus admittor quod ibi excesseris veritatem cum hoc quotidie sine conscientia facias in scripturam. Nec enim multa ligna

rigauit obediens monachus, sed vnum nec tam putridum sed iam siccum. Ride diuini miraculum & simplicitatem iustorum irride. Dico tibi opus illud Hieronymi sancti patris inter autentica computatur. In magna epistola Gelasii papae de libris recipiendis & non recipiendis: quae etiam ponitur in decretis & hoc apud fideles pios facit credentiam quibus pertinaci heretico cesserit ad ruinam. Quam etiam fundationem habeat in scriptura obedientia sancta petis. Si nullā, redarguas Origenē quod ipse eam fundauerit. Num. xxx. Sanctum blasphemum Gregorium quod ipse infundabiliter fundauit eam. Iob vltimo. Veruntamen vt altiora petam? reprobata secta Rechabitarum sanctorum. In quorum laudem sanctus Hieremias infert ex ore domini: approbans manifeste sanctam obedientiam, & de obedientia inde eos inferens ad exemplum. Vade inquit & dic viris Iuda, Nunquid non accipietis disciplinam vt obediatis verbis meis, dicit dominus. Praeualuerūt sermones Ionadab filii Rechab: qui praecipit filiis suis vt non biberent vinū, & nō biberunt vsque in diē hanc: quia obedierunt praepcepto patris sui. Hieremias. xxxv. Irride sanctum Danielem tactum tam grandi conscientia in oratione sua ad dominum quod populus non obedisset prophetis loquentibus qui erant religiosi illius temporis secundum Hieronymū. Obsecro, inquit, domine deus magne & terribilis, Et sequitur, Impie egimus, declinauimus a mandatis tuis, non obediimus seruis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo, regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris. Daniel. ix. Postremo Christum spernas qui ipsam obedientiam in seipso fundauit secundum sanctum & patrem veterē Cyprianum in lib. de. xii. abusionibus, cap. iij. vbi in abusione adscribitur, Adolescens sine obedientia, & dicit CYPRIANVS. Aetate pariter & ammonitione pater dicitur cū Moyses in Canticis loquitur, Deuteronomii. Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, quod si naturalis pater superstes non fuerit aut indignus fuerit, amoneri tamen aut seniori adolescentis obedientia praebenda erit. Sequitur infra. Disciplina ergo absque obedientia qualiter fieri potest? adolescens absque obedientia quomodo est? quoniam & ipsa obedientia quae omnium disciplinarum mater est magna exercitatione indiget: quae in sui norma studio a Christo domino sumpsit exemplū: qui obediens patri vsque ad mortē, crucis ignominiam libenter sustinuit. Hae Cyprianus, AVCT.

Sed cū supra dixerit Gregorius quod in sola obedientia meritum fidei consistit & sine ipsa in fidelis quisque conuincitur quis fidelis esse videatur, minus admiror quod iste sanctae obedientiam conatur euertere qui etiam ipsam fidem nititur abolere. Familiare enim est hereticis inobedientiam suadere quomodo eorum possunt; trahentes hoc ex primo prototipico angelo, qui inobedientiam qua se ipse contra deum prius erexit, & vnde coangelos suos legit etiam innocētem decepti, & schismatici fecit protoplastū. Inde sanctus GREGORIVS vltimo moralium dicit, quod amici Iob obtulerunt ei ouem vnā & in aurem auream vnā: quia nulla esse innocentia, nulla esse vera obedientia in multiplicibus hereticorum diuisionibus potest: ad cognitionem fidei venientes offerant ouem sed vnā, offerant in aurem sed vnā, Sequitur infra. Ad sanctam ecclesiam cū innocentia atque obedientia venientes eam mentem deferant, quam sectarum schismata nō diuidant. haec Gregorius, AVCT. Cōgrue tamen iste qui in mente semper habet vt sectarum schismata diuidat virtutem sanctae obedientiae depratat, & ideo quia ad ecclesiam cū innocentia & obedientia nō venit nec ouem vnā, nec in aurem vnā in dogmatibus obtulit, sed vulpes multas cum facibus scampalorum in caudis quibus ecclesiae segetes deamertit & deuorat sacras messes: quod tamen patrierit ferri nō posset, si cum Sampsonē sancto Philistinorum, id est hereticorum acies dissiparet, nō contra Sāplonē inuaderet greges Christi.

Fundatio voti obedientiae vt professores simpliciter obediunt & sine superiorum arbitrio nihil agant. Cap. XXIII.



Etinceps autem veniamus ad specialia obedientiae munera, ad insignia singularia professorum: & eo ordine quo iste inobediens ea improbat, diuini attestatōnibus approbemus. Prima prerogatiua obedientiae regularium professorum ad quā nō sic tenetur qui nō sic vouerūt est simpliciter obedire sine quāla calūniā, sine cūctatione praepcepti quā aegre fert Virel. Dicit enim vbi supra in libello de purgatorio secte Christi, in principio. VVICLEF. Quantum ad prophetas legis veteris pater quod nō sunt confederati ad inuicem cum istis fictitiis suorū ordinum, sicut illi secte sunt hodie obligatae. Nam. iij. Regum secundo. Helias pater monuit Heliseum ipsum dimittere: Heliseus autē credens esse

de voluntate domini quod ipsum sequatur, usque ad raptum non consentit Helias monitis quando dixit, sede hic & secundum piam obedientiam fecit contrarium illi: quod magister suus preceperat: ac si intederet quod pia resistiva obedientia est facere oppositum illius quod mandat superior dum non fundatum fuerit ratione. AVCT. Ecce quam fronte suadet rebellis iste proteruiam subiectorum & inobedientiam subditorum quam Apostolus Paulus vitauit in omni domo, in omni familia etiam ad gentiles. Et quod garrulatio Helia & Helias eo manifeste conuincit eum: ita ut pateat omnibus vindicta dei in illo qui non permisit eum aliam scripturam inducere nisi que stultificaret auctorem. Nam quod Heliam Helisetus relinquere voluit signum fuit, quod quandiu potuit sub eius obedientia persistere voluit: quod ex verbis eius patet in textu. Viuit dominus & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Et sic usque hodie talis pia obedientia tractatur in claustris, ubi subditi hoc modo pie resistunt patribus, non quo obedientiam simpliciter deserant, sed quo magis de sancta obedientia impleant, magis obsequendo prelati, magis reuerendo prelatos quam ipsi ex humilitate vellent admittere: & vicissitudine humilitatis quandoque prelati subditis obsequuntur & subditi renitentur: quemadmodum beatus Petrus religiose restitit Christo in cena dicens, Non lauabis mihi pedes in aeternum: sed & Christo finaliter religiosius obediuit cum audiret eum hoc velle simpliciter in illo verbo, Si non laueris te, non habebis partem mecum. Sed fundemus nos istam obedientiam in voto, secundum hanc prerogatiuam suam predictam, ita ut professor teneatur sine cessatione obedire prelato, & sine eius decreto nihil facere, etiam nec si voluerit Numer. xxx. legitur. Mulier si quippiam vouerit & se constringerit iuramento, que est in domo patris sui & in aetate adhuc puellari, si cognouerit pater vorum quod pollicita est & iuramentum quo obligauerit animam suam & tacuerit, voti rea erit. Sin autem ut audierit contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erunt: nec obnoxia tenebuntur sponsioni eo quod contradixerit pater. Hanc lex non tantum feminis conuenit, sed nomine puellarum que sub potestate patris continentur, etiam filii & omnes inferiores intelliguntur qui deputati sunt perenni custodie perfectorum quemadmodum exponit ORIGENES eundem textum. Animatum, inquit, quare in ecclesia dei sunt curam

habent angeli, id est prelati, quos etiam ad iudicium cum hominibus venire ostendimus: aut constet vtrum sua desidia peccauerint homines, an custodum negligentia. Videtur ergo mihi quomodo aliqua sub eis degunt ut filia, si qua ergo vouet prepropere & minus apte, custodis est reprimere, vouchentis audacia & retidere, sed hoc de imperfectioribus: perfectioribus vero adest ipse deus: sicut dicitur de populo Israel: ipse dominus ducebat eos. Hanc Origenes. AVCT. Ecce quod subditi nec vouere possunt sine prelati licentia, nec quod vouerunt implere: multo magis nec tractare minora cum inter omnia dei obsequia vouere est maximum, & deo appropriandum. Est enim cultus patrie. Vnde de simplici obedientia regularium professorum sic scribit beatus HIERONYMVS ad Rusticum monachum. Per verba planissima nulla res absque magistro discitur. Etiam muta animalia & ferarum greges ductores suos sequuntur. In apibus principes sunt: grues vnam sequuntur ordine literato. Imperator vnus, iudex prouincie vnus. Roma ut condita est duos fratres simul reges habere non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebecce vtero Esau & Iacob bella gesserunt. Singuli ecclesiarum episcopi. Singuli archiepiscopi, singuli archidiaconi, & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus vitit. In nauis vnus gubernator, in domo vnus dominus. In quouis grandi exercitu vnus signum expectatur: & ut plura replicando fastidium legenti non faciam per hanc omnia ad illud tendit oratio ut doceam te non tuo arbitrio dimittendum, sed viuere debere in monasterio sub vnus disciplina patris & consortio multorum, ut ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam: hic te silentium, ille doceat mansuetudinem. Non facias quod vis, concedas quod iuberis, habeas quod acceperis: quantum acceperis vestiaris, cui non vis subiciaris. Et sequitur. Prepositum monasterii timeas ut dominum, ames ut patrem: credas tibi salutare quicquid ille preceperit: nec de maioris sententia iudices: cui enim officium est obedire, & implere quae iussa sunt, dicente Moysse, Audi Israel, & tace. Hanc Hieronymus epistola. lxxviii. quare incipit, Nihil est Christiano felicitus. AVCT. Ecce quam plane Hieronymus docet Rusticum ne viuat suo arbitrio, sed in monasterio sub vnus disciplina patris quem debet timere ut dominum, diligere ut parentem, & credere salutare sibi quicquid ille preceperit. Hec non est doctrina vitit. quod docet religiosos resistere ab obedientia

patrum secundum proprium arbitrium, id est cum ipsis videret prelatum irrationabiliter demandare maxime cum iam precepit Hieronymus rustico. Ne omnino de maioris sententia iudicet cum eius officium sit obedire & implere precepta.

FVN DATIO SANCTAE OBE
dientiae exhibede simpliciter ho
mini peccatori saltē nō he
retico. Cap. XXV.

S Ed auget infamiam istius pestilētis doctrinae, quod in confirmatione eius adducit auctor eius in cap. proximo, ut non sit regularis obediens prelato monasterii: quia ut ex fide scripturae inquit patet Ioan. vi. prelatum de possibili est prescitus, & quod probabiliter saepe euenit, est vnus diabolus sicut Iudas. Et tract. ii. de sermone dñi in monte. c. xii. in principio. Professus vni diabolo non obligat: & sic religiosus nunquam habet aequaliter obedire prelato, quia semper habet dubitare vtrum fiat? suus sit diabolus? & prescitus. Sed iste auctor est eiusmodi senex qualē docet CASSIANUS esse instrumentum diaboli ad seducendum virum regularē. Idcirco inquit Cassianus? Nos nequaquam vnus senis siue paucorum vel imperitia vel leuitas ab illa salutari via & tradicione maiorum detereat & excludat, quorum canitie ad deceptionem iuniorum callidissimus abutitur inimicus: sed absque villo consensu operimeto omnia debent senioribus reuelari: atque ab eis vel remedia vulnerum vel exempla conuersationis ac vitae fiducialiter sumi. In quibus parem opem & similem excipiemus effectum, si nihil penitus affectare nostro iudicio vel presumptione tentemus. Denique in tantum placita deo haec sententia comprobatur, ut etiam hanc eandem institutionem in scripturis sanctis non ociose reperiamus insertam. Ita ut purum Samuel iudicio suo praelectum nollet per semetipsum diuini colloquii disciplina dñs erudire, sed recurrere semel & iterum pateretur ad senem eum quem ad suum conuocabat alloquium: & illius qui offenderat deum dummodo senioris doctrina vellet institui: & quem sua vocatione dignissimum iudicauerat, senioris mallet institutione formari, ut scilicet & illius qui ad diuinum ministerium vocabatur probaretur humilitas, & iunioris forma subiectionis huius proponeret exemplum. Paulum quoque per se

metipsum vocans & alloquens Christus, cum posset ei perfectionis viam reserare, concessit iam ad Ananiam vult dirigere & ab eo viam veritatis iubet agnoscere dicēs, Surge & ingredere ciuitate & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Mit tū itaque & hūc ad senioreni, eumque illius potius quam sua doctrina censeret institui: ne scilicet quod recte gestu fuisset in Paulo, posteris malis presumptionis preberet exemplum, dum vnusquisque sibi metipsum persuaderet similibi modo se debere dei soli magisterio atque doctrina potius quam seniorum institutione formari: quam presumptionem ipse etiam Apostolus non solum literis sed etiam opere atque exemplo docet omnimodo detestandam: ad hoc solummodo se asserens Hierosolymas cōscendisse ut euangelium quod comunicante gratia spiritus sancti cum potestate signorum & prodigiorum gentibus predicabat, cum suis com apostolis & antecessoribus priuata quodammodo ac domestica examinatione cōferret. Quis ergo tam presumptor & cecus sit qui se audeat suo iudicio discretionis committere, cum vas electionis indiguisset se coapostolorum suorum collatione testetur? Vnde manifestissime comprobatur nulli a domino perfectionis viam ostendi qui habens vnde valeat erudiri doctrinam seniorum vel instituta contempserit, paruipendens illud eloquium quod oportet diligentissime custodiri. Interroga patrem tuum & indicabit tibi, maiores tuos & dicent tibi. Hanc Cassianus. AVGTOR. Semper ergo tutum est ut religiosus vir per sanctae obedientiae viam incedat, nec credat propriae coniecturae ne sibi ipsi sit magister incertus. Quod enim iuuenis expertus sum dico prouectus, tutius humiliter obeditur quam magister contemnitur: & quis malus, immo ut cum emulo loquar quis diabolus? vel prescitus, quia ratio fidei fideles certificat, quod propter virtutem infidelem non poterit vxor fidelis fide prestitam violare, & secundum eundem Apostolum, Seruus non potest domino quis infidelis & prescito fidem subtrahere seruitutis: & fidei sacramentum quod Christianus inierit cum Pagano temerare non poterit secundum Augustinum in epistola ad Publicolam. Multo magis fides sanctae obedientiae ob amorem Christi homini praestita & voto promissa, euacuari non potest impune, etiam quis discipulus sit prelati: quia Samuel non obediuit voci domini, sed mandato Heli: quamuis reprobis & a deo proiecti. Qua fronte ergo abicitur prelati quem deus certissime

non deiecit: Et hoc dico cum regula Apostoli Pauli non sit incerta, quae dicit obedite preceptis vestris, & subiaccete ipsis. Ipsi enim per uigilant quasi rationem pro animabus uestris reddidit, ad Hebr. ultimo, Super quod dicit CHRYSOST. homil. xxxiiii. sup. epistolam ad Hebræos, Quid ergo ait aliquis cum perniciosus fuerit obediemus perniciosis: quid dicit: Si quidem gratia fidei, fuge eum & refuta eum: non solum si homo fuerit sed & si angelus ex caelis descenderit: si uero uita gratia, ne ferueris hoc ex me, non dico exemplum, sed a diuina scriptura, Audi Christum dicentem, Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei: prius dicens de eis multa uersuta, nunc ait, Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei omnia quae dixerint uobis facite, secundum opera uero eorum non facite, habent dignitatem sed sunt uita immunda. Non igitur uita sed sermonibus attende. Nam gratia quidem morum nullus utique nocebit quonia manifestati sunt: quod uero fidei gratia neque manifestata est omnibus & qui perniciosus fuerit non refurabit docere, haec Chrysostomus. AVCT. Vbi optime docet Chrysostomus quos magistros uitabimus, scilicet hereticos. Vnde Marci. xii. Cauete a Scribis qui uolunt &c. in primis cathedris sedere. & Apostolus Paulus. Haereticum hominem post primam & secundam correptionem deuota: quia isti inquit Chrysostomus non possunt discerni a simplicibus, eo quod procaces sunt & non uerentur impietates suas plane docere. Magistri uero in uita distorti peccata sua non docent, quia stant planum esset etiam simplicibus quod errarent. Ideo istis debet obedientia commodari quantum ad hoc quod docent uel mandant: haereticis uero nusquam.

Q. OBEDIENDVM SIT PRAEPOSITO MANDANTI POSTPONERE MAGIS BONVM MINUS BONO: & QUOD OBEDIENDVM EST USQUE AD MORTEM.
Caput XXVI.

N surgit VITICL. tertio loco contra sanctam obedientiam professorum paruipendens eam & damnans, eo quod subditus ad mandatum aliquando prelati sui uirtute talis obedientiae impeditur ab opere meliori ut a praedicatione euangelii. Fingit inquit sibi principium quod uirtute obedientiae facienda tali pra-

posito dimittenda est praedicationis uerbi dei, & quodcumque opus meritorium quod exprimitur in scriptura &c. ut supra habetur. AVCT. Iste non discernit quod aliquando opus quod est magis meritorium de se est minus meritorium pro tempore uel persona. Sicut magis meritorium est continere quam nubere secundum Christum & Apostolum, & tamen in Abraham fuit magis meritorium nubere. In Ioanne euangelista & Paulo erat melius continere. Et iterum non omnis homo obligatur ad omne melius: sed quia religiosus obligauit se simpliciter obedire, non autem praedicare. Ideo in dispensatione praelati stabit quando implebit illud uoluntarium, semper tamen subibit illud necessarium: quia omnes fideles existimant esse magis meritorium praedicare quam alios adducere, & tamen quia Christus praecipit discipulis suis ire ad castellum & alios adducere, ideo magis eis erat meritorium quam fuisset praedicare pro tempore. Ideoque beatus Gregorius qui uirtutem sanctae obedientiae satis agnouit, ultimo moral. super hunc textum, Dedit ei uina ouem & in aurem uinam: eodem modo haereticum soluit problema. GREGORIVS. Sciendum, inquit, quia nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando uero debet per obedientiam bonum quod agitur intermittere: neque enim mala in paradiso arbor exiit quae deus homini ne contingeret, interdixit, sed ut per melius obedientiae meritum non bene conditus cresceret, dignus fuerat ut hunc etiam a bono prohiberet: quatinus tanto uerius hoc quod ageret & uirtus esset quanto & a bono cessans auctori suo se subditum humiliter exhiberet. Haec Gregor. AVCT. Ita ergo quis quandoque propter minus bonum subiectus ad mandatum patris a praedicatione uerbi abstinet non ideo praelatus uitandus est nec obedientia contemnenda: quia nec ita psalmista fecit cum diceret planis uerbis, Obmutui & humiliatus sum, & filii a bonis. Quartum consequenter inferendum est quod obedientiam sacram deprauat eo quod in mortis terminis perseverat: quia melius esset inquit quod huiusmodi essent euertati de claustris in quibus degunt de sermone domini in morte. tractatu. iii. cap. xii. Vnde ut uidetur non multum placet isti domino quod Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem. Nec aliud mihi uidetur nisi quod manifeste sacrificiat amputari caudam bestiae quam in sacrificio dominus semper praecipit. Iste exiit Ioseph polimica tunica sua talari, & expresse docens Christo contrarium, dicit quod qui perseverauerit in domo uirtutis

usque in finem saluus esse non poterit. Quis ergo secundum doctrinam propriam manet festior Antichristus: Sed audiamus sanctum patrem Gregorium atque abiciamus putentem hereticum. Quoniam inquit GREGORIVS primus homo, quia facere uoluntatem suam uoluit a paradisi gaudio exiit. secundum uero ad redemptionem hominum ueniens dum non se uoluntatem suam sed patris facere ostendit, permanere nos intus docuit. Cum ergo non sua sed patris uoluntatem facit eos quod ad se ueniunt foris, non eicit: quia dum exemplo suo nos obedientiam subiicit uiam nobis egressioni claudit. Hinc rursum ait. Non possum ego a meipso facere quicquam, sed sicut audio iudico uobis, quippe obedientiam etiam usque ad mortem seruanda praecipitur. Ipse autem, si sicut audit iudicat, tunc quoque obediens cum iudex ueniet. Ne ergo nobis usque praesentis uita terminum obedientiae laboriosa appareat, redemptor noster indicat, quia haec etiam cum iudex uenerit seruat. Haec Gregor. ubi supra lib. vlti. AVCTOR. Hic ergo satis ostendit quod exire ab obedientia claustrum est de reliquiis praeruaricationis Adae qui per inobedientiam claustrum exiit paradisi, & contraio Christus qui nihil a seipso fecit unquam, omnibus qui ad ipsum per sanctam obedientiam ueniunt intus usque ad uita terminum stare iussit: quibus etiam ne exeant uiam egressioni claudit. Sed informet sacra obedientiae filios mitissimum pater AVGVSTINVS: dicit uero dixit secunda parte sermonum, sermone xii. qui intitulatur de obedientia & humilitate. Hoc totum inquit, quare dico ut obedientiam exhibeamus patribus nostris: qui patribus non obsequitur, deo non obsequitur, dicit enim dominus minus. Qui uos contemnit, me contemnit: qui contemnit patres, contemnit Christum qui in patribus est. hoc dico quia hoc in uobis summa & sola est uirtus obedientiae. Si se in ueneris diebus ac noctibus orationem feceris, si in sacco fueris uel in cinere nihil aliud feceris nisi quodcumque praecipit in lege, & tibi uisus fueris quasi sapiens: & obediens patri non fueris, omnes uirtutes perdidisti: uina obedientia plus ualet, quam omnes uirtutes. Ieiunium uel continentia nisi te diligenter attenderis superbiam tibi facit: superbia autem inimica est deo, nihil sic odio habet deo quomodo superbia. quoniam non obedit non facit id de sanctitate, sed de superbia, ideo enim non obedit, quia se melius

rem putat illo cui non obedit. Haec ille, AVCTOR. Ita ergo sine perseverantia uirtus nulla perficitur, nec citra mortis terminos obedientia consummatur.

ARTICVLVS TERTIUS
tius tertii libri de signis & ritibus
b. congruenter religiosis perfectis.
Q. laudabiliter uentur religio
si perfecti separato habitu ab habitu
vulgari. Cap. XXVII.
AVCTOR.



HARITAS insuper I
que (ut supra probauimus) est basis legalis & fundamentum cuiuslibet religionis perfectae: non tamen ab aduersariis patris calumniae suae principalis originis & illustris propriae quam distant: sed nec extrinseca signa sua, puta uestes, nutus uel ritus (ut ipsi aiunt) occupat sine dolo, quia talia signa quae aduersarii dicunt diuersa & extranea, efficiunt in aspiciendis discordiae affectum, immo faciunt gerentes ea detestabiles & contempstos. Sed isti forsitan in suis affectibus ad odium proximorum propter talia signa extrinseca se disponunt, & inde non mirum si ad detestationem talium personarum insurgunt. Posuerunt enim signa sua signa & non cognouerunt: sic enim Romani ponebant signa sua in templo, vexilla sua dracones & aglas geminas ad imprimendum conceptum diuini sui populo contemplantem secundum Augustinum super eodem uersu. Et isti conformiter ubi conceptus formarunt uirtutum de gestura signorum eorum raro imaginant sibi simias & hircocer uos aglas superbie, & dracones, inuidiam rancoris, & perueriam. Sed ista praedicta signa nostra non faciunt: sed ipsi tollentes quod nostra signa primo & ex impositione naturae significat, posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt nostra, supple quod designat. Sic enim fatum quod quilibet villanus de nube aliqua format sibi imperatorem: aliter de eadem nube imaginat uirtutum coronatum, & de pullata capana aliter imaginat quod loquat Gallicum, aliter Anglicum, aliter si nouerit format sibi puerbum, non attendentes quod ex primaria institutione res ipsa designat, sed quod stultum imaginatio suae apti placeat: & hoc laborat & uellet omnibus complacere quod finxerit, iuxta illud Ecclesiasticum. Si in

via stultus ambulet cum ipse sit insipiens, omnes stultos existimat. Exponit cōmuni- ter de heretico q̄ cum via peruersa opinio- nis inceserit cū ipse insipiens sit omnib⁹ opi- niones suas placere existimat, & hoc est oēs stultos existimare qualis ipse sit. Sic Vvit- cleuista signa nostra deprauat, & de imagi- natiua sua hæresis prauitate corrupta hoc interpretant ad malū qđ sacra seniorū insti- tutione puocat ad virtutē, verbi gratia, Si vestes nostræ fordidae sunt, vel pedore vel forma, Dicūt Vvitcleuista argumētum esse q̄ magis maculamur interioribus. Dicit ca- tholici oppositū & interioris puritatis ma- ximum esse testem. Vñ HIERONYMVS ad Rusticū monachum inter alias episto- las lxx. Vestium sordes candidę mentis in- dicia sunt. Vilis tunica contēptum seculi probat, ita dūtaxat ne anim⁹ tumeat, ne ha- bitus sermoq̄ dissentiat. AVCTOR, Hoc iuncto q̄ Hieronymus nō hortatur ad im- possibile. De forma vestitū colore & figura arguunt Vvitcleuista religiofos esse super- bos, & a cæteris fidelibus mente discordes. In his designant catholici magnam mētis humilitationē intelligi, & apertum omnib⁹ prognosticum charitatis. Vnde venerabi- lis ANSELMVS similitudine lxxxiii. Qđ em̄ nigras vilesq̄ fert vestes, hoc est vt se vile reputet peccatorē q̄ commoneat, q̄ ve- ro eisdem a capite vsq̄ ad pedes tegit, hoc eū facere a principio vitæ vsq̄ ad finē hor- tat, hæc est enim talis tunica & polymita quā filio suo Ioseph fecisse legit Iacob pa- triarcha, q̄ autē eodem sunt in modū cru- cis eum semper habere cōmonet memoriā dominicę passionis. Hæc ille. AVCTOR, Conformiter religiofos galbis induuntur, significatur ex habitu qualiter impropria & contumelias seculi tolerare oportet, nō solum in meritis sed etiā in manifeste iuste actis, qualiter Christus patron⁹ noster alba veste contemptus & illusus passionem quā ipse non meruit inchoare decreuit. Vnde AVGVSTINVS super illū locū Lucę, Illu- lum induit veste alba, Nō ociosum est q̄ veste alba induitur ab Herode immacula- tē tribuens indicia passionis. AVCTOR, Sed inter cætera hoc magis quatit Vvit- cleuista q̄ consistates religiofos similib⁹ sem- per vestib⁹ vti solent. Vñ VVITCLEF in tractatu diabolico de diabolo & membris eius, cap. ii. versus finē sic diabolizat in ista materia, Iste sectę inq̄, nolit de secta Chri-

sti & sua regula contēdari, sed vñ nouā in multis friuolā & legi Christi cōtrariā ma- chinant. ideo nō solū vident esse sathanas, sed ipse diabol⁹ tanq̄ Indas. Et sequit. Nos, inquit, credimus q̄ Christ⁹ cōcessit suo or- dini libertatē in signis sensibilib⁹ & habi- tibus variari, sic tamē q̄ seruēt virtutes in anima, AVCTOR. Ecce vt ait, offendit istum in materia signorū q̄ constanter scilicet retinet similitudinē etiam quāuis ali- quando mutatā: & ideo extraneat iste do- ctor varietatis & filius inconstantia. Reli- giosos perfectos ab ordine Christi, q̄ ipsos vestes suas variare non aspicit. Hic plane incidit in hæresim Lāpetianorum q̄ ideo vo- cant heretici, quia religiofos dixerunt lice- re vagari, & in quacūq̄ vellēt migrare si- guram, id est formam habitus secundum Damascenū lib. suo de heresib⁹ cap. de Lā- petianis. Et nunqđ Christ⁹ non fuit de or- dine pprio, quia tunica illam incōsuetam super quā milites sortes miserunt, & quam opere plumario sibi iam puero. ppriis mani- bus texuit mater sua generosa regia: nunqđ legit dimisisse, sed semper eo crescentē cre- uit, vt recitat Magister historiarū sup euā- gelia. Illud etiā q̄ ore domini iubet Moy- ses recitare filiis Israel & dicere, Adduxit vos dominus quadraginta annis per deser- tum, non sunt attrita vestimēta vestra nec calciamētum pedum vestrorum vetustate consumptum est. Deuterōn. xxxix. Istud nō esset recitādum tanq̄ miraculū in quo ma- gnificaret nomē domini, sed potius tanq̄ culpabilis ritus populi, & ad scandalum il- lorum infamē pdigium, eo q̄ ipsis non cō- cessit dominus per tot annos vestes muta- re, vel saltē calciamenta nouare: cum tamē ipsi fuerint de ordine domini & rari⁹ vesti- mēta mutabant q̄ iam faciūt religiofos mo- dernī, quia ipsi non per xl. annos nos immo pauperes nostri, si fratres, saltē ad secundum vel tertium annum induunt vestes nouas. Miror etiam cur cōtra doctriā Vvitcleff sectatores eius religionis, vestes nō variāt, quinimmo griseis vestibus tetri coloris & luridi cōmuniter per plateas semper ince- dunt. Sed quare veteres philosophos non aspexit, de quibus ait AVGVSTINVS xix. de ciuitate ca. xix. Ipsos quoq̄ philosophos quando Christiani fiunt, nō habitū vel cō- suetudinē vitæ quæ nihil impedit religio- nem, sed falsa dogmata fides mutare cōpel- lit. Hæc Augustinus, AVCTOR. Habe-

bant em̄ philosophi antiqui habitū noto- rie distinctū a vestitu vulgi, sicut etiā nūc in vniuersitatibus solent habere. Sic etiam de Iustino philosopho dicit HIERONY- MVS de illustribus viris cap. xxiii. Iustin⁹ inquit, philosophus habitu quoq̄ philoso- rum incedens de Neapoli vrbe palestine p̄ religione Christi plurimū laborauit. AV- CTOR, Et docet ibi qualiter multos li- bros edidit quosdam ad imperatores Anto- nium Pium & filios eius, quosdam contra hereticos, contra Iudeos & contra gentes, & clarus doctor fuit ecclesię. Discat ergo iste doctor varietatis, nec cultum notabili- ter disparem in religiofos culpāre fidelib⁹, nec eorūdem in vsu increpare constātam cum viderit ista eadem patres seruasse pri- mauios in argumentū virtutis. Sed nouerit iste & omnes audire volētes fideles dum in hoc corpore viuim⁹ necessaria habere si- gna quib⁹ cōmoneamur in sensib⁹ per ex- trinsecas formas quid sit agēdum, quid at- tēdendum intus. Nā si possem⁹ p̄ hac car- ne tenere virtutes in anima cum variatiōe vel omissione finali signorū: cur sub sensi- bilibus signis recondidit Christus singula ecclesię sacramēta? Quid debuim⁹ bapti- zari in aqua cum sola anima depuret a cri- mine? Cur nō concessit Christ⁹ ordini suo libertatē i signis baptismalib⁹ variadis, ita q̄ quis possit baptizari in aqua rosea vel betonica, in vino vel aceto sicut in aqua na- turali? Cur nō concessit ordini suo liberta- tem yngendi oleo mirrino vel amgdalino in baptismo? Cur non veste crocea indui in baptismo sicut & alba? quæ tamē omnia & multa alia variare nō licet, secundū Ambro- sium in de mysteriis autēticarum in decre- tis. Cur etiā nō concessit ordini suo liberta- tem consecrandū in pane siligineo, vel etiā in carnib⁹ coctis aut assis eque sicut in tri- ticeo? & talia innumera colligi signa possēt ad quæ necessitauit Christus religionē ec- clesię suæ, vt sub istis speciebus sacramētū sumatur ad effectū sine istis vel sub nullis sumi nō possit. Necessitauit ergo Christ⁹ fideles ordinis sui ad signa multa q̄ omni- no variare nō licet, & si nō necessitauit ad omnia hoc erat benignitatis ei⁹, vt statuta illa seruaret apostolis & cæteris prælati- bus ecclesię secundum beatū Augustinū ad in- quisiōnes Ianuarii in quisiōne prima, In cuius pbatione Paul⁹ apostolus necessita- uit mulieres ad signū velaminis in capite,

qđ tamen non fecit Christ⁹. Sunt ne ergo omnes mulieres extra ordinē Christi, q̄ in hoc signo nō sunt libere? Adeam⁹ ergo ne gociū principale omisiss rationib⁹ eius vt nimis friuolis, & quas recitate in tanta au- dientia pudor est, & hoc vnum pbare cone- mur q̄ licet religiofos vti constanter & in- uariabiliter signis & habitibus segregatis a vulgaribus vestimentis ad hūc effectum vt variatio habitus vel signi extrinseci in- diciū sit altioris virtutis in mente. Sicut de quibusdā religiofos loquens HIERONY- MVS in epistola ad Rusticū. Quorū, inq̄, habitus, sermo, vult⁹, incesus, doctrina vir- tutū est. AVCTOR. Principiū hui⁹ obser- uationis quātū reor sumere debem⁹ ex his sanctis viris a quib⁹ subscripta lege religio peculiaris ortum habebat, scilicet Helia, & postero eius Ioāne baptista, quorum vterq̄ teste scriptura veste vna notabiliter segre- gata a veste vulgari, & hoc continue sine omni variatione. De quorum primo notat quātū ad ei⁹ habitū, iiii. Reg. primo. Ocho- sia rege quærete cui⁹ figura & habit⁹ esset vir q̄ occurrit seruis suis: Vir, inquit, pilo- sus est, & zona pellicea accinct⁹ renibus. Et ait rex, Helias thesbites est. Quē inter tot millia populorū nō iudicasset esse Helia sal- tem ex habitu nisi solitus fuisset habitu ta- li semper incedere & longe diuerso ab ha- bitu populari, qđ & sequaces ei⁹ fecerunt, seruātes p̄ habitu secundum q̄ eos ex ha- bitu taliter separato vocabat apostolos di- cens, Circūferunt, inquit, in melotis in pel- libus caprinis ad Hebr. xi. Melotis autē describēs glossa dicit q̄ est vestis hispida ex pilis cōtexa, vel camelorū, vel caprarū, vel taxorū quali vs⁹ est Helias & alii. Vñ Chry- sost. sup hūc locū ad Hebr. Homil. xxxviii. Hic, inq̄, agit de Helia & suis. Et durauit rit⁹ iste vestiedī vsq̄ ad rēpora Ioānis Ba- priste de quo asseruit euāgelū q̄ sine omi- variatiōe eiusdē vestiedī ritū seruabat. Mar- ci primo. Erat inq̄, Ioānes vestit⁹ pilis ca- melorū & zona pellicea circa lūbos eius.

De habitu singulari religioforū pfe- ctorū in veteri ecclesia approbato, & cæteris signis & ritib⁹. Cap. XXVIII.



X hoc autē vestiedī genea- re oīs deinceps habit⁹ edu- ct⁹ est peculiaritū pffessorū put lucide satis & diffuse declarat vetustissimus ille pater IOANNES Cassia-

nus lib. primo de institutis monachorum ca. primo dicens. De institutis inquit ac regulis monasteriorum dicitur, unde dicitur do nante domino quod ex habitu monachorum sum mem? exordium quorum interiorum cultum conse queter, tunc poterim? exponere cum exteriorum ornatu sub oculorum depinxerimus ob turib?. Sequitur. Hoc enim habitu etiam illos ambulasse qui in veteri testamento p fessio nis huius fundauerunt primordia, Helia scilicet & Heliseum diuinarum scripturarum auctoritate monstrat. Et sequitur. Quorum prior qui in veteri testamento virginum flores iam & castimonie continetiam praefigura bat exemplum cum fuisset a domino missus ad increpandos nuncios Ochozie sacrilegi regis Israel: decumbenti regi exposita vestitus qualitate compertus est. Reuersos ad se nuncios ac referentes sibi prophetem sententiam sciscitat? est cui? esset figuram & habitus? viri qui occurrit set eis. Vir inquit, pilosus & zona pellicea accinctus? renibus. Ex quo habitu confestim rex contemplet? hominem dei ait, Helias thes bites est, zone videlicet indicio & hirsuti? cultique corporis specie viri dei indubitater agnosces, eo quod istud ei inter tot Israelitici populimilia commoranti cultus? proprii velut quoddam impressum speciale signum perpetuo cohaereret. AVCTOR. Vbi ecce doctor appropriationem habet? prophetici designat segregati ab habitu populi, cum dicit. Inter tot millia velut quoddam impressum speciale signum. Et quod ipsum sine variatione seruauit notat cum dicit. Quod sicut speciale signum perpetuo cohaereret. Et tunc ad habitum loannis baptiste descendens CASSIANVS. De loane quoque inquit, quod veteris nouique testamenti velut quoddam sacratissimum limes finis initiumque pcessit, ita euangelista narrante cognoscimus. Ipse, inquit, loanes habebat vestimenta de pilis camelorum & zonam pelliceam circumcalibos suos. Hac ille. AVCTOR. Et tunc ad species vestimentorum descendit quibus? uti sole bat religiosi Aegyptii primo agens de cucullis CASSIANVS. Sunt, inquit, praeterea in ipso Aegyptiorum habitu, non tamen ad curam corporis quantum ad morum formulam congruentia quo simplicitatis & innocentiae obseruatio etiam in ipsa vestitus qualitate teneantur. Cucullis namque praeparatis usque ad cervicis humerorumque dimissis confinia quae capita tamen contingunt indefinenter diebus utuntur ac noctibus, scilicet ut innocentiam & simplicitatem paruulorum iugiter

custodire commoneantur. Hec tractat in. iiii. cap. AVCTOR. Vbi etiam notandum videtur quod multa requirebant in habitu illo Aegyptiorum, non tamen ad curam corporis quantum ad morum formulam congruentiam, vbi ob turant ora quorundam insulantium Lollar dorum contra religiosos & dicentium illis, Quid habetis, tam laxas cappas? cur triangulata capitia, cum parcius vestit? alteri? forma? sufficere posset ad nuditatem tegendam? Respondet, Quia non tamen ad corporis curam quantum ad morum formulam religiosus habitus? debet congruere. Secundo addit eos vsos fuisse collobis quos solerter deseru bentes in iiii. ca. ait CASSIANVS. Collobis quoque lineis induti quae vix ad cubitorum ima pertingunt nudas, de reliquo circumferunt manus ut amputatos habere eos actus? & opera mundi huius? suggerat abscessio man icarum. AVCTOR. Tertio addit tertium genus vestimenti eorum quod dicitur brachiatorium, & hoc in quinto cap. CASSIANVS. Gestant etiam resticulum duplicem laneo textam subtegmine quam Graeci anazomata vocant, nos vero succinctoria seu redimicula vel rebrachiatoria possumus appellare quae descendunt per summum cervicis & e lateribus? colli diuisa utrarumque alarum sinus ambiunt atque hinc inde succingunt ut constringentia latitudinem vestimenti ad corpus contrahant atque coniungant. AVCTOR. Quarto addit quartum genus vestimenti in capitulo sexto, scilicet de mafortibus dicens CASSIANVS. Post hac angusto palliolo tam amictus humilitatem quod vilitatem precii compedit? sectantes colla pariter & humeros tegunt quod mafortes tam nostro quod ipsorum nuncupant elcgo, & ita planetarum? precia simul ambitionemque declinat. AVCTOR. Quinto inserit quintum genus vestimenti in vii. cap. i. melotem & pellem caprinam dicens CASSIANVS. Vltimus est eorum habitus pellis caprina quae melotis vel pera appellatur, & baculus quae gestant ad imitandum eos quod p fessionis huius praefiguraere lineas iam in veteri testamento, de quibus? Apostolus? Circuierunt, inquit, in melotis, & infra. Qui tamen habitus pellis caprinae significat mortificata omni per tulatia carnalis passionum? debere eos in summa virtutum grauitate consistere, nec quocumque petulcum vel calidum iuuentutis ac mobilitatis antiquae in eorum corpore residere. Hac Cassianus. AVCTOR. Hac ecce erant

genera vestium solis religiosi tunc temporis congruentia, & quibus? etiam inuariabiliter uti oportuerit: quas lucide satis descripsit sanctus Iohannes Cassianus, & quae causae erant illarum, & quid figurabant in moribus non omisit. Quod si extra palatium auctoritatis ecclesiasticae tam egregium virum infideles expellunt, catholici non multum curant cum videant eos omnes famatos doctores ecclesiae cum eis occurrant pellere pari passu. Sed teneat apud vos o catholici non minus auctoritatem suam doctor tam egregius, ad minimum autem habere eum in tanta reuerentia in qua est habere magnus Cassiodorus dignum duxit. Ipse enim cum magna reuerentia allegat Cassianum nostrum in praedicto codice, quinto scilicet libro de collationibus patrum, etiam eum praeferes egregio Augustino. Nec me praeterit, inquit, eloquentissimum Cassianum in quinto collationum dixisse volumine, & cetera. Hac agit magnus Cassiodorus in prologo libri sui qui inscribitur de institutionibus diuinarum literarum. Nec potest esse praedictus pater suspectus haereticarum nouitatis quod longo tempore praecessit Cassiodorum, & scripsit librum praedictum Castori papa. Cassiodorus autem floruit circa annum Christi CCC. xxxiiii. Quo tempore adhuc ligatus erat Sathanas, & post ferme sexcentis annis secundum phantasia Vviteless. Sed adhuc probemus an apud Vviteleuius beatus Augustinus sit alicuius momenti, & conueniamus eum ut confirmare valeat contra eos politiam sanctissimi Cassiani. AVGVSTINVS enim exponens hunc textum Deuteronomio, secundo. Non indues vestem ex lana linoque contextam, sexto libro contra Faustum dicit, Lineis vestibus miscere purpuram, lino lanaque contexta veste indui, aliquando peccatum fuit, nunc non est peccatum: sed inordinate viuere & diuersi generis professionis velle miscere ut vel sanctimonialis habeat ornamenta nuptiarum, vel ea quae se continens nupsit speciem virginis gerat omnimodo peccatum est: verum illud tunc figurabat in vestibus? quod nunc declarat in moribus. Hac Augustinus. AVCTOR. Et incorporauit eundem textum Augustini lib. suo de mysteriis veteris testamenti cap. ix. sup Deutero. magnus Iidorus. Ecce tunc quod praedicti sancti doctores Augustinus, Ildo. vna sententia sine ulla discrepantia terminorum decernunt: omnimodo esse

peccatum si sanctimonialis gerat ornamenta nuptiarum: quia hoc est, inquit, diuersi generis professiones velle miscere. Ergo sanctimonialis necessitas sub poena peccati diuersiforme vestire gerere a muliere vulgari. Quid ergo nunquid necessitas monialis non esse de ordine Christi sub poena peccati. Sic infa nit Vviteless. Nos, inquit, credimus quod Christus? concessit suo ordini libertatem in signis sensibilibus? & habitibus variari. Aug. & Ildo. credit quod non. Immo hoc credit esse diuersi generis professiones velle miscere, quod omnino decernit esse peccatum. Vltimus notent verba doctorum diuersi generis professiones velle miscere. Et quomodo explicauit de sanctimoniali & de nupta vulgari, ergo tunc praefessio sanctimonialis est diuersi generis a praefessione nuptae & mulieris vulgaris. Peccat ergo in imaginatione quod intendunt praefessiones istas miscere dicentes religionem sanctimonialis vel cuiuscumque praefecti comparari ad religionem vulgarem, tanquam species ad sui genus, vel minus commune ad magis commune: & per hoc non esse aliam religionem peculiarem, & aliam vulgarem. Augustinus, autem & Ildo, dicunt istas religiones esse alias, immo & diuersas: & iam diuersas ut ne in exteriori quidem habitu communicare possint sine peccato. Sunt autem & alia signa religiosorum quae vestis corporalis: ut corona tonsura, gestus honestas: & in prima introductione in claustrum signa multiformia & sanctiores diuersae, quas omnes quauis aduersari? sigillatim deprauat, ergo non sigillatim sed simul obruens eum, egregium Dionysii auctoritatem induca, vi. ecclesiasticae hierarchiae vbi studiose satis & intenta deuotione ceremonias illas exponit: quibus? re poribus? apostolorum vbi sunt religiosi viri in ingressu suo primario dicens. DIONYSIVS. Sacerdos stat ante diuinum altare monasticam inuocationem sacre dicens: qui perficitur ante & retro, post sacerdotem stat non ambos pedes inclinans, nam vnum pedem super caput habens, a deo tradita eloquia sol? sacerdoti altar sacre dicenti, eaque in ipso mysticam inuocationem perficit. Sacerdos autem ad eum qui perficitur veniens interrogat primum ipsum, utrum omnibus abrenunciauit diuisibilibus, non solum veris sed & phantasis, deinde perfectissimam ei vitam enarrat, testificans quomodo oportet noctem super mediam ipsum consurgere. Hac autem omnia eo quod perficitur attente confesso, eruciformi figura signans ipsum sacerdos detondet.

trinā diuine beatitudinis inuocās hypostasim & vestē omnē auens, alterā induit: & cum alijs sacris viris quotcūq; assunt osculās ipsū, cōmunicatorē perficit thearchi corū ministeriorum. Hęc Dionysius.

AVCTOR. Videte iam quorū cōmuniā exercēbant notabiles circa religiosum perfectum diebus Dionysii, primo vt sacerdos praelatus monasterii decāret ad altare solēnes orationes ad idē opus factas, dein de peteret ab eo anne renūciare proposuit cunctis rebus transitorijs, de quo tūc factus est votum solēne. Tuncq; haberet praelatus illi exponere vitā illam perfectā, & q; oportet p̄fessorē illius vitæ ad maiore anhelare perfectionē q̄ ceteros seculares, que omnia cum vouerit & p̄fessor fuerit, signaret eum praelatus cruciformi figura detonsens eum & benedicens. In nomine patris & filii & spiritus sancti: & tūc exeret eum vestibus secularibus & indueret alijs: & de mum oscula dans singulis fratribus: nouissime autē cōmunicaret sacram eucharistiā. Et q̄ magnum erat in tam grandi patre q; dignaret istas cōmuniā enarrare religioforū virorū sui tēporis: Vt tamen monstraret alijs quanti ponderis res ista fuerat cordi suo, post signa narrata signorū addit rationes dicens. **DIONYSIVS.** Abrenūciatio, inquit, facta diuisibilibus nō modo veris, id est diuitiis seculi, sed etiam phantasijs, id est concupiscentiis carnis & mētis p̄fectissimam significat monachorū philosophiā in sciētia viuentiū p̄ceptorū ordinatam, i. secundū regulā & statuta ordinata secundum legē dei. Signatio autē cruciformis figuræ monstrat ab omnib; simul carnalibus appetitibus vacationem. Detonsio autem capillorum signat mundam & non formalē vitā, i. non fictā conuersationē, nō super compositis figuris informe mentis decorantē, sed ipsam in seipsa, non humanis pulchritudinib; sed singularibus & solitarijs in deiformis supremū sursum actū, id est eleuatū. Prioris vero vestis abiectio & alterius assumptio a mediā sancta vita quæ est vita vulgaris ad perfectiorem trāsmutationē significat, quæ admodum etiam sancta dei generatiōe, i. in baptismo vestis mutatio monstrabat emundatē vitæ ad cōtemplatiuum & illuminatiuum sursum habitum actionem. Q; autē nunc & sacerdos & omnes quotquot assunt sancti, perfecti osculantur: sanctam deiformiū intellige

cōmuniōnē amabiliter in letitia diuina cōdelectatorum sibi inuicē, i. significat cōmuniōnē fidelium quæ conformatur deo & in ipso sibi inuicem: & in letitia spiritali sibi mutuo delectant. In fine autē omnium sacerdos ad thearchicam, id est diuinam cōmuniōnē inuocat perfectum, significans q; perfectus si vere ad monasticam peruenit actionem non contemplatiuum erit solummodo sanctorum qui sunt secundū ipsum, id est laicorum, nec secundum mediū ordinem, id est vulgariū ad cōmuniōnem venit sanctissimorum signorum: sed secundum diuinā cōgnitiōnē sanctorum, quibus participauit alio modo q̄ sancti; populi; venit ad consummandum thearchicā cōmuniōnē, i. alio modo & specialiori forma cōmunicabit ipse diuina beneficia virtutes & merita & diuiniōri modo q̄ alijs de populo. Hęc Dionysius. **AVCTOR.** Istis ergo dicitis & expositionibus sanctissimi Dionysii quatit omnis sophistica impugnatō Vvit cleuistica in materia signorū. Q; si calūniatur me quisq; ex his signis & ritibus non possum pbare vestes religiosorum modernorum, eo q; religiosi moderni talibus non vtunt vestib; nec p̄fessi sunt signis & ritibus enarratis. Ad hęc remitto ego calūniatorē meum ad principium pmissorū. Nūquid non primo & post & sæpe dixi me nihil velle in hoc opere definire ab intento p̄ quacūq; religione perfecta in particulari, sed in generali p̄ qualibet. Sic fundamentum religionis perfectæ exquisiui in genere secundum q; eminet populari, & si quatidog; de particulari aliqua religione intulit perfectiorū: hoc nō feci p̄ ipsa sed p̄ cōmunitate ei; nec est mihi curę, si religio aliq; de modernis sit eadē specie cū his quas recitauit, necne. Sed hoc satis erat probasse religionem aliquam perfectam fuisse ab antiquo, quæ laudabilis habebatur a deo, & iudicata maioris perfectionis q̄ illa quæ cum ipsa concurrens erat religio popularis. Et conformiter pro hoc passu signorum satis est mihi probasse religiosos eosdem a primæuis fidei vestes habuisse, vel habitus signaq; & rit; distinctos etiā laudabiliter a vulgo seculi: quarum vestium forsam quibusdam vtuntur quidam monachi: quibusdam quidam fratres aut alii, non curo, nō super ea re sollicitor. In potestate enim posteriorum patrum mansit quod concessum erat veteribus in hac parte.

Respondetur ad dicta heresiarchæ Vviteless, & probatur q; Christi; instituit quatuor sectas, & primo q; episcopos. **Cap. XXIX.**

AVCTOR. D. finem iam tendens praelatus opusculi, rapior: manu potentioris artificis, itē ducor ad tribunales gradus vnde recessi: ne forte quæ fecerim non ex omni parte veritatis color appingat, si fucata temeritas præcipite. cōmuniōnē tulisse sententiam. Recolo em̄ hęc omnipotentem dominum cum primas rerum fabricasset imagines, postq; directo opere creasset naturā in specie, iterum aspexit opus in genere, cōsummauit, approbauit, & qualibet ex parte reddidit dignum laude: Præmittit em̄ scriptura diuisionē factam aquarum ab aquis, & n̄scupationē maris: post qd subiungit. Et vidit deus q; esset bonum germen terræ cōmemorat in herbis, lignis, & ceteris fructibus. Et sequit. Et vidit deus q; esset bonum, creauit solē fontē lucis: lunā quoq; matrē viuentium, & stellas in ornamētum regalis olympi, & subdit. Et vidit deus q; esset bonum. Breuiter productis omnipotentis singulis creaturis, iam iterum tertia vice aspectu eas contēplā epilogo, & succinctā laude cuncta commendant in genere. Quia vidit, inquit, deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Sed nunquid cęcū deum fuisse putabimus cum primo conderet creaturas singulas, vt re producta n̄sc haberet videre qd fecerat, vt qd incaute egerit corrigat iā reuisum: aut em̄ existimem; posse fuisse seductū cum singularim eas secundo videret, & iam tertia inspectiōe cū cū simul consultius repararet? Non ita, sed vt hoc ipso diuino toties repetito conspectu, informet nostra fragilitas vt qd bene agere volumus sepius reducat ad oculum: non solum vt positum fiat qd agimus iuxta regulas mentis nostre, sed magis iuxta regulas traditionis diuinæ. Vnde **BEDA** super eundem textum **Genesis** lib; primo: Necessario scriptura facta multotiens repetit qd vidit deus bonā esse quæ fecit, vt hinc informaretur pietas fidelium, non tamen pro humano sensu, qui sæpe etiam bonis rebus offenditur: quarū causas atq; ordinem nescit iudicare, sed laudant deo credere & cedere. Tanto em̄ melius quisq; ali-

quid proficiendo cognoscit quāto religiofius anteq; recognosceret deo credidit. Hęc ille. **AVCTOR.** Vidimus ergo quæ fecimus an probari forte possint diuinis aspectib;. Dixit amulius noster religionē Christi perfectam carere munere diuinæ fundationis, & recitat eā in specie quadruperritica; xxvii, de officio pastoralis. **VVITCLEFF.** Hæc quatuor sectæ nouiter inductæ, sicut clerici Casarej episcopi, monachi, canonici & fratres quatuor ordinum, multum cōturbant ecclesiam militantē Christi. **AVCTOR.** Bene, de turbatione nō est iam nobis sermo: sed p̄ba q; ille quatuor nouiter sunt inductæ, & primo de religione episcoporum q; illa sit inducta de nouo, nisi quatenus euāgelium est nouū, **VVITCLEFF.** Probo, inquit, quia hoc mouet multos loq; contra istos quatuor nouos ordines, quā nullus hominū scit fundare eos in ordinatione legis Christi: Hoc ego nego, hoc est semp; qd petit, patet inq; q; null; dicit q; Christi; esset oblit; eos si voluisset eos esse de ecclesia sua: & sic quidā imponit Christi fatuitatē magnā, vel alioq; negligētā. **AVCTOR.** Ecce q; specios; p̄cess; & q; fortis ad improbandū fundatiōnē istorū, quatuor ordinum in lege dei. Hoc est fortissimū motiuū eius qd vnq; repperi: vbi nihil pbat sed loco pbationis videt sibi sufficere qd dixit. Sed hoc dictum eius hæreticū apud ecclesiam Christi equa facilitate cōtēnit quæ pbat. Proba mihi si potes vel alijs loco tui qd dicit q; Christus non fundauit istos quatuor ordines. Sed scitis dñi mei p̄ prædicta quāta auctoritate roborat ecclesiam cōtra quolibet sic errantes. Et quæ iste de ficit in pbatiōe sua & ex hoc legitime sit cōmuni; requiro ego iudicē cōmuniē ex parte matris ecclesie quatenus actor iste p̄cena; subeat talionis, vt sicut casare volebat hos sacros ordines quos accusat, ita caset ipse inuētor & patron; p̄pha; ni ordinis quē inuenit: & tota plenarie religio Lollardina. Et etiā in cum ulū p̄cena; ei; fundatiōnē quā ipse reprobat, sed iprobare nō nouit succincta forma p̄babo, & primo de religione potissimū. Nā Christi; instituit ordinē sacerdotalē cum; diceret discipulis post resurrectionē. Accipite spiritū sanctū, quorū remisistis p̄cā remittunt eis. Ioan. xx. Verū est inq; in suo cōmuni; Bene, sed in institutiōe cōis instituit de; qdlibet ei; speciale, sicut tu dicit in cap; p̄dicto q; institutiōdo sacerdotē i cōmuni; instituit de; hęc

sacerdotē singularē Robertum, Ioannē, vel alium talē: ergo in institutione sacerdotii cōmunis instituit Christi sacerdotiū episcopale, & sacerdotiū curatorū minorū, & simpliciu sacerdotū. Verū est, inqt, Vvireless instituit sacerdotiū episcoporu illo tēpore, sed nō ordinē episcopale. Cōtra, principaliter substituit ad hoc officiu apokolos suos, tanq̄ episcopos, & si generaliter omnes sacerdotes, nō tamē nisi vt virtualiter contētos in episcopis. Vñ GREGORIUS ī Hōmilia super eūdem locū: Libet inquit, intueri q̄ illi discipuli ad tāta onera humilitatis vocati ad quātū culmē glorię sunt pducti, Ecce nō solum de semetipsis securi sūt, sed etiā principatū superni iudicii sortiunt vt vice dei q̄busdā p̄tā retineāt, q̄busdā relaxēt. Hōz nūc ī ecclesia episcopi locū tenēt: soluēdi atq̄ ligādi auctoritatē suscipiūt q̄ gradū regiminis sortiunt. AVCTOR, Ecce dicit Grego, ep̄os n̄ros sortiri illū gradū eūdem & tenere locū, & eandē cōseq̄ auctoritatē quā tūc Christi instituit apokolis: sed iam tenēt episcopi gradū superiorē q̄ ceteri p̄cise sacerdotes: ergo tūc instituit Christus gradum & locū ep̄ale altioris dignitatis q̄ sit gradus p̄cise sacerdotū. Nego argumētū, inqt, q̄ tūc nō erat distātia episcopoꝝ & sacerdotū, sicut bene testat Hieron. sup̄ epistolā ad Titū: & ponit ī decretis ca. olim. Ideo Christus solum tunc instituit ordinē sacerdotum q̄ tunc omēs indifferēter vocabant episcopi, episcopatū autē modernum vltra sacerdotiū tūc nō instituit. Contra, tūc iurris hāresim Aereorū, q̄ hoc idē hāreticū dogma ponebāt, sicut plane testatur AVGVST. de hāresibus, & est hāresis liiij. vbi sic. Aereani ab Aereo quodam dicti sunt q̄ cū esset presbyter doluisse fert̄ q̄ episcopū ordinari nō potuerit, & in Arrianorū hāresim lapsus, pp̄ria quoꝝ dogmata fert̄ addidisse nōnulla dices offerrī p̄ dormieribus nō oportere, nec statuta solēniter celebranda esse ieiunia: sed cum quisq̄ voluerit ieiunādum ne videant esse sub lege, dicebat etiam presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni. AVCTOR. Tunc argumētō sic, inter episcopos institutos a Christo, & ceteros sacerdotes institutos ab eodē, aut ponis differentiā, & tūc cōvinceris falsum dixisse, q̄ Christi nūq̄ instituit ordinē episcopoz̄ distinctū a sacerdotio ī cōmuni: aut nullā ponis differentiā, & tūc incurris hāresim Aereorū, nullū est

mediū inter cōtradictoria, aut falsum dices cū Aereis & eris hāretic⁹, aut falsum dixisti per prius & adhuc es hāreticus. Qd̄ autē dices de Hieronymo olim nō fuisse differentiā inter presbyterū & episcopum, satis ibi declarat se q̄ nō fuit differentia vocabulorū, quoniā vterq̄ famate vocabat sacerdos & vterq̄ episcop⁹, sed grad⁹ semper habebāt & officia distincta, vt plane liquet ex apostolo in epistolis ad Timotheū & Titū, & alias docebitur satis plane.

RESPONDETUR ad dicta Vvireless hēretica, & pbat q̄ Christi instituit plures religiones distinctas, & q̄ instituit religionem perfectorum, Cap. XXX.

AVCTOR.

VENIO tā ad religiōes claustrales si forsitan amoneā cādelabrū Vvireless ibi de loco suo ad destruedū hāc lucernam dñi, duo falsa supponit VVITCLEF sub vno inuolucro in de speculo militātis ecclesie, cap. xliiij. Et ī barbarizatōe euāgelii tertię dominicę aduēt⁹, dices nō ordinasse Christū nisi vnā sectā & vnū ordinē, & nihil vel le addi legi sue, nihilq̄ subtrahi. AVCT. Qz̄ Christi vnū ordinē instituit, verū est, & vnā oīm fidelium religionē ecclesie: sed q̄ nō ordinauit nisi vnū, hāreticū est, & q̄ nihil voluit addi legi sue, etiā est hēreticum. Nam sumat illa religio vna quā tu dices in lege Christi fundatam, ad quā Christus nihil voluit debere addi: & quero nunq̄ includat necessario castitate perpetuā ab oibus veneris an nō: paupertatē in effectu an non: si ista sunt de necessitate illius religionis, ergo totus populus Christian⁹ apostatauit a religione Christi continue q̄ contrahit nuptias & virtutis suis rebus potestate dominatiua. Si lex Christi fundans illam vnam eius religionem, non religer ad illa necessario: ergo addētes cōtinentiā & paupertatē expropriatā ad legē Christi fuerunt cōtinue extra ordinem Christi: & sic Christi nūq̄ fuit de ordine pp̄rio, nec apostoli, nec beata virgo. Formas sic argumētū & confirmat: quia lex Christi nō vult addi rationes cōtingētes sed p̄cipue partes suas necessarias, sed continētia p̄dicta & paupertas sunt additæ legi Christi: igit̄ per legem illam abolendā, & quilibet eas obseruas est exlex & apostata, cōsequētia est formalis, & maior est ei⁹, & minor: est apostoli

Pauli, De virginibus, inquit, p̄cepum do mini non habeo. Et propter hoc beat⁹ Augustinus dicit, consiliū castitatis esse tā supra legē q̄ supra euāgelium. Vñ in hypogonsticon ca. xliiij. exponēs illud saluatoris ad stabularium, Curam illius habeo dicit. AVGVST. Curā illius habeo, id est que ad fidē meam pertinet, quomodo oporteat eū ad plenā sanctitatem puenire, doce illū, & qd̄ cumq̄ sup̄rogaueris, ego cū rediero reddā tibi. Si qd̄ sup̄ euāgelium meū tāq̄ misericordiam meā, cōsecut⁹ vt es fidelis, ad ei⁹ vtilitatem sapueris, dum rediero iudicatur⁹ mūdum, & vniciq̄ redditurus secundū op̄ere sua reddā tibi. Quid autem supra legem & euāgelium plus Paulus erogauit: illud puto quod ipse ait ad Corinth. De virginibus autem p̄ceptū dñi nō habeo, consiliū do, vel illd̄ etiā vbi de cōiugib⁹ ait. Nā ceteris ego dico non dñs. Hęc ille, AVCT. Ecce tunc cōsiliū castitatis virginis & vidualis est supra legē Christi: ergo lex Christi vult aliquid sibi addi, quia si essent de euāgelio, non essent supra euāgelium, quia nulla pars totius est supra totum, cuius est pars: & per consequēs professores huiusmodi additionū nō sunt extra legē Christi, sed supra, nisi det̄ q̄ Christus fuerat extra legē Christi, christiani & apostoli eius qui talia addita vouebāt, & omīno seruabāt p̄fessio ne arctissima, vt supra habitū est secundū August. & alios. P̄terea specialius q̄rit de Ioāne Bapt. vrū fuerat de religione Christi an nō. Qz̄ nō, pbat q̄ p̄ te Christi nō instituit nisi vnā religionē, & Ioēs Bapt. nō fuit illi⁹ religiōis: q̄ dices in barbarizatōe euāgelii dñicę tertię aduēt⁹ religiosos modernos nō habere Ioēm Bapt. patronū, q̄ vita ei⁹ fuit nimis dura: nec Iesum Christū q̄ eius vita fuit valde larga: & sic dices q̄ tam secularis q̄ religiosi relinquūt istas duas vias, via Ioānis nō fuit, via Christi. Forte dices verum est. Ideo fuit abolita sicut alie religiones veteris testamenti, Essēorū, Phariseorum, & Saduceorū, sed quia omne factum Ioānis potestate dei fuerat nō casualium: sequitur tunc q̄ Ioānes fundauit ordinem suum potestate, que erat ex hominibus, & non ex deo: & tunc mereberis lapidari cum Phariseis quos Christus hac eadem opinione redarguit. Qz̄ si dicas religiōnē Ioānis fuisse hāc eandē quę & Christi, Sed Ioannes duxit vitam eremiticam se

cundum euāgelium, & per hoc erat patronus religionis monasticę secundum Hieronymum & Isidorum supra cap. iij. Ergo religio eremitica siue monastica est religio Christi, sed populares non viuūt illa vita, scilicet eremitica vel monastica: ergo ipsi nō sunt de religiōe Christi, vel oportet dare religiōes ei⁹ plures vna. Et quantum ad hāc p̄cisam vnitatē, quā tu assignas in religiōe Christi, nūq̄ eiusdē religiōis erāt p̄cise apostoli q̄ oīa reliquerunt affectū & essectū: & Nicodemus & Martha qui cuncta vt prius proprietarie retinebāt: aut nūquid eiusdē religiōis p̄cise sancti habitātes Hierosolymis in tēplo qui oīa sua reliquerūt p̄ Christo, De quibus Act. iij. & ceteri sancti conuersi Alexandrię, de quibus Act. xv. Aut nunquid adhuc tertiū genus p̄fessio nis habebāt religiosi sancti Marci, de quibus supra cap. iij. veteri illi doctori sancto Ioanni Cassiano in institutis monachorū videt̄ q̄ sic lib. ii. cap. v. Vnde ait CASSIANVS. Cum in primordiis fidei pauci quidem, sed probatissimi monachorum noīe censerentur, qui sicut a beatę memorię euāgelista Marco, qui primus Alexandrię vrbis pontifex p̄fuit, normā suscipere viderent, non solum illa magnifica retinebant q̄ primitus per ecclesiam vel credentium turbas in actis apokolorū legimus celebrata fuisse. Multitudinis scilicet credentiū erat cor vnum & anima vna: nec quisq̄ eorum quę possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia: quotquot em̄ possessores domorū aut agrorum erāt, vendentes afferebant precia eorum, & ponebant ante pedes apokolorum. Diuidebatur aut̄ singulis pro vt cuiq̄ opus erat. Verum etiā his multo sublimiora cumulauerunt: etenim secedentes in secretoria suburbanorum loca, agebant vitam tanto abstinentię rigore districtam, vt etiam his qui erant religionis externę stupori esset tam ardua conuersationis eorū p̄fessio. Eo em̄ seruiore diuinarū scripturarum lectionib⁹ orationibusq̄, & operi manū dieb⁹ ac noctibus incumbēbant, vt ne escarū quidem appetitus vel memoria nisi altero tertio ve die corporis interpelleret inedia Cibū que ac potum non tam desideratum q̄ necessarium sumerēt, & ne hunc quidē solis occasum vt tempus lucis cum spirituum meditationum studiis, curā vero corporis cum nocte locarent: aliaq̄ his multo

sublimiora perficerent: de quibus etiā qui min⁹ indigenarum relatione cognouit ecclesiastica historia poterit edoceri. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quō beat⁹ Ioannes Cassianus distinguit inter religiōes istas primorum, scilicet fidelium degentium in templo & cultorum sancti Marci, istosq; secundos dicit multo sublimioris professionis fuisse sub beato Marco q̄ illi primi credētes erāt i tēplo. Vbi ergo distinctio est professionū, quomodo potest esse præcisā vnitas ordinum: aut indistincta religionum identitas? Non inquit, sed vna est religiō, vnus ordo Christi, & tres partes. Aliquid forsā periculi cōsiderat iste in nomie ordinis, q̄ vult subdiuisiones illas partes esse nō ordines. Non, inquit nego, bonū quid est ordo, sed distinctio ordinum & pluralitas ordinum sonat in malum. Ergo rolle ordinū numeros in angelis, & dic nouē partes esse vnus simplicis ordinis: non autem nouem ordines. Sed qui angelicos spiritus ad sui laudem & decorem celestis regis in nouem creauit distinctis ordinibus, secundum diuersitatem specificam & officiorum interstitia, hic idem dominus ecclesiam suā militantem in multis & distinctis variavit officiiis secundum varias viuentium professiones & merita.

Respondetur ad sophisma prædicti hæretici & probatur Christum statuisse ecclesiam in religionibus variam & tamen vnā.

CAPVT XXXI.

N



Ed contra ista se putat iste doctor prophanus posse triumphare cum dicit, Si sitis omnes de religiōe Christi, ergo omnes estis eiusdem religionis præcisæ. Tale est argumentum ac si sic argueretur. Omnes estis graduatī vniuersitatis, ergo omnes estis eiusdem gradus præcisæ. Nonne audisti q̄ mater ecclesia sit circumdata varietate per Psalmistā. Nonne q̄ alii quos deus dedit Apostolos, alios euangelistas aut doctores fecidit Apostolum? Vnde adprobandum disparitatem graduum in ecclesia ex institutione Christi, aspice Hieronymum contra Iovinianum lib. iiii. vbi seriose probat hoc idem per totum: a-

spice etiā si potes Bernardū, epistola ad Cluniacensem Abbatem, cito post principium. BERNARDVS. Sicut itaq; multæ illic mansiones in vna domo (loquitur de celo) ita hic ordines multi sunt in vna ecclesia. Et quomodo hic diuisiones gratiarum sunt idem autē spiritus, ita ibi distinctiones gloriarū, sed vna domus. Porro vnitas tam hic q̄ ibi vna consistit in vna charitate: diuersitas hic q̄dē in ordinū vel operationū multifaria diuisione: ibi vero in quadam meritorū notissima sed ordinata distinctione intelligitur: deniq; ecclesia habet suam quodammodo discordem cōcordiam & concordem discordiam. Hæc Bernardus. AVCTOR. Et venerabilis Beada habet eundem quasi conceptum de diuersis receptaculis in arca Noe & reducit ea ad diuersos status in ecclesia libro primo super Genesim textu. Mansuetas in arca facies. Vnde identitas ecclesiæ Christi & religionis eius communis, non aufert sed magis confert ad distinctionem ordinum, & varietatem religionum in eadem. Posset esse inquit, si fundari possent in lege Christi, omnes istæ sectæ: quas addis. Ergo video pro fundatione religionum instas: quas omnes satis diues est ecclesia fundare in lege Christi, sed nos non possumus oia simul proferre pro omnibus singillatim. In euentiam tamen generalem fundationis peto primo quid vult dicere apud te, fundatio religionis vel sectæ: approbationē Christi inquit. Sed adhuc quaritur, Nonne approbatio conuersationis sufficit aut etiam vocabuli correspondentis: si quidē hoc nō detur, non approbatus est ordo sacerdotū quia non imposuit Christus simul officii & vocabulum. Non enim legitur Christū nuncupasse suos discipulos sacerdotes aut episcopos, sed nec nuptos aut cōiuges, sed tantum imponens eis manus dixit. Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis &c. Non em̄ dixit, Sitis vos sacerdotes, & vos episcopi. Nec oportet, inquit, sed sufficit q̄ iniungat officium, & post officii sequit vocabulum. Ergo adhuc Christus instituit religionem peculiarem, cum instituit quosdam profiteri voluntariam paupertatem, quosdam cum hoc continentiam, & viuere obediētes: quauis non tunc vocauerit eos monachos aut fratres: quia q̄ uis non dixit peculiare nomen, conuersationem tamen peculiarem instituit: aut

dicat magister meus q̄ approbavit Christ⁹ ordinē militare, pro eo q̄ Ioannes cū non reprobauit, sed quasi cōfirmādo dixit: Statē cōtenti stipendiis vestris, sed ordinē heremiticum quo vixit sanctus Ioānes in sua persona non approbavit: de quo tamen dixit Christus, q̄ inter natos mulierum nemo surrexit maior: & erit satis magna blasphemia, Christum ergo approbare aliquē statum, est eius carimonias essentielles imponere, q̄uis de vocabulo nominis nō egerit mentionem. Sic enim beatus Ambrosius dicit Christum fundasse statum sanctimonialiū in lib. suo, ii. de viduis, bene versus medium. Videbatur enim Ambrosio q̄ aliquis imputasset illi religioni aut improbitatem, aut nouitatem, aut inutilitatem: & soluit omnia dicens. AMBROSIVS. Iacere, inquit, semina integritatis & virginitalis studia prouocare, quæ ro vtrū quasi improbum, hoc aut quasi nouum aut quasi inutile reprehenditur, si quasi improbum: ergo vota sunt omnium improba. Improbata est angelorū, quam gratia resurrectio nis imitatur: qui em̄ non nubunt neq; nubentur erunt sicut angeli in celo. Sed esto, nō sit improbum, nunquid nouum est? Nos enim noua omnia quæ Christus nō docuit iure damnamus. Discutiamus ergo vtrum Christum integritatem docuerit an repudiandā putauerit. Et sunt, inquit, spadones qui seiplos castrauerunt propter regnum calorum: est ergo præclara militia quæ regno calorum militat. Itaq; iam tūc dominus docuit esse debere intemerata studia castitatis. Et infra post hoc verbum, Offeruntur pueri ad benedicendum qui corruptelæ expertes integritatis munus immaculata ætate seruauerunt. Taliū est em̄ regnū calorum qui in puerilem castimoniam tanq̄ in natura infantis corruptelæ ignoratione remeauerint. Et sequit bene post. Nec improbum ergo nec nouum integritatis est studium. Videamus ne forte inutile iudicetur. Nonnullos enim dixisse audiui, q̄ mundus perit, defecit genus humanum, coniugia labefacta sunt: quæro quis tandem quæsiuit uxorem, qui non inueniret: q̄ fuerunt bella p virginē? Quis vnq̄ pro virgine sit peremptus: de coniugiis autem ista nascuntur, vt perimatur adulter, vxoris raptor preliis adaptetur. Ista rei publice semper damna fuerunt, pro virgine sacra nemo dānat? est, quia castitatē nō

pœna cohibet, sed religiō auget fidesque conferuat. Siquis ergo putat consecratione virginum minui genus humanum, consideret quia vbi pauca virgines, ibi etiam homines pauciores. Vbi virginitalis studia crebriora, ibi numerum quoque hominum esse maiorem. Discite quantas Alexandria totiusq; orientis & Africana ecclesia, quotannis sacre consueuerit: pauciores hic homines prodeunt q̄ illic virgines consecrentur. Hæc ille. AVCTOR. Vide tis iam q̄ studiose approbat Ambrosius statum sanctimonialium defensas eas ab improbitate, inutilitate, & nouitate: & ne exstimentur noue, probat Christum fundasse statum earum in approbatione integritatis, q̄uis non tunc eas nominauerit moniales: ergo per locū ab auctoritate omnis religiō peculiaris est fundabilis & a Christo fundata, quia earum essentielles obseruationes approbavit q̄uis tacterit de nomine monachi siue fratris, sicut vtriq; non expressit vocabulum sacerdotis.

Respondetur ad prædictum hæreticum q̄ in scriptura instituitur distincte religiones secundum distinctas obseruationes: & q̄ non eo aliq̄ religiō melior quo est in obseruationib⁹ peior.
CAP. XXXII.



Euictio ergo, atq; ex prædictis emulo decumbere soliphista nostro veio & tantū pretioso theologo quā tū ad formā concludendū ex primo argumēto diuina fauente clemētia robustiori neruo certare dispono, & eundē aggredi in ista. Sic em̄ David noster tyro cū primū lapillum funda fixisset in fronte gigantis, secundū superiecit brachio potiori. Ad diminuendū em̄ bene famatā laudem religionis peculiaris quā probat mater ecclesia, & solus ipse serofus damnat hæreticus, perfectioni eius detrahit moribus serpentinis. Christi, inquit, religiō (intelligens de religiōe populi) est optima & omnia alia perfectior, si tamen non sophisticas, sed semper vniformiter intelligas de religiōe eius vulgari, volo probes assumptum. Et probat dupliciter primo de officio pastoralī vbi supra. Quia, inquit, melior est ordinatio

Christi q̄ hominis scilicet puri cōcedo. Sed proba tu q̄ Christus non instituit religionem peculiarem. Iam enim in supradicto capitulo probauit Christū statuisse sanctimoniales & omnes ordines. Sed de hoc ulterius nihil probat, vnde iam restat vt probem ego partem meam, & refumo pro generali motiūo d̄pas illas sectas fidelium sepe dictas degentium in templo & conuerfantium Antiochia: primi vouerunt paupertatem & continentiam: secundi tantū vt abstinerent ab idololatria, fornicatione & sanguine suffocato. Et secundum Hieronymum primo contra Iouinianū, eis non praecepit de continentia, aut ieiunio, aut paupertate qualiter fiebat primis & ipsis apostolis. Et tunc argumentor sic breuiter. Non potest esse vna religio simpliciter cui nihil aliud iubet q̄ necessarium saluti, & cui aliud iubetur q̄ sit saluti necessarium: immo est vere opus supererogationis. Hierosolymitanis fidelibus iubebatur, quod erat supererogationis, scilicet vendere omnia sua, continere, &c. Antiochenis fidelibus iubebatur tantum necessaria: ergo alterius religionis vel secte erant fideles Hierosolymitani, & alterius Antiocheni. Sed Christus fecit nisi vnam sectam per te, ergo si fecit primam Hierosolymis, non fecit secundam Antiochia: Sed spiritus sanctus fecit secundam dicente concilio apostolorū in textu. Visum est spiritui sancto & nobis &c. Ergo spiritus sanctus fecit vnam sectam quam Christus nunq̄ fecit: & sic ex hac opinione inducetur schisma inter filium & spiritum sanctum, quod principaliter intendit omnis haereticus, eo q̄ omnis haereticus est schismaticus, quis non e contrario. Ad propositum autem argumentor sic, fideles Hierosolymitani erant perfectioris religionis vel secte q̄ illi Antiocheni: sed illi Antiocheni erant de religione vulgari, Hierosolymitani autē de religione peculiari, ergo perfectior simpliciter est religio peculiaris q̄ illa vulgaris, Consequencia est plana, & pro veritate tam maioris q̄ minoris est processus planae scripturae cum dicto illo Hieronymi contra Iouinianum libro primo capitulo. xxiii. HIERON. Q̄ quia nuper ex gentibus credidit ecclesia, ideo leuiora dat eis praecepta, & quasi paruulis & infantibus lac eis potum dat, non solidum cibum. Et venerabilis BEDA vocat eos Antiochenos carnales, Hierosolymitanos vo-

cat perfectos, & ipsos dicit debuisse viuere suis stipendiis. Vnde tractans hunc textum iiii. Regum v. i. Aedificauit atrium terius: & ponitur in communi glossa, sic habet, Multitudo credentium qui relictis possessionibus vno corde, & vna anima deo seruebat, ipsa est templum. & locus intra atrium sacerdotum specialiter illi consecratur. Porro basilica grandis & orates in ea, circa atrium sacerdotis in gyro, eos significat qui eorū tēpore credebant ex gentibus in Syria & Antiochia, ceterisq̄ prouincis & aliis ciuitatibus: quibus apostoli & seniores qui erant Hierosolymis, non plus imponebant oneris q̄ vt abstinerent ab idolis immolato, sanguine suffocato & fornicatione: quorū tamen oblationibus volebant pauperes sanctorum qui erant Hierosolymis sustentari, vt eis carnalia ministrantes spiritualium eorum essent participes. Atrium ergo positum inter locū vulgi & sacerdotū, illā diuisionē significat, quā carnales in ecclesia nup̄ incipientes ab arce perfectiorū non forte electionis, sed meritorū qualitate secernit. Carnales enim sufficere sibi credunt, si fidē, spem, charitatem & operū munditiam habeant, perfecti super haec omnia verbo praedicando laborant, pauperibus omnia sua tribuunt, vigiliis, ieiuniis, hymnis, canticis spiritualibus, & sacris lectionibus operam dāt: persecutiones, pericula propter iustitiam tolerāt, & cetera, quae Paulus fecisse gloriatur, propterea meritis deuotione exequentur. Hec ille. AVCTOR. Ecce q̄ plane in praedictis affirmat Venerabilis Beda. Antiochenos fideles, & ceteros quos ego dico populares vel vulgares fuisse carnales, Hierosolymitanos autē fideles fuisse perfectos: a quorum arce dicit, carnales illi longe distabant tam loci virtualis in ecclesia, q̄ correspondentis meriti qualitate secreti. Vnde plane probatum est religionē perfectiorū esse vulgari religione magis perfectam: & improbatum est primū motiū. ¶ Secundum est hoc. Isti noui ordines sunt peiores secta Christi, quia illa est leuior, liberior & perfectior: & intelligatis sectā vulgari, quia ille intelligit q̄ Christus vixit vita non simpliciter perfectiorū q̄ sit vita popularis moderna, quae est haereticis maxime horribilis Christiano: sed ponit eam latenter sub terminis ambiguīs, sed & iuuabo affirmum eius etiam sententia AVGVSTINI. ¶ Ad inquisitionem Ianuarii parum ante

finem, vbi loquens de multitudine obseruationū citra p̄cepta dicit. Quis neq̄ hoc inueniri possit quomodo cōtra fidem sint, ipsam tamē religionem quā paucissimis & manifestissimis celebrationū sacramētis misericordia dei esse liberā voluit, ita seruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudaorū. Hec ille. AVCTOR. Ergo quia in religione Christi vulgari pauciores habentur carimoniae q̄ in religione perfectorum siue claustralium: sequitur q̄ religio vulgaris est religione claustrali: immo & episcopali perfectior. Et confirmatur iterum argumentum. Quia ex dicto saluatoris in euangelio, lex eius eminet aliis, quia iugum eius suauis est & onus eius leue. Sed vulgares contenti mandatis habent onus leuissimum, ergo religionem inter omnes perfectissimam. Sed superficialis iste modus argumentandi est totaliter indigestus, & valde piculosus & in il. entymemate de structor toti⁹ fidei orthodoxae. Nam eadē forma retenta, sequit q̄ iudaica religio sit nostra perfectior: probatur, q̄ religio Christiana abundat super omnes in praeceptis & carimoniis: nā lex vetus docuit nō mochari in opere, lex Christi addidit nec ieorde, lex vetus iussit diligere amicū, lex Christi etiā similes, lex vetus prohibuit solam manū: lex Christi vetuit manum & animum, ergo lex Christi addidit ad ceremonias legis veteris. Nonne per hoc est imperfectior? Argumentum est ipsius Vitellii. Nūquid etiā religio veteris paganismi ante tpa Numae Pōpuli, aut regna Saturni fuit perfectior religione vtriusq̄ legis & rigoris & gratiae? Ille diceret q̄ sic: quia pauciores habebat ceremonias, nō inducti erāt modi factorū, nō rit⁹ sacrificiorū, nō obseruationes iurū, nō multitudo deorū, & varietas ludorū scenorū & theatrorum spectacula, sed omne eis facere licuit quod libebat, vt ait Tullius in prologo veteris rhetoricae. Ecce q̄ leuius iugum portabant. Hoc argumentum adduxit istum magistrum in multas haereses & adhuc ducit sequaces eius, vt diceret sacramenta non honestanda tot ritibus, & tot obseruantis celebranda, sed baptismū sine cathacismo vel exorcismo, sine oleo aut crego, sine orationibus & patris in nuda aqua vnica immersione in nomine trinitatis explendum. Quia hoc solum iniunxit Christus inquit, & melior est Christi institutio q̄ sit oīs hūana additio. Sic etiā dicit de benedictione eucharistiae q̄ debet fieri sim-

pliciter in tabula aliqua mensali & post cenam: quia sic egit Christus. Sic dedicationes ecclesiarum, ieiunia ecclesiastica parū pendit, & ordinationibus episcopalibus detrahīt: & breuiter totam extenuat religionem christianā, & reddit macie dissolutam, Sed discernat ergo fidelis leuitatē operis Christi non esse in parcitate ceremoniarū, sed in facili expletione ei⁹ gratia: quia in nūero ceremoniarū est grauior de facto sicut bene deducit Chrysofost. i. imperfecto Homil. xlviii. tractans eundē textū ac dicens. CHRYSOST. Non ideo solum gratia leuis: quia leuia ponit madata, sed quia quā fieri praecipit ipsam nobis faciendi operatur virtutem. Ecce enim lex praecipit. Diliges amicum, gratia autem iubet, diligite inimicos vestros: nō negamus, grauius est gratiae mandatum q̄ legis: & tamen facilius est nobis per gratiam, haec difficultia facere q̄ Iudaeis illa pauca sine gratia. Dicite apostolo. Omnia possum in eo qui me cōfortat Christus. Et infra. Demum quis ne scit quia nō occides: nō adulteraberis: hoc facilius est q̄ non irasci aut non concupiscere. Ab hoc enim multi se abstinent, etiam qui non timent deum: ab ira autem vel concupiscētia, nec etiam spiritualis viri. Hec ille. AVCTOR. Ecce tunc secundū Chrysofostomum lex Christi est grauior tam quoad multitudinem mandatorum q̄ etiā eorum grauitatē, leuius tamen perficitur a nobis propter Christi gratiam. Sic conformiter carimoniae sunt plures in religione peculiari q̄ in religione vulgari, sed leuius tamen illa per gratiam seruatur in claustris q̄ pauca mandata Christi a populo: quia si mulcum addit Christus praecceptum addit & gratiam. Declarat etiam AVGVSTINVS eundem textum in de perfectione iustitia capitulo xxy. dicens concorditer cum Chrysofostomo. Perfecta charitas foras mittit timorem, & facit praeccepti sarcinam letum non solum non prementem onere ponderum, verum etiam subleuatē vice penarū. Et infra. Commēdant ergo nō esse grauiā, vt cui grauiā sūt intelligat nō dū se accepisse donum quo grauiā nō sūt: nec arbitret ea se perficere quādo ita facit vt grauiā sint. Hylarem enim datorem diligit deus. Nec tamen cum ea grauiā sentit desperando frangatur, sed ad quaerendum, petendum, pulandumq̄ cogatur. Hec ille. AVCTOR. Ecce q̄ iuxta beatum August. vbi charitas abundaret praeccepta nō


essent grauiā quia dicit. Qui sentit ea grauiā esse, nondum accepit donum a quo nō essent grauiā. Et ideo qui laudat religionē hanc vel illam, & eā praefert aliis, quia pauciora praecipua continet bonae vitae, illi puro deesse donum illud, quod si haberet, forent ipsi leuia quae tam grauiā detestatur. Consulo tamen cum beato Augustino, ne de illorum paucitate gloriatur, nec de ceterorum tristetur multitudine mandatorum, sed recognoscat potius imperfectum suum, & ut ea possit implere quaerendo, petendo, & pulsando a deo obtineat precibus facultatem. Et quantum est ad Augustinum ad inquisitionem Ianuarii increpantem ibidem multitudinem caeremoniarum aspiciatur processus libri: vtrum ipse non approbet plurimum rituum, etiam non a Christo, sed ab ecclesiis inuentorum. Nam ibidem laudat ieiunium in sabbato, communicare quotidie & non quotidie, secundum mores regionum & hominum. laudat post ea communionem eucharistiae, ieiunio stomacho, ablutiones pedum in coena domini, baptismum tunc potius frequentari, celebrationem natiuitatis dñi die fixo fieri, quia solū ad memoriam sit. paschae autē die mobili, quia & in memoriam celebratur, & etiam sacramentū & celebrationem dominicae diei inducit & laudat, ieiunium quaedam dragesimale commendat: stantes inquit orabimur tempore paschali, & per omnes dominicas anni quod tunc temporis maxime ceteretur alleluia. & demum subdit ad propositum AVGVSTINVS. Non est inquit necessarium vt vna in his supple per omnes ecclesias saluberrima regula teneatur. Ita vt quae non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitae melioris, vbicumque institui videmus vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & commendando sectemur. si aliquorum infirmitas non ita impedit, vt amplius de erimentum sit. Si enim eo non impedit vt maiora studiosorum lucra speranda sint quam calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maxime si quod etiam de scripturis defendi potest: sicut de hymnis & psalmis canendis, & ipsi domini & apostolorum habemus exemplū, & citra praecipua de hac re tā vtilia ad mouendum pie animam, & accendendum di-

uinae dilectionis affectum, varia consuetudo est. Hec Augustinus ibidem versus finē. AVCT. Poteritis ergo videre non esse de intentione Augustini damnare multitudinem obseruationum ecclesiae in praedictolibro, sed potius approbare omnes scilicet illas quae ad exhortationem melioris vitae proficiunt, quas autem intendit ibi damnare ipse satis declarat seipsum: ibidem inducens abstinentiam superstitiosam a quibusdam elcis & poribus: incesum calciatis pedibus per ceteras certis temporibus, & de talibus tunc infinite habebantur per partes ecclesiae, & has omnes damnat, & omnes similes quae non sunt per ecclesiam vniuersalem aut particularem probatae. Vnde habet idem pro regula AVGVSTINVS. Omnia inquit talia quae nec sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, neque consiliis episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis ecclesiae roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis motibus innumerabiliter variata, ita vt vix aut omnino nunquam inueniri possint causa, quas in eis constituendis homines insecuti sint, vbi facultas tribuitur sine vlla dubitatione refecanda existimo. Haec ille ibidem. AVCTOR. Arguere iam ex isto quod caeremoniae substantiales potissima cuiuslibet religionis particularis cassandae sunt, modum arguendi reodeo lollardorum, quoniam sine dubio nullius religionis praefecta, saltem, vt ego existimo, est mutare caeremonias vniuersaliter obseruatas, aut pro maiori parte quae scripturarum auctoritatibus continentur, aut ab ecclesia constitutae sunt, aut simul utroque modo. Vnde ipsemet beatus AVGVSTINVS animat religiosos ad obseruationum & caeremoniarum suarum custodiam, & ne terrentur quis durae sint alloquens eos in libro suo de opere monachorum & dicens. Sane omnibus & vobis pro gradu vestro & officio laborantibus & arcta via est labore & eruna & tamen in spe gaudentibus. Inguis eius suauis est, & sarcina leuis, qui vos vocat ad requiem, qui prior transitum fecit, a conualle plorationis, vbi nec ipse sine pressuris fuit. Haec ille. AVCTOR. Hoc ergo habemus ex Augustino quod nec multiplicatio praecipitorum repugnat legi Christi, etiam quis ex seipsis sint grauiā, sed multiplicatio praecipitorum quorum nullae rationes

inueniri possunt: nec in scriptura sacra sed nec in iure positio vniuersalis aut particularis ecclesiae, quales non possunt dici caeremoniae religionis perfectae quas vtiq; laudabat Augustinus & confitebatur palam toti ecclesiae esse principium suae conuersionis ad fidem Christi, quas vtiq; decernebat ex vita beati Antonii. Vnde viii. lib. confessio cap. v. Describit plane totam rem, vt gesta est, referens quod quidam praeclearus ciuis Romanus, & natione Afer, nomine Pontianus venit semel ad domum Augustini, cui cum beatus Augustinus indicasset se maximam curam scripturas impendere, AVGVST. Ortus est sermo inquit ipso narrante de Antonio Aegyptio monacho, cuius nomine excellenter clarebat apud seruos tuos: nos autem vsque in illa hora latebat, quod cum ille coeperit immoratus esse in eo sermone insinuans tantum virtutem ignorantibus & admirans nostram ignorantiam: stupebamus autem audientes tam recentis memoria & prope nostris temporibus testatissima mirabilia tua, & nos quae tam magna erant, & ille quia inaudita nobis erant. Inde sermo eius deuolutus est ad monasteriorum greges & vbera deserti eremi quorum nos nihil sciebamus. Et erat Mediolani monasterium plenum bonis fratribus extra vrbis moenia sub Ambrosio nutritore, & non noueramus. Vnde incidit Pontianus vt diceret, Nescio quoniam se & tres alios contubernales suos apud Tyberim cum imperatore pro meridiano Circensium spectaculo tenebatur, exisse deambulatum in ortos muris contiguos, sed illos vagabundos irruisse in quandam casam, vbi habitabant quidam serui tui spiritu pauperes, qualium est regnum caelorum, & inuenisse ibi codicem in quo scripta erat vita Antonii, quam legere coepit vna eorum & mirari & accendi: & inter legendum meditari, arripere talem vitam: & relicta militia seculari seruire ibi subito repletus amore sancto, & sobrio pudore itatus sibi coniecit oculos in amicum, & ait illi. Dic quaso te omnibus istis laboribus nostris quo ambimus peruenire? Quid quaerimus? Cuius rei causa militamus. Maior ne esse poterit spes nostra in palatio, quam vt amici Imperatoris simus: & ibi quid non fragile plenumque periculum, & per quot pericula peruenitur ad grandis periculum: & quando istud erit? amicus autem dei esse si volueris, ecce nunc fio, & ait amico suo; Ego iam abrupti me ab illa spe nostra, &

deo seruire statui, & hoc ex hac hora in hoc loco aggredior tu, si te piget imitari: noli aduersari. Respondit ille adherere se fossis tanta mercedis tantaeque militiae: & ambobus iam tui edificabat turrim sumptu idoneo relinquendi omnia & sequendi te domine. Haec Augustinus ibidem. AVCT. Et his auditis pensataque tanta fidelitate & deuotione virorum nunquam quieuit corde quousque fieret Christianus, vt ipse logo tractu postmodum indicat. Vnde ergo non est beata vnde non perfecta vita, quam tamen meruit habere & laudatorem & filium. Dummodo non erat Augustinus in ecclesia Christi, aut falsus vniuersi interpret aut adulator improbus aut vel in modico praeco mendax.

QVOMODO RELIGIOSI IN ECCLESIA DEI POSSUNT LICITE EXIGERE VICTUM SUUM, Prologus Auctoris in libro .III.



AEPE expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc Israel. Reperita toties simplex eadem sententia posset & legere generare fastidium, si sufficiens causa querela non pareret actionem. Cesser Rachel plorare filios suos, & velle consolari quis non sint: & desinat Israel conuenire molestias suae iuuentutis etiam a iuuentute sua, vsque nunc se saepe & iterum, saepe & saepius oppugnatum. Si Rachel mater sit & genuit Israel, recte fecimus comparationem istam, vt vniuersalis mater ecclesia filiorum suorum stragem publicam in oppugnatione haeretica desinat euolare, tunc citius poterit Israel mater nostra, mater religiosorum perfectorum, filia-matris ecclesiae finem suis assignare ploratibus, quis videat filios vbiq; sequentibus amulis, & lupis euangelicis vlulatibus strangulari. Si audiuistis fratres tres vlulatum archilupini nostrorum temporum, & quomodo per diuersas opinionum semitas disperdit oues ecclesiae, vt contra naturam suam lupum induat, & ouis ouem abigat ab ouili, faciatque ne ouis pascua inueniat, ne reptat alimentum, vnicuique religioni subtrahit, sustinetameta naturae victum Christi paupibus denegat, scadala, minas, rixas,

consilia cōfert, & multiplicat, ore geminat semper aperto, lingua garrulat semper mobilis, q̄ nō habet i sacris claustris pascere iu-
mētū ecclesie, ne cadat in via. Sepulchrum patens est guttur eius, lingua sua dolose agebat, venenum aspidum sub labiis eius, os eius maledictione & amaritudine plenu est: & ideo perdendus, quia loquitur mendacium. Dicit enim archilupus noster & dux luporum contra cœtum vnanimem religiosorum claustratum. Ex tali, inquit, inductione totum corpus ecclesie patitur dyscrasiam, & tamen talis monstruosa pars ecclesie adiecta ad suam nutritionem fugit partem nobilem alimentī. Videtur q̄ de toto alimento quod Christus ordinavit ecclesie suae primæque istę priuata sectae, partem eius auide spoliare & faciunt in toto corpore ecclesie notabilem defectum: quoniam Christus non propter tales dei temptationes variat suam regulā in cibaria suae ecclesie ministrando &c. Et sic seipos necessitant ad concupiscentias bonorum proximi, vsq̄ ad nummum, pro construendis suis edificis & aliis superstitiis ornamentis: & multa alia blasphemata ibidem capiunt, de preuaricantia sectarum, & quia modicum quid habet quod de parca sumo victu fratrum versimiliter obloquatur mendacium, addens blasphemiam, sic intendit facere magnum de modico. Certum quidem est inquit q̄ multa milia fratrum dispersa in vna prouincia sunt illi prouinciae magis subdole onerosae, q̄ forent in casu mille raptores. Autumo q̄ sunt in Anglia quatuor milia fratrum, & q̄ quilibet consumit annuatim in psona sua de bonis regni centum solidos, & totidem in adificationibus & reparationibus & ornatus domuum. Et tunc patet q̄ illa secta expendit de bonis regni supra octo milia marcharū annuatim. Hæc in quarto dialogo sui ca. xxxv. His & similibus garrulis excitauit contra peculium Christi reges & principes, milites & nobiles, non quidem extraneos, sed comprouinciales & conciuēs suos: non dico vt ardentur odiant, sed quod omni crudelitate plenum est, vt sine pietate procurarent excidium sacrae vrbis. Hic inquam, hic alter Sinon, ferocior barbaro, fera immanior, fera enim feram non expellit dicit Ambrosius de officiis, & tu excludis hominem humanitatis tuae, consortem & parē. Certe iste est Aman ille Agagites qui con-

tra Israel apud regem Assuerum mortis & exterminii proponit decretum. Quia aliquem inter eos forsitan Mardocheum inuenit, qui sub haeresibus genu non flexit: nec bestiam in Apocalypsi Ioannis plenam blasphemiam adorauit. Sic em̄ dicit, Aman domino regi & cœtui principum. Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & a se mutuo separatus, nouis vtens legibus & carimonis: insuper & regis scita contemnens, & optime nosti q̄ non expediat regno tuo, vt insolescat per licentiam. Si tibi placet decernere vt pereat, ego decem milia talentorum appendam arcariis gazae tuae. Hest. iiii. Qui libros Vitaleff lege ritur, hoc esse eius commune alloquium nō ignorant. Et inde miles quidam magnus, eius discipulus a breui tempore obtulit domino regi vnum nobilem pro vnoquoque capite praedictorum: & quidem in his oblationibus salutem regis spondet & regni, quam tamē subdole cum Aman proponit adimere. Sicut in quodam natali dominico plane monstrauit, tota simul foederata in necem domini regis cognatio Iollarum. Certe sic debuit iusto dei iudicio occultata patere malitia, & interuentu Hester reginae caeli pauperū carmelitarum patronę & omnium religiosorum praecipuae aduocatae in notitiam regis & regni palliatum nudari seminarium corruptelae, in tantum vt rex scriptis epistolis suis dicat de hac gente & duce suo quod sensit Aman ille animo & gente Macedo, pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus a nobis susceptus est: qui in tantum arrogantiae tumorem sublatus est, vt & regno nos priuare niteretur & spiritu. Nam Mardocheum, id est religiosum, animosum, & peritum, cuius fide, id est fidelis praedicatione, & beneficiis, id est orationibus viuimus: & consortem regni nostri Hester, id est partem ecclesiasticorum cum omni gente sua, id est cum omni religiosorum grege nouis quibusdam & inauditis machinis expetiuit in mortem, hoc cogitans vt illis in perfectis insidiaretur nostrae solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas, id est manus gentis paganice vel extraneae. Nos autem a pessimo mortalium Ioanne Vitaleff Iudaeos, id est religiosos neci destinatos in nulla penitus culpa reperimus. Sed e contrario iustis vtentes legibus & filios altissimi semperq̄ viuētis dei,

ius beneficium & patribus nostris & nobis regnum est traditum & vsq̄ hodie custodit. Hester ultimo. Hæc de eis experti reges nostri & principes descripserunt. Eorum tamen infidias plus omnibus pauperes religiosi ab olim & nunc vsq̄ q̄q̄ sub alia specie pertulerunt. O quoties affixerunt animas nostras in laboribus & ærumnis, in scâdalis & seditionibus, in perturbationibus & notandis infamiis, in plagis supra modum, in mortibus frequentibus. Quoties passi sunt ab eis pauperes religiosi foris pugnas, intus timores! Quoties derisui habentes imperium sapientis satis & ultra satis affixerunt afflictos: ita q̄ citra meritum compensando sarcinam tolerantiae malorum suorum foris, cum labore religiosi nis intus, tolerabilis esset inter Saracenos esse captiuum q̄ cum talibus Christianis. Quoties ergo putas inter nocturnas lachrymas & priuata suspiria inter filios suos praedictum versiculum edidit suspiratim mater religio? Saep̄ expugnauerunt me a iuuentute mea. Dicit hoc iuuenis qui praesens videt: hoc dicit etiā vetulus qui vidit praeteritū: Iuuenior sui inquit, et enim senui & semper video quod impleti sumus despectione: repleta est enim multum anima nostra, opprobriū abudantibus & despectio superbis. Ideo nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc Israel: nisi quia dñs erat in nobis: cum exurgeret hoies in nos, forte viuos deglutissent nos: homines si dicam parco forsitan veritati. Nouit deus melius dicerem demones, vel secundum expositione Hieronymi demones in hoibus verba formantes. Vultis audire q̄ sancto, q̄ consolatorio, q̄ disertio sermone exponit nobis Christi pauperibus praedictum psalmi versiculum, Saep̄ expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc Israel. Saep̄ inquit expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim nō potuerunt mihi. Si in media aetate coepero seruire deo, verbi gratia quadraginta annorum nō possū dicere. Saep̄ expugnauerunt me a iuuentute mea. Sed quid dico: occiderunt me a iuuentute mea: vulnerauerunt & concalauerunt me a iuuentute mea. Qui autem a pueritia incipit seruire deo, & saep̄ expugnatur a diabolo & angelis eius: & tñ nō vincit. Iste quid dicit? Saep̄ expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim nō potuerunt mihi. Dicit istum versiculum virgo dñi, dicat monachus qui coepit a parua iuuentute seruire deo: monachus integer corpore & spiritu. Dicit aliquis o monache quomodo te expugnauerunt demones & diabolus? Videbāt quæ

hoies q̄ impugnabāt, sed ego in hoib⁹ diabolum intelligebā. Quando ergo nos psequitur tur homines nō irascamur psequētib⁹, sed doleamus & plangamus eos: quia alius est qui persequitur in persecutorib⁹. Si daemōniacus qui habet daemōnem venerit, & pugnum mihi dederit & calce percussit nunquid irascor ei? Ille pugno percutit & ego ploro & plango percutiē, video enim quoniam peius percutitur ab eo qui operatur in ipso. Ego a manu eius. Quotiescūq̄ ergo aliquid patimur & retatiōes aliquas sustinemus: intelligam⁹ esse & illos qui nobis tentationes generāt in hominibus. Dicit aliquis hoc ipsum de scripturis affirmat. Non enim debemus aliquid loqui nisi quod de scripturis fuerit approbatū. Iudas proditor fuit, sed intravit in eum Sathanas: & Christū in proditore prodidit. Vxor Phutipharis tenebat Ioseph, sed fact⁹ vir in manibus mulierum intelligebat diabolus se retinentem. Hæc Hieronymus in minori breuiario super praedictum versiculum. Hæc dicēs non speciales alicui⁹ religionis peculiaris fleo molestias, sed p̄ singulis loquēs lamētū assumo in cōmuni p̄ singulis.

PROLOGVS SVMMARIVS IN PRAESENTI OPERE CONTENTORŪ. AVCTOR.

Documenta Vitaleff in hac R. pte vna cū doctrinalib⁹ Amoreorū cōtra victū pauperum religiosorum incedūt ad parā. Reprobat enī quāmaxime medicitatē electā, dotationē monachorum & canonicorum diuersi schematis despiciat, & quātū legi operarios nō colaudat eo q̄ statū innocentiae non conuenit manibus laborare, sed est inflicium hominibus pro peccato. Et propter hoc quis concedat Christū & psonaliter medicatē: nō tamē vocaliter inquit, sed in signis & factis exhibens necessitatē suā quae est medicitas statū innocentiae magis cōformis. Huic ergo innixus debili fundamento qd̄ fallere electi opus reprobat in fratribus medicitatem electam, dicens eā prophanā quā nec Christus instituit, nec eius discipuli: imo scripturae sacrae esse cōtrariam dicētī in Exodo, Omnis egēs & mendicus nō erit inter vos. Et Salomon, Diuitias, inq̄t & paupertatē ne dederis mihi, & multa talia. Ad statū autem laboratū quem nusq̄ laudat, singulos fratres sine distinctione inuitat, nec praedicatoribus, nec si uide

ibus nec contemplantibus, sed nec infirmis quicquid indulget, sed generali exemplo apostoli Pauli primo. Qui non vult operari non manducet, & talibus aliis, omnes laborare compellit. Dotationem autem ecclesiarum non tam in monachis quam in episcopis & ecclesiasticis singulis quantum impugnat testis est pene omnis schola quam de conversatione ecclesiasticorum vitiorum vniuersi descripsit. Doleo tamen quod de hac re lachrymatio non sit vbi cois & vniuersalis est ex omni parte causa querele. Vociferatur dotatus & viulatur cum noster Vvitelessi dotem contaminat. Cum autem in mendicos sanctos insitit, corridet, approbat & applaudit. Tristatur clericus cum decimas improbat, aut stipem tali vel tali competentem ecclesiarum: cum gaudet autem & auctorem veritatis inuenisse se dicit, si in commune omnis religionis opprobrium de communi laboratio manuum, temerarium & irreligiosum donet decretum. Error veritatis in parte reputari debuit communis iniuria. & adulterantibus verbis dei quisquis auxilium prestat erroribus prestat opem. De talibus enim qui fauent haereticis qui etiam videntur doctores ecclesiarum, quod non transibunt impunes scribitur illud Hieremie: xvi. Et in prophetis Hierusalem vidi horribilia. Super quod HIERONYMVS in commentario libro iii. Non solum inquit in haereticorum conciliabulis haec reperta sunt, sed in prophetis quoque Hierusalem. doctores ecclesiarum, vidi horribilia adulterantibus verbis dei & ingredientium per viam mendacium, ut haereticorum fallacis acquiescerent & confortarent manus pessimorum: eorum quoque mala sceleribus suis adiungerent: & quos corrigere debuerat dicerent in interitum. Qui hoc fecerint non se existimet impunitos. Erunt enim & ipsi & illi quibus fauent quasi Sodoma, omnesque qui habitant cum eis nec recedunt a talibus, quasi Gomorra. Exultet ergo quantum volunt doctrina pessima & gloriantur prophetae Hierusalem quoniam obrinuerunt per mendacium, & confortauerunt manus pessimorum. Finis eorum erit quasi Sodoma & Gomorra, haec Hieronymus. AVCTOR. His territi recedamus non exultemus non confortemus manus pessimorum. Sed & quantum ad subsequenda opus erit, decretum magni concilii generalis constantiensis. FRATRES TENENTUR per laborem manuum victum acquirere & non per mendicitatem. Prima pars inquit scandalosa est, secunda erronea quae affectu mendicitatis fratribus non licere. Haec ibi;

Sequuntur capita articuli primi quarti libri. Qui articulus est de vita religiosorum perfectorum ex mendicitate. Cap. II. De diuisione mendicitatis.

1. De definitione mendicitatis.
2. Christus personaliter mendicauit, & vocaliter de Samaritana.
3. Christus mendicauit personaliter in diuersis aetatibus.
4. Christus instituit discipulos suos mendicare.
5. Electa mendicitas fuit multis sanctis vitiua.
6. Ad instantiam illam ex Deuteronomio, omnino egens & medicus non erit inter vos: responsio.
7. Ad illud in Prouerbis. Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, responsio.
8. Ad illud psalmiste. Non vidi iustum delictum a domino, nec semen eius quaerens panem.
9. Ad illud Vvitelessi quod dandum sit caecis debilibus & claudis.
10. Dandum sit vicinis non ignotis.
11. Ad illud quod apostolus iubet manibus laborare.
12. Ad illud. Beatius est dare quam accipere.
13. Contra illud quod concilium euangelicum de renouatione, omnibus debet quod persequi affectu non effectu.
14. Contra glossam Vvitelessi quod illud euangelicum si vis perfectus esse, habet locum in proposito ad hoc tantum.
15. Contra inferentes quod professores paupertatis sponte exponunt se periculo vitae.
16. Quod scrutandum est cui elemosinam potest texeris ne forte dederis peccatori.
17. Ad idem propter illud, defudet elemosina in manu tua.
18. Contra illud quod non omni petenti sit dandum sed solum verbum asperum peccatori.
19. Contra definitionem usurpatam per Vvitelessi de religioso mendicante.

Secundus articulus de religiosis perfectis vitiis de laboratio manuali.

20. Contra id quod religiosi in monasteriis laborare tenentur propter victum exemplo patrum suorum.
21. De tribus erroribus circa laboratum monachorum.
22. Quibus de causis laborant apostolus Paulus.
23. Quod euangelista eximedi sunt inter religiosos ab opere manuum.
24. Quod erudientes, scribentes libros, siue curati siue gratuiti eximedi sunt inter religiosos ab opere manuum.
25. Quod religiosi primaeui tempore apostolorum sicut discipuli Christi vacabant continuo studio legis dei, vni non poterant indulgere artificios;


sed vixerunt ex elemosyna sanctae plebis.

26. Quod ministri altaris pascendi sunt & non cogentur ad victum manibus acquirendum.
27. Quod validi contemplatiui sine laboratio victum ab elemosynis impetrabant.
28. Quod infirmis & viris olim nobilibus non est labor coacte imponendus.
29. Quod non habentes unde viuunt aliunde nisi de monasterio si de praedictis non sint operari manibus debent.
30. Ne religiosi operarii praesumant ea quae sunt clericorum: nec clericis suum fastidium officium operariorum assumant.
31. Quod monasteriorum necessitates supplendae sunt ex elemosynis fidelium, nec subtrahi debent quouis modo quis operarii laborare tenentur.
32. Tertius articulus de religiosis perfectis viuentibus de certa possessione reddituum & praediorum.
33. Quod Vvitelessi false intendit omnem ecclesiam in suo clero debere expropriaria esse & grauitate peccasse omnesque admiserint dotem.
34. Quartum de trina lege dei in qua Vvitelessi expropriatam fundat, & de trina lege opposita, vbi fundatur proprietas.
35. De leuiticis veteris legis qui admiserunt dotem de facto.
36. Recitat ex Vvitelessi tria testimonia legis nouae contra dotationem clericorum, & ponit responsa clara ad eadem.
37. Quod in primitiua ecclesia & clerici & episcopi tuere dotati in personis suis.
38. Quod ecclesia fuit in communi diues & dotata a primitiuis suis continue per totum trecentenarium.
39. Quare ecclesia non fuit in primitiuis dotata in terra sancta: & hic eripitur Constantinus de tribus scandalis Vvitelessi.
40. Quod nullo modo licet principibus vel aliis auferre inuite bona quae contulerunt ecclesiae.
41. Quod ecclesiasticae personae tenentur subuenire principibus & laicis personis de bonis ecclesiae vbi illis excessiua adest egestas.
42. Quod omnes ecclesiastici sunt pauperes & de latitudine paupertatis eorum.
43. Quod ecclesiastici nullatenus sunt domini ecclesiasticorum rerum.
44. Quod per hoc sine repugnatione professores religionis perfectae possunt in episcopatu subire officium dispensationis ecclesiae.
45. Quomodo dispensanda sunt bona ecclesiae & qualiter multi errant in dispensando.

46. Quod hospitium & mensa sacerdotum non recte excusant eorum dispensationem in pauperes debitam.

47. Peroratio & conclusio operis: praemissis nonnullis de vestibus & ritibus perfectorum: ac tandem veniam petens siquid minus bene in superioribus dictum sit.

DE DIVISIONE AGITVR MENDICITATIS, CAP. I.



IN superiori quidem libello recolimus nostro modo defensas blasphemias, quas in Christi peculiis religionis claustralis haereticus ille Vvitelessi inuexit: & mediis scripturis cum sacris attestacionibus doctorum ipsam sanctam & sanam dimissimus praesentare deo quantum ad essentiam quod sit de suo viuere disputemus. Infirmat ille ut potuit omnem religionem peculiararem quantum ad essentiam, sed magis tamen offecit eis ad vitam: quia nec dotatos religiosos permittit viuere diuites, nec ceteros permittit esse mendicos. Vtrobique aufert vniuersum quem quis transigat, quam nec vult viuere illos per rerum copiam, nec hos per inopiam: cum tamen Paulus vtrique approbas modum viuendi dixerit in plona vniuersalis ecclesiae. Scio abundare & scio penuriam pati. Ille autem quoniam nec scit abundantare cum monachis, nec penuriam pati mendicando cum fratribus, quid aliud restat nisi ut ecclesiae Christi reddatur totus a normalis & Pauli consortio alienus. Descendendo tamen ad praesens opusculi preparatoria quaedam distinctionum & definitionum sicut mos est scriptoribus adaptemus: quibus discussis plano veniamus pede ad alia. Vni quantum ex scripturis & annalibus ecclesiae a suis primitiuis discerni potest, non nisi a maxima paupertate paulatim creuit ad diuitias: quia cum ecclesia a temporibus Christi vsque ad ceteriora tempora nouello tempore germine pullulauit, nondum in ea completa fuerat prophetia: & adorabunt eum omnes reges terrae. Omnes gentes seruient ei: secundum Augustinum epistola ad Donatum inter epistolam xliiii. Immo adhuc superfuit illud propheticum. Astrerunt reges terrae & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum & aduersus Christum eius. secundum eundem. Ideo tamen non minus fuit vitiosus a domino rerum licitus religiosis posteris quam religiosis primaeuis non affuit, quando certum est non tunc defuisse quia fuit illicitum, sed quia nondum venerat hora eius. Sed distinctio

quamus hæc tēpora: quantū noui certe eccle-
sia Christi primo mendicādo victū trālegit:
& hæc erat prima. Secūdo vixit laboritio ma-
nuali. Et tertio ex vsu tēporalis dominiū. Pri-
mo modo adhuc instat prioris ecclesiæ victū
suū transigunt fratres & eremitæ ruricolæ.
Secūdo modo quidā monachi & antiquitus
pene oēs. Et tertio iam diebus istis maior
pars ecclesiæ. Primū viuendū modū a medici-
tate traxerunt religiosi primariū maxime mo-
nachi a religiosis tpe synagogæ habentes in
vsu diu post tpa Hieronymi viuere ab incer-
ta elemosyna populū vt plurimum petita &
interdū oblata: sicut dicit ipse Hieronymus
ex inde sumens defensionē cōtra Vigilantiū
agentē tūc cōtra elemosynas monachorū:
quas a remotis partibus Hierosolymitani
monachi solebāt habere HIERONYMVS.
Hæc est in Iudæa vsq; hodie perseverās con-
suetudo nō solū apud nos, sed etiā apud He-
bræos, vt q; in lege dñi meditāt die ac nocte,
& partē non habēt in terra nisi solū deū vt to-
tius orbis foueantur ministeriis. hæc Hiero-
nymus. AVCTOR. Vt ergo in scribēdo ha-
beamus ordinem quē in viuendo Christi ser-
uauit ecclesia, a mendicitate sumamus exor-
diū, quē vitæ modū fratres hodierni sibi p̄sti-
tuerūt, vt licitū & a prioribus exemplatum.
Et dico modū illum a prioribus exemplatum
esse licitū, sanctū & sane iustum: quā medici-
tā aliquā nō sanctā legimus, alterā vero mul-
tū factā. Sācta em̄ medicitas est medicitas ele-
ctionis: & hæc est paup̄tas illa q̄ est beatitudo
prima: illa de q̄ dicit dñs. Matth. v. Beati
pauperes sp̄s, quā ipsorum est regnū celo-
rū. Sup̄ qd̄ Homil. nona ep̄s p̄fecti. CHRYSO-
SOSTOMUS. In Græco (ingr) nō dicit beati
pauperes, sed beati egeni, vel beati mendici.
Nā pauper est qui angustiam quidē habet,
non habet autē tantā vt mendicare cogatur
secundum quā etiā differentiam propheta
dicit. Beatus qui intelligit super egenum &
pauperem. Ideo ergo dicit. Beati mendici spi-
ritu, vt multum in necessitate humiles osten-
dat. Si ergo dixisset beati humiles spiritu, ni-
hil amplius significasset q̄ hūiles. hæc Chry-
sostomus. AVCTOR. Et istam vocat ipse
Chrysostomus mendicitatem electionis di-
cens consequenter Homil. xi. super prædictū
textum. Beati pauperes spiritu exoptens il-
lum terminum spiritu. CHRYSOSTO-
MUS. Spiritum inquit hic animum & electio-
nem dicit: quoniam sunt multi humiles a re-
tum necessitate coacti, relinquens illos (neg)

enim erat hæc laus) eos qui ex electione se-
ipfos humiliant & constringunt beatificat
primos. hæc Chrysostomus. AVCTOR. Ec-
ce q; Chrysostomus vult paupertatem & mē-
dicitatem illam euangelicam laudabilem esse
se duntaxat quæ confluentibus vndiq; rebus
mundi & contēptis sponte ducitur, & ex aīo
eligente taxatur. Et aliam assignans mendicā-
citatem, quæ ex rerum necessitate aut igna-
uia mentis vel pigritia humana cōtingit nō
ab electione spiritus. Et illa laudabilem eam ex
omni parte describit, & penitus relinquendā.
Est enim hæc mendicitas plana miseria & re-
ceptaculū tristitię: nunq̄ habet virtutis meri-
tum, ideo nunq̄ habebit & præmium. Taliter
sedebat mendicus iuxta viam medicans. Lu-
cæ decimo octauo. Talem mendicum noluit
dominus, publice reperit in finibus Israel di-
cens. Deuteronomi decimo quinto. Omnino
egens & mendicus non erit inter vos. Tali-
lis mendicitas est quam detestatus est sapi-
ens dicens domino: diuitias & mendicitas
tem ne dederis mihi. Talem insuper mendicā-
citatem idem sapiens imprecatus est pigro
dicens. Propter frigus piger arare noluit, mē-
dicabit ergo egestate, & non dabitur ei. Pro-
uerbiorum vicesimo. Talis ergo mendicitas
quia est propter culpam & nihil habet spon-
taneum, habet semper erubescentiā quasi
congenitam: & vocatur mendicitas confu-
sionis secundum Bedam pertractantem il-
lud Lucæ decimo sexto. Fodere non valeo;
mendicare erubescō. BEDA. Mendicare
inquit confusionis est, illo scilicet pessimo ge-
nere mendicandi, quo virgines ille fatua.
Mendicasse referuntur, quæ ingruente tem-
pore nuptiarum oleo virtutum deficiente;
sapiētib; dixerunt. Date nobis de oleo ve-
stro, quia lampades nostræ extinguntur. Et
de quo Salomon ait, propter frigus piger ar-
rare noluit mendicabit ergo egestate & non
dabitur ei. Hæc Beda super Lucā libro quin-
to. AVCTOR. Discernite ergo iuxta vias
sanctorum patrum quæ sit sancta medicitas,
q̄ prophana, q̄ filia culpe, q̄ impregnata vir-
tute. Nō omnis medicitas vel paup̄tas est bea-
ta: nec oīs mendicitas venerāda. Aliqua enī
mendicitas est, quæ & si non habet ex se lau-
dē, tamē ex vsu suo nō cōtrahit grauē cula-
pam: sicut fuit & adhuc est paup̄tas philo-
sophorū & studētū tmmō ppter scire. Aliq̄
certe habet afflictionē suā & si patienter to-
leretur ppter deū de tāto habet meritū. Sicut
est paup̄tas spoliatorū vel eorū qui aliquo

casu amiserunt bona caduca. Aliqua, etiā est
paup̄tas vsq; ad mendicitatē inclusiue a p-
posito relinquentiū oīa vt liberius hæc ear
lesu Christo & spiritualiter proximis obse-
quamur: & hanc tm̄ dico laudabilem & ex Chri-
stiana fide sectandā: quam solā esse beatā pri-
ma beatitudine docet beatus BERNAR-
DVS in sermone de omnibus sanctis: q̄ inci-
pit, festiuitatem hodiernam. Quid inquit tā
absconditum q̄ paupertatē esse beatam: at-
amen veritas loquitur, quæ nec falli nec falle-
re potest: ipsa est qui dicit. Quoniā beati pau-
peres spiritu. Et sequitur. Attamen diligēter
attende q; non simpliciter pauperes nomina-
uit, propter plebeios pauperes necessitate mi-
serabili non laudabili voluntate. Spero equi-
dem profuturam eis apud diuina misericor-
diam hanc ipsam afflictionis suæ miseriam:
scio tm̄ dñm hoc loco non de huiusmodi faul-
se locutū, sed de his qui possunt dicere cum
propheta, Voluntarie sacrificabo tibi. Atta-
men nec voluntaria quidē paup̄tas omnis
laudem habet apud deum. Nam & philoso-
phi sua omnia reliquisse leguntur, vt expedi-
ti mundialibus curis studio vanitatis possēt
vacare liberius: & nolebant censu abundare
terreno vt abundanter magis in suo sensu.
Hoc discernit quod dictum est spiritu, id est
spirituali voluntate. Beati ergo pauperes spi-
ritu intentione spirituali, propter solū bene-
placitum dei & animarum salutē, quoniā ip-
sorum est regnū celorum, hæc Bernardus.
AVCTOR. Audistis iam sanctū patrem Ber-
nardum diuisionē pauperum mendicorū as-
firmare quā ponimus. Audistis sanctum pa-
trem Bedā. Audistis CHRYSOSTOMŪ: & oēs
nouerunt qui non æmulantur vt malignent
hanc mendicitatē religiosos Christianos se-
ctari nō aliā quālibet reprobā & dignā repu-
dio. Videāt ergo emuli paupertatis Christia-
næ si aliqua producāt in mediū, vnde sanctis-
simam egestatē offendant q; saltē scripturas
nō offendant. Offenduntur namq; scripturę
dū cōfunduntur: si adducat scripturam quæ
mendicitatē reprobā discernat terminos, dis-
cernat & tempus. Terminum propter ambi-
guitatē, tps ppter mutabilitatē & in termi-
norū vultu æquoco multi fallūt, sed stultū
vultū Adā illustrat, & non nisi in domo Achis
probus Dauid fungit vice stultū, hoc dico q;
in æquocitate terminorū scripturæ soli sim-
plices illuduntur aut peruersi puerunt, quia
scriptū est cū pueris puereris. Habeat ergo

vnaqueq; sententiā vires suas & sensum, quē
illi indidit spiritus sanctus nō spiritus Vviti-
cleff, non Amorei sp̄s, vel sp̄s Armacani.
Habeat vnaqueq; tribus in terra Israel par-
tem suam. Exigat corrupta ratio siqua for-
metur portionem substantiæ: non fratris sui
qui semper fecerit voluntatē patris, sed quæ
sibi contingit, pascere, scilicet porcos, diui-
tes scilicet homines carnales & lasciuos: &
ex eisdem siliquis quibus porcos suos pascit,
pascat seipsum, sciens pro firmo q; quis sin-
guli fratricidę tunicam pauperis Ioseph san-
guine feræ tingant, vnde simplicem Iacob in
errorem perducāt, non tamen Ioseph fera il-
la consumpsit, sed viuūt & dominatur in to-
ta terra viuentiū beatorū. Iam post diuisionem
mendicitatis ad diffinitionem eius per-
gamus.

DE DIFFINITIONE IPSIVS mendicitatis. Cap. II.

AVCTOR.



Ircā mendicitatē quid sit in
se diuersi diuersa sentiūt, di-
uersa textentes. Quidā certe
sic constringunt terminū vt
omnino resonet facti culpā,
vt sic quemadmodū patres
eorum conuertantur in arcū praui. Et horū
quiclementius descriperūt vocabulū dixe-
runt de necessitate debere includere petiti-
onē aliquā alicuius rei quā alius daturus est,
solo charitatis intuitu. Et redarguit eū pro-
be doctor Vvillhelmus, quia sic filius nō posset a
patre proprio mendicare si egeat quia pater
eius nō ei daturus est quod petiit solo chari-
tatis intuitu imo, sed etiā instinctu gratitudo
dinis naturalis. Et sic nō posset aliquis ho-
mo iā primum hominē mendicare si viueret.
Et VVITCLEFF, quarto dānati trialogū di-
cit esse petitionē egeni qua pro elemosyna
corporali petiit titulo mīæ, ad suam indigen-
tiā releuandā. Et sic nō possemus mendicare
a deo panē nostrum cotidianum, scilicet spi-
ritualem cibū animæ cū non sit elemosyna
corporalis. Itē in statu innocentiæ non potu-
issemus dixisse dño illud in oratione domini-
ca: panē nostrū cotidianum da nobis hodie,
cū illa sententiā planā mendicitatem impli-
cet secundū Augustinū de sermone domini ī
monte. Et certe tūc non donasset deus vsib;
nostris accōmoda solo charitatis intuitu, sed


deberentur vtiq; nobis iure originalis iustitiae etiam secundum eisdē. Et ista quidē cōcludunt contra auctorem illius descriptionis, si & quatenus dona gratuita a naturalibus discernantur sicut oportet eundem in praedicta descriptione concipere quia per hoc excludit ne Christus potuerit medicare. Nō enim est possibile apud eum q̄ quis possit mendicare de propriis vel ea per mendicitatem acquirere quae sua sunt iure originalis aut ciuilibus domini. Quod quā falsum sit & quā fragile fundamentū scriptura sacra denunciat: cōexpositioe facti doctoris Ambrosii de Naaboth. iii. Reg. iiii. Quem cū cupidus Achab hereditatis eius vineam postulasset, respondisse scribitur: non fiat inquit hoc a deo, vt dem tibi hereditatem patrum meorum: quam esse planam mendicitatem simplici voce sua quarentis a rege vel retinere volentis asserit beatus AMBROSIVS in libello de vinea Naboth dicens. Audiuimus vocem diuinitis aliena quarentis: audiamus vocem pauperis propria mendicantis. Non fiat inquit hoc a deo vt dem tibi hereditatem patrum meorum. Hæc ille. AVCT. Ecce q̄ plane paucis verbis confundit Ambrosius fundamentum illud de stipula. Audiamus inquit vocem pauperis propria mendicantis. Ergo potest aliquis propria mendicare. Quid dicit ergo qui plane contradicit et non posse propria mendicare quemcunque. Si dominus est rei, rem sic manentem medicare non potest: vel forsan improprietatem locutionis impones Ambrosio, quod extensius ibidem mendicitatem inuenit secundum quod omnis petitio simplex mendicitas dici potest. Et tu ergo dic plane quod concipis. Dic ei, mentis Ambrosii: non audisti vocem pauperis propria mendicantis. Sed ego quod verum est dico & proprie locutus sum, non posse quempiam propria mendicare. Sed ecce qualis rebellio de fatua eius descriptione processit. Sed dimittantur ista a catholicis: & audiamus quomodo pro tutiori via mendicitate descripsit super hunc versum psalmistae. Nutantes transferantur filii eius & mendicent AVGVSTINVS. Quid est, inquit, aliud mendicare, nisi ad hominum misericordiam viuere? sicut viuunt Iudaei supple sub earum gentium regibus in quas translati sunt. AVCTOR. Hoc est ergo misericordiae mendicare, quod est ad hominum misericordiam viuere: qui ergo ad misericordiam

hominum viuunt, quantum sic viuunt tantum mendicat, & secundum definitionem compendiosissimam Augustini videamus de cetero si fratres possent licite mendicare: & de mendicitate transigere victum suum. De mendicitate inquam illa quam supra deduximus beatitudinem esse primam, Sed heu iam non possumus templum veri Salomonis instruere nisi a longinquo conducamus opifices: nec in terra Aegypti, in terra laboris & egestatis permitrimur viuere nisi regalibus fulcris. Lya mater nostrae religionis consentiat affidere. Quid est hoc? templum nostrae religionis victu sanctae mendicitatis & anxiae egestatis roborare non conceditur nisi Christum mendicasse, & suos discipulos canonica auctoritate probetur. grandes opifices & cum magna difficultate ad nostrum tugurium huc adducendi de procul. Sed vnde hoc? Certe vidi ego æmulum quid scripserit in libello suo infami de diabolo & membris eius versus finem. Quærat inquit fidelis a fratribus ex cuius licentia & auctoritate in domum domini subintrauerint. Et sequitur. Viator ergo fidelis non conferret illis elemosynam temporalem, nec diceret illis aue antequam fundarent licentiam sui introitus atque officii. Et docerent ecclesiam quod CHRISTVS qui dedit seipsum sub forma panis in hostia consecrata, taliter mendicauit. Iam videte sancti pontifices & vniuersi CHRISTI sacerdotes, vt vnicam missam celebretis de cetero & hoc ad vesperam vitæ vestrae, legalia Iudaeorum vsque tunc nolite dimittere. Et vniuersi Christicolae crimina vestra nolite desere: matrimonia nolite contrahere quousque doceatis ecclesiam, quod CHRISTVS qui dedit seipsum, sub forma panis in hostia consecrata, hæc omnia in persona sua taliter obseruauit. Scio tamen quod beatus Hieronymus responderit hæreticis similiter arguentibus in quadam epistola intitulata, quod cui directa sit ignoratur: & incipit, præsumptionem meam HIERONYMVS. Scio primum inquit, non omnia nobis conuenire seruis, quæ domino conueniunt, ne in hac comparatione famulorum domini videamur: iniuria, alioquin forsan reclamare incipimus: cur non e virginibus, sed e mulieribus generamur? Aut cur mortui nostri die tertia non resurgunt? Iurauit scio sæpe dñs

qui nos iurare prohibuit. Hæc ille. AVCT. Certe si sic respondeo nostro Vvicleff sine mora stupens silebit, dico ergo non valet argutio tua o Vvicleff, q̄ hoc factū serui sit quis dominus eorum sic fecerit, quia iuxta Hieronymum non omnia seruis competunt quæ domino conueniunt. Quid iam habes quod garrias? Vere confundor enarrare q̄ facta tua ex hoc fundamento hominis apud suos discipulos tam famosi succrescunt. Sed ve mihi q̄ pauper Christi sum, & non potius pauper seculi. Quid est enim domine deus q̄ pauperibus tuis singulariter tollitur quod ceteris vniuersis conceditur? Rherotes & logici, & legum ac artium professores regulas tradunt artis, texunt lanifices sua fila, fullones extendunt, æra sua fabri contūdunt. Decoquit panifices panes luteo furno, lapides suo ordine locant cementarii: a nullo horum exigitur calculus si Christus qui tradidit semetipsum sub forma panis in hostia consecrata, taliter transiit mechanico opere victum suum? Qua ratione, quo capite hoc a solis fratribus inter omnes Christicolos exegisti? Solis fratribus sine vlla auctoritate differentia proponitur hoc problema. Sed memot esto domine, filiorum Edom in diem Hierusalem: qui dicunt nobis pauperibus tuis, exinanite vscque ad fundamentum in ea. Solam petant nostram exinanitionem vbi tam extraneum exigunt fundamentum, Sed pulsanti faciemus quod expetit. Nō enim terga dabimus infideli. Eo enim clarior erit vir tus quo emuncta seruentius: quia & lux fulguris eo fortius emicat quo sit violentius expressa de nubibus. Incipiam ergo detegere scripturas de mendicitate Christi canentes, & assertiones sanctorum virorum & doctorum ad eandē, quæ si non esset suffragari possit mendicis Christi modernis, discipulorum Christi beatitudinis mendicis. Et si vtraque deesset, posset non minus sequentium sanctorum patrum, mendicis quam adducam Christi pauperibus satis esse propitia. Sed incipiamus a capite vt sic apertius veniamus ad membra.

Q. CHRISTVS PERSONA
liter mendicauit & vocalis
ter de Samaritana.

Cap. III.



Nec tamen veniamus ad medullam negotii, videndum est quomodo circa eam rem schismate magno scissis sunt qui docent huius sacre veritatis oppositum. Amorei enim omnes a Vvillhelmo de sancto amore tanq̄ a foetente puteo ebullientes, dicunt, scribunt, clamant Christum nunquam fuisse mendicum, sed egenum bene vel pauperē: & vbi in faciem tundit eos scriptura multiplex & veterum doctorum assertio, q̄ Christus planissime mendicauit, analogam quadam & nimis transcendente ratione & vna voce procaei se putant omnes absolute rationes. Si semel dixerint hoc scriptum esse de Christo non pro se, sed pro membris eius, Perpendit Vvicleff positionem istam nimis hereticam correxit eam: quia vidit eam scripturam sacram nimis contrariam. Et ideo concedit Christum mendicasse in persona sua: sed insinuatue & non clamose cōfratribus. Dixit enim in libello de blasphemis capitulo secundo, secundum blasphemiam: & idē habet vbi supra in dialogo libro quarto capitulo vice simooctauo. Vvicleff. Quia sanctus Petrus exponit prophetā q̄ Iudas persecutus est Christum inopē & medicum. Sed sciendum quod Christus erat medicus, quia appareret q̄ Christus medicauit nō solum in suis membris, sed etiā in psona propria sicut erat pauper & inops. Sed honestissima medicas instruta a deo & simillima statui innocentiē conueniebat, in hoc quod exposuit & dixit factio penuria in qua fuit, & nō petiit verbo releuamē suę miseriae: non p̄ elemosinā ab homine postulatā, nec conquestu hostibus factio. Et ista locutio in facto sine sollicitudine Christi fuit medicitas quā psalm. imputat, Christo. Et infra. Et vbi esset diuina lex ista locutio foret valde extranea, q̄ omnes loquentur communiter de mendicitate oris &c. intēdūt homines qui dicunt quod Christus mendicauit. Sed cum fratres mendicant isto modo auctoritate Christi, apparet q̄ concipiunt etiā taliter medicasse. AVCTOR. Per ista verba potestis plane videre q̄ fuit coactus necessitate scripturæ corrigere prædecessores suos & cōcedere Christum medicasse in persona sua. Sed quia vellet excludere fratres & differentiam statuere inter mendicitatē Christi, & nostrā in arcto cōstitutus assignat Christo mendicitatē tñ p̄ nutus quæ de facto nō erat medicitas Christi, sed Iudæ & filiorum eius:

secundum quod imprecatus est ipsi spiritus sanctus in eodem psalmo. Nutantes inquit transeuntur filii eius & mendicent. O quantus horror hominis errabundi qui cum vellet Christo assignare mendicitatem aliquam quam fratres non haberent, ultro deo cadens in laqueum assignat Christo mendicitatem Iudaicam & prophanam. Vere quo tu iam vadis non possum sequi te modo. Sic sine fundamento theologicas ut sine pietate errares. Vbi sic didiceras delirare! quis vniuersus sanctus ante te nouam hanc & Iudaicam mendicitatem nutibus adinuenit? Funda te si potes, si non potes glossa tua Iudaica aqua facilitate contemnitur, qua & profertur. Sed & vbi quae contra mendicitatem fratrum, confert mendicitatem Christi, norate quod negare non intendit simpliciter Christum mendicasse, sed cum tali adiectione sic & taliter, id est Christus non sic mendicauit sicut fratres: concedit tamen simpliciter Christum mendicasse: falsificans in hoc praedecessores suae hypocrisis ut digne tacente ecclesia catholica haereticis satis impugnet haereticum: secundum HILARIUM scriptum de trinitate. Nihil est quod haereticis commune est, & inter haec fidem nostram dum sibi aduersantur asserunt, nutant ut voluit, quia se inuicem vincendo vincuntur. AVCTOR. Sed redeamus ad nostram & mediis scripturis & doctorum factorum attestationibus validis, probemus etiam in persona sua Christum vocaliter mendicasse. Ante istos non uellos & Christi paupertatem praerubescencia non ferentes, satis commune fuit, & vere nulli vertebatur in quodam, audire Christum mendicum. At nonne in fuguram huius distributor possessionum Iosue, aspera sibi & montana delegit secundum Hieronymum in epitaphio sanctae Paulae, id est Christus Iesus noster, qui omnem pene viuendi modum ecclesiae post future inuenit, sibi elegit asperissimum, asperissimum inquam & perfectione maximum. Quod designatum est per montes. Sicut enim Iesus typicus aspera sibi & montana delegit. Sic & Iesus verus asperam sibi mendicitatis vitam aptauit, & non plus asperam quam perfectam. Et videamus scripturas quas in odium fraternae mendicitatis inducit: an in aliquo velit militare pro nobis & abscedit caput Goliae proprio pugione. Probat iste ex parte fratrum quis fidei, Christum fuisse mendicum eo quod dixit mulieri Samaritanae mulier da mihi bibere. Ioannis, iiii. Sed postea soluit ipse scripturam quam Iesus dixit solui

non posse, dicens quod non petiit Iesus hic aquam corporalem, sed aquam suae deuotionis, aquam spiritualem: quia tunc non fuit nisi hora sexta, & non erat verisimile Christum velle bibere ieiuno stomacho: hanc garrulam ipsemet sine fundamento coniecit. Sed dicendum est hic probabiliter ad clarum conceptum huius scripturae & sine fundamento nullo. Primo scilicet quod Christus petiit hic vtramque aquam corporalem & spiritualem. Spiritualem ad sensum mysticum huius scripturae, corporalem ad sensum eius historicum, qui necessarius debet esse primus, & super quem alii postmodum fabricantur secundum Gregorium in prologo moralium: nec tamen aequaliter postulauit Christus istam bifariam, sed principaliter aquam spiritualem & fidem secundae & secundario aquam corporalem non tam in ratione instrumenti vel mediis per quam posset mulier rudis in aquam illam ascendere spiritualem: secundum illud apostoli, inuisibilia dei, per ea quae facta sunt intellecta concipiuntur, quae etiam ad releuandam suam firmitatem corporalem tali merito quo etiam posset Christus apte soluere illam caeremoniam Iudaeorum de non comedendo vel bibendo cum gentilibus. Vnde super Ioannem eodem textu Homil. xxxi. CHRYSOSTOMVS. Quoniam inquit Christus proposuit eicere tales obseruationes: qui alios inducere ad soluendum: multo magis ipse eas transcurreret. Haec ille. AVCTOR. Dicere ergo quod Christus hic non petiit aquam corporalem quam obseruatio illa fuit in potu corporali tantum, est dicere sine intellectu sensus historici oppositum eius quod Christus intendit secundum Chrysostomum, Beato etiam Augustino videtur hoc idem saltem si res corporalis necessarius est mendicitatis obiectum sicut ille dicit. Vnde super illud psal. CIX. persecutus est hominem inopem & mendicum AVGVSTVS. Potest inquit accipere Iuda & Christo, quia non est designatus dominus pauper fieri cum diues esset, ut illius paupertate nos ditamur. Medicum autem quomodo intelligam nisi forte quia dixit mulieri Samaritanae da mihi bibere: & in cruce ait. Sitio. Sed quod sequitur quomodo accipitur in ipso capite nostro, id est sui corporis saluatore quem Iudas persecutus est non inuenio. Sequitur. Conpunctum autem corde non solet dici nisi in multis peccatorum in dolere poenitendi. Haec ille. AVCTOR. Ecce iam dicas ad rationem perspicuam cum supplemento Augustini

non videt Augustinus quod Christus esset mendicus nisi cum dixit mulieri Samaritanae, Da mihi bibere &c. Sed tibi videtur necessarium propter scripturam quod Christus fuit medicus in sua persona: necessario ergo habebis concedere quod Christus mendicauit dicendo mulieri, da mihi bibere. Sed secundum te nullus potest mendicare nisi petendo rem corporalem: ergo Christus petiit ab ea elemosinam corporalem: quoquo te verteris caperis. Ducas hic non mendicasse Christum: & Augustino videbitur mendicasse Christum, igitur necesse est ut consentias Augustino dicere Christum mendicasse de femina. De hac re scio dolebunt eius discipuli & tristabuntur hac venatione captum esse magistrum. Ambulabunt impii in circuitu, ut saltem trufaticis glossulis suis asinum leuet de purco. Dicent quidam maiores eorum theologo Augustinum non dedisse expositionem illam tam precisam, sed post subiigit aliam in eodem textum dicens AVGVSTVS. Persecutus est hominem inopem & mendicum, sed in membris suis quibus dicitur est quod attinet ad opera ipsa misericordiae: quando vni ex minimis meis non fecistis, mihi non fecistis. Et conpunctum corde mortificare: plane compunctum corde sed in membris suis, haec August. AVCTOR. Sic ergo Augustino non videtur Christum fuisse mendicum nisi in membris suis. Sed in quo potest ista responsio magistro tuo, qui necessitate ductus eiusdem versiculi concedit Christum mendicasse in persona sua & non in membris tantum? Illa scriptura verificat Christum esse mendicum in persona sua per te sibi simul sumus & magister tuus? & nos & scriptura sacra. Sed ibi tecum non est Augustinus si expositionem eius primam non admittas, quia mendicauit dicendo mulieri, Da mihi bibere, ergo oportet te & primam illam expositionem Augustini habere ratam, & mendicitatem Christi vocaliter factam ad feminam confiteri. Quod si magistrum tuum velis deserere & aliquantulum spatiosius incedere cum Amoraes, scias Augustinum in praedicto loco neutram expositionem perimere, sed ibidem affirmat vtramque, quartum prima approbat mendicasse Christum in persona sua, conpunctum autem non nisi in membris. Secunda vero expositio vtrumque affirmat de Christo in membris. Sed adduc Augustinum dicentem se alicubi meritum esse in prima expositione, & tunc creditur ab omnibus esse falsum, aliter credas esse verum quod credidit Augustinus: quinimo multum famari doctores alium eandem expositionem in terminis altera

derelicta, veluti egregius ille scriptor Clemens in glossa super plalterium tractans eundem versiculum sic exponit. CLEMENS. Persecutus est Iudas vel populus hominem Christum inopem quod non habuit vbi caput reclinaret, & mendicum qui mendicabat aquam de Samaritana dicendo mulieri Samaritanae. Mulier da mihi bibere. Item MICHAEI Meldensis Senonesis episcopus in expositione solenni super psalterium pertractans eundem versiculum dicit, Persecutus est Iudas vel populus hominem Christum inopem, qui non habuit vbi caput reclinaret: & mendicum qui mendicabat aquam de Samaritana dicens mulier da mihi bibere: quod etiam adhuc mendicat in membris. AVCTOR. Nonne tibi videtur istos doctores quasi preeligere primam expositionem Augustini quae plane affirmat Christum in suo capite mendicasse, de muliere Samaritana aquam cum diceret, da mihi bibere? Quid adhuc restat probandum vbi totum probatum est simul quod alias inquirebatur per partes? Alii ergo quibus responsio ista non videretur esse tuta, aliter impugnant dictum Augustini, & forsitan magis subtiliter quam prudenter, dicentes Augustinum expositionem illi illi primam non habuisse constantem: quod patet per illud aduerbium dubitandi ne forte. Videtur enim in hoc ipso fuisse vacillans: & glossam illam recitasse sub dubio. O alterum Priscianum, vel quia theologus est & grammatiscus, non alterum fide eundem Nouatum. Haec enim eadem glossa Nouatiani haerese suam negatam veniam poenitenti sub beati Petri nomine colorabant obicientes beato Ambrosio, quod beatus Petrus dubitauit remitti posse peccata Simonis, eo quod tunc vsus esset hoc aduerbio forte cum diceret: poenitentiam age etiam si forte remittatur tibi recordatio cordis tui: sed AMBROSIVS respondet dicens. Hoc illis responsum sit. Ego autem nec Petrum dubitasse dico: nec verbi vnus praerudicio tantam causam transgulant ambrosiorum. Nam si putant dubitasse Petrum, nunquam & deus dubitauit: quod ait ad Hieremiam prophetam, Sta in atrio domus domini, & responsum dabis omni Iude, his qui veniunt adorare in domo domini, omnia verba quae constituit tibi responde illis. Noli inferte verbis: forsitan audient & reuertentur. Dicat ergo & deum ignorasse quid esset futurum. Sed non ignorantia in eo verbo exprimitur, sed in scripturis diuinis frequens huiusmodi consuetudo aduertitur eo quod simplex sit elocutio. Et infra. Denique habes in euangelio quod ipse filius de parte ait cum misisset seruos

ad vineam suā & occidissent, dixisse patrem, Mitram filium meū dilectissimū forsitā hūc verebuntur: & alibi ex sua persona filius ait, Neq; me scitis neq; patrē meum: si enim me sciretis, forsitā & patrē meū sciretis. Si ergo his verbis vsus est Petrus qbus deus vsus est sine praeiudicio scientiē suae cur non accipimus & Petrum his vsū sermonibus sine suae fidei praeiudicio: hęc Ambros. li. ii. de peccat. nitētia. post princip. AVCT. non pro se tñ sed & pro Augustino & p nobis beatissimus Ambrosius iam satisfecit: quia si hoc aduerbio forsitā vsus est p̄ficus omniū deus sine praeiudicio certē sciētiē, & Petrus sine praeiudicio fidei syncerē: cur etiā Augustinus non poterit habere vsū eiusdē aduerbii sine praeiudicio finalis & cōpletæ sentētiē. Tollat ergo de medio hęc grammaticalis respōsio, ne cum Nouato videamur didicisse grāmaticā. His duobus exclusis succedit tertius respōsio salis partim ratione partim vtens grāmatica dicēs praeiudicatā orationē Christi ad mulierem non esse medicatoriā sed imperatoriam, cum sit in modo imperatiuo & potentissimū ex ore domini petētis bonum propriū a sua serua: ideo est minus fragile fundamentum pro medicitate fraterna. Et in hac infundabili solutione ipsi & eorū participes cotidie gloriātur, quasi cū Petro tota nocte piscātes & nihil apprehēderēt. Nam mittite in dexteram nauigii rete rationis vestre & inuenietis verum esse qd dixeram. Aspice nāq; quod in oratione dominica cotidie dicit vnusquisq; fidelis domino deo: panē nostrum cotidianū da nobis hodie: imperat ne an medicat: quia modo vitur imperandi. Item filius patri dicit, Da mihi portionē substantiē: & serui domino, Dimitte illā, quia clamat post nos. Itē Psalm. ad dñm, Da mihi intellectū, Itē Sapiēs ad dñm, Da mihi dñe sedū tuarū assitricē sapientiā. Et Ecclesiast. dicit, Dona nobis pacem. Et quinq; virgines fatuē dixerūt, Date nobis de oleo vestro. Nūquid ergo minus medicabāt quia imperatiue dicebāt, date. Certe BEDA dicit, q sic dicendo planissime immo turpissime medicabant dicens super Lucam lib. v. Mendicare cōfessionis est, scilicet pessimo genere medicādi, quo virgines illę fatuē medicasse referuntur, quę ingruente tēpore nuptiarum & oleo virtutū deficiēte sapientibus dixerunt, date nobis de oleo vestro. hęc Beda. AVCT. Inutilis ergo grammatica & indigna respōsio nisi quia inde fecerūt eam validam quia publicā. Ambrosius enim dicit

nō esse vocē manifestiorem egeritis & stipem publicā postulantis q̄ hęc vox: da vel date: su per hoc textu. iii. Reg. dixit rex Achab ad Naboth, da mihi vineam tuā: audiamus quid dicat AMBROSIVS. Da mihi, inquit, quae alia vox egeris est: quae vox alia stipem publicam postulantis, nisi da mihi, hoc est da mihi quo ego, da mihi quia aliud viuendi subsidii habere non possum. Da mihi quia non est mihi panis ad victum, nūmus ad potū, sumptus ad alimentū, ad indumentū substantia, da mihi, quia nisi tu dederis habere nō poterō, da mihi quia scriptū est date elemosynam: hęc q̄ abiecta, q̄ vilia ī rege supple. nō habēt enim humilitatis affectū sed cupiditatis incendiū. Et bene infra sequitur, Audiuim⁹ vocem diuitis aliena quærētis: audiamus vocē pauperis propria mendicātis. Non fiat inquit hoc a deo vt dem tibi hereditatem patrum meorum. Hac Ambros. in lib. de vinea Nabothi, AVCT. Ecce o grāmaticae iam respōsio tua multiplici auctoritate dirūpitur. Adhuc stat doctrina catholica de mendicitate Christi cū sua victoria: quare nobis aliam ne te inuito Christus mendicauerit aquā postulans mulierem. Non obuiat medicitati Christi q̄ imperatiue dixerat da mihi: nec minus medicauit Achab, immo potissime mendicauit cōsimiliter, dicēdo Nabothi, da mihi vineā tuā. Nec minus medicauit Christus q̄ rē propria postularer a foemina, quia nec minus mendicauit Nabothi rem suā propria petēs Achab. Vel ergo tolle qd dedit respōsum, vel soluas Ambrosii argumētum. Sed addit adhuc istis ad solutionē praedictā scripturæ noster Vvitleff. faciēs vnā rationem pro populo & dicit vbi supra, c. subsequenti. VVITCLEFF. q̄ si dominus perit de suis, Qz si serui hoc ministret, non sequitur, q̄ medicat: ideo generaliter licet Christus dominatē de his bona acceperat, non ex hoc sequitur q̄ in hoc mēdicauit ab illis, sed potius q̄ ministerium boni proprii ab ipsis requisitum ad commodū ministrantium. AVCT. Posset sufficere ad suffocationē huius rationis vulgaris q̄ beat⁹ Augustinus iam supra cū tot doctorib⁹ plane dicit Christum ibi medicasse: sed volo rationi eius populari cū ratione occurrere: & implēdum est in eis quod vulgariter dicitur, viuat qui vincit. Si dominus aliquis libere cefferit bonis suis, ad certū tēpus non potest intra illud tēpus ab hypothecario suo quicq; dominanter exigere sed titulo misericordiae. Sed Christus secundū humilitatem suā ceffit his

bonis tēporalibus pro tempore mortalitatis suę, vt patuit cū fugit ne facerent eum regē, & cum diceret, regnum meum non est hinc: ergo sequitur q̄ nihil exegit dominanter per totum tēpus mortalitatis suae ad partem & vsū suę humanitatis ab hominibus, sed solummodo mendicāter. Et cōfirmabit istā rationem q̄ potestas iudicialis maxime est dominationi cōsuetā, secundū rationē eius coercitiuā, sed potestas eius iudicialis fuit per se & per totā trinitatē concessa hominibus pro toto tēpore mortalitatis eius: ita q̄ ipse fuit legaliter subiectus iudicio hominū sicut ipsemet testatur ad Pilatum, inquit, Non haberes in me potestātē vllam, nisi tibi datū esset desup. Ergo apparet catholicis a foriori verisimile q̄ potestātē suam dominatiuā secundum carnem super rebus consumptibilib⁹ ita concessit hominibus pro tēpore suę mortalitatis q̄ ab eis nihil tale dominanter exigeret durante tēpore: & in hoc exhibuit nobis maximam humilitatē suā in ordine ad res exteriores, sicut faciens seipsum de domino seruū magnitudinē humilitatis suę nobis exhibuit penes proprium suum suppositum.

Qz CHRISTVS MENDICAVIT
personaliter in diuersis aetatibus.
Caput III.

X



Oc est argumētum qd in improprietū & odiū fratru maxime solebāt Amorei & Vitaleuisti nostri ridere & cotidie recitare simplicib⁹ quos illudunt, tanq̄ instrumentum cōtumelię paupertatis Christi. Sed deus meus qui hanc mendicitatis inopiā in tua persona expertus es, tu scis improprietū meū & confusionem mei: & q̄ aduersum me in hac materia mendicitatis electe, quam tu ipse beatitudinem primā in euangelio signasti ore diuino: soli semper loquebātur qui sedebant in porta, & in me psallebant adhuc qui bibebāt vinum, qui honores mundi & fastum seculi prestolātur, bibentes semper de calice meretricis auarę, cui⁹ fex nō est exinanita. Bibēt enim inde omnes peccatores terrę dūmodo Christi pauperes calicem Christi bibūt & afflictionis eius miseria saturari reputāt grande regnū, grande nonne? certe satis grande. Sufficit enim seruo si fit velut domin⁹ suus. Vnde CHRYSOSTOMVS huius paupertatis amicus, super epist. Pauli ad Heb. Morā

lium. xix. Null⁹ inquit causet inopiā vt decemilium malorū causam: ne cōtradicat Christus qui pfectionē hęc ait esse virtutis, dicēs. Si vis p̄fect⁹ esse &c. Hoc enim & per discipulos edocuit. Prosequamur ergo inopiā, maximū enim bonū est vigilantibus. Fortassis quidam eorū qui hęc audiunt angariātur nō decredo. Multa enim ægritudo hęc apud plures hominū. Tanta est pecuniarum tyrannis vt vsq; ad verbera ferāt eius refutationē, sed & angariantur fortassis. Procul hęc ab anima Christiani, nihil enim ditius est eo qui inopiā elegit voluntarie & cum desiderio: hęc Chrysol. ibidē. AVCT. Videt omnes mammonæ sectatores si nō bene sensit Chrysolomus. Vos dicitis nullum se debere exponere tanto periculo vt maximā eligat paupertatem. Sed aliter diceretis si daretur sapere cum Chrysolomo, q̄ nihil sit ditius eo q̄ eligat inopiā voluntarie & cum desiderio: nō dicit de eo qui casu incidit in periculū, sed de eo qui hoc elegit: qui voluit, qui desiderāter vouit, nihil inquit est eo ditius, nihil a periculo paupertatis remoti⁹. Sed hoc vix ferre possunt q̄ in ditibus suis gloriantur: ideo pugiles facti auaritię partē eius defendunt, & pro ambitionis & cupiditatis exaltatione decerant vsq; ad sudores & studia, horrendam habentes inopiā & euangelii paupertatem. Nec est hoc nouū nec iam pridem auditū in terra: cum in tempore Chrysolomus contra sanctum doctorē simili studio iidem conflire sint hæratici: sicut ipse iam dixit, Fortassis quidem eorū qui hęc audiunt angariātur, nō decredo. Sed non minus ipsam laudauit cū in Christo eā fundauit. Hoc enim inquit & per sermones ipse dixit & p opera ostēdit & per discipulos edocuit. Sed quomodo Christus sanctam istam mendicam paupertatem per sermones dixit, qualiter p opera sua ostēdit qui scire cupit, audiat secundū seriem temporum quib⁹ Christus nobiscum morabatur in terris, & ab eius sacratissima natiuitate sumat exordium quando vile ipsū accepit tugurium: quales erant ipsi p̄nosē vestes, cunabulis caruit, & ad duri p̄sepis robora membra tenera collidebat: vbi omnia paupertatis insignia fuerāt cuncta medicitatis eius mōstrabant imaginē. Ideo in tāta vsū paupertate admirari non cessat in serm. suo de Epiph. q̄ incipit, Post miraculū &c. FVLGENTIVS dicens, O mūdi natura cōfer mecum quis est ille cui exhibēs obsequiū, & nō habet tectū?

quis est qui praesepit vagitibus implet, respon-
de mihi, Oro te dic mihi cum exhibes laudē,
non diu inquirat animus rationē. Stupēs enī
video pannos & intueor cēlos: aetuo cū con-
spicio in praesepi mendicū, & super astra praec-
clarum. Sed subueniat nobis fides quia ratio
naturę deficit. hęc Fulgentius. AVCT. Cur
non stupet cum Fulgentio inutilis Vvicle-
uista: cur nō aetuat: nisi quia forte oculus fidei
dei catholice ipsi clauditur, quo posset si iam
catholice crederet conspiciere Iesum nostrum
in praesepi mendicū, & super astra praec-
clarū, id est secundū formā visibilis carnis medicū,
in forma deitatis dominū opulentum. Quid
ergo tergiverſaris, quid moleste fers Christi
actualiter mendicasse. stante tanto dominio
cotidie arguunt discipuli tui: inconsonū esse
q̄ cū omnī dñs esset aliquid sui iuris mendicū
carer a seruo. Argue ergo q̄ ppter dominū
nō potuit esse propriū serui seruus: qui supra
legem non potuit esse sub lege: qui fuit om-
nipotens non deuinci potuit: cum audias co-
tidie dicentem Apostolum Christum crucifi-
xum ex infirmitate, viuētem vero ex virtu-
te. Et si vires vocabulorū attendas, nō minor
est oppositio relatiua dominī ad seruum vel
omnipotentis ad infernū q̄ sit diuitis ad mē-
dicum. Ratio inquis nō hoc permittit vt idē
dominus sit simul dominus & mendicus sui
peculii. Sed ideo orat doctor Fulgentius vt
fides subueniat vbi ratio naturę deficit. Ideo
deresctur tui discipuli audire Christum ha-
bituale esse mendicū sed subuenit fides Ful-
gentio vt Christum vagientem paruulū cō-
fiteretur mendicum: cum nō actualiter men-
dicarēt vt habituale mendicum tñ tunc tē
poris fateremur. Nec est fuga dicentibus? Amo-
reus q̄ solum tunc mendicauit in membris, &
q̄ sic concepit Fulgentius, quia tunc stupor
eius cunctis sapientibus esset in stuporē: quo-
modo enim stuperet vīr prouidus videre po-
pularē aliquem medicare in Christo? Nōne
cotidie fideles medicare videmus? quomodo
esset hęc stupēda res? vt quid est uaret videre
Christianū aliquē in terra medicum, & Chri-
stum caput eius super astra praec-
clarum? Non imputet aliquis tātā magno
doctori dementiā quem ex verbis eius vnul-
quisq̄ vīr sapiens velle potest apprehendere
q̄ Christum in sua persona miratur videre
mendicū & in eadē persona super astra praec-
clarum. Et HILDEBERTVS Cenomanēsis
episcopus in sermone quodā de sancto Andrea

qui incipit, Et quietū studium & attentū si-
lentium. Ipse, inquit, est qui fecit omnia & in
omnibus quę fecit quęcūq̄ voluit fecit. Huic
seruire regnare est, qui seruiuit p nobis sub
dura & graui necessitate: & purpurā suā di-
uinitatis cilicio nostrę mortalitatis operiēs,
pauper & medicus venit in regionē nostram.
Nūquid enim ludus vobis videtur Iudei, Pa-
gani, heretici & omnis illa subsanctū immo
insanentū turba: ludus profecto est vnde sic
vobis luditur, vt vobis illudat, hęc Hildeber-
tus. AVCT. Nec fieri potest q̄ aliquis dixit
Christū non potuisse mendicare quia omnia
ppria illius erant: sed ille non attendit quod
Christus in propria venit & sui cum non re-
ceperunt. Attamē secundū Augustinū glorio-
sius est hominibus dominari q̄ rebus: & quia
secundū logicos q̄ bonus est habitus tā mala
est eius priuatio, quāto gloriosius est domi-
nari hoībus q̄ rebus, tanto ignobilius est ster-
ni dominis in ratione serui, q̄ subiecti eis ratio-
ne mendici: sed gloriosus dominus potuit esse
seruus serui proprii, dicēte Apostolo, Ni-
hil differt a seruo cum sit dñs omnī. Nota
hoc argumētū. Et potest sic formari. Maiorē
oppositionem habet dominatio ad seruitutē
q̄ ad mendicitatē, quia dominus ad seruū est di-
recta oppositio relatiua, non sic dñs ad mēdi-
cū. Sed nō obstante illa oppositio Christus
fuit vere dominus & vere seruus: ergo potuit
esse vere dñs & medicus. Videtur ergo fide-
libus q̄ ille idē minus derogādo suo dominio
potuit esse medicus sui pprii peculii. Optabi-
lius em̄ est ingenuo medicare q̄ seruitute pro-
sterni cū multi sine preiudicio cōditionis mē-
dicent ingenui. In cuius cōfirmationē proce-
damus vltra ad tēpus maioris ætatis Christi
cū sedisset duodēnis in templo, vbi etiam ha-
bitū huius medicitatis in persona sua pduxit
ad actum. Et videamus quomodo consonēt
doctores catholici in materia medicitatis Chri-
sti in euang. Luc. Legitur q̄ cū factus esset Ie-
sus annorū. xii. reuersis parentibus remansit
puer Iesus in Hierusalē, vacauitq̄ tribus diebus
quibus querebāt eū parētes. His autē tribus
diebus victū suum publice medicauit secundū
doctorē Aluredum contemporanē sancti Ber-
nardi in quadā homil. sup eūdē passum euā-
gelii sic continent. ALVREDUS. Per tridū
illud vbi eras bone Iesu: Quis tibi cibum aut
potum ministravit? quis mēbra puerilia vn-
guētis fouit aut balneis? Scio certe q̄ sicut vo-
luntate nostram infirmitatē suscepisti, ita cū
velles propriam virtutē ostendisti, & cū vele-

les his obsequiis eguisti: de his autem exi-
stimare aut conicere temere aliquid aut affir-
mare nihil licet. Quid dicā deus me? aut vt
te nostrę per oīa conformares paupertati &
vitę humanę miserias calamitatesq̄ fuscipa-
peres, quasi vnus e turba pauperum stipem
per ostia mendicabas? Quis dabit me buccel-
larum illarum medicatarum participem fle-
ri, vel saltem illius diuini edulii reliquis sa-
ginari? Hęc ille. AVCTOR. Plana senten-
tia non egens glossa vel interpretationis au-
xilium quod Christus actualiter, personaliter,
& vocaliter mendicauit. Quod si aliquis ob-
iecerit hoc coniecturaliter & sub distinctione
ne a doctore dictū non definitiue. Scire debet
quod doctori placuit post distinctionē hoc ei
quasi definitum eligitur, & certe tunc senten-
tia sua de medicitate Christi ipsi videtur esse
rurior. Nam in fine distinctionis quasi pre-
eligitur ex omnibus vnā illam de mendici-
tate Christi clamosa vocē subinfert. Quis
dabit me, inquit, buccellarum illarum men-
dicatarum participem fieri? Sed cum isti ar-
guunt Christum nō potuisse mendicare, quia
non potuit perire nisi sua: sufficit mihi tunc
pbare multa fuisse illi non sua, vt ipsum pro-
bare potuisse mendicare. Nam AMBRO-
SIVS vt allegat eum Zacharias in vno ex
quatuor, capitulo centesimovicesimosexto,
querit. Cum alia sit imago dei, alia mun-
di: sed Christus non habuit imaginem Cæs-
aris, cur censum dedit? Et respondit non de
suo dedit sed mundo reddidit quod erat mū-
di. Et si tu non vis obnoxius esse Cæsari, nolī
habere quę sunt mundi. Hęc Ambrosius.
AVCTOR. Et in epistola de corpore & san-
guine domini, quę incipit domino & amico
meo Vvaleriano, de Christo loquens dicit,
ANSELMVS. Paup̄ vero ita fuit vt veniens
in mūdum non in sua sed in aliena domo na-
scereretur. Et natus propter inopiā loci in pre-
sep̄o brutorum animalium poneretur. Hęc
ille. AVCTOR. Transeamus vltra versus
extremum vitę Christi mortalis cū post lau-
des populī clamantis osanna, vendentes eie-
cit de templo relictiis illis abiit foras extra ci-
uitatem. Matthei. xxi. Super hunc locū HIE-
RONYMVS. Hinc inquit intelligi creden-
dum est q̄ dominus tantā fuerit paupertas-
tis, & ita nulli adlatus sit vt in vrbe maxi-
ma nullum hospitem, nullam inueniret man-
sionem. Hęc ille. AVCTOR. Ecce iam vbi
sunt loculi Christi de quibus iactatis eum di-
xisse cum aliis vbi omnipotentia domini ostē-

ditur vbi diuitiē demonstrantur? Ideo relictiis
illis abiit extra ciuitatem quia nullum habe-
bat hospitem. Quare non imperauit suis fa-
delibus & electis dare sibi cibum de proprio:
sicut eum Samaritana dicitis imperasse. Sed
iterato me mordes q̄ si tantę fuerit paup-
tas, cur ergo non mendicauit hospitium? Sed
huic quęstioni respondet qd̄ annexit Hie-
ronymus, q̄ dominus tantā fuerit paupertatis
& ita nulli adlatus q̄ in tanta ciuitate nul-
lum haberet hospitem. Superius habes ex Au-
gustino q̄ mendicare est ad misericordiā ho-
minum viuere, Hierosolymitanorum miseri-
cordia non potuit tunc sine adulatione viuere,
ideo nec tunc eos potuit mendicare, alias
autem cum sine crimine potuit mendicare.
Ideo idem Hieronymus super praefatū ve-
riculum, Persecutus est hominem inopem &
mendicum &c. dixit Christum seipsum nū-
cupasse mendicum. HIERONYMVS. Do-
minus, inquit, inopem se dixit & mendicum:
& quis in diuitiis suis gloriabitur? Habetis
consolationem pauperes, dominus vobiscum
pauper est. Hęc Hieronymus in minori bre-
uiario, & idem dicit super Psalterium, AV-
CTOR. Ecce quod Hieronymus admiran-
ter interrogat quis gloriari possit in diuitiis
suis, vbi dominus inopem se dicit & mēdi-
cū: vt plane demonstraret & se loqui de Chri-
sto in persona sua: quia nō multum esset in-
terrogatio discreta, quis gloriabitur in diui-
tiis suis quando talis Christianus est inops
& mendicus? Et consimiliter ostendit idem
beatus HIERONYMVS Christum mēdi-
cū in epistola ad Furiam, dicens, Intelligē-
ge super egenum & pauperem: omni peten-
ti te da sed maxime domesticis fidei. Nū-
dum vestī, esuriētē ciba, ægotiantem vifi-
ta, quotiescunq̄ manum extenderis Chri-
stū cogita: & caue ne mendicante domi-
no deo tuo alienas diuitias augeas. hęc Hie-
ronymus. AVCTOR. Vbiq̄ quasi cla-
mant sancti doctores & potissimum veteres
Christum esse mendicum, sed nostri inde vi-
lipēdunt ieiunos, quia delicate tractant om-
nia conuiuia, spernunt virgines qui volu-
prantur coniugis vel & nostri clerici qui sa-
ginantur diuitiis mendicū erubescunt Chri-
stum & contemnunt eius inopiā quam lau-
dare deberent. Vnde ad se beatus CHRYS-
OSTOMVS. O, inquit, Chrysoſtome, ve-
rectandaris audiens q̄ medicat Christus? Ve-
rectandare magis cum mendicanti non des-
hoc enim est verecūdia; hoc supplicium;

hoc tormentū. Mendicare enim cum eius bonitatis sit signum ornari in eo nos oportet. Non dare veto crudelitatis. hęc Chryso-
stomus homil. lxxxvi. sup. Marc. opere imperfecto.
AVCT. Quo iam tendis? quo fugis? qui do-
minum erubescis habere mendicum, tu ipse
mendicus & pauper. Ingenius nullū quantū
libet inopē diffitetur sibi esse p̄pinquū. Ser-
uillis est conditionis erubescere; humiles, nul-
los nosse nisi p̄claros: saltem in codē Chris-
sto non abneges mendicitatem cuius habes
venerabilem maiestatem.

Q. CHRISTVS INSTITVIT DI-
scipulos suos medicare. Cap. V.



Non tamen puto me adhuc
satisfecisse petentibus, nō
tam de Christo q̄ de disci-
pulis eius q̄ medicauerint
aliquādo, donec eos mendī-
casse probauerim. Omnia
tamen scribēs cum reuerentia fidei confiteor
quantū me cogit veritas Christiana. Quātū-
cunq̄ gloriose iam sedeant domini mei disci-
puli Christi splendiores altris in illis al-
tissimis sedibus judicialis triclīni: profiteor
tamen q̄ ipsi sunt qui olim cecī mendicabāt
in via. Et quis quidā illorū vicini priuatim
susurrant q̄ ipsi nō sint qui mendicabāt olim
in hoc mundo in via ad patriam: dicētes ne-
qua q̄ medicauit Iacobus, nequa q̄ Iōānes, sed
paup̄ erat omnis Christi discipulus vt simi-
limus videretur esse médico. Alii autē vicini
euāgelicę veritatis dicāt ecōtrario, Certe hic
est qui medicauit, inter disceptādū opponat
se aliquis dominorū meorū, & dicat: indubi-
tanter ego sum qui mendicauit & medicitate
corporalem victū transegi, sedens in via, do-
cens a via quę est Christus: sic ait in cōmen-
tario super illud Marci, Cōfestim vidit & se-
quebatur eī HIERONYMVS. Via iuxta
quam sedit cecus qui mendicabat est quę di-
xit: ego sum via, veritas & vita. AVCTOR.
Iuxta hanc viā sedit vnusquisq̄ apostolorum
eius & vnusquisq̄ primęus discipul⁹. Iuxta
viam in qua ipsi Christo proximiores & p̄-
cunctis mortalibus conuersationi eius cōfec-
derant iuncti & imitatores domesticī pau-
p̄tatis Christi medicę & penuricę Christiana-
næ. Via enim iuxta vnā eius proprietatē est
nudata diuitiis, & destituta preciosis reb⁹, ne
transeuntes auferāt quę delectāt. Et ne mū-
dus aliquid possit auferre discipulis Christi

nihil omnino volebant habere de mundo sed
nudabāt potius semetipfos omni precio se-
culi professione perpetua. Ecce inquit nos
reliquimus omnia & secuti sumus te: & tunc
primo conformes facti Christo via facti sunt
sermonum Christi, per quos possit inter gen-
tes euolare liberius, hoc enī eos docuit Chri-
stus in via. Vnde, xvij. de ciui. dei, cap. li. AV-
GVSTINVS. Dixerant inquā potētes illi,
ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.
Hoc votum potissime vouerāt: sed vnde hoc
eis nisi ab illo de quo hic continuo dictū est,
dans votum vouēti. AVCT. Audite, inquit,
dixit Augustinus, hoc votū potissime voue-
rant si aliud sibi vnde viderent referuassent,
tunc hoc votum non potissime vouerant. Et
si nihil in re saltē in spe futura cogitarēt, vel
si non de suis sed tantū de alienis facultatib⁹
potēter non suppliciter viuerent: certe adhuc
hoc votum paup̄tatis non vouerūt potissi-
me: quia super omnia hæc altior est pauper-
tas eius, qui postq̄ omnia sua reliquerit men-
dicare cogitur aliena: iuxta qd̄ supra dixerat
Chrysostomus cap. i. In Greco inquit non di-
citur, Beati pauperes sed beati medici: quia
pauper est qui angustia quidem habet, non
autem tantam vt mendicare cogatur. Igitur
Apostoli qui votū vouerant paup̄tatis al-
tissimæ vsq̄ ad ipsam mendicitatē feruntur.
Alia est vię proprietatis quę huic rei correspō-
det in apostolis. Vię enim publice quę maxi-
me conculcatur a populis non nisi mendica-
ta stipe reparantur. Sic domini mei Apostoli
p̄cones verbi, lux mundi, & via publica pa-
radisi, seiplos substernebant cūctis gentibus
viam incedētes versus cęlū. Sed tamē nō nisi
in mendicite laffa eorū corpora refecta sunt,
& stipe publica reparata. Sed vnde hoc eis
interrogat Augustinus nisi ab illo de quo di-
ctum est, Dans votū vouenti, nisi a Iesu Chri-
sto vt vbi sit ipse sit & discipulus eius: mendi-
ci discipuli cum auctore mendico. Interrogas
forte an plane scriptura pronunciat q̄ Chri-
stus dominus noster hoc instituit. Nam labo-
rem exigeres a nobis vltra vires si non ante
nos q̄ Christ⁹ hoc instituerit inuenisset, sub-
tilis ille & verus doctor Theophilus. Vbi enī
habet euangelium Luc. x. in eadem domo ma-
nete edentes & bibentes quæ apud eos sunt,
sic habet THEOPHILVS. Vide ergo qua-
liter discipulos mendicare instituit & precio
eos nutrimentum habere noluit, hęc Theo-
philus, AVCTOR. Breue quidē verbū sed
viribus amplum. Non erat discipulorum

peccatrix mendicitas quam Christus insti-
tuit: sed nec etiam spiritalis edulii qualiter
Amoreus aliquis diceret, sed corporalis. Edē-
tes inquit & bibentes quæ apud illos sunt.
Vide, inquit, Theophilus in prædictis vera-
bis edētes & bibētes quę apud eos sunt, qua-
liter Christ⁹ Iesus dñs noster discipulos suos
medicare instituit. At ne tergierferis canē-
do hoc nō esse p̄ceptū a p̄posito, sed si for-
san casu cōtingeret eis talis egestas medicare
liceret: non tamē profiterētur mendicare vel
periculo se medicitatis professione paup̄ta-
tis exponere. Certe doctor ipse seipsum tibi
opponit & euāgelicā veritatem vbi Christus
iussit discipulis dicēs. Nihil tuleritis in via,
neq̄ virgam, neq̄ peram, neq̄ panem, neq̄ pe-
cuniam neq̄ duas tunicas habeatis. Luc. ix.
Sic enim inquit idē THEOPHILVS. Ipsos
mendicos mittit, neq̄ panem ipsos portare
vult, neq̄ aliquid quibus indigēt multi, hęc
ille. AVCT. Iunge singula singulis medica-
re instituit edendo & bibendo quæ apud eos
inueniāt: & vt apud eos sic mendicet a pro-
posito ipsos mendicos mittit, sine virga sine
pane, sine pera, sine pecunia. Planū ergo est q̄
ī sic statuēdo & sic mittēdo nō casu cōsultit,
sed p̄cise & bene p̄sæ miserie post futurā.
Verum & quantū Christus noster detesta-
tus est mūdi diuitias & apreciatus rerū ege-
statem & penuriam luculētē declarat q̄ ma-
trem suā charissimā vni de prædictis mendi-
cis finaliter cōmendauit: quā vtq̄ illi cōmen-
dasse noluisse si quicq̄ secularē p̄ter Chri-
sti gratiā possedisset. Vnde libanī. de viduis,
versus medium libri, tractans hunc textum
euangelii, Accipit eā discipulus in sua, sic enī
legit non suam, AMBROSIVS. Quid est in
sua, inquit, cum reliquerit patrem & matrē
& Christū sequutus sit: aut quō in sua cum
ipsi apostoli dixerint, Ecce nos relinquimus
omnia nostra & secuti sumus te: quę sua ha-
bebat Iōannes, qui secularia & mundana non
habebat: qui & de mundo non erat? Quæ er-
go habebat sua, nisi ea quę a Christo suscepe-
rat? Audite quæ Apostoli a Christo accepe-
runt, Accipite spiritum sanctum: quorū remi-
seritis peccata remissa erunt &c. Neq̄ enī ma-
ter Iesu nisi ad possessore gratię demigraret,
vbi Christus habebat habitaculum. hæc ille.
AVCT. Videt e confessionē sancti Ambrosii
q̄ sanctus Iōannes vi professionis illius, ecce
nos reliquimus omnia, nihil sibi referuauit de
mundo, non aurū nec argentum, non agrum,
non domū: sed omnibus his contemptis pau-

per & nudus in solū hospitii gratię quod ac-
cepit matrē domini recollegit, quæ vtq̄ ad
illum, non diuertet si quicq̄ p̄ter gratiā
possideret: quia nō est conuētio dei ad Belial.
Sed hic remurmurat Vvicleiff, cum collegio
Amoreorū q̄ ex tanta discipulorū paup̄rie,
non necessario debet inferri mendicitas: quā
etiā fremūt in doctorē Theophilū quē quia
plane negare non audent, saltē obiurgant vt
quod tā sponte nulla scriptura cogente dice-
ret discipulos medicasse hospitium, quod eis
debebat iure gratitudinis naturalis & legis
illius euāgelicę, dignus est operarius merce-
de sua. Matthei & Luca. Et iterū Apostolus,
Dominus ordinauit his qui euangelii annū-
ciant de euāgelio viuere, i. ad Cor. ix. Quomo-
do ergo inquit possent discipuli mendicare
ea quę fuerant sui iuris? Sed qui istud procu-
rauerūt obiectū, bonum est vt scripturas ma-
gis aperiāt & intrent ne seducantur spe re-
p̄te fallacię credētes intus esse quę foris stent. Nam
Apostoli qui cūcta sua reliquerunt p̄ter deū
poterant eque renūciare omni iuri possidēti
quodcunq̄ tēporale sub quocunq̄ titulo illud
haberent. Et sic ex institutione Christi eos fe-
cisse credendū est: sicut & Christus frequēter
renūciavit habēs quę erant ipsi debita. Sicut
etiā fecit Apostolus Paulus, i. ad Cor. ix. Nisi
quid nō habemus potestatem inquit, inuadēti
& bibēti. Et post pauca, Nos nō vsi sum⁹ hac
potestatem sed omnia sustinem⁹ ne offendica-
lum demus euāgelio. Et HIERON. in p̄sona
Pauli in Annotationib⁹ suis ait ibidē. Vobis
exēplū p̄beo tam proprii q̄ alieni causa dis-
criminis, saltē ab illicitis abstinere, etiā vide-
tis me aliorū causa salutis debita contēpisse.
AVCT. Quo facto vel debebant tunc victū
suū trāsigere op̄re manuali sicut fecit apo-
stolus Paulus, quod de aliis apostolis scriptu-
ra nō recolat, sed tm̄ de Paulo, vel ex medici-
tate exigerēt sibi stipem sicut affirmat illos
fecisse Theophilus: q̄ etiā de apostolicis acti-
bus magis nouit q̄ nostri Vvicleuistę q̄ tan-
tum de apostolica auctoritate gloriātur, ac si
caracterē imprimeret eis immobilē. Sed vere
ab omni pio catholico potius credēdū est vnū
quęq̄ discipulū Christi renūciasse titulo iu-
ris sumpt⁹, & humiliter mendicasse victū ne-
cessarium q̄ aliquo modo circa scripturas sa-
cras tātum & tam sanctę auctoritatis virum
Theophilū esse mentitū. Sed & alter vir quia-
dam deuotus & de scripturis sacris non pa-
rū expertus dixit euangelistas nullū habe-
re ius in sumptibus vsq̄ ad euāgelium sus-

ceptum & fidem ab auditoribus amplexatā. Quis inquit ab auditorib⁹ suis prius potest exigere opera fidei s̄ fidem, elemosynam q̄ credentiā Christianam: Sed euāgelista Christi secūdu verba Apostoli debet pascere gregem, & tunc de lacte gregis manducare: tunc scilicet quādo factus est grex eius. Nō enim est ius vt de alieni gregis lacte pascatur. Er qui plātavit vineam, fructū sumet, sed quam ipse plātavit. Primo ergo prelatū & futuros fructus spectet quibus pascatur. Sic etiam sonant reliqua verba quę subiūgit Apostolus: debet in spe, inquit arare qui arat: & qui triturat in spe fructus percipiēdi. Sed qui arat nō statim comedit nec qui triturat: sed post laboris effectū qui laborat suscipit fructū laboris, ideo nihil erat euāgelicis Christi discipulis debitū qđ per eorū labores non habuit incrementū. Tēpore ergo medio sūpt⁹ i quos vsus suos susceperāt, mendicabant. Ille collectæ etiā s̄ebant in ecclesiis Galatię pro eisde sanctis in Hierusalē: pater primę ad Corint. xvi. Tempore etiam sancti Pauli multa milia discipulorum Christi vixerunt mendicantes: quia & Paulus seipsum cōmemorat facturū & fecisse pro sanctis collectas in ecclesia Macedoniae, & hoc idem fecit in ecclesiis Corinthiorum, secūde ad Cor. viii. & ix. Sed hic dicere aduersariū qđ nō erat illa mēdicitas sed potestas, Paulus enim hoc fecit potestate prelationis suę. Sed imprudētes sunt illa dicētes qđ non plene viderint qualiter ibi Apostolus dicit oppositū, nō quasi imperās dico inquit, sed pro aliorum sollicitudine, etiā vestrę charitatis ingenium bonum cōprobās. Super qđ HIERONYMVS in Annotationibus. Nō impero, non exigo: sed cōsiliū do. Est enim in vobis sic ingēnita pietas vt ab aliis eādē minime discere egeatis. hęc Hiero. AVCT. Iterum primę Cor. xvi. Sic vnusquisq; vestrū reponat apud se recondens quōd ei bene placuerit, ergo secūdu placitū non secūdu debitum recōdebant. Quo ergo titulo colligit elemosynas propter sanctos: si non imperat sed cōsultat? Titulo pietatis solum sicut dicit Hieronym⁹. Est in vobis sic ingēnita pietas. Elemosynā autē rogare corporalē solo titulo misericordię & pietatis est mendicare etiā per diffinitionē. Pater ergo ex titulo collectę qđ collecta illa fuit mēdicatio mera, & qđ sancti illi qui scilicet habitabāt Hierusalē contine in templo mēdicatioe viuebāt: quos supra in alio libro dicit Hieronymus de illustribus viris fuisse tūc quod monachi sunt nūc,

vel esse desiderant: scilicet religiosi, & cū hōs mendici: quod antiqua semper fatebatur ecclesia: & etiā ad nostra vsq; ferretēpora, vetus illa inter doctores duravit cōfessio. Antiquum vobis adduxi Theophilū, & recētem nostri temporis vobis adducam eloquētissimum Petrū Blesensem eiusdem professionis consortē, vt sim aliquāliter conformis scribē illi euāgelico cū pterierim in p̄bationē negocii sacroscti noua & vetera. PETRVS BLESENSIS. Nunquid soli diuites, inquit, huius seculi thesauros habent, vt faciant oblationē deo? Ecce peccatores & abundantes in seculo obtinuerūt diuitias nūquid acceptiores sunt qui thesaurizant in terra? ergo pauperes & p̄nosi discipuli Christi & filii sponsi quorū vox est: aurum & argentum non est mecum: porro paupertatē suam summas diuitias reputant, qui nihil habentes & omnia possidentes Christum nudum nudī secuti sunt, isti & sequaces eorū licet mendici & inopes essent, tamen erant honorati & diuites apud deum & sanctos eius. Nam de illis Apostol⁹ dicit, Gratias ago deo meo qđ in omnibus diuites facti estis in iustitia & in omni verbo & sanctitate, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. Hęc Petrus Blesens, in sermone quoda de Epiphania qui incipit, Apertis thesauris suis. AVCT. Videtis iam etiā Petrū Blesensem dixisse discipulos Christi fuisse mēdicos: nec ipsos tm̄ sed & sequaces eorū. Omittat ergo aduersariū culpā necessariam & insugibile sanctę mēdicitati conuincere: quā tāto studio dños meos Apostolos & primęuos Christi discipulos viderit amplexari.

Q̄ ELECTA MENDICITAS FVIT multis sanctis votiua. Cap. VI.



Ec vere nec ad has metas tantū sancti iuris celestis pater suos filios obligauit: quia nec iniquū illud in lege eius vsq; inter decreta discipulorū inseritur. Hoc tantū vobis licet agere quod Christus fecit, aut quod fecerunt Apostoli. Non enim leuerūt agros, nō portabāt coronas auri isculptas, nō didicerunt artes, non radebant barbas: esto qđ nec mendicabāt. Si vis agrum ferere, cur ego pauca mendicare? Si tibi licet hoc quod nō exercebāt apostoli, cur mihi nō licet quod certū est quod verū est quod apostoli exercebāt? Maxime cum & si nunq; pe-

nitus mendicasset, potest tamen piis religiosis licere mendicitas. Sed demus locum parumper aduersario veritatis, & quid de hoc dixerit audiam⁹. VVITCLEF. Quis in euangelio, inquit, legitur de quibusdam qđ in p̄nam peccati populi satis licite mēdicabant, vt pater Lucę xvi. Tamen manifeste patet qđ ille modus mendicandi originali iustitię & statui innocentię contradicit. Isti autē sunt stultificati idiotę qđ nesciētes inter paupertatē & mēdicatē distingere primam quę perfectionē sonaret dimittunt, & secundā cupide vt Scarioth amplectuntur. Hęc Vvitleff quarto trialogi cap. iiii. AVCTOR. Certe qualiter originali iustitię contradicat mendicitas, nondum video: nec etiam ipse vidit, ideo nō expressit: quomodo tamē contradicat statui innocentię tm̄ video, qđ status ille seruatus absq; lesione peccati fugaret omnē inedia & omnē miseriam famis, sitis, tristitię, mortis & similia: sicut etiā ipse se declarare videtur in diabolico illo libello de diabolo & membris eius cap. tertio. VVITCLEF. Patet inquit, de statu innocentię vbi non forent aliqui mendicantes, sicut nec erunt in beatitudine. AVCTOR. Placet mihi qđ iam dicis: & sic saltem mendicitas contradicit statui innocentię. Quid queris ampli⁹? ideo ergo est culpabilis: ideo execranda electa mendicitas! Ac nonne sic damnasti famē, sitim, & passionē saluatoris, adde tristitiam, adde mortē. Nōne hęc omnia innocentię statui cōtradicit: potissime qa sponte & ex electione crucis sustinuit maledictum, sicut fratres sponte eligunt mendicare. Vltra hęc omnia, cur hac euidentia tua fallaci subtraxisti clericis officium prędicandi: cur sacrorum celebrationē: cur elemosynę largitionē, cum in statu innocentię nō forent aliqui mendicantes, nec sacramēta celebrantes, nec elemosynas largientes: nulli tristantes, nulli sitis, famis, aut mortis iniurias sustinentes. Sed sic saltem discite aliqua esse meritorie faciēda p̄ statu naturę corruptę quę omnino repugnant statui innocentię. Idiotas nos vocas nescientes inquis, inter paupertatē distingere & mendicitatē: quarum primam dicis esse perfectionē, secundam culpabilem. Sed ego primam tecum collaudo, tecum approbo paupertatē. Sed sicut stella a stella differt in claritate sua sic paupertas pręfidet paupertati. Nam cū omnis paupertas pro

Christo sumpta perfectionē dicat, maxime tamen illa quę pertingit ad vltimā egestatem, ita vt prę rerū penuria paup Christi mendicare cogat, vel in se vel per aliu, actu vel habitu. & hęc est mēdicitas quę prędicamus, non coactū mendicantis presentē, sed promptum animū volentē sic egere p̄ Christo, & sic e medio tollere egestatē. Opinonis quoq; vestrę carnalis fuit quādoq; sanct⁹ Hierony, cū sic cōsuleret sanctę Paulę scēminę consulari ne simul donaret oīa sed aliqua tm̄ egenis, dicente domino: Qui habet duas tunicas det alterā non haberi: non dixit vt rāq. Cuius tunc monitionis se ipsum poenitēdo correxerit, & sententiā sanctę Paulę ad mēdicatē sanctę p̄perantis sententię suę pręposuit ita dicēs. HIERONYMVS. Fateor, inquit, errorem meū cū in largiēdo Paula supple esset profusus, atque illud profers de apostolo non vt aliis refrigerium, vobis autē tribulatio, sed ex æqualitate in hoc tēpore vt vestra abundantia sit ad illorum inopiā. Et hoc de euāgelio saluatoris: Qui habet duas tunicas det alterā non habenti, & pręcaudum esse se ne qđ libēter faceret, semper facere non posset. Multa quoq; huiuscemodī quę illa mira verecundia & sermone parcissimō dissoluebat testem inuocans dominum se pro illius nomine cuncta facere, & hoc habere voti vt mendicans ipsa moreretur: vt vnū nummū filiā non dimitteret, & in funere suo aliena syndoche inuolueret ad extremū inferebat. Ego si petiero multos inueniā qđ mihi tribuant. Mendicans si a me non accepit quę ei possum etiam de alieno tribuere, & mortuus fuerit, a quo anima ei⁹ regretur? Ego cautior re familiari esse cupiebā, sed illa ardētior fide: toto saluatori animo iungebat, & pauperē dominū pauper spiritu sequebat, reddens ei qđ acceperat p̄ ipso paup effecta. Deniq; cōsequuta est qđ optabat, & in gradū ære alieno filiā dereliquit: qđ adhuc usq; debens, nō suis virib⁹ sed Christi se fidit misericordia redditurā. Hęc Hieronymus in ep̄aphio sanctę Paulę. AVCTOR. O mi sancte pater Hieronymē, cur detraxisti sic sermone veritatis, vt verba quibus sanctam Paulam a mēdicatis proposito reuocares diceres errabunda? Fateor inquis, meum errorem, & cum illa attingerit quod optabat facta scilicet mendicare pro Christo & in grandi debito derelicta. In quo ne videret peccasse, exemplum ha-

buit defensionis Abdiae sancti prophetae q̄ toto censu exhausto in pastu pphetarum, etiam in magno debito dereliquit vxorem. Quā tamen fecit redimere sanctus Helise⁹ in olei incremento secundum Magistrū historiarum, quarto Reg. Cur te postponis sanctae Paulae dicens, Ego cautior re familiari, illa ardentior fide: cum Vviteless noster & Amorei oēs succlamātes fratrib⁹ q̄ sic fecerunt dicāt eos hareticos fide, deuos & blasphemos. Sed video iam illos cū sic dixerit delirare, potissimū cum te video tam perpesso studio mendicam meam paupertatē approbare. Quid dicit Vviteless ad sanctam Paulam? quo oculo potes iam contemplari Hieronymū? Q̄ si non Christianos in hac tanta paupertate laudaueris, saltem ethnicos admirare. Refert Augustinus libro de ciui. cap. xviii. de quodā Mutio Valerio cōsule qui ad tantā paupertatem deuenit vt non nisi mendicata stipe habuerit sepulturam, & per hoc excitat nostros Christianos ad paupertatem consimilem. AVGVSTINVS. E. quis, inquit, Christianus audebit se extollere de voluntaria paupertate vt in huius vitæ peregrinatione expeditior ambulet viam quæ ducit ad patriam, vbi verē diuitiæ deus ipse est: cum audiat vel legat Mutium Valerium qui in suo defunct⁹ est consulu, vsq̄ adeo fuisse pauperē, vt nūmis a populo collatis eius sepultura curaretur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce salua fide qualē Mutium Consulē, talē sanctam Paulam foemīnam consularē: saltē in mendicitatis articulo coequales. Paulam medicam probat Hieronymus, Mutium pauperē extreme approbat Augustinus: & tu nostros redarguis voluntariæ paupertatis professores: Si non sumus pauperes vt Mutius, sumus tamen vsq̄ ad mendicitatem egenes vt Mutius. Quid enim refert si per se vel per alium, quis mendicata stipe vltimā redimat egestatem? Quam paupertatē laudabilem dices o Vviteless, si non laudaueris illam quæ fuit Mutii, quæ fuerit Paulae? Paupertatem dico vsq̄ ad mendicitatem pro Christo. Dicit paupertatē esse perfectionis, non tamen illam mendicam: & Augustino non videtur voluntaria Christianorum paupertas extollēda, quæ sit mendica Mutii paupertate inferior. Sic em̄ concludit Augustinus illud capitulum: q̄ talia quæ fecerunt Romani & passi sunt pro ampliacione & gloria ciuitatis suæ terre

næ mouerent nos Christianos. Q̄ si p̄ dei gloriosissima ciuitate ea nō tenuerim⁹, pudore pungamur: si tenuerim⁹, superbia nō extollamur. Adhuc artēde fidem gentilitiū, nam Valerius Maxim⁹ quarto de dictis & factis memorabilib⁹ sic habet de eodem, vocās eum Mutium Agrippā. VALERIUS MAXIMVS. Nisi, inq̄t, a populo collatis in capita sextantibus, funerat⁹ esset, ita pecunia inops decessit vt sepulturæ honore caruisset. Et multis ibidem huiusmodi cōmemoratis subiungit Valerius in fine capituli. Quid ergo mendicam fortunā quasi præcipuum generis humani malū diurnis conuiciis laceramus, quæ vt non abundantibus, ita fidis vrbibus Publicolas, Aemilios, Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, hisq̄ paria robora virtutis aluit, nam q̄ per Romuli casam, perq̄ veteris capitolii humilia tecta & æternos Vestæ focos fictilibus etiā nunc vasis contentor, iuro nullas diuitias talium paupertati vitorū posse præferri. AVCTOR. Ad vos loquit̄ ethnicius ille o Christiani & o clerici Christiani, quibus nulla foret hæreditas nisi fors domini secundum Origenē, vos in quā sacerdotēs q̄ paupertatem professi estis secundum Prosperum, sed in præuaricationē eius primi mendicitatē erubescitis, & Christi paupertatē spernitis vltra modum: si sanctos, si catholicos nō auditis, saltem audite Valerium. Quid, inq̄t, mendicam fortunā quasi præcipuum humani generis malū diurnis cōuiciis laceram⁹? Iam erubescit Sydon ait mare, satis peccasti q̄ hucusq̄ te delinquentem in Christi & discipulorum eius mendicitatem sacratam gentilis homo redarguit. Sic mittitur Iob gentilis secundum Gregorium vt saltem puderet fideles inferiores esse gentili. Sic mittitur vobis Valerius vt a somno defesaret auaritię, vbi Christianus non potest spretus, saltem ab ethnico redarguti audiat. Quid medicā fortunam quasi præcipuum generis humani malum diurnis cōuiciis laceram⁹? Et Chrysostomus commemorat monachos sui temporis mendicasse panem, vnde redarguens quosdam maliuolos qui nolentes dare mendicis plebeis, dixerunt eos satis habere, & foenatores esse & impostores: sic dicit CHRYSOSTOMVS. Non persuadeor, nō credo vt fiat, vt scilicet foeneret quis & in abundantia existens mendicet. Et tunc bene in fra. pro maiori inconuenienti insert,

q̄ isti detractores conformiter obloquuntur sanctis monachis mendicantibus vitium suum. Nunc autem in hoc venimus irrationalitatis, vt non solum inopibus hoc faciamus qui per actas rimas vadunt, sed & in viris monachis: ille ipostor est ait, circumdelatus inordinatus. Quid dicit: vt panem accipiat ipostor est! &c. AVCTOR. Sed si honori desertis ecclesiæ quod multum prætentis, adhuc cæci estis plus ethnici. Nunquid viri illi præclari Fabricii, Curii, Scipiones, Scauri q̄ in medio omnium honorum & consularis & dictatoriæ dignitatis sunt reperti mendici? Quid ergo timebit ecclesiasticus in sua persona debere patri ruinam honoris si omnibus suis renunciauerit diuitiis, & summæ mendicitatis & Christianæ paupertatis tenuerit fastigium? Mira res humanam gloriam temporalem & diuitias mendici cōsules, cum multo honore tenebant & auxerunt. Et pauperē ecclesiam sustinere nulli possunt cum ei⁹ gloria & honore nisi summis diuitiis referti cupidī sacerdotēs. Sed tres pueri in domo Nabuchodonosor, Sydrac, Misac, & Abdenago multis fulserunt honoribus, & magistri fiebant operum regalium, & hoc ad maximum honorem & consolationem suę gentis Iudæorum tunc ibi captiua: & tamen si habuisset optionē elegissent magis mediocriter domi. Si mihi nō credis, audi CHRYSOSTOMVM id dicentem super Matthæum opere perfecto Homilia quarta vel Moralium decimo. Non enim mihi eos quos in regalibus artri inuenerint honores dicant. Sancti enim existentes & iusti decies milies elegissent mendicare domi, & eis quæ in templo erant bonis potiri. Elegeri enim ait, abiectus esse in domo dei mei, magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum, & melior est dies vna in atriiis tuis super milia. Decies milies vtq̄ elegissent abiecti esse domi q̄ regnare in Babylonia, Hæc Chrysostomus. AVCTOR. Sed econtra rio, clerici nostri dicunt melius esse & sanctius regnare in Babylonia, repleti thesauris & occupari diuitiis q̄ abiectum esse domi, vel mendicum in templo esse Christi, immo qd̄ mai⁹ est sunt qui veteris legis illud paradigma conducunt ad probandum omnem mendicitatem voluntarie assumptā esse culpabilē: ga, Omnino nō erit egenus & mendicus inter vos, soluant si possunt, hoc assumptum Chrysostomi q̄

isti sancti pueri & iusti existentes q̄q̄ sanctam & innocentem vitam in atriiis duxerunt Babylonicis, tamen si data esset optio decies milies elegissent mendicare domi. Po test forsā quis licite vnū bonum alteri minus bono præsumere, & perplexus minus malū magis malo præeligere. Sed nulla lege nullo sane consilio potest quis peccatum aliquod & plane malum bono & iusto vitæ præponere, vel ergo validis mendicare non erit peccatum, vel non erat peccatum mendicare, & vt sic Iudæis prohibiti, maxime cum hi Iudæi erant & sancti tempore legis, legis cultores. Dicant isti quod volunt maxime cum sine auctoritate loquuntur, magis laborauit omnibus illis, credo Valerio cui etiam creditur Augustinus q̄ nullæ diuitiæ præponi possunt paupertati mendicæ Mutii & sociorum eius: per quos mendicos maxime florebat Romana respublica. Et cur similiter voluntaria paupertate maxime vsq̄ ad mendicitatem quæ exemplauit Christi⁹ Iesus noster cum discipulis suis non posset ecclesia sublimari in paupertate fundata, non in diuitiis sicut regnum Romanum. Cunctis enim peritis Romanis testatibus Romana vacuata paupertate, & regnum Romanum cepit decrescere. Vnde Lucanus: Fœcunda virorum paupertas fugitur, totoḡ accersitur orbe. Quæ gens quæq̄ perit. Taliq̄ plura vni⁹ poetæ assumit Augustinus in epistola ad Marcellinum inducens eum per hoc ad voluntariam paupertatem, quia ipsa quandoq̄ sublimauit Romanū imperium. AVGVSTINVS Secundum illud poetæ inq̄t. Seruabar castos humilis fortuna latinos. Quondā nec vitiiis cōtingi parua sinebat. Tecta labor sōnig breues, & vellere tusco. Vexatæ duræq̄ manus, & proximus vrbī. Annibal & stantes collina in turre mariti. Nunc patimur longē pacis mala, sequior armis. Luxuria incubuit victiq̄ vlcisitur orbē. Nullum crimen abest facinusq̄ libidinis ex quo Paupertas Romana perit. Quid ergo expectas, inquit Augustin⁹, vt ego exaggerem quanta importauerit successu prospero iniquitas subleuata, quandoq̄dem & ipsi qui aliquando prudentius attenderunt pl⁹. doleandum viderint paupertatem q̄ opulentiam perisse Romanam. In illa enim mortū integritas seruabat, per hanc autē nō muros

urbis, sed mētes ipsius ciuitatis dira nequitia omni hoste peior irrupit, Et sequit. In illa em̄ colluue morum pessimorum & veteris perditę disciplinę, maxime venire & subuenire debuit cœlestis auctoritas, quę uoluntariam paupertatē, quę continentiam, beneuolentiā, iustitiā atq; concordiam ueram, quę pietatē persuaderet, Hęc Augustinus, AVCTOR, Nō tam necessariū putō fuit hanc sententiam de paupertate sanctum Augustinum dixisse Romanis q̄ sit iam uiris ecclesiasticis, sed omitto hęc aliis predicare quousq; nostris cōsulerit, ne cū aliis prædicauerim ipse reprobis inueniar, hoc solum deum exorans ut tunc inceptę paupertatis, & adhuc professę, cultores in eodem etiam mendicę paupertatis ppositō adhuc stabiles Christi auctor & dux ei⁹ faciat esse longuos.

Ad instantiā illā, omnino egens & medicus nō erit inter uos, Responso, Cap. VII.

A **D** Einceps recensenda sunt objecta amulorū ecclesiasticę paupertatis, quibus cū loquebar illis ipugnant me gratis : & meregit eos, nisi per eos cōducta ut falleret, nulla diuina scriptura uasit, nisi per eos, extorta ut vi premeret innocētes. Si gautē Christi pauperes exasperat nō exalant in semet ipsis, quia scripturę illę sanctę uicissim recitāda sunt : & uicique earū porriget alicui⁹ pfecti & sancti doctoris ecclesię uirgula uirtutis rationis, & expositio autētica p quā scire poterim⁹ ut rursū sit ratio, nra scriptura, an aduersariorū : quā scilicet ipsis ereptis de manib⁹ dñorū crudelissū astipulant tabulę libertatis, primū motinū hereticarū cap. xxviii, quartū trialogi est hoc, & est cōmune etiā Amoreis. VVITCLEF, Christi⁹ q nō uenit legē soluere sed implere, dixit Deuterono, xv. Oīno egens & medic⁹ nō erit iter uos. Ad qd ergo oportuit Christi⁹ puaricādo ī legē a suo populo taliter medicare? AVCTOR. O lingua iniquē dolose agis, o os astuerū blasphemis, nō sufficit q hoies arguas nisi ī pte puaricatiois Christi Iesum dñm nrm in seras disunctiue, Qd dixit Christi⁹, non erit egens & medic⁹ iter uos nō tūc fuit legis pceptū, sed pmissū his q legē illā seruauerūt, ut legē moris seruauerūt solū tēporale pmissū responderet, sicut fuit illd, Apprehēdet auctor messorē, Amos ix, & illud, Si audieritis

me, bona terrę comedetis, & similia, quę tñ solū cōditionaliter forēt implēda, si scilicet ī legē statutā non offenderēt: sic si dei mandata seruassent, nō fuisset egēs & medicus inter eos, Sed quia frequētē deliquerūt in legē, amiserunt pmissum, Vnde & domin⁹ in euāgelio, Semper, inquit, habebitis pauperes, Ipsos tamē qui peccassent in legē nō decernit domin⁹ debere egere & mendicare: sed q in poenā peccati illorū egenos haberent quos alerēt, & mendicos quos per diuinitionē substantię suę elemosynariū sustentarent, Aut quid rogo peccauit sanctus Helias, uirgo ppheta, & ppeço q aquā a Sa reptana foemina mendicaret: cum hoc auctoritate & cœlesti imperio fecisset, Rūdes mihi, p hoc patet q nō mendicauit pabulū cū suū auctoritate & cœlesti quēreret ī imperio, vnde in signū hui⁹, auctoritate dixit, da mihi, Sed iam in tercio cap. presentis operis satis tibi deduxit Ambrosius q vox maxime mendicatoria est hæc vox, da mihi, Quę, inquit, talia uox egentis, quę uox alia stipē publicā postulat, nisi da mihi! & tamē aduerte qd tādē subsequitur, Statim em̄ scriptura subiūgit clamasse Helias a tergo foeminae, Affer tecū obsecro & bucecellā panis, Si non mendicauit prius cū iperasset aquā, saltē mendicauit postea cum obsecrat dare panem. Qz si aqua auctoritate exegit panem & aquā, ergo qui plane mendicauit panē cū dixit obsecro, concedat medicasse aquā cū dixit, da mihi, Mendicauit plane, nec ī hoc tñ puaricat⁹ est legē q fuit sub lege, Sed magis illi q puenient de buerāt egestatē prophetæ: cum em̄ peccare cœperūt hoies legis, statū i cepit eis esse pceptū qd fuit pmissum, hoc dico si possit alī quo modo dici pceptū qd tu conaris asserere, Nec ī ista lege phibita fuit christiana mendicitas sed tenacitas bona possidētis, ne ad tātū dereliquerēt egenū, ut præ penuria necessarios cogat medicare, aliqñ peccarēt mortaliter oēs q iā inter Christianos medicāt, aut q stipē olim exegerāt cū Iudeis, Vñ STEPHANVS Cātuarieñ, in expositione eiusdē loci, Oīno indigēs, ingt, i, valde desolat⁹, talis est q ī articulū mortis uenit, Nec itelligēdū est q oīno null⁹ pauper siue, nolite mendicare omnino, i, nō enormiter per oīa sanetuarā simul, nec ad oē uerbū, Hęc ille, AVCT, Hac eadē rāsiōe catholica nūper detexit Iesum isti⁹ scripturę hęc planā subuersionē itēriōis hereticę sanct⁹ doctor

Thomas cap. xlii. cōtra impugnātes: quam cum didicisset sacrilegus Vviteless primo sacre ueritatis ignarus adhuc malignat⁹ in sancto, ubi non potuit contra mendicitatem catholicā auctoritatem erigere, saltem astruxit calumniam dicens VVITCLEF, Quantum ad statum uiationis miserę, patet q nulla est talis mendicatio, nisi fuerit ex peccato: ex peccato quidem uel medicatis validi cui nō est necessarium taliter mendicare, uel ex peccato populi qui medicatio nem huius præueniret, Ideo deus præcepit Deuter. xv, Omīno egens & medic⁹ nō erit inter uos, Ex quib⁹ colligit, q omnis huius modi mendicatio est a malo. AVCTOR, Audite hic Vviteless magistrū uestrū: audite singulī Amorei uestrum amicum & interpretem: dicens enim q dominus non præcepit ne sit omnino egens & mendicus inter uos: quia talis mendicitas est a malo, quare nō phibuit domin⁹, ut omnino nō sit mors inter uos cum omnis mors sit a malo peccati primi: Sed a cuius malo est mendicitas: aut medicantis, cui non est sic necessarium medicare: inquit, aut populi nō puenientis, Supposita ergo necessaria mendicatione in quolibet fratru non ulterius arguat, non pducatur scripturā illam cōtra fratres, sed contra populū qui mendicationē fratrum non præuenit, Et saltē nō arguat ex illo mendicantē fratrem de certo cuius auctoritas medicum uel populum impugnat solū sub dubio, Sed iā uideam⁹ qd cōcludat ex istis, VVITCL, Ex his colligit, inquit, q oīs huiusmodi medicatio ē a malo, & sic est talis medicatio istinctu diaboli introducta. AVCTOR, Pessima plane & amara collecta, Nō est ista collecta quę iussit fieri Paulus diebus dominicis in subsidium pauperum fidelū, primē Corinth. xvi, Sed illa potius qua collegere pontifices & Pharisei consiliū aduersus Iesum nostrum mendicum, Sed hoc nō solū, sed uideamus imperitiā arguētis, oīs medicitas est a malo & sic ex instinctu diaboli introducta, Omnis etiā celsura legum, omnis ieiuniorum instātia, omnis calamitas uiatū, omnis punitio trasgressorū a malo præuaricantiū est inducta, ergo ex instinctu diaboli introducta, Non igit̄ doleat aliq̄ pctā sua de cætero, non patiatur uermē conscientię, qui a malo est pcedentis delicti: quia tunc ex instinctu diaboli sibi dicit̄ induci, At qñ tu ipse doces sciendum: quando rem auditorio notādam

dicit aliq̄, & supponit alios de ipsa debere ambigere cap. l vii, tractatu secundo de sermone domini in monte, Nunq̄ iurare in forma ecclesię est ex instinctu diaboli introductum, quia est a malo qd ampli⁹ est, q̄ est uel nō, Aut bigamia uel trigamia quā permittit apostol⁹ in nomine Christi, est ex instinctu diaboli introducta: quia a malo est ei⁹ q cōtinere nō pōt! Qui em̄ cōtinere nō pōt: nubat tātū dño, Sed blasphemet satis contra medicitatē sanctā & spōraneā: dicat eā a malo esse nō dissentia: differtio, si dicat malam esse saltē culpabilem, aut si diaboli istud iis introductam, & si ipse hoc dicat quid inde? Sic & alias intulit mendicitatem nostram maledictum esse legis, dixi supra, maledictam posse esse in lege mendicitatē cōactam, certe non illam uoluntarie assumptam, Sed esto q ita fuerit non recole me legisse maledictam mendicitatem in lege, sed in lege repperi maledictum omnem qui semen non fecerit in Israel, Et tamē Helias maledictum istud non timuit, uirgo enim permansit, Ioānes quoq; baptista uirgo perpetuus nunq̄ nupsit, Maledictus erat omnis qui pependit in ligno: Christus tamē noster non uita uit pendere in ligno, CHRYSOSTONVS autē satis redarguit cōnummerantes mendicitatē cum maledictis, eos nuncupans bestiales, Si inquit, mendicare maledictionem uos ponitis, petentem non suscipere, & contumeliam suscipietem abire: uis quo feris assimilati sumus, & naturam ipsam propter auaritiā ignoramus! Sed nolo nunc tm̄, sed semper habere hanc misericordiam, AVCTOR, O animosum uirum & totum charitate potatū, Quādo tu dicitur es Vviteless q ait iam sanct⁹ pater Chrysostomus! Nolo, inquit, nūc, i, pro hac uice tm̄, sed semper habere hanc misericordiam in medicos, Et iterum ait Chrysostomus, q & si tota Lollardorum cohors & lex illa quę nihil ad perfectum adduxit vna uoce pestrepant maledictum hominē esse mendicum, tamen ego nunq̄ fugiam mendicitatem spontaneam, supple pro amore domini dei, quia maledictum crucis nō refugit subire pro amore mei, Sic enim dicit RABANVS exponens illud, Beati eritis cum maledixerint uobis homines, Specialiter diffinitur quę est beata maledictio, Omnes dicentes maledictum aduersus uos mentientes propter me, ubi Christus in causa est, ibi optanda maledictio.

Ad illud in Prouerbijs diuitias & mendicitatem ne dederis mihi.

Responſio, Cap. VIII.

B Ecūdm argumētum blaſphemi eſt hoc qđ ait Salomon Prouer. xxx. Diuitias & mendicitatem ne dederis mihi, Chriſt⁹ ergo nō fuit neceſſitat⁹ dirumpere hāc virtutē. Si ex hoc dicto mendicitatē damnaueris, & omnē paupertatē damnabis: qđ ſecundum hanc translationē dixerit Salomon diuitias & mendicitatē: ſecundū aliam translationē dicitur diuitias & paupertatē ne dederis mihi, ſicut conſequēter videbis ex recitatione ſanctorū Chryſoſtomi, Hieronymi, & Ambroſii. Sed ad hoc qđ tu poſtulas hoc breuiter reſpōſum ſit. Salomonem poſtulaſſe hoc a domino qđ poſſet ferre: qđ nihil eſt cōtra nos qđ hoc ferre valeam⁹, poſſum⁹ em̄ nos firmi Chriſtiani hoc iugū do mini portare per gratiā qđ ſanct⁹ Salomon nō potuit per ſuā ſapiētīā vel legis obſeruationē: nō vt extollā ſuperciliū fratrū hęc infero, ſed Chriſti gratiā ſapiētīā Salomonis praepoſito, duo em̄ circa diuitias extre maliter collocant, quā nīſi per Chriſti gratiam vix cenſeā portabilia ſine peccato. Aflluētia ſcilicet diuitiarū & inopia, quartū neutram potuit inculpabiliter ſapiēs Salomon ſuſtinere, ideo poſtulauit in medio eorum eſſe. Si mihi nō credas, credas Ambroſio. Ipſe em̄ ſuper hunc verſum Pſal. cxviii. Parat⁹ ſum & nō ſum turbat⁹. Nūc formidīnē Salomonis oſtēdit & Chriſtianoſū ſolatiū qđ eis ex Chriſti euāgelio cōtingit in vtriſq; ſuſtinēdo, qđ tradit iſto loco AMBROSIVS. Diuini inquit exēplo oraculū volum⁹ oſtēdere quā eſſent hęc grauiā tētamēta qđ remediū ſolus potuit. Chriſtus aſſerte, hęc em̄ tētamēta duo maxīma ſanctus Salomon oratiōe ppria declarat & rogat vt poſſet excludere dicēs. Diuitias aſſert & paupertatē ne des mihi: ſed ordīna quae opus ſunt & quae abſidēt tolle, ne repletus mēdax ſiam, & dicam qđ me vider: aut pauper rapiā & perirū nomē domini. Potes ergo tu iſta tētamēta contēnere quae formidauit Salomon: qđ ſapiētīā poſtulauit & meruit. dīnes erat, timuit extollī, pauper fieri formidauit ne paupertatis neceſſitate abſtinentiā gratiam non teneret. Si te cupiditas appetentiāq; tētauerit, lege euangeliſtī: dicat tibi Ieſus. Nō turbetur cor tuum, Si

quis terror ingruerit, dicat tibi Chriſtus: Non turbet cor tuum, neq; formidet. Hęc ſanctus Ambroſius, AVCTOR. Intellige iam ſi potes quid dicat Ambroſius. Diuitias inquit, noli timere, mendicitatem noli ſpernere Salomonis exēplo. duo em̄ illa tētamēta ſunt quib⁹ Salomon non potuit, ſed ſolus Chriſt⁹ aſſerre remedium. Nam ſi te diuitiarum appetentiā ſtimulet, Chriſt⁹ ſtatim aſſert remediū dicens, Non turbetur cor tuum, Si mendicitatis rigor extēreat, Salomon etiā illam expauit, ſed Chriſtus occurrit tibi, & dicit tibi. Non turbetur cor tuum, Et ſic diſce qđ Chriſtus fuerit Salomone ſanctior, peritior & fortior: qui aſſert nos iſta duo tētamēta poſſe contēnere quae ſapiens Salomon non potuit non paſſuere. Vide an iſta non ſit ad verba Ambroſiana ſententiā. Miraris forſan claritatem reſponſi: & poti⁹ vis antiquo more tuo diſſiteri & negare ſanctum Ambroſium qđ ſic ſuccumbendo veritati, reuocare ppoſitum. Sed accedat in ſuffragiū ſancti patris Ambroſii ſenior noſter pater CHRYSOSTOMVS, & dicat in eadem re ſentire ſuū. Ne inquit, plura amemus, ſed ſemper inopiam proſequamur, ipſa em̄ magnū eſt bonū. Sed humilem fac ait quis, & vilem iſto em̄ nobis opus eſt, multo em̄ nobis iſtud conſert. Inopia ait, virum humiliat. Et ruruſ Chriſtus, Beati pauperes ſpīritu. Præterea ergo doles quoniā viam habes at virtutem ducentē non noſti: quoniā ipſa multā propalationem nobis dat. Sed Sapiens ait, inops annihilatur. Et ruruſ alius quis ait, diuitias & inopiā ne mihi des, & ex fornace inopię me eripe. Qualiter autē ruruſ, ſi diuitiā & inopia a deo: qualiter malū eſt inopia vel diuitiā: cui⁹ gratia hęc dicta ſunt, hęc dicebant in veteri teſtamēto vbi multa cura diuitiarum, vbi multa inopia deſpectio, vbi hęc quidē maledictio erat, illę autē benedictio, ſed nunc non & hęc. Sed ſi vis inopiā audire laudes, ipſa picipat & Chriſtus: ait em̄, filius hominis nō habet vbi caput reclinet. Et ruruſ dixit, diſcipulis. Nō poſſideatis aurū neq; argentum, neq; duas tunicas habeatis. Et Paulus ſcribens dixit, Vt nihil habentes & omnia poſſidētes. Et Petr⁹ dixit claudo a natiuitate, Aurum & argentum non exiſtit mihi. Sed & in ipſo veteri teſtamēto vbi in admiratione erāt diuitiā qui erant mirabiles: nonne Helias qui præter melotem nihil aliud habebat:

Nonne Helifeus, nonne Ioannes. Nullus ergo ſit humilis propter inopiam: non eſt inopia quae facit humilem, ſed diuitiā quae multis indigere cogunt. Hęc Chryſoſtomus ſuper epiſtolam Pauli ad Hebręos in Homilia xix. AVCTOR. Nōne iam audiſti inter alias ſcripturas obiectum tuum recitari, & audiſti plane dicentem Chryſoſtomum hęc conſuetudine legis veteris tunc dicta quae ſolas cōmendauit diuitias, non ſecundum legē Chriſti, quae magis amplexaſt inopiam, Magna deſpectio ſub lege fuerat medicare & grande maledictū, Carnalibus illis non ſinebat habere mēdicos cum eis, ſed nec medicare placuit Salomoni, vñ tempora mutant, & tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat. Ideo dicit Chryſoſtomus qđ mendicitas & inopia tūc maledictio erat, nunc benedictio eſt. Non grande qđ exiſtimo qđ Salomon maledixit ſi Chriſtus benedixerit mendicitati volūtarie præſumptae. Ac eadem via tranſeat obiectum tuum primo omnino egens & mēdicus non erit inter vos. Hac em̄ vna via ſancti patris noſtri Chryſoſtomi ac ſemita legis Chriſti vniuerſa obiecta cōtra mendicitatē ſpontaneā a lege veteri aſſumēda trāſibūt. Quid imprudens lector voluiſti Chriſtum aſtringere legibus Salomonis: nonne ſic arguebas in dialogo. VVICLEF. In Prouer. xxx. Salomon ita rogat, diuitias & mendicitatē ne dederis mihi: Chriſtus ergo non fuit neceſſitat⁹ dirumpere hāc virtutem. AVCTOR. Sed iam diſce Chriſtū præſtantiorē Salomone aliquid virtutis in mendicitate ſpontanea ſuis paruulis recitaſſe, qđ a ſapiente abſcondit, & ſecundum illud tēpus a Salomone prudēte. Sed quali ter hoc inquis? dico tibi ſicut prius. Chriſt⁹ accepit hęc poteſtatē a patre mutandi maledictū mendicitatis per legē, in benedictionem per gratiam. Omnia inquit Chriſtus, mihi tradita ſunt a patre meo. CHRYSOSTOMVS. Mihi, inquit, traditę ſunt diuitiā & paupertas. Viſq; nunc enim paupertas blaſphemare cogebat, furtum committere ſuadebat: diuitiā autē inflabant, nocendi virtutem præſtabant: nunc autē mihi tradita ſunt vt paupertas, dum magna nimiter ſuſtinet, ad gloriam dei proſiciat, & diuitiā etiam dum miſericorditer diſpētur. Hęc Chryſoſto. in imperfecto Homil. xlviii. AVCTOR. Sed vt abundantius arguaris ſtultitiā Salomon, cum dixit, Diui-

tias & mendicitatem ne dederis mihi, diuitias anteq̄ mendicitatē abhorret: cur ergo maiorem partem eccleſiæ auctoritate Salomonis non damnas diuitiarum, ex qua tam fortiter mendicitati ſanctę præiudicas? Qđ dū feceris focis tuis apoſtolicis magis conuenies qui hæretici id hæreſis ſapuerunt, ſecundum beatum Auguſtīnū in libro de hereſibus qđ omnes fideles de neceſſitate ſalutis expropriarios eſſe, & nihil omnino poſſidere volebāt, ſic cum apoſtolicis: ergo toto conatu Chriſtianoſum damna diuitias, ſicut cum Amoreis ſanctorum fratrū mendicitatē damnare conaris. Nihil enim magis in illo Salomonis verbo, contra mendicitatē fratrum qđ contra ſingulorum diuitias eſt tibi pprium, niſi forte hoc cōtra diuitias quas prius condemnat.

Ad illud Pſalmiſtę. Nō vidī iuſtum derelictum a domino: nec ſemen eius quærens panem, Reſponſio, Cap. IX.



T Errium obiectum hæreticum contra paupertatem Chriſti accipiunt ex eo qđ propheta dixit in Pſal. Nō vidī iuſtum derelictum a domino, nec ſemē ei⁹ quærens panē: ergo conſectura prophetica mēdici voluntarii non poſſunt iuſtificari: cū ipſi tūc ſint derelicti & ſucceſſores eorū ad quærendum panem. Non diu ad hoc moriūm moranda eſt reſponſio. Sed quid tibi videtur de Chriſto: quem dicunt homines ipſum eſſe? Iuſtum ne virum & de ſemine iuſtorū? Aluredus tamē ſupra dixit ipſum medicaffe panem in triduo. Quis mihi derelictarū, Chriſtus etiam fateſt ſeipſum derelictū: Deus meus inquit, vt quid me dereliquiſti. Et de quo idem Pſalmiſta ait pphe tando, Domine de⁹ me⁹ reſpice in me, quare me dereliquiſti. Vbi HIERONYMVS in cōmentario ſuper Matthæum, Nec miſeris verborum humilitatem & querimōnias derelicti cum formam ſerui ſciens ſcādalum crucis videas. Hęc ille, AVCTOR. Ergo quia derelict⁹ eſt Chriſt⁹, & null⁹ hominū ſic derelict⁹, & viſus eſt quæſere panē ſuum: non erat ipſe iuſtus? Ecce quāra de⁹ dignatio, vno ſcū eodemq; telo quo ſerui afficiunt, dominum perimunt: nec perimuntur nos Chriſti pauperes vulnerare: niſi ſimul dominum ſautient, vt videatur qđ verum ſit qđ olim pauperib⁹ ſuis dixerit: qui

tangit vos, tangit pupillam oculi mei, potuisti ibi vidisse aliquem expositorem catholicum, & informasset te forsan Augustinus in glossa q̄ hoc dixisset propheta, non de pane corporali quem multi iusti quasierunt, veluti Helias a vidua, Lazarus a diuitibus, & Dauid ipse panes propositionis quas fuit a sacerdote: sed de pane spirituali de quo dicit Clemens in glossa super eundem versum, Iustus non eget pane verbi dei, quod est semper cum eo. Vidisses etiam quomodo deus aliquando dereliquit sanctum suum ad tempus ut probetur, sed tamen sicut seruus domino suo stat aut cadit, secundum Apostolum. Sic iustus huiusmodi domino est derelictus: quoadmodum idem propheta seipsum declarando dicit ad dominum, Tibi domine derelictus est pauper. Sed tamen aliud est quod propheta denegat, scilicet ut intelligat de relictione finaliter & a deo. Sic enim non recolite se vidisse derelictum iustum, vide si non seipsum exposuit cum alibi diceret quoniam niam non in finem obliuio erit pauperis: & patientia pauperum non peribit in fine. Mihi autem forsan non crederes si non seipsum Psalmista exponeret. Ita ergo intellige propheta non se vidisse iustum qui quaereret panem spiritualem quibus corporalem multotiens: nec finaliter derelictum a deo, sed ad tempus frequenter. Vnde beatus Augustinus secundo de sermone domini in monte notabiliter definit hanc omnia inferens, calamitates & miseria, famis, sitis, ac frigoris, aliorumque talium plurimum in quibus dereliquit sanctum apostolum Paulum dominus noster Iesus Christus. AVGVSTINVS. Ista inquit necessaria, & si aliquando defuerint ut propter exercitationem nostram defuerint, non solum non debilitat propositum nostrum, sed etiam examinatum probatque confirmat. Gloriamur enim inquit apostolus in tribulationibus. In commemoratione autem tribulationum ac laborum fuorum, idem apostolus non tamen in carceribus ac naufragiis, atque huiusmodi multis molestiis, sed etiam in fame, siti & frigore & nuditate se laborasse commemorat: quod cum legitur, non existimemus dominum promissa turbasse, cum famem, sitim ac nuditatem patere apostolus quibus regnum & iustitiam dei, cum dictum sit nobis. Primum quaerite regnum dei & iustitiam eius, & haec omnia adiacent vobis: quandoquidem sic nouit ista adiutoria ille medicus cui semel nos totos commisimus & a quo promissionem habemus vitam praesentis & futuram quam apponat, quam detrahat, sicut nos

bis iudicat expedire: quos & consolados & exercendos in hac vita, & post hanc vitam in perpetua requie stabilendos atque premiandos gubernat & dirigit. Non enim & homo cum plerumque iumento suo cibaria detrahit, deserit illud cura sua ac non potius curando hoc faciat. Haec Augustinus. AVCTOR. Si sic ergo derelictus est Paulus ad tot & tam imanes molestias, sine detrimento iustae vitae, imo usque mortem inclusiue, auctor quoque vitae derelictus est Christus sine diminutione iustitiae suae aut deperditione amoris diuini. Quid sic de baccharis fratres, si aliquantulum dereliquant usque adeo ut quotidie quaerant panem: cum nunquam quaesitum sine patre suo: pater enim coelestis pascit statim eos. Sed vitina mercantibus derelinq. Scimus enim quod flagellat coelestis pater omnem filium quem recipit. Na sanctus pater Cassianus prope dicit magnam utilitatem continere sanctis dei, imo nec perfectos esse posse in hoc statu miseriam, si non interdum derelinquantur a deo, adducens Psalmistam Dauid sic postulantem a deo CASSIANVS. Non me derelinquas usquequaque. Ac si diceret, inquit, aliis verbis, Scio quod derelinquere soleas utiliter tuos sanctos ut eos probes, aliter enim ab aduersario tentari non possunt, nisi a te paulisper fuerint derelicti: & ideo non rogo ut nunquam me derelinquas, quia non expedit mihi ut non vel meam infirmitatem sentiens dicam, bonum mihi quia humiliasti me, vel exercitium non habeam praeslandi, quod sine dubio habere non potero si mihi semper & indurpente cohaerent diuina protectio. Subfultum namque me tua defensione diabolus temptare non audebit: illud obiciens & exprobrans vel mihi, vel tibi, quod aduersus athletas solet tuos calumniosa voce proferre: nunquam quid gratis Iob colit deum? Nonne tu valasti eum, & domum eius vniuersamque substantiam eius per circuitum? sed magis peccato ne me usquequaque deferas, id est usque ad nimitatem. Haec Cassianus in collationibus collatione tertia.

Ad illud Vitcleff quod dandum sit eis debilibus & claudis. Cap. X.



VARto arguit VITCLEFF quod cum pauperes, caeci, egeni, & debiles de lege debeant habere elemosynas tales, ut patet Lucae xiiii. Patet quod validus medicus, vel ab illis haec subtrahens iniuriam faciat illis

tribus pauperibus, sed quae rapina nephanda? AVCTOR. Iam videor mihi audire Scarioth haereticorum omnium patriarcham, quasi per os sui discipuli diuinam & de pauperum stipe coquerentem, contra foelicem peccatricem illam quae secundum euangelium Matth. xvi. habes alabastrum vnguenti preciosi super caput effudit Christi recubentis, dicendo: ut quod perditio haec potuit esse istud venditari multo & dari pauperibus. Sed euangelium Iohannis intentionem eius declarans dixit hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens ea quae mittebantur portabat. Vide singuli Christiani si non vna sit sententia discipuli & magistri eius, ut quid perditio haec inquit Iudas: quae rapina nephanda or dicit Vitcleff. Quare non hoc vnguentum datur est egenis, quare Iudas: validus mendicans subtrahens haec ab illis tribus pauperibus, scilicet debilibus, caecis, egenis, iniuriatur illis, dicit Vitcleff. Haec duplici sententia a consortio egenorum simul excludunt. I. Christus & fratres: uterque mendicans validus: sed prius per Iudam Christus, secundo fratres per discipulum eius Vitcleff: uterque enim contra vtriusque vna intentione remurmurat. Non dixit inquit hoc quae de egenis pertinebat ad eum, sed quae fur erat & loculos habens, ea quae mittebantur portabat. Dicit quidam graues commiserat de nostro Vitcleff & eius se quacumque collectas facientes in suis scholis per dnicas titulo pauperum, conduxit sibi euangelistas magno precio, & defraudat egenos. Vere ergo hoc dicit non quae de egenis pertinet ad eum, sed quia fur est, & loculos habens ea quae mittuntur portat. Quid facis Vitcleff imprudens si solis egenis, caecis & debilibus copulatiue praedicas largiendum: Quomodo cum Iuda proditore, Christum ab vnguento extrudis, vel si Christus egenorum vnus est ipso dicente, egenus & pauper ego sum? Cur eum ab elemosyna egenis debenda repellis? Repellis certe eodem mortuo haeretico quo repellis & fratres: quia nec caecus est Christus nec debilis, quantumvis egenus, quid inde dicis: sic & fratres multi. Sed validus est, ergo non debet trahi pauperum stipem rapere, sicut nec fratres, sed potius manibus laborare: hoc ita forsitan dices execrabile reputas. Sed sicut dicit glossa Matth. ibidem. Multi hodie sunt qui factum Iude execrantur, sed idem faciunt. Idem enim faciunt, & idem tunc fecerunt. Sicut etiam Manichei solis suae sectae mendicis dandum est

se dixerunt, secundum beatum Augustinum in parte sermonum, & Vigilantiana religio pauperibus Hierosolymis elemosynas subtraxerunt tempore Hieronymi, ut infra patebit, & sic secundum Gregorium asinum pupillorum abigere semper solent haeretici, id est ab humilibus religiosis retrahere elemosynarios seculares, dicens in xvi. moral. cap. xviii. super hunc textum Iob. Asinum pupillorum abegerunt. GREGORIUS. Sunt inquit plerique in ecclesia qui quosdam conspiciunt caelestia appetere, terrena omnia despectui habere, & quibus ipsi in huius mundi laboribus insudant, eis tamen quos ad caelestia anhelare conspiciunt de rebus quas in mundo possident, huius vitae adiutorio in mundum ferunt: & quantum ipsi agere spiritualia nequeant, ad summam tamen tendentibus libenter subsidia administrant. Portare enim asinus onera omnium solet, quasi ergo quidem asinus electorum est qui terrenis rebus deseruiens, deponat onera visibus hominum. Et saepe cum haeretici quemlibet talem ab ecclesiae gremio auertunt pupillorum asinum abigunt, quae de hunc ad suam perditionem pertrahunt a ministerio bonorum repellunt. Haec Gregorius. AVCTOR. Sed sic ut volunt abigant asinum pupillorum, repellant ab ecclesia religiosorum elemosynarios seculi, ita ut Maria retraheret vnguentum suum quod in sanctissimum Christi caput conabatur effundere: non tunc recolens pauperum vulgi, quorum Iudas procuracionem non iustus usurpat. Si tamen in euangelio Iesu Christi fundare valeant quod praecedunt. Transseamus iam illos tres pauperes quos in euangelio Lucae noster Vitcleff in generat. Cum facis coenam, inquit Lucas, noli vocare amicos tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte & ipsi reuertentur te. Hic non legitur pauperes religiosos debere excludi, quibus validos, sed cognatos diuites & vicinos. Forsan faceret aliquid contra eos quod diceret quod in hoc ipso Lucae cap. in parabola patrisfamilias Christus noster prius & non imprudenter validos inuitauit quam pauperes. Vitcleff nec eos vocasset post, nisi inuitatis prioribus caruisset. Aut quod forsitan dicit si Christum in duxerim omnes illos validos elemosyna miraculose panis reficere, hic quinq; milia de quinq; panibus &c. hic. iiii. milia de vii. panibus & pisciculis paucis, Marci vi. & viii. Sed videam tandem in hoc ipso loco quod sequitur

Sed cum facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris. Hos tatum exclude quos Christus exclusit: hos voca quos Christus inuitat: & ordine nõ subuerso primo omnium vocat Christus pauperes, sic vocat ne vulgi pauperes intel ligeres vocatos in capite statim ipsos: post sanctos pauperes subiunxit dicens debiles cæcos & claudos. Discerne ergo de pauperibus inuitandis, & primo omni sanctos pauperes qui cunctis seculi rebus spretis in templo domini meditatur die ac nocte: nec habent patrem super terram, sed quotidie gaudent canit. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Hos primo omnium venerandos puta, primis eleemosynæ tuæ censibus refocilla, qui sancti pauperes appellantur & sunt: & demum de reliquis sanctorum debiles illos cæcos & claudos existima redimendos, ne Christo tuo te obitias dispensator imprudens: qui primo omni pauperes inuitauit, qui supple nec debiles sunt corpore, nec cæci, vel claudi. Et demum tres illos vulgi pauperes quos tu brutaliter anteponis: ergo pessime subuertisti sensum euangelii, quoniam tres tantum posueris inuitandos, & adiectuari tantum eos per li pauperes, cum illi, sint & pauperes cum sequentibus tribus ponatur numerum, manifeste patet in mandato Christi cum in specie patrifamilias statim post conuocari quatuor iubet copulatiue eisdem pauperes & debiles cæcos & claudos, ad conuiuium. Vbi satis notat discerni vocabula. Interpositio enim copulæ adiectiuationem præcedit interimit. Et BEDA super eundem locum Lucæ pauperes & debiles, cæci & claudi vocantur & veniunt. Si non sic velit euangelium de pauperibus, cur Paulus & Barnabas dederunt de xtras Petro, Iacobo & Ioanni ut pauperum memores essent: Et collectam faceret non omnibus sed sanctis illis qui templi continuis orationibus Hierosolymis frequentabatur: inter quos non legitur cæcus, claudus vel debilis, sed omnes corpore validi, nec etiam egeni erant, dicente textu Act. iiii, nec quisquam egens erat inter illos. Et tamen de eis erat omnis cura Pauli, omnis apostolorum industria: Propter hos afferebantur precia venditorum, propter hos fiebant collectæ per Macedoniam & Galatiam sabbatis. Et vix aut nunquam legeris Christum aut apostolos his squallidis mendicis eleemosynam fecisse corporalem: præter corporis sanitates. Christus enim sanauit cæcum mendicum, iuxta viam: non

legitur dedisse illi stipem. Sanauit mendicum a natiuitate cæcum: non dederat illi stipem aut nummum. Attamen Christus cum oculis incedebat in versus pauperum recollectis, ut patet Ioannis xii. Sanauit vtrique Petrus claudum ad speciosam portam templi excusationem faciens de stipite: Argentum inquit & aurum non est mihi, de qua re loquens secundo de officiis versus finem AMBROSIVS dicit. Itaque pecuniam non dedit, salutem dedit, quanto melius est salutem habere sine pecuniis, quam pecuniam sine salutem. Surrexit claudus, quod non sperabat accepit, pecuniam non accepit, quod sperabat. Hæc Ambrosius. AVCTOR. Per cuius tamen manus continenter antea, pauperum illorum sanctorum & validorum dabatur vnicuique satis ad victum, ut opus erat. Intellexit forsitan Petrus non sibi argentum & aurum esse de proprio, sed solum de communi sanctorum, quod non esset fas tollere sanctis, & dare vulgi pauperibus. Cum hoc de Petro de sensu scripturæ confusus tantum solus conuiciendo dixisset, occurrit mihi super eundem textum hoc idem affirmans & dicens Venerabilis BEDA. Petrus supple memor illius præcepti, nolite possidere aurum & argentum: pecuniam quæ ad pedes pauperum ponatur non sibi recondebat, sed ad versus pauperum qui sua patrimonialia reliquerunt, seruabat. Hæc Beda. AVCTOR. Qua fronte ergo nisi impudente potest Vvicleff dicere eleemosynas plebis de lege esse trinum pauperum suorum, & non sanctorum pauperum validorum, nisi per raptum: dum sanctus Petrus apostolus vni pauperum talium claudum negauit sanctorum pecuniam se daturum, sed ei nihil dans nihilque illi habens ut dixit, cum multa haberet, ea validorum versus referuauit. Et sanctus GREGOR. Nazianzenus magister magni Hieronymi lib. vi, qui est de vnitrate monachorum ad eisdem loquens eicit, Ex istius possessionis fructibus opto exhibere conuiuium, & conuocare vos primo amicos & charos dominos meos, vos fratres & cõseruos meos: tunc deinde opto cæcos & claudos & mancos & debiles rescicere in quantum suggerit vestre possessionis vbertas ut per eorum salutem tributionem speremus in regno dei. Hæc ille. AVCTOR. Vbi patet ordo faciendæ eleemosynæ corporalem ex ordine alimonie spiritualiter diuidendæ, non tamē per hoc eos damno, qui vulgi medicis benefaciunt, immo laudo & horror in domino sciens, eos

euangelica laude dignos, & eos per scripturas sacras comoneo, qui spretis sanctis pauperibus contra Christum euangelium & apostolorum prædicam solis illis & primo eleemosynas omnes appropiant fidelium Iesu Christi, ut consideratores sint. Certe secundum hoc non minus quam in aliis perpede te errasse o Vvicleff in euangelio Iesu Christi qui vulgi pauperes sanctis Christi pauperibus fratribus monachis anteponis. Et quia iacula præuisa minus ledunt, eomelius potuisses cauere hæc heresim, quam Vigilantius magister tuus qui simili modo subtrahes eleemosynas cismarinas a monachis sancti Hieronymi & ceteris religiosis Hierusalem, & in vicinis locis commorantibus ab eodem patre Hieronimo, viuo sermone confundit, quod si forsitan non videris, audi qualiter dicat in epistola sua contra blasphemias Vigilantii sic habes, Idem Hieronimus. Præterea iisdem relatum est ad me epistolam quam contra auctoritatem apostoli Pauli, immo Petri, Iacobi & Ioannis, qui dexteras dederunt Paulo & Barnabe conuocatis, & præcepserunt eis ut pauperum memores essent, tu phibeas Hierosolymis in versus sanctorum aliqua sumptuum solatia dirigi, videlicet si ad hæc respondero, statim lacrimis meis me causam agere, quæ tanta cunctis largitate donasti, ut nisi venisses Hierosolymam, & tuas vel patrum tuorum pecunias effudisses, omnes periclitaremur fame. Ego hoc loquor quod beatus Paulus apostolus in cunctis pene epistolis suis loquitur, & precipit in ecclesiis gentium per primam sabbati, hoc est die dominico omnes conferre debere quam Hierosolymam in sanctorum solatia dirigant, & vel per discipulos suos, vel quos ipsi elegerit & si dignum fuerit, ipse aut dirigat aut perferat quod collectum est. In actibus quoque apostolorum loquens ad Felicem præsidem. Post annos aut plurimos eleemosynas facturus in gentem meam veni & oblationes & vota: in quibus inuenerunt me purificatum in templo: nunquid in alia parte terrarum, & in ecclesiis quas nascentes ecclesia sua fide erudit: Quæ ab aliis acceperat, diuidere non poterat, sed pauperibus sanctis dare cupiebat qui suas pro Christo facultates relinquentes ad domini seruitutem tota mente conuertuntur. Longum esset nunc si de cunctis epistolis eius testimonia omnia reuoluerem voluero. In quibus hoc agit & tota mente festinat. Ut Hierosolymam, & ad sancta loca credentibus pecuniam dirigantur. Non in auaritiam congregandas, sed in refrigerium: non ad diuitias congregandas, sed ad im-

becillitatem corpusculi sustentandam, & frigus atque inedia declinanda, hæc in Iudæa usque hodie perseuerante consuetudine non solum apud nos sed etiam Hebræos: ut qui in lege domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra, nisi solum deum synagogarum, & totius orbis foueantur ministri steris ex æqualitate duntaxat, non ut aliis refrigerium & aliis sit tribulatio, sed ut aliorum abundantia, aliorum sustentet inopiam. Hæc sanctus Hieronymus. AVCTOR. Vide per singula an non te sicut & tuum magistrum confutet Hieronymus. Habes primo quam Hieronymus de his eleemosynis vicitabat: ideo timet tibi ne latraret Vigilantius eum causam suam agere, sed hoc paruum pendens incipit allegare apostolum Paulum in omnibus epistolis suis sollicitum per collectas faciendis in versus sanctorum partem quos vtrique decernens a pauperibus vulgi, Nonne ait, in alia parte terrarum quæ iam collegerat, diuidere non poterat: immo inquit sed sanctis pauperibus dare cupiebat: qui omnibus temporalibus renuntiabant pro Christo, & allegat pro eodem facto consuetudinem terræ sanctæ tam Iudeorum quam christianorum habentium illam more: ergo nunquid sanctus Paulus manifeste contra euangelium Iesu Christi rapuit illis tribus pauperibus, de quibus Luca: xiiii, eleemosynam eis dedit, & commisit rapinam, qua nulla est nephanda dans illis validis commorantibus Hierusalem, qui nec cæci erant nec debiles, vel claudi: immo quod maius est omnibus, nec egentes: secundum textum. Si Paulus in datione eleemosynæ trinitati pauperum tuorum prætulit validos, quid habes quod susurres in fratres.

Num danandum sit tantum vicinis, sic quam non ignotis, ut voluit Vvicleff & Vigilantius.

CAPVT XI.

ECLINANDA sunt tamen

E quantum facultas adest malignationes hominum istorum contra sanctos Christi pauperes: per quas eis magna parte largitatis christiani detruncant, & quasi colore quodam rationis huius vite necessaria detrahunt tali fuco. VvIT. In partibus nostris pauperibus proximis magis dabimus non vobis quos nescimus. proximo suo vnusquisque tenet benefacere. AVCTOR. Hæc certe ra-

tionis vmbra religioſos viros etiã in ipſa ciuitate degentes eleemoſyna plebis de fraudant, quia adhuc vicinos magis in eodẽ vico commorantes ſtatim ad manus habent, quos præſertim & Chriſti pauperes, quia ſeremote a ſtreptu populi in clauſtris continent, ab eis licite vt autumant reputantur extranei. Sed cõtra iſtos diutius diſputarem, ſi Nabal viri ſtulti ſententiam non probarem: certe pueris David petenti bus ab eo alimoniam NABAL dicitur reſpondiſſe, Tollam panes meos & aquas meas, & carnes pecorum meorum quos occidit tonſoribus meis, & dabo viris quos neſcio vnde ſint. i. Regũ. xxv. AVGT. Forſan pueri David reſpondiſſent niſi q̄ non ſit reſpõdẽdũ ſtulto, ſecundũ ſtultitiã ſuã. Certe cũ rõderẽt paſtores tui greges tuos, num aliquando deſuit eis quicũq̄ omni tempore, quo cum eis fuimus? In die enim bona venim⁹ ad te. Orationes noſtrã facerẽt nos eſſe propinquos & notos. Sic tibi dicit CHRYSOSTOMUS de ſanctis religioſis. Et ipſi rurſus pro vniuerſo orant orbe terrarum. Sed Nabalitẽ viri ſtulti qui magis iudicant ſecundum facies omnes æqualiter, neſciunt quos familiaritas non coniungit aut notitiã facialis non copulat, de quibus dicit xxi. moral. GREGORIUS. Sunt nõ nulli qui pietatis ſuã viſcera tendere vſq̄ ad incognitos neſciunt, ſed ſolos quos per aſſiduitatẽ notiã didicerint, miſerentur: apud quos nimirum familiaritas plus q̄ natura valet, dum quibusdam neceſſaria, nõ quia homines ſunt, ſed quia noti, largiuntur. Vnde nunc per beatum Iob dicitur. Si deſpexi prætereuntem, eo q̄ non haberit indumentum. Ignoto enim proximo miſerum ſe indicat, quã prætereuntem vocat, quia vtiq̄ apud piã mentem plus natura valet q̄ notitiã. Nam vt vnũquifq̄ qui indiget eo ipſo quo homo eſt, ei iam incognitus non eſt. Hęc Gregorius xxi. moral. ſup hunc eundem textũ Iob. Item CHRYS. ſuper epiſtolã ad Hebr. Homil. xl. Qui qui dem amico benefacit, omnino non propter deum facit: qui vero ignoto, hoc propter deum operat pure: ne parcas ergo pecuniis & ſi oia oportet euacuare da. Hęc ille. AVCTOR. Sed qd̄ immoror reſpõdere iſtis qd̄ verũ eſt. Hęc certe reſpõſio erat præfati Vigilãtiũ, q̄ cõtra rationẽ eleemoſynas ſubtraxit beato Hieronymo & aliis ſanctis habitãtib⁹ Hieruſalẽ, vt ſuſtẽtaret vnũquifq̄

vir proximũ ſuũ domi, & vicinũ in partib⁹ ſuis ſecũ: hoc ſemp̄ intendens in eleemoſynis populi pauperẽ ſqualidũ aut mendicũ vulgũ pauperib⁹ religioſis ſaltẽ ratiõẽ proximitatis debere præferri. Vnde in prædicto loco contra Vigilãtiũ, ſic eum alloquitur beatus pater HIERON. Reſpõdebis vnũ quenq̄ in patria ſua hoc poſſe facere: nec pauperes de futuros qui eccleſiã opib⁹ ſuſtentandã ſint, nec nos negamus cũctis pauperibus & etiã Iudæis & Samaritanis, ſi tãta ſit largitas, ſtipes porrigendas. Sed apoſtolus dicit faciendam quidẽ ad omnes eleemoſynã, ſed maxime ad domeſticos fidei: de quibus & ſaluator in euangelio loquebatur, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Et iam ad propoſitũ, Num iſti pauperes, inter quorũ pannos & illuuium corporis flagrans libido dominatur, poſſũt habere æterna tabernacula, qui nec præſentia poſſident nec futura? Hęc Hieronym⁹ AVCTOR. Vide iam pauperes tuos quid poſſint emolumentũ reddere ſuis datorib⁹: habet emolumentũ ſuũ ſcio qui eis benefacit: ſed hoc non per eos. Non enim ſunt ipſi quos ſeculi hoies amicos ſuos facere debent vt eos poſt hanc vitã recipiãt in æterna tabernacula: qui nec præſentia poſſidẽt nec futura ſecundũ Hieron. Iſti dico mendici tui vulgares qui in nullo ſeparant a peccatis vulgũ: nec ſãctitati ſtudẽt, nec moribus. Iſti dico qui ſola miſeria debilitatis vel inſirmitatis a cæteris ſeculi hominib⁹ differũt: q̄ nõ in paupertate ſeſe pertrahũt, ſed trahuntur & puniunt: nec poenitet & magis plangunt, q̄ ipſi ſe plangunt. Quæ ſocietas iſtorum ad Chriſti pauperes, qui omnem ſollicitudinem impendũt, vt ereptis vitũs ſeculi continue mundis manibus in conſpectu ſummi regis appareãt? Et in tantum etiam veniale peccatum deſertantur & fugiunt, vt omib⁹ cedant reb⁹ ſeculi potius q̄ ad modicũ maculentur. Hos duos cõparat iterũ HIERON. idem concludẽs quod ante ſenſerat, epiſt. ſua ad Edibiã de xii. quaſtionibus queſtiõẽ prima. Beatus, inquit q̄ intelligit ſuper egenũ & pauperẽ. Intelligẽtia opus eſt, vt poſt intelligẽtiã beatitudinẽ ſciãt q̄ ſcit egen⁹ & paup. Non vtiq̄ ille qui mendicitate & paupertate atq̄ ſqualore cooprus eſt, & tñ nõ recedit a vitũs: ſed de quibus Apoſt. loq̄t, tñ vt pauperẽ memores eſſemus: ob quorũ refrigera labo

rabãt Paulus & Barnabas in eccleſiis gentiũ, vt collecta fieret per primã ſabbati: & hanc ipſam oblationẽ nõ p̄ alios, ſed per ſe deferre feſtinant iis q̄ ſuas p̄ Chriſto amiſſe re ſubſtãtias, q̄ perſecutiones paſſi ſunt, q̄ dixerunt patri ſuo & matri ſuẽ, vxoribus & liberis, nõ nouimus vos. Hi impleuerũt voluntatẽ patris mei, & audierũt dicẽtẽ dñm ſaluatorẽ, Mater mea & fratres mei hi ſũt qui voluntatẽ faciũt patris mei. Et hoc dicit m⁹ nõ quo i pauperes Iudeos ſiue gẽriles & omnino cuiuſlibet gẽtis ſint pauperes, prohibeamus faciendã eleemoſynã: ſed quo chriſtianos & credẽtes pauperes incredulũs præferam⁹. Et inter ipſos chriſtianos ſit multa diſtinctas vtrũq̄ peccator an ſanctus ſit. vnde & apoſtolus paſſim & in oẽs miſericordiam probans, inſert maxime in domeſticos fidei. Domeſticus fidei eſt qui eadem tibi religione coniũgitur, quẽ a confortio fraternitatis peccata nõ ſeparãt. Hęc Hieronym⁹ AVCTOR. Ad liquidũ patet omnĩs intentio beati patris noſtri Hieronymi in hac differentia pauperum cæli & mũdi: non enim eget in hoc loco expoſitore vel interprete.

Ad illud quod apoſtolus iubet manibus operandum, Reſponſio pro religioſis contra Vviteſſ.

CAPVT XII.

SEXTO loco inſtat Vviteſſ p̄ laborio manuali. VVITC. Sed inquit ad Theſſalonicẽ, vlt. ſic ſcribit apoſtolus, Si quis non vult operari, non manducet. Audimus enim quosdam inter vos ambulare in quiete, nihil operãtes. Ex quibus verbis patet luce clari⁹ q̄ apoſtolus prohibet mendicitatem huiusmodi. AVGT. Iſte ponit lucem tenebras, & tenebras lucem: cum dicit q̄ ex his verbis patet luce clari⁹ q̄ apoſtolus hic prohibet mendicitatem: maxime qm̄ ex his verbis ſolum laborẽ indicit, & curioſorũ ocũ interdicat. Attendende textum, perpẽde præcepti cauſam quẽ ſequitur. Sed curioſe agentes. Super quod in annotatiõculis HIERONYMVS, reddidit ſuperioris ſententiã cauſas: & ad quos legitime debet pertinere, ſcilicet ad inquiete ambulantes, non ad quiete ſedentes, ſed curioſe agentes quid in qua prouincia vel ciuitate geratur, vel domo. Hęc Hierony

mus. AVCTOR. Ecce dicit Hieronymus illud apoſtoli mandatum ad ſolos curioſa ſectantes debere extendi qui dicuntur in quiete ambulantes, non autẽ tangit eos qui ſunt in quiete ſedentes, ſcilicet ſanctum ocium per contemplationis particulas inſequentes. Quomodo iam patet luce clari⁹ q̄ apoſtolus mendicitatem fratrib⁹ inter dicit? Iam dicit Hieronymus ad quos legitime debet apoſtoli p̄tinere præceptũ: ad curioſe agentes inquit. At nonne tunc quiete ſedentes habebat apoſtolus, quibus ex mera eleemoſyna viuere cõcedebat, etiã ſi nõ manibus laborarent, videamus quid in eodem loco ſtatim ſubiſerat, Vos autem fratres nolite deficere benefacientes, inquit vbi ex perſona apoſtoli HIERONYMVS Non omnibus, ſed talibus dare prohibeo ne putetis me boni operis conſuetudinem amputare. Hęc doctor Hieronymus. AVCTOR. Ergo ſi niſi talibus, ſcilicet curioſe agentibus, & quid homines agant vbiq̄ locorum explorantibus dare eleemoſynã prohibet, nolĩ tu quod non audebat apoſtolus, boni operis conſuetudinem in dando fratrib⁹ fidelibus amputare, quousq̄ probaueris omnes fratres agere curioſe. Certe vel auctor male argumentatur & ſatue, vel neceſſe eſt concedat mendicaſſe apoſtolos, mendicaſſe primitiuos chriſtianos, & in apoſtoli Pauli inſiſſe prohibitum. Recitem⁹ iã quid dixerit, & applicemus apoſtoliſ, quales erant apoſtoli antequam prædicarent. Scribit apoſtolus, Si quis nõ vult operari, non manducet. Apoſtoli tunc relicto artificio non laborabant manibus, ſed nec prædicabant: ergo ex prædictis verbis prohibebat apoſtolus illis mendicitatẽ. Cæterum quid dicis illi beatã multitudinẽ ſanctorum, qui die nocteq̄ Hieroſolyſimis ſedebant in templo? Sedebant certe in quiete, nihil operantes, quibus vt dicitur ſupra, Paulus pene in omni gente per omnes eccleſias facit collectas: & ocioſe feſciſſer ſi manibus victiſſent. At nunquid apoſtolus Paulus ex eiſdem verbis prohibebat taliter mendicare, & aliud fecit, & aliud docuit? quare non ipſi laborabant, cur ipſi aliorum ſtipe viuẽbant? Scio quid dicẽs: non mendicabant inquieti viuã voce, quod ſolum eſt inhihitum. Sed nonne apoſtolus Paulus vocaliter pro eis agebat iubẽs per eccleſias gentiũ prima ſabbati fieri collectas? Et qd̄ reſert vtrum aliq̄

per se an per alium assequatur intentū? hoc modo dicerem? & nos q̄ claustrales nostri non mendicant, sed per procurationē fratrum mendicitate media sumptus habēt. Sed dic mihi nunquid scribendo potest aliquis licite mendicare? Certe apostolus Paulus scribendo & dicendo fecit collectas in sanctos Hierosolymis commorantes. Sed nullatenus mendicauit dices, quia apostolus erat, & ex potestate collegit. Sed ipse iā Paulus obuiat tibi, cum dixerit, non quasi imperans dico, ii. Corinth. viii. vbi iam rogo exercuit potestatem cum nihil dixit vt conferrent secundū imperium: & certū est apostolus non potuit cis imperare collectā, ne contra statutum spiritus sancti videretur ire, & totius concilii apostolorum dicitis act. xv. Visum est spiritui sancto & nobis, non amplius imponere vobis oneris, nisi vt abstineatis &c. Et iterum si ipsi non mendicabant dū manducabant, & non operabantur, quomodo parerit ex illis verbis apostoli mendicitatē sic manducantibus inhibere, Sed Ioānes CHRYSOST. mora. xi. super epistolam Pauli ad Hebraeos, Ex ipso textu apostoli quo mendicis sanctis insulat, vt manibus viuant insequitur malignantes inferens aliquem mendicare, & tunc de aliquo malignante dicit sic, Continuo accusaciones habet aduersus eum, qui accedit. Quid enim non operatur ait? Quid autem pigritans nutritur. Dic mihi tu operaris, habens quā habes, non hāreditatem paternam assumens? Si vero quia operaris, propterea exprobras alium, Paulum non audis dicentem, Postquam enim dixit: Qui non operatur non manducet ait, Vos autem quid bonum facientes ne malignemini. Hęc Chrysostr. AVCTOR. Vos ergo qui praecepto apostoli vultis astringere fratres de operando, etiam seruate vos quod iussit apostolus, de mendicis fratribus non malignando. Intellexit enim aliquos manducare posse, & non operari, quibus esset illicitum malignari. Et si praedictum verbum Chrysostr. mi omnibus conueniat, praecipue tamen illis clericis detrahāt, qui ex ecclesia habēt quo viuunt, nec manibus operantur, qui tamen maxime non operantes fratres inuadunt. Alias plus dicitur cum in suo loco tractabitur laboritium manuale. Alia ei⁹ instantia sunt exhortatoria ad laborem, quas ideo vsq̄ in sequentia referuamus.

Ad illud beatus est dare q̄ accipere Responso:
CAPVT XIII.



Nstāt septimo loco aduersa G rii paupertatis, allegantes illud dominicum, Beatus est magis dare q̄ accipere. Concludētesq̄ fratres esse in statu minoris perfectiois, & minoris beatitudinis q̄ sint diuites seculares: quia diuites in statu dantium, fratres mendicantes in statu recipientium collocātur. Non libenter gloriatur Christi pauper in comparatione statuum. Sed dicit cum apostolo ii. ad Corinth. x. Non enim audemus inferere aut comparare nos quibusdam q̄ seipsos commendant: & iterum. Nos autē non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulā, quam mensus est nobis deus. Sed quia cogitis me protestor cum eodem apostolo qui similiter coactus erat q̄ non quasi pertingentes, non ad vos supra extendimus nos, vsq̄ ad vos nisi praeuenimus, in euangelio Christi. i. in perfectioe euangelica. Potuit enim beato viro qui cathedram pestilentia non sederet, satis esse q̄ sanctus doctor Thomas in declarationem verissimam huius textus exposuit, q̄ scilicet quantum est in dante, scdm q̄ recte dans est, tantum est & in accipiente, secundum q̄ quidem accipiens est. Virtus magna ex parte dantis abundat, quam in accipiente non cernimus: bonum enim elemosynę ex parte dantis est, Ex parte accipientis secundum naturam accipientis, sola est acceptio muneris & redemptio paupertatis. Sic enim pensandū vnumquodq̄ secundū se beatitudo maior totaliter loquēdo est, & virtus dantis q̄ accipientis, sed qd inde? Statue mihi statum aliquem cuius professores spontanei sint semper dantes, & nunq̄ accipientes & facilius, quid tutiusq̄ concludas statum dantiū, & accipientib⁹ derogare, sed nec dario nec acceptio statum facit, sed dicit actum tantum existentis in statu: & inde est q̄ perfectionem stat⁹ nec auget nec minuit, quauis virtutem augeat personalem: dicente Aristotele q̄ actus sunt suppositorum. Qz si me inuitū dantium statu conuinxeris, quia ipsi dātes etiā accipiunt, quātum erat in statu dantiū, tantum ad statū accipientiū cū acceperint trāsmigrabūt. Et gaudeo iā q̄ tuo consilio

& auxilio hermophodritā & Centauri, & Hircocerui Nasonis, regnum dei habebūt. chimeras illas loquor quā de secta dantiū & vicissim de secta accipientiū professores, & seipsis vicissim perfectiores fiunt, ex quibus nescio quid vnum constituis, si nō ex asino & equa mulum procreas, & magis & minus perfectorum vnum genus prae miscuum prouidisti, ecclesia nondum notū. Aliunde ergo surgit, perfectio status, scilicet licet ex hoc q̄ quis immobiliter relinquit omnia propter Christum, & sequitur Christum in vita: & tunc habet locum textus euangelii q̄ in tali statu professus perfectus scilicet viuūt, si quid opere manuū exigat, vt habeat vnde paupertatem proximi refocillet. Si tamen propter opus manuum, opus adhuc eo perfectus non omitat. Vnde VENERABILIS BEDA exaponeus eundem textum in actibus. Non illis inquit qui relictis omnibus, secuti sunt diuites elemosynarios, praeponeit: sed illos maxime glorificat, qui cunctis quae possident in semetipsis renunciantes, nihilo minus laborant manibus vt habeant vnde necessitatem tribuant patienti. Hęc Beda. AVCTOR. Ecce q̄ plane dicit Beda diuites elemosynarios ab intentione scripturae religiosae Christi pauperibus nullo modo debere praeferrī: sed inter eos laborantes non laborantibus anteponit, qui saltē pietate laborant, & vibus pauperum operes sudant: hoc dico si propter opus tale carnalis passus, spiritualis edulii non excludatur exercitium. Ipsi enim & si accipiant quae necessaria sunt corpori, nullatenus potes laborantes tantūmodo comparare. An putas q̄ beator erit Petrus piscator q̄ Petrus praedicator? quia Petrus piscator de numero dantium erat, laborans vt donet aliquid inopiā patienti, Petrus praedicator iam de numero accipientium, inops factus est adeo vt praepena penuria coactus diceret, argentum & aurum non est mihi. At nunquid episcopus aut plebanus exinde factus est status deterioris q̄ oblationes acceptet & decimas: & laicus decimator praeponeatur eidem, quia dator est? Factum est ergo comparationem istam in tantum extendere, vt quemlibet dantem quo liber accipiente beatiorem esse contendas. Correctius vero diceres, Si cum sancto Beda inter religiosos Christi pauperes hanc comparationem intuleris, vt religiose trā

degentibus, religiose degentes, & pie laborantes asseras meliores: inter pie laborantes, adhuc spiritualiter laborantes: vtputa cura anima indulgentes, praedicationibus innitentes, aut sanctae cōtemplationis culmini insistentes, iis qui laborant corporali ter anteponas. Et ex iis iterum eos qui geminant charitatem, & propter fratrum solatium, & spiritualis & corporalis laboris mercedē agūt vt fecit Paulus: spiritualiter tantum laborantibus magis ipse collauda. Ecce in vna domo Christi mansiones diuersas: in vna Christi familia multos gradus prudenter aduertas, ne te fallat facta distātia. Praeter hoc autem si volumus omnino aduersarios sanctorum patrum reddere debiles, ipsam illorū scripturam possumus nobis assumere per quam ruant. Si enim generaliter beatus, id est perfectus, & magis meritum est dare q̄ accipere: tunc etiā magis bonum dare est beatus q̄ dare min⁹ bonum, sed sancti pauperes accipientes carnalia dona, dant eis spiritualia beneficia, quae sunt semper & vbiq̄ potiora: ergo sancti pauperes in posteriori statu sunt & magis beati dando beatus donum q̄ sint abundantes in seculo, & obtinētes diuitias qui dāt sanctis pauperibus bonum minus. Et hac ratione euangelica praedicatoris verbi dei & contēplatores diuinorū, & generaliter omnes distribuentes bona caelestia, necessario beatiore sunt donatoribus qui tantū carnalia largiuntur, & hoc literaliter intēdebat apostolus reprīmēs quodāmodo donatores tales qui se iactabant aliquid grā de fecisse: & magno esse praeter ceteris quib⁹ ipsi donabant. PAVLVVS. Si inquit nos vobis spiritualia seminamus, notū magnū est, vt carnalia vestra metam⁹, primē Corinth. nono. AVCTOR. Certe moderni nostri dicunt, immo magnum est intantum vt carnalium messio in perfectione subiciat apostolos laicos, & Christi pauperes diuitibus huius mundi. Sed iam videtis quantum hoc obuiat dicto Pauli, & appropinquat haeresi, hoc enim euidentis est argumentum. Et beatus Ambrosius duplex ponit genus liberalitatis, vnum genus dationis carnalis praecise, aliud spiritualis, & secundam esse multo potiorē primae, & eius donatoris pinguiorem. Sicut probat de consilio Ioseph apud Pharaonem & illustri victoria Abrahā in redemptione nepotis sui, sic em̄ habet, ii. de officiis cap. xv.

AMBROSIVS. Sunt plerique etiam viri boni, qui tennes sunt, censu contenti: qui dem exiguo ad sui vsum licet non idonei ad subsidium leuandæ paupertatis alienæ tamen suppetit aliud beneficentiæ genus quo iuuare possint inferiorem. Est enim duplex liberalitas vna quæ subsidio rei adiuuat, id est vsu pecuniæ, altera quæ operû collatione impenditur, multo frequenter splendidior multoq; clarior. Quanto illustrius Abraham captum armis victricibus recepit nepotem, q̄ si pecunia redemisset: quãto vtili⁹ regē Pharaonē sanctus Ioseph consilio prouidentia iuuat q̄ si contrulisset pecuniam: pecunia enim vnus ciuitatis non redemisset vbertatem: prospiciētia totius Aegypti per septennium famem repulit. Facile autem pecunia cōsumeretur, consilia exhauriri nesciunt. Hæc Ambrosius. **AVCTOR.** Ecce q̄ Ambrosius semper præfert donum prouidentia, donum spirituale, vt pote consilii, omnibus pecuniis. Quandiu ergo in his datis potioribus Christi pauperes eminent, de minoritate imperfectionis nihil pauēat. Maioritatem beatitudinis donatorum carnalium non extendas, quia quantūcūq; simbrias eorum magnifices, spiritus sapientia præponetur sedibus & regnis: & diuitia nihil sunt in comparatione eius. Sed iterum hoc tuo instrumento scripturæ: te impero & ita directa acie contra te gladium tuum vibra bo. Si beatus est dare q̄ accipere, quid dicis de iis qui oia sua dant, nonne ipsi beatiores erunt eis qui quædam referunt? Sententia Christi qua viduam pauperem prætulit aliis, te conuictet, si dicas oppositum, & nūqd ipso eodē quo cœpit esse beatus, quia dedit, iam desinit esse beatus, quia amplius nō habet vnde det, qui sua dedit: aut permanens erit beatitudo, quam cepit ne transitoria videatur perfectio, quam Christus instituit, cum diceret, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Iam ergo deerit ipsi beatitudinis illa maioritas qua beatus est dare. An non erit maior perfectio omnia dare pauperibus, cum iam vnde det præsentem non habeat: omnia dedisse, & aliquid habere donandū necessitate beatitudo prædicta donandi.

¶ Contra id quod Vvicleuisa dicunt q̄ consilium euangelii de renunciando o

mnibus, debeamus prosequi in affectu, nō in effectu. **CAP. XIII.**



Aterum quis a facie illi⁹ euangelici consilii de renunciatione facultatum fugerint aduersarii paupertatis viis disparib⁹, vt singulis pateat christianis, quantum falsis ipsi testib⁹ hæreant, de quibus dicitur q̄ non erat cōueniens testimonium illorum. Quidam scilicet Amorei dicunt cōsiliū illud dominicum intelligi, vt omnia vendantur & dentur pauperib⁹ in affectu tantum non in effectu: vt semper possit quis esse paratus beator esse dādo q̄ accipiendo: adducētes illud apostoli, non vt aliis refrigerium, vobis autem tribulatio. Et illud euangelicum, Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Et contra pauperes religiosos dicentes consilium, hoc prosequendum in effectu, sicut planum est fecisse apostolos & primos credentes Hierosolymis, incredibiles struunt calumnias, & blasphemantes mouent capita sua dicentes: Vah qui destruis templū dei, omnes dolētes esse religiosos, & q̄ nisi qs frater fiat vel monach⁹ christianus nō est: quia qui dixit, Si vis perfectus esse, vade & vende &c. ille idem dixit, nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. Qualiter ergo renuntiatio ista singulis christianis est prosequenda: tantum secundum affectum, sic ad vendendum & dandum pauperibus tantum hortatur Christ⁹ affectum non actū, animum & non manum: non intelligentes, aliud esse renunciare omnibus, aliud relinquere omnia. Vnde **ZACHARIAS** in vno ex quatuor cap. lxxvii. dicit, Distat sane inter renunciare omnibus, & relinquere omnia, quia paucorū perfectorū est relinquere omnia, & solis æternis inhære: cunctorum autem fidelium renunciare omnibus, hoc est sic terrena gerere, vt tamen tota mente ad cœlestia tendat. Hæc ille ex Beda super Lucam, **AVCTOR.** Et sic laudabilius agere dicunt qui quædam sua retinent, & quædam distribuunt, quia vtrūq; consilium impleuerunt. Primum vnde beatiores sunt qui dant in effectu: secundum de renunciando simul in affectu, q̄ fratres vel sancti monachi: qui in affectu & effectu omnia simul donant, cuncta semel cōtinnunt. In dubium veniret quibusdam

an Iudæi qui manum tantum, id est precandi cohibent factionem, sint sectæ huius sequaces. Qui animum quidem laxant, sed facta restringunt mitius erent. Peritis tamen dubium non est quin isti nostri Amorei Christo repugnent apertius: quia quem Christus virum stultum dixerit, isti prædicant sapientem. Omnis inquit qui audit verba mea, hæc & non facit ea, similis est viro stulto qui adificauit domum suam super arenam. Eleemosynarius Amoreorum audiet verba Christi de cuncta diuidendo & dispensando pauperibus, & plusq; audire etiam permittitur velle: sed facere prohibetur: & cum ethnic⁹ Aristoteles insultet eis: frustra esse potentiam quæ non reduceretur ad actum: sapientem eum dicunt & perfectum, quia supra arenam custodiendam secularis thesauri collocat domum suam. Scio Christum in euangelio abudantiorē perfectionem inuinxisse discipulis. Dicitur est antiquis inquit, Diligis proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros: & affectu animi non contentus iunxit effectum: bene facite his qui oderunt vos. Matthæi quinto. Satis admirandum est si mēte sola velis hoc facere, nō tamen exequaris: non apponas manum vt facias: quod de Iudeis dixit **LEO PAPA.** Volentes inquit interficere & clamātes crucifige, crucifige est: negabant se posse dicentes, nobis non licet interficere quemq;. Quid dicam super hac specie religionis & iustitiæ? Quid hac clementia simulatione crudelius: quare ergo Iudæi quod vobis non licet facere, licet velle? Hæc Leo papa in sermone qui incipit sponsonis. **AVCTOR.** Scio hunc errorem prius tenuisse Vigilantium quem ideo prædictis verbis domini sanctus confutauit Hieronymus in libro suo quem edidit contra blasphemias Vigilantium dicens in hunc modum. **HIERONYMVS.** Horum inquit Vigilantium alle rit eos melius facere qui vtantur rebus suis, & paulatim fructus possessionū pauperibus diuidant q̄ qui possessionibus venduntis semel omnia largiantur, non a me ei, sed a deo responderetur. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me. Iste quem tu laudas secundus aut tertius gradus est, quem & nos recipimus: dum modo sciamus, prima secūdis & tertijs præferenda. Hæc Hieronymus. **AVCTOR.** Attende quid in Vigilantium redarguit, & te eodem existima redargutum. Re

darguit q̄ Vigilantium alle rit eos melius facere qui rebus suis paulatim vtentes etiam pauperibus diuidunt, & te in hoc redarguit: qui etiam cum Vigilantium postponis istis sanctos pauperes qui cunctis suis venduntis semel omnia largiti sunt: si tamen ipse eos redarguat & non potius ipsum Christum contra vos ferentem sententiam sacra scripturæ. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus &c. Et istū ponit primum gradum benefaciendi, secundum autē vel tertium illum quem pariter commēdatis: omnia scilicet dare voluntatis promptitudine, sed solum aliqua distribuere in effectu. Ergo non potest consilium illud de vendendo omnia facere pro secundis: quia secundum Hieronymum necessario oportet militare pro primis, scilicet pro iis qui omnia semel largiuntur pro Christo in affectu & actu. Sed vnde hoc habebat sanctus pater Hieronymus? Ex ipsa duplici secta fidelitū de quibus legimus in actibus, quorum primi nō tã perfectione q̄ tempore primi instar apostolorum Christi vendebant agros & omnia, & ponebant præcia ad pedes apostolorum, coram die orantes in templo: quibus apostoli faciebant collectas vt frequenter dictum est de istis. Act. quarto. Postmodum crescente numero fidelium Christiani quidē Antiochiæ conuersi sunt, quibus decreto Petri & totius concilii apostolorum laxior regula iniuncta est, ita vt vtentes possessionibus abstinerent tantum ab idolis immolatis & sanguine suffocato & fornicatione. Actuum decimoquinto. Vna ecclesia vtriusq; populi, sed disparis ritū. An putas ipsos Christianos Antiochiæ ipsis qui erant Hierosolymis debere præferri, quia secundum illud beatus est magis dare q̄ accipere, quædam tã ad suum q̄ ad pauperum vsum referuabant. Primi vero magis illud elegerit implere. Si vis perfectus esse, vade & vende &c. Querit hoc idem **CASSIANVS** lib. vii. capitulo decimotertio de institutis monachorum. Qui inquit sunt beatiores: vtrum ii qui nuper de numero gentium congregati nec preualentes euangelicā perfectionem consecēdere, adhuc suis subsidijs inherebant, in quibus fructus magn⁹ ab apostolo ducebatur, si saltem ab idolorum cultu fornicatione & suffocatis & sanguine reuocati fidem Christi cum suis facultatibus susceperunt: An illi euangelicę satisficientes sententię crucem domini cotidie portantes, nihil sibi de propriis facultatibus superesse vo-

luerit. Cumq; ille beatissimus apostolus vinculis & carceribus obligatus seu vexatione ieiuneris impeditus, & ob hoc consuetam victus substantiam parare, vt erat solitus suis manibus, non acquirens a fratribus qui de Macedonia venerant, supplementum suae necessitatis se astruat accepisse. Nam quod mihi inueniens deesset, suppleuerunt fratres, qui venerunt de Macedonia. Ad Philippenses. Ipse etiam referens, Scitis & vos Philippenses quia in principio euangelii quando profectus sum a Macedonia nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dari & accepti, nisi vos soli: quia in Thessalonicam & semel & bis in visibus mihi misistis. Erunt secundum istorum sententiam quam mente tepida conceperunt, & isti beatiore apostolo, quia de suis inueniuntur ei substituti impertisse, & beatius est dare quam accipere: quod amens dicere quilibet non audebit. haec Cassianus. AVCTOR. Vbi iam habet locum glossa illa infundabilis: consultum, scilicet esse fidelibus renunciationem omnium bonorum habere in affectu tantum non in effectu: & non renunciantes omnia renunciantibus proponendos: quia beatius est dare quam accipere. Satisfaciat glossator ille rationibus Cassiani si sciat: quod si oporteat glossari in super glossam suam & videbit quod portare non poterit sententias sanctorum patrum trahentes ad oppositum. Item AMBROSIVS de Officiis libro primo, ca. xvii, & ponit in decretis, d. lxxxvi. Dominus non vult simul effundi opes sed dispensari nisi vt Heliseus forte qui boues suos occidit & pauit pauperes ex eo quod habuit: vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplina se prophetiam daret, haec ille. AVCTOR. Beatus insuper AVGVSTINVS in libro de diffinitionibus recte fidei siue de ecclesiasticis dogmatibus quod idem est dicit. Bonum inquit est facultates cum dispensatione erogare pauperibus, melius pro intentione sequendi dominum in simul omnia donare & absolutum sollicitudine egere cum ipso. Haec ille. AVCTOR. Vbi quod Augustinus dicit esse melius, primus gradus est secundum Hieronymum, scilicet semel & simul omnia donare. Et quod Augustinus positus vel tertius gradus est: quod est facultates cum dispensatione erogare. Quod vtiq; recipitur & sancto placet Hieronymo hac conditione quod non praedudicet primo gradui, quod non derogat meliori. RABANVS vero contra illam glossulam tuam de renunciando omnia

bus bonis affectu, & non effectu: & qua renuciare affectu renuciacioni preferas in effectu, sic habet super illum textum, Matthaei decimonono. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum. Inter pecunias habere, & pecunias amare non nulla distantia est. Tutius autem est nec amare nec habere diuitias. haec ille. AVCTOR. Ecce consentit tibi Rabanus pecunias possidere posse sine dispendio charitatis nec est impossibile fieri quod iussit psalmista. Diuitiae si affluant nolite cor apponere. Sed tutius est inquit nec habere nec amare pecunias siue diuitias. Quid est hoc non amare nisi renuciacione opibus in affectu: & quid hoc nec habere diuitias, si non sic eis renuciacione in effectu? Et hoc inquit Rabanus conseruanda perfectioni tutius est, non scilicet non amare tantum sed si non amare conseruaueris non habere. Venerabilis insuper BEDA super eundem textum libro Marci decimotertio quasi eodem tenore dictum. Inter pecunias inquit habere & pecunias amare multa distantia est. Multi enim habentes non amant, sunt alii, qui & habent & amant, sed & alii qui nec habere nec amare se diuitias seculi gaudent: quorum tutior status est qui dicere cum apostolo valent: non bis mundus crucifixus est & nos mundo. haec Beda. AVCTOR. Qui ergo tutissimus omnium est status ille necessario erit in perfectione praecipuus, quia quod infirmitati vel iacturae propinquum est, tutum esse non potest. Nec obstat quod apostolus quasi prodigam sanctitatem extinguens dixerit, non vt aliis refrigerium vobis autem tribulatio. Hoc autem in carnalibus illis dixit conuersis Graeciae Antiochenis professionis, & sectae de quibus iam supra dixerat Cassianus. Hi inquit semper de numero gentium congregationem praevalet euangelicam perfectionem conseruare, adhuc suis substantiis inharebant. Padas alicubi si potes quod sanctus Paulus hoc consilium parcitatis sanctis conuersis Hierusalem obtulit: & tunc contra sanctos pauperes & religiosos modernos imperiale fulminabis edictum, & victoriosum illud quod optas tunc primo partes argumentum.

CONTRA GLOSSAM VVITCLEFF tenentem quod illud euangelicum, Si vis perfectus esse, habet locum in disposito tantum &c.
Cap. XV.



Liis autem successores & haereses istorum, sed paterni artificii viliudine dedignantes, illam auctoritatis illius glossam mutant, sed patrum tamen suorum malitiam non declinant: volunt cum progenitoribus huius haeresis perfectionem, huius euangelicam paupertatis secundum dictamen illius oraculi. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes & da pauperibus, infirmare: non tamen & non illo intoxicandi artificio quod patres eorum affectualiter non effectualiter docuerunt intelligi: sed aliam iniquitatis semitam ad peruerendam scripturam sacram versurus ille serpens Vviticliff inuenit. Dicit enim in barbarizatione illius textus Matthaei, Si vis perfectus esse &c, sicut habentur in primo libro huius operis capitulo duodecimo per totum quod haec Christi sententia illi iuueni fuit iniuncta pro optimo remedio contra aegritudinem auaritia: qua ipse detinebatur in specie. Vidit enim eum Christus sic esse indispositum vt ista tantum via leuiter sanaret. In quibuslibet ergo aliis sic facientibus non debet dici perfectio sed potius indispositio sicut erat in iuvene. O ergo te deceptum Hieronymus: qui quando Vigilantio perfectio nem hanc de renunciando omnibus bonis voluisti probare, maiorem illa qua quidam res suas tenent, & ex superfluo elemosynam tribuunt, Christum pro parte tua intuleras respicere dicere quod Vigilantius eos asserit melius facere qui vtatur rebus suis & paulatim pauperibus diuidunt quam illi qui possessionibus venduntis semel largiuntur omnia: non a me ei sed a deo respondebitur. Si vis perfectus esse vade & vende omnia &c. Iam hoc Christi responsum Vviticliff audiuit & nec sic quiescit: nec magistro suo Vigilantio satisfactum esse cognoscit: quia omnia vendere non erat in iuvene perfectio additio inquit, sed in dispositionis imago: & quis illi melius erat sic facere ceteris tamen non potest esse regula generalis. Sed illis tantum proderit qui illius indispositionis sunt participes. Sed quid moramur & non probamus hoc esse perfectiois in homine renunciacione, scilicet omnibus bonis simul, & est simpliciter perfectiois in initio & non indispositionis nisi per accidens, sed simpliciter magis perfectionis & sanae dispositionis indicium. Ita & quod ad hoc figuratiter instituit dominus iudicium discernendi formidolosum hominem a pauido in Deuterono

nomio ita dicens. Homo formidolosus & corde pauido non egredietur, vadat & reuertatur in domum suam ne patere faciat corda fratrum suorum: sicut & ipse timore perterritus est. Super quem textum sic habet ISIDORVS in Itagogis suis super Deuteronomio capitulo decimoquinto. His verbis edocemur inquit non posse quem professionem contemplationis, vel spiritualis militiae arripere exercitium qui adhuc nudari terrenis opibus perterritus est, ne rursus in infirmitate mentis reuertatur, suoque exemplo alios ab euangelica perfectione reuocet: & infideli terrore infirmet. Iubentur itaque tales vt descendentes e pugna reuertantur in domum: quia non possunt duplici corde bella domini praestari. Vir enim duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Tales quippe oportet vt ne in tantum quidem renunciationis arripiant: quibus melius est vt in actiua vita consistant, quam tepide contemplationem exequentes maiori discrimine seipsos inuoluant. Melius est non vouere quam vouere & non reddere. Haec Isidorus. AVCTOR. Iam si Christum non audisti, non auscultasti Hieronymum, saltem attende Isidorum tibi clarissime repugnantem & quod tu indispositionem nuncupas, ille nuncupat potestatem: appellat audaciam, tu post indispositionem perfectionem vocasti personam: ille dicit initium esse necessarium non vnus hominis, sed totius spiritualis militiae. His edocemur inquit non posse quem professionem contemplationis vel spiritualis militiae arripere exercitium qui adhuc nudari terrenis opibus perterritus est. Ita per oppositum qui non perterritus cunctis opibus nudari terrenis, ille audax est & aptus praedio domini. Ergo qui cunctis nudat terrestribus pauperissima interpretatione vocatur indispositus: cum ad sensum Christi animosus & audax debeat appellari. Qui autem non renunciat, sed audita perfectione cum iuvene tristis abscedit, ille formidolosus est, illa indispositus, ille pauidus: quem in domum suam relicta domo domini oportet abscedere: qui nec initia contemplationis vel militiae spiritualis temptare permittitur, ne in infirmitate mentis per auaritiam captus apostatet, & ab euangelica perfectione exemplo suo corrupto reuocet fratres qui alioquin debuerunt esse constantes. O ergo virum improsum, & verbum mendax, verbum inconsculte prolatum, quod oportuit renunciacione iuuenem: eius erat indispositio quae nullius debet esse regulae perfectionis

hisi pariter vt ille fuerit indispositus. Ergo Ioannes baptista propter indispositionē suā renunciat & in annis teneris toti seculo vale dicit: & Christus deus noster & singuli apostoli qui mandato eius renunciationem hanc euangelicā inchoabant oēs erant indispositi: & totus ille cœtus pauperū conuersorum Hierusalem & oēs quotquot erant præordinati a deo in specialē numerū discipulorum eius ascribi vt sint colūne ecclesiæ, oēs erant infirmi, oēs erant indispositi eruginosum custodire thesaurum: & illi carnales Antiochiæ & in cæteris partibus Græciæ facultatibus suis dimissi ipsi e contrario fortes erant & bene dispositi appellādi. Miror quod egregius Augustinus hanc irerstationē nō exposuit discipulo suo Leōto, cui ad hanc renūciationē euangelicā properanti hoc tñ inuinxit vt facultates suas prius matri suæ & domesticis quæ pauperibus partiretur extraneis. AVGVSTINVS. Si quid sane pecuniæ res tua familiaris habet, cuius te implicari negotio, nec oportet nec decet, reuera tribuendum est matri & domesticis tuis. Horum quippe indigentia, si pauperibus vt sis perfectus instituisi distri- buere talia, primum apud te locum obrinerē debet. Si quis enim suis & maxime domesticis (ait apostolus) nō prouidet, fidem negat. Hæc Augustinus epistola ad Lactū inter epistolā xx. AVCTOR. Sed sic mirētur publice deuiare qui stratum regiā dedignatur incedere. Si enim expositionē sanctorum ecclesiæ patrum nō habuissent exosam, nō habuissent frontē suam attritā contra Christū, contra apostolos, contra pauperes euāgelicos totiens reperiens. Et hæc oīa vt faueant diuitibus quorum sunt promptuarīa plena eructātia ex hoc in illud: oues eorū scetofæ, filiæ cōpositæ in similitudinē templi: ideo beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Beatius est dare inquit quæ accipere: & sanctos pauperes dicentes beatus populus cuius est dominus deus eius, nolentes dominari ab hoc seculo, sed vt Christus sit dominus suus, omnibus vale dicunt, oīa pauperibus largiuntur: Insuper vocant, damnant indispositos. Impor tunc nimis errant cū tantum extollunt beatitudinē diuitū & beatitudinē spiritū pauperum pro summa dānant miseria. Tolerabile foret beatos dicere eleemosynarios diuites si non propter eos exaltādos deprimere euāgelicos inopes oīa relinquentes. Sic intelligo sicut apud Hieronymum roletari potuit Iouinianus cum exaltat nuptias, non autē cum propter nuptias

commendandas obruit celibatum. Ioannes Cassianus repperit istam heresim diebus suis inter monachos pullulare & auctoritate scripturæ eam condēnat maxime gestis Pauli. CASSIANVS. Beatius est inquit magis dare quæ accipere: cuius interpretatione prauissima eneruatam illam putant sententiam quæ dicitur. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus: & habebis thesaurū in cælo, & veni & sequere me. Ex hoc arbitratur colore diuitias suas se abdicere nō debere, beatiores se ipsos pronunciantes si pristinis suffulti substantiis aliis quoque de earum superabundantia largiatur. Dum enim erubescunt pro Christo gloriosā cum apostolo suscipere nuditatem, nec opere manuum nec monasterii parcimonia volunt esse contenti quibus superest vt aut circūueniri nouerint semetipsos & nequāq̄ renūciat se huic mundo diuitiis pristinis incubantes, aut si professionem monachi atque opere capiunt experiri dispersis abiectis quoque omnibus nihilque sibi ex his quæ recunclauerunt seruantes cum apostolo gloriantur in fame & siti, in frigore & nuditate: quasi vero & ille nō similiter potuerit facultatibus præstis sustentari qui se non ignobilem etiam in mundi huius ordine testatur, cum se asserat a natiuitate cuius Romani dignitate prælatum, si hoc esset ad perfectionem commodius iudicaret. Et illi qui in Hierosolymis cum essent possessores domorum aut agrorum vendentes oīa nihilque sibi penitus referuantes, afferebant eorum pecunia & ponebant ante pedes apostolorum, nō potuerunt necessitate corporis cū facultatibus propriis sustentare, si hoc perfectius fuisset ab ap̄stolis iudicatum, vel ipsi eā utilius probauissent: sed vniuersas simul abiectas substantias maluerūt labore proprio vel collectione gentiū sustentari. De quorū sumptu sanctus Paulus ad Romanos scribens scripsit eis in hoc ministeriū prædicās ac subtiliter eos ad hanc tolerantiam prouocās ait. Nūc vero presciscor Hierusalē ministrare sanctis. Cōplacuit em̄ Macedonia atque Achaia collectionē facere in pauperes sanctorū qui sunt in Hierusalē. Cōplacuit & debitores sunt eorū quoniam si spiritualiū eorū factæ sunt gentes participes debent & in carnalibus ministrare eis. Ad Corinthis quoque horum sollicitudinem gerens scribens cohortatur eos, vt ante aduentum suum collectionem quanto possent sollicitius præparent. De collectis autem quæ fiunt in sanctis sicut ordinari ecclesiis Galatiæ

inquirentes, ita & vos facite vnusquisque vestrum per vnā sabbati thesauriser apud semetipsum recōdēns quod ei beneplacuerit, vt non cum venero tunc collectæ fiant. Hæc Cassianus ibidem scilicet in institutis monachorū libro septimo capitulo decimotertio. AVCTOR. Vel ergo probent aduersarii paupertatis perfectæ sanctum Paulum infatuatum esse volētē & pinguiorē misericordiā & perfectionē omnino minorem maiori dilectioni, & plus habētī sanctitatis præponere: & sanctos etiā conuersos Hierusalem eodem spiritu Pauli singula relinquentes eodem argumento redarguāt imperfectos, vel sanctam penuriam quam necessario coguntur accipere: conuersis Antiochenis cuiusmodi professionis iam fere omnes Christiani delectantur esse sequaces, nulla sua mentis audacitate postponant. Sed forsitan interrogant qualiter ergo beatiores erunt dantes nisi beatiores sint plurima reseruantes vt plurima largiantur. Si sentitis donum dei & quantitate perfectionis euangelicæ, tūc sentitis in hac quaestione stupenda totam vim latere responsi, quod quāto minus habet quis quod det tanto beatior est dāns: & inde dantis meritum cumulat. Vnde de quæ plana est ad hoc sententia Christi in videri. Hæc inquit plus omnibus dedit, quia ista quæ habuit necessaria, cæteri omnes de eo quod eis superabundauerat erogabant. Plus ergo dare nō est plura possessa dare, sed post datū pauciora relinquere. Nō ergo est reseruanda pecunia, vt beatus sit ipse dare immo omnia sunt ipsi deserenda vt cum aliquid det possit simul omnia dare: & cæteris in maiori quātitate donantibus ipse tunc beatus dabit dando quod minus est: immo minus. Vnde libro secundo cap. de Officiis, AMBROSIVS. Nulium administratum præstat diuitiæ ad beatam vitam, quod euidenter demonstrat in euangelio dicens. Beati pauperes quoniam vestrum est regnum cælorum. Beati qui nunc esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati qui nunc stetit quia ridebitis. Itaque paupertatem famem, dolorem, quæ putantur mala non solum impedimēto non esse ad vitam beatam, sed etiam adiumento, euidentissime demonstratum est & pronunciatum. Sed & illa quæ videtur bona, diuitias, satietatem, leticiā expertem dolorum, detrimento esse ad fructum beatitudinis, dominico declaratum iudicio liquet: cum dicitur. Veh vobis diuitibus qui habetis hic consolationē vestram. Veh vobis

bis qui saturati estis, quia esuriētis: & illis qui rident quia lugebunt. Sic ergo non solum ad mīculo ad vitam beatam non sunt corporis externa bona, sed etiam dispendio sunt. Hæc ille ibidem.

CONTRA INFERENTES
professores paupertatis spon-
te exponunt se periculo
vitæ. Cap. XVI.

AVCTOR.



Visant iterum Christi pauperes aduersarii paupertatis: & quod non possunt scripturis, nec rationibus valent, saltem cura victus carnalis, professionis nostræ ieiunium soluere moliantur: reclamante illis magistro gentium. Curam carnis ne feceritis in desideris. Ipsi vero e contrario consulentes. VITCLEL. Tantā paupertate vestra inquit exponitis vos articulo mortis & famis vitronæ: & per hoc deum tēprare videmini. Quod a perfectione vitæ, longe distat. Si enī inter paganos vel alias idēuotas gentes vos morari contingat aut necessario habebitis soltere quod vouistis aut famis sustinere dispendium. AVCTOR. Sed hic ex parte Christi pauperum respondetur: quod sancti patres nostri Christi discipuli huius spontaneæ paupertatis & periculum necessitatis sic districtissime mediabant, vt nec vnus pateretur, nec alterum dispensatione saltem Christi notis sua. Audite namque quod Christus qui instituit ne peram vel pecuniam, nec quicquid gestarent in via tempore pacis pace mutata, & subsecuta persecutiōe iussit & sacculum portare simul & peram. Quando misit inquit vos sine sacculo & pera, nū quid vobis defuit? At illi dixerunt, nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculū tollat similiter & peram. Lucas xxii. AVCTOR. Sup̄ quod Zacharias Chrysopolitanus in vno ex quatuor sub auctoritate Bedæ. ZACHARIAS. Sunt virtutes semper tenendæ, vt misericordia, humilitas, castitas, fides, spes, charitas: sunt & aliquādo pro tempore locoque omitrendæ, vt fames, sitis, vigilia, orationes, labor operandi & docendi. Quisquis semper exequendas putauerit non modo se earum fructu priuabit, sed & notā

incurret stultitia. Magister itaque virtutū vt insinuaret discretionem præcepit discipulis ad prædicandum missis ne quid in via tollerent, sed de euangelio viuere. Tempore vero persecutionis decreuit pecuniam victui necessariam tollere donec tempus euangelizandi rediret sopita persecutione. Hæc ille, AVCTOR. Hoc moderamine discretionis vtuntur religiosi Christiani in abdicatione temporalium sine solutione voti emissi, quo primum præmissa vtebatur apostoli, sine nota salutaris vel præuaricationis mandati: cū vorum professionis suæ voto apostolorum non poterit esse maius, dicente Augustino vt supra diximus. Quid hoc vorum potissime vouerant. Secreta enim necessitas mutat exercitium non soluit promissum, maxime si cum dispensatione prælati loco Christi professor secus faciat quod vouebat: de eiusmodi dispensationibus postmodum dicitur ad liquidum. Quid si ideo stulti sunt professores moderati, quia sic proprietatem abdicant vt nihil omnino sibi reseruent, quia de possibili necessitatis periculo se exponunt, Non ergo debuit dixisse Christus Sacchæo: hodie domui huic salus facta est. Sed græde periculi facti est & de possibili magna strages salutis, cū scilicet ille Sacchæus ad monita Christi hinc dispensando pauperibus hinc fraudata reddere, oia sua deuouit totâ substantiam denudauit, Sicut ait doctor THEOPHILVS super illud Lucæ. Ecce dimidiū bonorum meorū do pauperibus. Si subtilius inquit indagare velimus nihil de propriis restabat facultatibus. Data enim mediæ bonorū pauperibus ex residuo reddebat læsis quadruplum, non solum hoc promittebat sed faciebat. Non enim ait dabo medietatem & restitutam quadruplum, sed do & reddo. At Christus etiam ei salutem annūciat dicens. Quia hodie salus huic domui facta est. Hæc ille, AVCTOR. Quid dicit etiam aduersarie, ad sanctum euangelistam Matthæum quem iam Christus vocauit a Theloneo ad arcem apostolatus qui etiam ad verbum sic vocantis & sic inspiratis Christi tam ardenti voto cuncta deseruit vt non tamen relinqueret facultates, sed insuper omnem cogitationem omnemque memoriam corporalis victus abiecit vt sic manifeste reputaretur & vnus esset de principibus populi sui. Vnde super Marcum libro primo capitulo septimo de eodem euangelista loquens dicit. BEDA. Ideoque vt pauperem Christum non tam gressu quam asse-

ctu consecrari potuisset, reliquit propria qui rapere solebat aliena. Et sequitur. Tanta enim cupiditate sequendi dominum ductus est, vt in nullo profus huius vitæ respectum vel cogitationem sibi retinere seruauerit. Hæc Beda, AVCTOR. Nescio iam si velint dicere quod Matthæus relinquens libertatem cuncta victui necessaria fuerit improvidus, aut Christus vocans sic exterius & sic inspirans interius promouit eum in fatuum quem prædestinauit ipse apostolum & ecclesiæ senatorem: quia non solum ad nihilum rediguit valde omnem exteriorem substantiam de qua viueret, sed nec eius memoria ipsi superfuit nec cogitatio seruabatur. Puto ergo quod hoc facere non sit temptare deum vel exponere periculo propitiam, sed potius est armaturam fidei sumere & domini dictis fidem dare qui vetuit cogitare de crastino: quoniam lilia agrī non serunt neque nēr, & tamē non sic vestitus est Salomon in omni gloria sua. Beatus vero Hieronymus sic instruit sanctam Eustochium in epistola ad eandem quam incipit, Audi filia, HIERONYMVS. Cogitatio victus inquit spinæ sunt fidei, radix auaritiæ, cura gentilitium. At dicit. Puella sum delicata, & quæ meis manibus laborare non possum si ad se neciam venero, si egrotari coepero quis mei miseretur? Audi ad apostolos loquentem Iesum: ne cogiteris in corde vestro quid māducetis aur corpori vestro quid induamini: respicite volatilia cæli, quoniam neque serunt, neque hēnt, neque temunt, neque congregant in horrea, & pater cælestis pascit illa. Si vestes defuerit proponantur lilia. Si esurieris beatus audies pauperes & esurientes. Si afflixerit dolor, legitur, propter hoc complacebo mihi in infirmitatibus meis. Illa tibi semper in ore vox resonet: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus & redeam. Nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre quid possumus. Hæc ille, AVCTOR. Ab initio ergo electis CHRISTI pauperibus hæc disciplina placuit paupertatis & semper grata fuit perfectis studentibus IESU CHRISTI non tamen semper placuit: immo displicuit scholaribus talibus qualis ille iuuenis euangelicus qui tristis abcessit. Sed ne solus abcederet, moderni doctores diuinitarum palpones comites itineris cum eo vadunt, laudantque sententiam iuuenis cupidi: laudamus & hos decretum pauperis CHRISTI

nostri. O me miserum qui dum profitebar pauperem fratrem Carmelitam, non satis dilexi paupertatem nec adhegit anima mea ex integro post Iesum Christum. Quis tunc desideret mihi intellectum ad scrutandum legem eius in toto corde meo, & spinas illas cogitationis secularis illecebræ quas mihi inseuit ille qui seminavit zizaniam in terram meam, illum dico qui docuit iuuenem diuitem trinitatem suam, succendissem, incinerassem, in cibano charitatis. Non tunc memini de facto Matthæi, non deuotionis Sacchæi, non tunc recolui quid Hieronymus docebat Eustochium, quid apostolorum affectum occupauit, obliuioni dantium sua cibaria cum propararet in desertum. De quibus dicit scriptura Matthæi decimosexto. Cum venissent discipuli trans fretum oblitī sunt panes accipere. Vbi dicit. GLOSSA. Tanto amore magistri detinebantur, vt nec etiam ad punctum vellēt ab eo recedere. Aduertēdi ergo quantum alieni essent ab appetitu deliciarum, cū tam paruum haberent de necessariis curam: vt etiam oblitī sint panes accipere, sine quibus humana fragilitas subsistere non potest. Hæc ibi, AVCTOR. Item libro de Fuga seculi capitulo xvii. hoc idem asserēs de Helia propheta dicit, AMBROSIVS. Desertum quæsitū fuga est bonum ad quod fugit Helias Heliazus & Ioannes Baptista. Fugit Helias mulierem Iezabel, id est effusionem vanitatis & fugit ad montem Oreb. Et sequitur. Ita fugiens seculum vt nec cibum corporis, huius exquireret nisi quem aues detulissent ei ministræ, quæ esca eius plerumque terrena non fuit. Deinde quadraginta diebus in virtute escæ quam acceperat ambulauit, vtique mulierem non fugiebat propheta tantus sed hoc seculum, Hæc ille, AVCTOR. Sed quid quærimus amplius? Sufficit nobis paupertas nostra, vt diuitiæ computentur; Sed si iniuriarum a prauis, vide quot nauarum, quot negociatores exponunt se periculis pelagi, quot milites periculo belli dubii, quot officines periculis gradis & sublimis ædificii: & cæteri tales quorum est iustum artificium & nullus eorum, certe qui occasione temporalis emolumentū laborant accusatur quasi tempter deum, aut quasi periculis suis studeat. Sed solus Christi pauper temptator dei dicitur, & prouisor sui periculi: quia ex integro iactat cogitatum suum in dominum: ibi figens fidei suæ anchoram vbi nequit esse periculum: SENEGA vero dicit. Non est quod te nimis la-

des si contempseris aureos lectos, gemmas tam suppellectilem quæ est enim virtus, superuacua contemnere? tunc te admirare, cum contempseris necessaria. Epistola vicefima prima ad Lucilium, AVCTOR. Onerosi ergo sunt isti conciliarij vel amici Iob. Sed rogo remittant curas suas de cætero, nec multum sollicitetur in nostris periculis, quia semper eligibilis erit verum Christi pauperem in apostolica nauī esse & periclitari cum domino, quam firmissimum occupare thronum in atrio Cayphæ remotē a Christo.

VTRVM SCRVTIANDVM

cui elemosynam porrexeris, ne forte dederis peccatori.

Cap. XVII.



Ndecimo loco quæ præuaricator Iudas primo cauit inter Apostolos, instans aduersarij paupertatis, & huc illucque discursans rapti forsitan spiritū proditoris: qui dum Christi vnctioni detrahit titulo pauperum quos verbaliter tantum promouit lucris, suis consuluit. Isti domini moderni simili studio manus donatorum ab elemosyna reuocant, & vbi donatorios non cōuincunt terrent eos conscientia fractæ legis, quos non superant ratione. Sapiens dicit inquit. Da misericordiam, & non suscipias peccatores. Cautendum ergo est & subtiliter inuestigandum quis sit, cuius cōuersationis & ritus, cui elemosynam dederis: ne sub velamine pietatis contra ius diuinum foueas peccatores. Non enim simpliciter ponderauit dictum, vbi negatiuam addit quæ ad semper obligat. Da misericordiam inquit & peccatores ne suscipias. Et nonne istiusmodi sunt surrones sunt de schola scribarū & Phariseorum qui facientes conscientiam eiusdem scripturæ contra Christum, etiam redarguuntur a Christo sub parabola ouis perditæ & reiuuente. Murmurabant inquit euangelista, scribæ & Pharisei dicentes, quia hic peccatores recipit &c. Lucæ decimoquinto. Vbi glossa interlinearis. Quasi contrarius est legi quæ hoc prohibet cum dicit. Da misericordiam & non suscipias peccatores; Sed & nonne audiunt scripturam iterato dicentem: omnī petenti te tribue; Si peccatori petenti te

eleemosynam denegas, iam non omni petenti te tribuis. Et iterum. Si dederis peccatori, conscientia legis te retinet quæ peccatoribus tribuere prohibet. Sed mihi videtur quod diligenti viro duo assunt remedia fugiendi in hac materia laqueos Lolardorum. Aut scilicet peccatori nolle dare quicquid intentione fouendi eum in suis peccatis, sed titulo pietatis: & hoc Augustino videtur. Aut nolle scrutari peccata hominū, sed simpliciter tribuere secundum illud apostoli, nihil interrogantes propter conscientiam, & hæc via placet Chrysostomo: vtraque vero placet ecclesiæ. Vnde dist. inctione. xlii. ca. Quiescam⁹ sub auctoritate Chrysostomi super epistolam sancti Pauli ad Hebræos. CHRYSOSTOMVS. Quiescamus inquit in hac absurda curiositate & diabolica & peremptoria. Si enim in clero electum se esse dicit, si sacerdotem se esse nominat, scrutare. Non enim sine periculo in talibus indiscussa cōmunicatio est. Circa maiora periculū veretur: non enim das sed accipis. Si vero per nuntiatum postulat, ne in his examines: quomodo Abraham hospitalem se esse omnes ostēdebat: Si scrutator esset circa refugientes ad se nunquam angelos recepisset hospitio: fortassis non putasset eos angelos, sed cum reliquis repelleret: sed quoniam omnes recipiebat suscepit & angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis mercedem tibi retributurus est deus: sed ex voluntate & honorificentia multa, ex misericordia & bonitate. Hæc Chrysostomus. Et iterum dicit idem in eodem libro. Si indifferenter omnibus demus semper miseremur. Si autem discutere cōperimus nunquam misericordiam præstabitur. Hæc ille. Ad idem etiam dicit libro contra quinque hæreses hæresi secunda quæ est Iudæorum. AVGVSTINVS. Habemus in libro qui vocatur Genesis. Venerunt duo angeli Sodomam vespere sedente Loth pro foribus ciuitatis: quos cum vidisset surrexit, & iuit obuiam eis. Quid plura? surrexit, obsecutus est eis, tanquam peregrinis, consuetudine hospitalitatis, liberatus a periculo ciuitatis & temporale euasit incendium & æternum consecutus est præmiū. Discite Christiani, discite sine discretione exhibere hospitalitatem, ne forte cui domum clauseritis, cui humanitatem denegaueritis ipse sit Christus. Hæc Augustinus. AVCTOR. Iterum autem Chrysostomus prohibet inuestigare de Christi pauperibus quis sanctus sit aut quis peccator: & cul-

pat illos qui quarunt sibi solos monachos, aut alios iustissimos viros, quibus opes suas diffundant, relictis aliis ceterioris conuersationis hominibus: quia & illi iidem, inquit, intantum scrutari assuefcant quis sanctus sit quisve alius: vt finaliter, nec sanctus ipsis placeat nisi miracula operetur. CHRYSOSTOMVS. Sanctificatur inquit vir infidelis in vxore fidelis: & mulier infidelis in marito infideli: quoniam sanctimonium fides facit, & si laicum in circumstantia, id est in populo viderimus porrigamus manum nedum in eos qui in montibus sedent, id est eremitis solum simus studiosi. Nam sancti quidem sunt illi & vita & fide: Sancti vero & hi fide: multi vero in vita sunt sancti: ne si videamus monachum in carcere, tunc intramus solum: si viderimus vero laicum, tum non intramus, Sanctus est & hic & ille & frater. Quid ergo (ais alias) si fuerit immundus & inquinatus: audi Christum dicentem ne iudicetis vt non iudicemini. tu propter deum fac quod facis & suscipies ab eo mercedem. Et quod dico laicum, & si Hellina, id est Græcū paganum viderimus in circumstantia existētem multo magis infidelem laicum, audi Paulum dicentem. Bonum facite ad omnes, maxime autem ad familiares fidei. Sed nescio vnde hoc illatum & vnde obtinuit consuetudinem: qui enim monachos solum exquirat illis benefacere solis, & illos rursus inuestigat & scrutatur, si avarus fuerit si non fuerit intus, id est continēs se a seculo, & si signa non fecerit non porrigamus manum, inquit, qui plus eleemosynæ abstulit. Hæc Chrysostomus super epistolam Pauli ad Hebræos in Homil. x. AVCTOR. Hieronymus etiam in annotatiunculis suis super illum textum secundæ Corinth. nono. Vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem quæ operatur per vos. HIERONYMVS. Vt sine discretione inquit tribuat is omnibus simpliciter indulgentiam tribuat is, non querentes cui, sed quare detis. AVCTOR. Videtis iam quot & quanti doctores ecclesiæ, vnanimiter sentiunt etiam dandum esse peccatoribus, quia eleemosyna non est tributum, debitum virtuti sed homini: alioquin deus præmiaret inique dum quotidie & pro maiori parte ex eleemosynis terræ suæ ditat iniustos, & depauperat innocentes. An non est deus eleemosynarius optimus, & in discretione præcipuus? Sed nec tibi iniungitur iam vt etiam peccatorem foueas sicut iustum, sed

hoc tibi inhibendum est cum dederis eleemosynam non scrutaris de moribus, non discutias donatariorū vitas, ne eleemosynæ fructū perdas. Nunquid oculos conuenienter finges Christiformius quæ si eleemosynā Christianā indiscrete contuleris? Vis secure conferre: non videndum sed palpando non visu sed manu contingas munera dexteræ: & potera doctorum causas quas iam ante præmisit quarum vna quæque vitat vnum magnū periculum prima causa est ne excludas a domo tua angelos qui frequenter ad domos visitandas eleemosynariorum accedunt. Secūda ne assuefcas discutere vitas & nunquam miserearis: quia semper inueniri poterit quod offendat. In multis enim offendimus omnes, dicit Apostolus. Tertia ne non angelos tantum sed aliquando contingat quod excludamus etiam Christum. Quarta ne inuestigemur ad petendum miracula & tentemus deum propter assuefactionem querendo factos vitos. Quinta ne transgressores sancti præcepti apostolici non in omnē simplicitatem sed in calliditatem crescamus inuestigando subtiliter opera proximorum. Et his tamen potest addi sexta pernicioſa satis, quia cum humana iudicia propter incertitudinē suam cōtinuam falluntur & fallunt, æque continget operanti secundū ea excludere bonū sicut malum. Ideo dicit AVGVSTIN⁹ in epistola ad Profuturum in ordine epistolarum. lxxiii. In recipiendis hospitibus ignotis solemus dicere, multo esse melius malum hominem perpeti quam forsitan per ignorantiam bonum excludere: dum cauemus ne recipiatur malus. hæc Augustinus. AVCTOR. Optima propositio Augustini, plena valde prudētia Christiana: qui peccatorem suscipit: quia peccatorem eum nescit esse quem recipit: sed nec vtrū sit discutit vt liber conscientia factus omni petenti se tribuat.

AD IDEM PROPTER ILLVD
desudet eleemosyna in manu tua,
Caput XVIII.

S Ed quia catholici omnes ambulantes in via quæ est Christus. Qui posuit in loco spatioso pedes suos. Via namque eius viæ pulchre: & omnes semitæ eius pacificæ: immo & si via eius vna sit veritas, semitæ tamen eius sine vitio schismatis poterit esse plures. Repetamus ergo scripturam priorē quæ cōtra religiosorum alia

moniam videtur militare, apud eos saltē qui eam cōmemorant. Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem. Et itē. Desudet eleemosyna tua donec inuenias iustum cui des. Et quis vnā viā de non decernēdo sancti doctores manifeste donauerint: alia tamen subiungamus quæ in ipso darionis officio distinguit suppositum a peccato vt sciāt omnes gentes hereticæ quæ in circuitu nostro sunt quæ diues sacrorū sensu est mater ecclesia, & quæ ingens possessio eius. In primis tamē vt incipiamus a paruis, videant quomodo pauperatis: ne fallat eos ignora illius, scripturæ Græcæ & figuratiua locutio. Beatus namque AVGVSTIN⁹. iii. de doctrina Christiana. c. xvii. Posterior, inquit, pars huius sententiæ videtur vitare beneficentiam: ait enim ne suscipias peccatorem. Intellegas ergo figuratiue posito pro peccato peccatorem, vt peccatū eius non suscipias. hæc ille. AVCTOR. Certe ergo qui occasione huius scripturæ beneficentiā vitant, figuram locutionis ad suā confusionem ignorat & cōtra sensum scripturæ quem non capis peccatum cōpulant peccatori. Apertius tamē disputat Augustinus verba textus illius: opponēs sibi scripturam dicentē, Omni petenti te tribue. Et tandē veritatem rei & quid in eisdem textibus scriptura velit, sententiā per processum in Psalm. cii. versu, Faciens misericordias dominus & iudiciū, AVGVSTINVS. Fac misericordiam iniquo, non tanquam iniquo, nā ipsam iniquū iniquū est ne suscipias, id est ne quasi intentione & amore iniquitatis illius suscipias eum. Nam & prohibētū est dare peccatori & suscipere peccatores, Et quomodo omni petenti te da, & quomodo si inimicus tuus esurierit ciba eī, quasi contraria vidētur, sed aperitū in nomine Christi pulsanibus & manifesta erūt querentibus: ne tradas peccatori & ne suscipias peccatorem & tamē omni petenti te da. Sed si peccator est qui te petit, da, non tamē peccatori. Quando das tanquam peccatori? quando in quo peccator est hoc tibi placet, vt des, deum offendis. Cū dico occurrit tibi homo peccator, duo nomina dicitur, hæc duo nomina non supflua sunt duo nomina: aliud quod homo aliud quod peccator. Quod homo opus dei est, quod peccator opus hominis est: da operi dei, noli dare operi hominis. Et quomodo inquis prohibes me dare operi hominis? Quid est dare operi hominis? peccatori dādo propter peccatum, placenti tibi propter peccatum, & quis hoc faciet? inquis. Vtinā nemo, vtinam pauci, vtinam non publice. Quare

venatoribus dant dicant mihi, quia quod donat venatori: hoc in illo amat in quo nequissimum est. Hoc in ipso vestit ipsam scilicet nequitiam publicam, qui donat histrionibus, qui donat aurigis, qui donat meretricibus: quare donat: Num quid & ipsi hominibus non donat: non tamen attendunt naturam operis dei sed nequitiam operis humani, haec Augustinus. AVCT. Hic igitur vult doctor Christianos omnes audacter & sine trepidatione vel glossa inherere & adimplere textum illum ad literam quem benificentiam redolet pietatis. Omnium petenti te tribue. Textus autem aduersarium illi qui sonat in oppositum moderate declarat ut non suscipiatur peccator propter culpam, suscipiatur tamen propter naturam. Et reuera nec iustus suscipiendus est nisi ob dei reuerentiam in nomine iusti scilicet cuius exhibet se minister: sicut declarat ibi AVGVST. consequenter in eodem versiculo dicens: Econtrario si des iusto, si des prophetae, si des discipulo Christi aliquid cuius indiget, & non ibi cogitas quia discipulus Christi est, quia minister dei est, quia dispensator: sed cogitas ibi aliquid commodum temporale, ut fortasse quia causa tuae necessarius quando fuerit venalis: sicque ei aliquid porrexisti tamen tu non dedisti iustos si sic, dederis discipulo Christi, qui ille non dedit homini quando dedit venatori. Et sequitur finaliter. Quomodo ergo intelligis qui receperit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet: sic intellige qui receperit peccatorem in nomine peccatoris, perdet mercedem. haec Augustinus. AVCTOR. Ecce quod ab aequo, quibus pondere nondum aequo, iustus & peccator ingrediuntur ararium Christianum. Iustus non nomine suo, sed nomine iusti, nomine operis dei: peccator etiam nomine operis dei, non nomine peccatoris. Et super Leviticum, cap. ultimo, ISIDOR. VS. Diligamus omnes in quantum sunt creaturae dei, secundum quam dilectionem exhibeamus eis opera misericordiae: vestire, pascere. Si autem deo non adhaereat, creaturam dei diligamus: malum autem eius odio habeamus. Unde dicit, nihil impio dederis sed persequere. Non debemus eos in impietate sustentare, debemus tamen sub nomine creaturae dei si necessitas sit. Haec Isidorus. AVCT. Et certe si veniant validi & si facti veniant, quia homines sunt, quia opus dei sunt, humanitate erit catholica aliquid moderate donare non dimittere desitutos. Unde, ii. de offic. cap. vii. AMBROSIVS. Li. quet debere esse liberalitatis modum, ne fiat inutilis largitas cuius sobrietas tenenda est,

maxime a sacerdotibus ut non pro iactantia sed pro iustitia dispensent Petitionis causa, veniunt validi nullam causam nisi vagandi habentes & volunt subsidia euacuare pauperum, exinanire sumptus: nec exiguo contenti maiora petunt ambitu vestium captantes petitionis suffragium & natalium simulatione licitantes incrementa quaestuum. His si quis facile deserat cito exhaerit pauperum alimentis futura compedia. Modus largiendi affert ut nec illi inanes recedant, neque transferatur vita pauperum in spolia fraudulenter. haec Ambrosius, AVCTOR. Et nobilis ille Chrysostomus dicit quod & si peccatores sint qui postulant non debent homines memorari peccatorum eorum pro tempore, sed plena facie misereri supplicibus quemadmodum nos orantes deum rogamus ne rememoretur iniquitatum quas fecimus. CHRYSOSTOMVS. Omni, inquit, petenti te, da: extende manum tuam ne sit contracta: non vitarum existimetur inuestigatores: quia nullius ita miserabilimur. Propter quod enim cum deum deprecaris, dicis, ne memineris peccatorum meorum: Itaque & si valde est ille peccator, hoc non in eo excogita, ne memoreris peccatorum eius: amoris hominum est tempus, non subtilissimum inuestigationis: misericordie non computationis. Nutrirum vult siquidem, si vis dare, da. Si vero non vis, dimitte: neque superanxius, id est torqueas eum interrogando propter quid miser est, & si afflicus propter quid: neque enim ipse misereris, & eos qui misereri volunt, auertis: cum enim ille audierit a te, quam hic deceptor, quoniam illa ille foenerat, neque his dat neque illis: omnes suspicamur tales esse. Scitis enim quoniam perniciose facile suspicamur, benigna vero non sic. Fiamus misericordes non simpliciter, sed ut pater noster caelestis: ipse enim adulteros & fornicatores & dominatores nutrit: & quod dico eos qui omnem speciem malitiae habent. In tanto mundo necessarie est tales esse multos, sed tamen omnes nutrit, omnes induit: nullus fame correptus est, nullus praeterquam si quis volens factus in aliqua calamitate: ita fiamus misericordes: si quis indignerit & in necessitate fuerit auxiliari. haec Chrysostomus in homil. ii. versus finem in epist. Pauli ad Hebraeos. AVCT. Et iterum quasi ad idem: etiam quod nec inimicum spernere debes, sed ut auxiliaris illi si possis. AVGVST. super psalm. ciii. tractatu primo in fine. Fructus, inquit, congruus opera bona. Fructus congruus sincera dilectio, non solum fratris sed & inimici. Supplie

cem nullum spem, si potes dare, da: si non potes affabile te fac: coronat deus inter voluntatem, ubi non inuenit facultatem. Nemo dicat non habebat: charitas non de facello etogatur, haec illic ille. AVCT. Ecce quod iuxta Augustinum supplex nullus speret abscedet, sed etiam inimico quem ad minus iniustum reputas, & facinorosum adhuc si potes dare donabis: quod si non potes celum, dabis assensum, praebis affectum. Mirum est ergo, quae temeritate voluit modernum contra totum senatum doctorum in largitione elemosynae Christianae auctorizare scrutinium: & temporale beneficium indigenti subtrahere propter vitium: cui dominus deus non solum non subtrahit sed offert, sed instat, sed perinat optimam gratiam. Sed hoc agunt ut adimpleat mensuram patrum suorum. A Manichaeis enim primo fluxit ista heresis: sicut recitare videtur beatissimus Augustinus. ii. parte serm. Quod autem inseruit dictum esse in scriptura: desudat elemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui des. Hoc contra ecclesiarum pastores ageret secundum opinionem hereticam, quam inimici paupertatis attollunt Armacani & Vituleuistae, nihil merito contra fratres quia non de elemosyna contingere sed de elemosyna necessaria decimarum hortat. Nam Petrus Comestor. c. xii. Deuteronomium dicit Iudeos duas scisse decimationes bonorum suorum in anno, secundam per pegrinis & pauperibus gratias suae: de qua dictum est, omni petenti te tribue: sed alteram priorem ista leuiticis tradenda: primam inquit separabat leuiticis & de hac dictum est: desudat elemosyna in manu tua donec inuenias iustum cui des. i. illi cui debes, haec magister. Et habet Andreas abbas hoc idem in terminis super Deuter. tit. iiii. Male igitur commutasti scripturas obicitis contra pauperes quod inimicos pastores protulisses ecclesiae. Nihil ad nos cum desudate elemosyna & quaerere iustum, quod decimatione non viuimus. Sed ad nos pertinet illud scripturae consilium quod iustum non precipit quaerere, sed econtrario. Omni inquit petenti te tribue. Videris ergo mihi quasi in pulso sacco argumentum tuum formaueris, dum non ledis quos petis. Et tamen inde maius habes petam quod nulli profeceris, quod commutaueris manus ut nec benedixeris Esraym neque Manassem sed maledicis vtrique, dum hinc obes fratribus & illinc irruis in rectores.

Contra dicentes, Quod omni petenti sit dandum, sed solum verbum asperum petitori. Cap. XIX. Vibus autem autoritatum praedictarum planities impiose non placet, multitudo displicet, & dolent spiritum Phitonici per apostolicum verbum ereptum esse

puellae, putantes se amittere nisi quod si populus Christianus eis consulti dare possit alimentum. Ideo glossa quadam de nouo consingunt, ut sub eius umbra a doctorum dictis se protegant & haeresim teneant antiquatam. Placet inquit quod omnibus elemosyna sit donanda, sed non tamen omnibus eadem elemosyna corporali fouenda est iustus, sed elemosyna spirituali solum iniustus. verbi gratia. Si peccator te postulet verbum asperum correctionis habeat, & discat primo corrigere vitam, ut demum sit aptus Christianorum cape sanctam stipem. Et sic quantum in eis est falsificantes verbum Christi commissuram nouae glossae apponunt vestimento heresis inuenerat: et veteribus verbis Amoreorum quod per tota dicta sanctorum pene facti sunt vanae iam reparantes errores pristinos, vnum insundunt nouae glossae. Non dabitur os petenti quod potest ad victum, sed verbum asperum volentes esse in pauperes improbi, de quibus Saluator ait: Quis ex vobis patrem petiti panem, nisi quod lapidem dabit illi: aut si petierit orem nunquid porriget illi scorpionem? Petiti pauper ab illi heretico: quod si non sit de ecclesia sua imponens ei crimem per fidem lapidem dabit illi: & qui postulat alimentum aculeati sermonis lollardici accipiet scorpionem: sic utique Manichaei medicis catholicis negabant elemosynam: solis enim medicis Manichaeis elemosynam concesserit sicut dicit Augustinus de moribus Manichaeorum circa medium. Beatus etiam GREGORIUS de consimilibus loquens, xii. moral. c. xii. super hunc textum Iob, Si desperi preterit &c. Sunt, inquit, nonnulli qui mox ut ab egenis fratribus fuerit necessaria postulati post dona largiturum in eos prius contumeliosa verba iaculant, quod & si rebis misterium pietatis perficiunt verbis tamen gloriam humilitatis perdunt: ita ut plerique videant quod illate iam iniurie satisfactione soluit cum post contumelias dona largiunt: nec magni est operis postulata tribuit, quia ipso donationis suae munere vix eundem excessum sermonis tegunt. haec sanctus doctor Gregorius. AVCT. Pro vobis feci quod adduxi vobis Gregorium dantem contumelias quas inferunt illi quod dona perinat, postquam obiurgauerit pauperes medicantes: nam seculares viros quorum contumelias nulla dona sequitur duplicem dantem iniuriam. Melius ergo consilium vobis offero & ad Christianam vitam pietatem si peccator te postulet releuamen egestatis suae spiritualiter illi beneficia corrigendo victum, non pulsando ad iniuriam: ac demum corporei submissas beneficium: & sic secundum Apostolum in reformatione proximi duplici vtere instructum potest ad iniuriam tui si fuerit, carbonem enim charitatis ardentem cogeres super caput eius isto modo. Nam & beatus AVGVSTINUS in libro

N



de vita Christiana sic dicit. Christianus est q
 misericordiā oib⁹ facit, qui oīm mouet iniu-
 ria. Et sequitur. Cuius oīm cōis est dom⁹, cuius
 ianua noluit, claudis, cui⁹ mēlam paup nula-
 litis ignorat, cuius cib⁹ cūctis offert, cuius oēs
 bonū norūt, & nemo sentit iniuriā. q deo no-
 ēte dieq seruit, q indelicēter eius pcepta me-
 ditat & cogitat. Hęc ille. AVCT. Vide iā q
 beat⁹ Augustin⁹ Christianū exponit, vbi oēs
 etiā peccatores & iustos misericordiā Chri-
 stianorū cōmēdat: q em oēs iubet pascere,
 nullū excludit a pastu: & si ille Christian⁹ de-
 scribitur qui misericordiā oib⁹ facit, quō nō
 erit Antichrist⁹ q peccatorū iudicat ad famē:
 & claudis hospitū cui Christ⁹ nō claudit: de⁹
 enī facit oriri solē suū sup bonos & malos: &
 pluit sup iustos & iniustos: & ita iubent Chri-
 stiani voce Christi misericordes esse pximis
 Christianis. Effote inq⁹ misericordes sicut &
 p⁹ vester celestis misericors est. Si certe deus
 daret beneficū lucis aut pluuia solis iustis
 tūc haberēt Amorei nostri occasionē iustificā-
 di scrutationes suas qb⁹ ipsi datōnē eleemo-
 syne solis iustis p⁹dicat faciendā. Iā autē quia
 faciūt oppositū ei⁹ qd de⁹ I cōe pbauit ser-
 uent vt volūt, & adhuc deficere possūt scruta-
 res scrutatio. Ideo HAIMO sup illū tex. eplē
 ad Galat. vi. Dū tēp⁹ habem⁹ opemur bonū
 ad oēs. In isto inq⁹ tpe debem⁹ bonū opearī
 ad oēs, ad fratres, ad hæreticos, ad paganos,
 tā in eleemosyne officio q in doctrina verbū.
 Oib⁹ em hoib⁹ misericordiā impēdēda est &
 doctrina fidei imitādo patrē nostrū qui facit
 solem suū oriri sup bonos & malos. Hęc ille.
 AVCT. Beatus vero Ioānes Chrysof. dicit
 q nō debem⁹ discutere cū dare debem⁹, quia
 inq⁹ adhuc nō est tēpus iudicī sed misericor-
 dię: & ius habet in auxilio tuo oīs paup eo q
 idiget, nō ex eo q iā iust⁹ idiget. CHRYSOST.
 Nimirū, inq⁹, eleemosyna illa est q ad pecca-
 tores, q ad obnoxios fit. Eleemosyna enī hoc
 est, nō tūc miserorū q direxerūt, i. directe ege-
 runt sed etiā in eos q deliquerūt: vt discas
 audī parabolā. Descēdit ait quis ab Hierusalē
 in Hierico & in larrones incidit: q & pcutiē-
 tes eū abiuerūt semiuuo relicto: venit autē
 qdā sacerdos & deīde leuīta & vidēs eū p⁹er-
 auit. Samaritan⁹ autē qdā veniēs multā p⁹ura-
 tionē fecit, ligauit vulnera, ingurtauit oleū,
 sup asinū posuit, duxit in stabulū: & dixit sta-
 bulario: cura eū. (Vide multā largitionē) &
 ego dabo tibi qd cūq⁹ cōsumperis. Quis ergo
 eū pxim⁹ eius? Qui fecit misericordiā cū eo:
 vade ergo ait & tu fac similē. Et vide qū di-
 xit parabolā, nō dixit qd Iudē⁹ ad Samaritanū

fecit, sed qm Samaritan⁹ largitionē illā vni-
 uersā ostendit. Ita ergo & tu si videris aliquē
 male patientē nil circūscrutare de reliquo: ha-
 bet ius auxilii istud: id est male pati eū. Si em
 asinū quē videris mesum erigis & nō cir-
 cūscrutaris cuius est, multo magis hoīem nō
 oportet circūscrutari cuius est, dei em est: & si
 hellin, i. paganus fuerit & si Iudęus, si auxilio
 indiget: nā si qdē & iudicare concessum esset
 tibi bene hoc diceret: si autē calamitas est, di-
 mites hoc examinare, multo magis eos qui
 male patiunt. Quū vides copiositatē habētē
 eū vel p⁹eritatē, tū dicas p⁹nciosus est & ma-
 lus. Si vero male patientē vides, ne dicas p⁹-
 ciosus est. Crudelitatē enī est hoc & ihuma-
 nitatis & elationis, hęc Chrysof. super epi⁹,
 beati Pauli ad Heb. Moral. x. AVCT. Cura
 iā qd vltimo dixit & ex hoc ppēde priora cū
 aliqs fuerit in p⁹eris posit⁹ inq⁹ si deliquit
 potes dicere qm p⁹nciosus est & mal⁹: si vero
 æger fuerit aliqs & male pati⁹, ne dicas p⁹-
 ciosus est. Ecce ergo fr̄diciū tibi verbū aspe-
 rū ad hoīem in passionib⁹ positū: & Chryso-
 stom⁹ dicit q sic improbare patiēti est crude-
 litatis, inhumanitatis & elationis: & tamē in
 superiorib⁹ dicit q oīs valetudinar⁹ & egenus
 habet ius auxilii: ergo subuenire debes in tē-
 poralib⁹ patiēti defectū & suspēdere teneris
 verbū asperū. Certe Samaritan⁹ nō dixit Iu-
 deo, quē curauit, peccata ei⁹: sed curā fecit. &
 Christ⁹ dicit vnicuiq⁹ fidelis: vade & tu fac
 similiter: & inde erit eleemosyna maior q be-
 nigne p⁹stat, nec p⁹stās impropar cui dat & eo
 est plenior charitate. Et adhuc teneas aliā ra-
 tionē quā facit Chrysofom⁹: posit⁹ in aduer-
 sitate vel calamitate nō debet acutis incitari
 sermonib⁹, calamitas em nō pmittit examina-
 tionē, rōne scilicet cui⁹ facinoris icidit in illā:
 multo magis mala passioy⁹ egritudo vel ege-
 stas. vere inq⁹ si debuisses iudicare de cōmit-
 sis eius, bene hoc diceret scriptura diuina: ve-
 re ergo vsurpas, q tibi nō sunt cōmissa p⁹-
 mis inuadere. Viro catholico sufficeret tā ra-
 tionabiliter, tā fundamētaliter assera Chry-
 sofomi: q si nō sufficiat Amoreis q inpradi-
 cta & a doctoribus Augustino, Hieronymo,
 Ambrosio, Chrysofomo & aliis assera sūt,
 reuocem⁹ ad robur fidei & cumuli⁹ veritatis.
 At nōne in superiorib⁹ dixerit Augustin⁹, da
 opi dei nō des opi hoīs: opus dei est hō, pctm
 opus hoīs, da hoī nō des pctōri. Iā si sufficeret
 tibi dare verbū acutū dares pctōri, nihil autē
 dares hoī, quia verbū acutē correptōis pctō
 respōdet nō hoī, sed pctōri. Ergo cū Augusti-
 nus dixit da hoī, iubet eleemosynā corporalē,

nō autē dederis peccatori. i. ad fōtēdum eū in
 pctis sicut ipse se exponit. Nullibi autē iubet
 Augustin⁹ teneas tibi elemosynā & des ver-
 bū acutū. Et Ambrosi⁹ cōsequēter loquēs de
 libertate dispēlationis ecclesiasticę, Mod⁹, in-
 quit, largiēdi alit vt nec illi inanes recedāt
 nec trāscribat vita pauperū in spolia & vsus
 fraudulētōrū. Et ad remouēdū scntū eguocū
 sub quo te prexeras, btis Ambrosi⁹ exponēs
 se de qua loq⁹rerur elemosyna, hospitalitatē
 specificat quā dicit humaniter oib⁹ tribuēdā
 iustis tamē vberi⁹. Vnde. ii. de offic. cap. xiii.
 AMBROSIO⁹. In officiis, inq⁹, hospitalib⁹ oib⁹
 quidē humanitas impiēdiā est: iustis autē vbe-
 rior deferēda honorificētia: qeunq⁹ enī iustū
 in noīe iusti receperit mercēdē iusti recipiet,
 hęc ille. AVCT. Vbi ex specificatione hospi-
 talitatis humaniter oib⁹ exhibēdē patet ele-
 mosynā nō lollardinā de verborū aculeis sed
 corporalis fomēti impiēdiā his singulis: &
 hoc viris pctōrib⁹ vult esse cōmune, sed vbe-
 riorē tamē honorificētiā appropriat viris iu-
 stis. Exceptio em iustorū at testat⁹ admissioi
 iniustorū: in vniuersali de qua fit exceptio. nō
 enī poster⁹ excipent iusti si prius nō memo-
 rerur iniusti. Et Chrysofom⁹ iubet nulli im-
 properare de vitio cū agit de subsidio postu-
 lādo: sed sicut pater celestis pluit super iustos
 & iniustos: ita nos oib⁹ misericorditer alimo-
 niā impēdam⁹. Oēs em veterū traditiōēs hoc
 retonāt, oēs doctores catholici hęc scholā vni-
 nimiter docent Christianissimę pietatis. Soli
 autē Manichei & sectatores eorū Amorei in
 schola pietatis potuerūt cōtētionis, rixarū,
 obiurgationis, litigiorū, falsorū iudiciorū, p⁹-
 de impositionis criminū formare p⁹icipia: &
 solebāt eis fideles obicere rationē. Si ratione
 pcti debet egen⁹ priuari bonis diuinis tanq⁹
 eis indign⁹: cōstat autē bona spiritualia incō-
 parabiliter esse potiora bonis terrestrib⁹: mul-
 to magis debet talis iniqu⁹ egen⁹ priuari ver-
 bo acutē correptionis, qd tu vocas verbū di-
 uinū, ne alius videret esse verbū hereticū. Et
 sic si Amorei sentiāt eos delinq⁹re q qd t⁹pale
 donauerint sic egēti: multo magis delinquit
 ipsi formātes verborū suorū acutas nouacu-
 las quibus dolum faciunt seruīs Christi.

Contra diffinitionē vsurpatam V vitcleff:
 de religioso mendicante. Caput. XX.



Nderestationē autē medicī-
 ratis electā, subiūgit V vitcl.
 descriptionē fratris mendicā-
 tis quem ipse false appellat,
 abutēs dicto Lincolinēsi, antra

stis sacrosancti doctoris. V VITCLEFF. Ta-
 lis inq⁹ est secundū Lincolinēsi. in quodā ser-
 mone, cadauer mortuū de sepulchro egressū,
 pannis funebrib⁹ inuoluitur, a diabolo inter
 hoīes agitatū. Et declarat ptes sicut infra dī-
 cetur. AVCT. Ista plane descriptio lōge aliud
 est in lingua V vitcl. q̄ erat in ore Lincolinēsi,
 epi. Foran isti descriptioni potuit olim dixisse
 se Psalm. Cū sancto sanctus eris, & cū puer so-
 puerteris. Sed mirū nō est q̄ ausus sit docto-
 ris dicta puertere, q̄ scripturas sacras, q̄ ipsa
 Christi verba & apostolorū dogmata puertere
 re nō verēt. Et discernite vos cū itegrā audis-
 stis sententiā Lincolinēsi. Si medicīti fratri rōne
 medicītatis eius & non rōne medicītatis ab-
 usā & religiōis violatā, eā applicauerit scētis
 ātistes. Verba Lincolinēsi. sic habēt vbi scribūt di-
 cto. c. xxxv. vbi cōmēdas secretū claustrī dicit:
 LINCOLIN. Maria seder int⁹ & de cōclauī
 nō est egressa: ideo ad eā angel⁹ est ingressus.
 Si esset hęc egressa, angel⁹ ad eā nō ingrede-
 ret. Dina ergo virgo egressa vt videret mu-
 lieres regionis illi⁹, statū corrupta est, quantū
 ergo vobis timendus sit egressus considerate
 p⁹ertū cū ipsa Dina egressa corrupta sit. Sed
 forte aliqs tacitus dicit, si nō licet nobis egre-
 di quō prouidebitur indēnitati & necessitati
 fratrū? Pro indēnitate & necessitate fratrū li-
 cet egredi, dūmō mēte simplici cū Iacob habi-
 ter domi. Qui em potiore sui pte hoc est aīo
 in claustro habitat licet opere sit extra, nōne
 ppter pte sui potiorē in claustrō dicit⁹ esse,
 & ediuerso q̄ aīo est ī mūdo licet corpore sit
 in claustrō, nōne pot⁹ extra claustrū q̄ intra
 claustrū est? Claustralis ergo q̄ p necessitate
 fratrū corpore claustrū egredit, animo & vo-
 lūitate ī claustrō degēs eterna meditās cū Ma-
 ria & trāsitōria ministrās cū Martha talis est
 in hierarchia humana, quales sunt angeli p
 cōtēplationē deo semp assistētes & simul per
 officia sibi deputata nobis ministrātes ī hierar-
 chia angelica. Qui vero ambitione dignitatis
 aut libidine curiositatis aut delectatiōe volu-
 pratis sub p⁹xuro necessariā administratiōis
 egredit, nihil aliud est q̄ cadauer mortuū, pā-
 nis funebribus inuolūtū, de sepulchro egressū
 sum, a diabolo iter hoīes mortū & exagitatū.
 hęc ille. AVCT. Videte iā integrā sine sectione
 sententiā, & cōmēderis cū sancto Lincolinēsi
 quod ipse laudat: cū ipso spernite qd ipse cō-
 dēnat. Nec attēdite quod V vitcleff, sub noīe
 Lincolinēsi, violauit religiosos sanctos, & im-
 probos exaltauit. Vere enī descriptio p⁹dicat⁹
 ex intētionē sancti pōtificis fratrib⁹ ordinā-


Vitel. monachis refugis, canonicis temerariis, religiosis apostatis, prima congruit cum ipse tales solos laudet, quos Lincolineſi, ibi deſcripſit. Quod ſi probare cōpellitis, audite qd laudat vterq; qd vterq; condēnat. Laudat Lincolineſi in religioſo cōtinentiā, clauſtri ſe- ceſſum ſecretū, dicēs q; Maria ſedit intus, & de cōclauſi non eſt egreſſa: ideo angelus ad eā eſt ingreſſus; q; ſi egreſſa eſſet, angelus ad eā ingreſſus nō eſſet. Timēd⁹ ergo nobis egreſſus præſertim cū Dina egreſſa corrupta ſit: Vvitcleſſ. reprobatur cōtinentiam clauſtri dicēs in p̄dicto lib. c. vi. In iſtis priuatis ordinib⁹ ſit obligatio maior, fructus parior: nec ſonat in eorū perfectionē q; incaſtrantur vel incarce- ratur in clauſtris ſuis materialib⁹: vel q; ha- beāt priores qui ipſos debeāt regere & doce- re: quia nec Chriſtus nec eius Apoſtoli ante aſcēſionē vel poſt ſe vixerūt. Nec cōſonat ra- tionē q; aliqui niſi forte incōtinētes debēt ſe incarcerationari. Hęc Vvitcleſſ. Non recolēs inſa- nus iſte q; Apoſtoli ab aſcēſione Chriſti iuſſi ſunt continere ſe in vna domo vſq; ad feſtū Pentecoſtes: donec induamini virtute ex alto, inq; Chriſtus, Et nouit deus Apoſtoloſ tūc rēporis fuiſſe multis modernis clauſtralibus meliores, Laudat vltērius ſanctus Lincolineſi, q; clauſtralis egreſſiatur interdū ad ſubueniē- dum fratrib⁹ quē dicit eſſe talē in hierarchia humana qualis eſt adminiſtratorius ſpūs in hierarchia angelica. Vvitcleſſ. ſine diſcretione tales homines iudicat eſſe ex medicitate mē- doſos dicēs vbi ſupra. Per iſtā vltimā parti- culā poſſunt pseudo fratres diſcerni ab aliis qui ppter medicationē mēdacia vel aliā fal- ſam deductionē populi tanq; ex ſubſtātia ſui ordinis ſunt egreſſi. Nec artēdit iuſcus ille q; multi poſſunt egreſſi clauſtrū ſanctiſſime pa- pter indemnitatē fratru interiorē, ſicut dicit Lincolineſi, ſanctus de quib⁹ oportet omnem prælatū de iure prouidēſe facere ſicut dicit primo paſtorū, c. xviii. GREGOR. Rectorē, inq; neceſſe eſt vt interiora poſſet infundere cogitatioe innoxia, etiā prouidere exteriora: ergo ſic paſtores erga interiora ſtudia ſubdi- torū ſuorū ſerueāt quatenus in eis exterioris quoq; vitē puidētā nō relinqūat. Hęc Greg. AVCT. Multi quoq; egreſſi ſunt metas clau- ſtri & immiſcēt ſe turbis vt hoib⁹ p̄ſint in- firmis, & nō minus redeūt ad ſecretū vicib⁹ alternatis: ſicut enī GREGOR. refert in lau- dē monach. in. vi. lib. de vnit. monach. di. Eos miſceri turbis, & ſecedere ad ſecretū vtrūq; agere cū mēſura vt in altero ceteris cōſulāt,

q; ex eorū viſione p̄ficiūt: in altero p̄ ſp̄m ſan- ctū de myſteriis illuminētur: & in illo hoib⁹ in hoc deo iugantur, cōmunē vitā ſine cōib⁹ vitiis agētes: ſecretū vero nō abſq; cōi ducen- tes iſſirmitatis affectu: & quē maiora ceteris oib⁹ ſunt & clariora, in pauprate diuites: ni- hil habētes & oīa poſſidētes, hęc ille, AVCT. Sic ergo egreſſiētes nō deſcribit Lincolineſi, eſſe cadauera mortua &c. Sed ſanctos hoīes pares angelis & in actib⁹ hierarchicis nō dif- formes. Certe quicq; Vvitcl. amens garrat, Lincolineſi, ſanctū mendicū nō improbat cū Vvitcleſſ. Nec religioſum clauſtraliter cōuer- ſantē aut priori ſuo regulariter obſequentem blaſphematur cū Vvitcleſſ. imo laudat, imo p̄di- cat, imo cōmendat. Nihil igiſ Vvitcleſſ. & in- ſto illi. Oīno enī ſunt diſcordes circa documē- ta religioſoz: & Vvitcl. & Lincolineſi. Nec eſt cōueniētia eorū dē ſicut nec dei ad Belial, aut lucis ad tenebras. Vvitcleſſ. enī docet ſrena la- xari clauſtralib⁹, ita vt nulli obediāt niſi ve- lint: nec clauſtris immorenē vltra q; veſt: hoc nūcupās falſo noſte libertatē, vnde in p̄cedēti c. vi. VVITCLEſſ. Religioſo inq; tollit liber- tatē quē multū ſacilitati ad volūtātē dñi ſa- ciendā. Multi enim ex ſuis priuatis ordinib⁹ obligātur virtute ſua ſictā obediētīe quēdā facere & alia omittētes: quē Chriſtus & ratio præcipiūt debere fieri: vt q; clauſtralis nō ſe- pe impediatur a ſuo ordine exire ad ſeculū, & delinquētes reprobare, & in fine, Nulli niſi forte ſtulti & demētes dicunt regulariter ſic- ralis prioribus obligari: quia in multis caſi- bus foret tolerabil⁹ obligari diabolo. AVCT. Lincolineſi, vero tradit doctrinā directe op- poſitam, ſed eo ſanctiorē q; a ſanctis patrib⁹ nō exortē. Ipſe enim ait decē gradibus aſcēdi debere ad cacumē religionis in verticē ſancti- tatis, quos enumerās ī quodā ſermone q; inci- pit, Fugit Matathias & filii ei⁹ in mōtes vbi dicit LINCOLINEſi. His decē gradib⁹ p̄di- bus bonæ volūtatis in montē. i. ceſſitudinem ſanctæ religionis aſcēditur: vt qui religionis ſuſcipit habitū. Prīo velit mori mūdo, Deīde viuere deo. Tertio nō duci ſpū propoſiti ſui. Quarto vt velit duci regimie alieno. Quinto vt nō velit ducēti quo non vult obmurmura- re. Sexto vt velit oē regulariter, imperatū pa- tienter portare. Septimo vt velit ſuauidates a carne appetitas ad ipſam non admittētes. Octauo vt velit aſp̄tatibus quas odit eā diſ- crete mortificare. Nono vt velit nullo terre- norū delectari. Decimo vt velit ſola diuino- rum cōtēplatione ſuauiditer perfrui. In opera

tionibus bonis aſcenſiones in corde ſuo diſpo- nunt ſancti religioſi dū ſunt in valle lachry- marum. His gradib⁹ aſcēdit de virtute in virtute, vt videatur deus deorū in Sion. hęc beat⁹ pater Lincolineſi. AVCT. Hęc celeſtis doctrina eſt, & catholica religioſorū ammoni- tio. male ergo trāſſumpſit Vvitcleſſ. deſcri- ptionem ſancti doctoris quā ſolis cupidus fra- tribus intitulauit, & ſingulis applicās qd ipē nō propoſuit. Iſte eſt eunuchus regis Baby- lonis qui Danieli & ſociis impoſuit p̄phana nomina Barbarorū, expulſis noīb⁹ quē ex ſi- deli generatione extraxerāt. Vere enī fratres ex profeſſione ſua tam a ſancto Lincolineſi, q; ab aliis catholicis nomē deuotionis & fideli- tatis merētur: quos ſolus Vvitcleſſ. auſus eſt appellare p̄phanos. Sed hoc ſufficit, quod ex vtriuſq; doctrina videre poſſitis q; longe di- ſtet a ſancto Lincolineſi. Vvitcl. heretic⁹. Ve- re nō magis cōuenit ipſe mēti Lincolineſi. in deſcriptione prædicta & deſcripto, q; Iudas & Chriſtus cōueniunt in oſculo. Sed ex oppo- ſito ſanctus iſte Lincolineſi. in fauorē medici- tatis electę, hoc qd antea ſanctus Chryſoſto- mus expoſuit, ipſe cōfirmat in ſermone ſuo q; incipit, Vidēs turbas Ieſus &c. LINCOLINEſi. Secundū Chryſoſtomū, inquit, in Græco non dicit beati paupes, ſed beati medici vel ege- ni. Nā paup eſt qui anguſtiā quidē habet, nō tantā tamē q; medicare cogat: paup autē ſpū eſt q; toto ſpū in qualibet vi mētis paupertatē amplectit, id eſt q; in vicōcupiſcibili tū ſpi- ritualia deſiderat, & terrena abdicat. In vi ra- tionalia ſpiritualia habet intētionē, id eſt tantū æternorū adeptionē: in vi irraſcibili ſpū habet humilē, nullū habet carnis elatione tumētē. hęc ille, AVCT. Cōbinemus veritatē gręcā figurę ſuę latine veritati, & habebim⁹ beati mendicū in tāta cōſtitutū anguſtia, vt medi- care cogatur, eſſe pauperē ſpū, in qualibet vi mētis Chriſti paupertatē amplectit. Et mirū qua auctoritate ſic medicitaris vocabulū de- honeſtāt, cū plus habeat ex ratione ſua deco- ris honeſti, & min⁹ dedecoris. vnde in inter- pretatione trifurmi HIERON. Medic⁹ inq; eſt paup vel egenus: & iterū paupras poteſt eſſe hōeſta, egeſtas vero turpis eſt. hęc Hiero- nym⁹. AVCT. Quid ergo ſupbas aures quo- rundā noſtrorū offēdit ſcriptura toties p̄ni- cians Chriſtū medicum: qui talis eſſe potuit ratione paupertatis honeſte, & nō offēdit ege- nū audire, non obſtātē turpitudinis ratione: peccāt ergo nō dubiū ſeriatim prim⁹ auctor Amoreorū & filius eius Richardus Armaca

nus & Vvitcleſſ. ter dānatus cōtra grāmari- cā cū puerſa interpretatione vocabuli, ſed mul- to amplius contra fidem catholicā de mendic- itate ſpontanea domini noſtri Ieſu Chriſti.

ARTICVLVS SECVNDVS QVAR- ti libri de religioſis perfectis an vitare de- beāt laboritio manuali. Qz religioſi labora- re tenētur in ſuis monaſteriis ppter victū exēplo & p̄ceptis patrū ſuorū. Cap. XXI.



Am reſtat ſectido p̄ loco vt ducam⁹ in mediū curatiōē vitę per laborem manuū poſt medi- citatem electā: ſed nō oib⁹ ī locis vel tēporib⁹ oportu- nā, Sancti patres quaſi ī medio ſta- tu nauigātis ecclēſiæ correſpōdēt ipſi ſyn- agogę ſeruilibus onerib⁹ preſſę ſanctorum fratrum monaſteris ſubrogabāt. Forſan nō credebāt ſe poſſe cū quieſcere Iacob angelicis refocillari cōturbib⁹: nec p̄ ſcalā quietę contē- plationis cęlos tā inopinatē p̄tingere, quouſq; ruditatē carnis groſſę purgaſſent lima labo- ritii manualis. Ideoq; cū Petro & duob⁹ filiis Zebedei nocte huius tēporis laborioſe piſcā- tur, vt poſtea cum ipſo Saluatore ſauo mellis & aſſo piſce ſine labore cibētur. vnde BEDA ſup illū locū. Qui hic afflictionē pro veritate ſuſcipiūt, illic dulcedine vera ſatiant, hęc ille, AVCT. Et inde exiſtimabat vniuſq; ſan- ctorū patrū illius tēporis p̄phetiā illud ſibi dictū: Labores manuū quia māducabis, beat⁹ es & bene tibi erit. Hęc autē inſtitutio ſan- ctorum patrū in Aegypti patrib⁹ niſi fallor primit⁹ inoleuit: vbi etiā ſynagoga laborioſa in luto & latere Pharaoni ſeruauerat inuita; vt ibi Chriſtiane gratię populus ſpōtaneē la- boris ſui ſuſcipiet meritū, vbi cepit popul⁹ Iu- daicus ſeruilitutis opus ſine merito ſubire cō- actū. Intantū autē cū Aegyptiis patrib⁹ hęc inſtitutio laborādī ſuccreuit vt null⁹ ibi ſine laboris vſu monaſterii ingrediti pene poſſet: dicēte ad Ruſticū monachū HIERONYMO. Aegyptiorū monaſteria hūc habent morē, vt nullum abſq; labore & opere ſuſcipiāt: nō tā propter victūs neceſſaria q; propter anime ſalutē, ne vagētur pernicioſis cogitationib⁹ & inſtar fornicatis Hieruſalē omni trāſeſu- ti diuaricent pedes ſuos. Hęc Hieronym⁹:

AVCT. Et idem in epistola ad Eustochium loquens de eodem negotio monachorum dicit HIERONYMVS. Opus diei statutum est quod decano redditum, fertur ad oconomum; qui & ipse per singulos menses patri omnium cum magno redditu tremore rationem: a quo cibi etiam cum facti fuerint degustantur. Et sequitur dominicis diebus orationi tantum & locutionibus vacant quod quidem & omni tempore completis opusculis facit. hanc Hieronymus. AVCT. Et sub hac forma veterum patrum postmodum sancti patres iniunxerunt laboritum manuale in regulis suis scriptis. Vnde beatus BENEDICTVS in regula sua. Ociositas inimica est anime & ideo certis temporibus occupari debet frater in labore manuum: certis iterum horis in locutione diuina. Ideoque hac dispositione credimus utraque pota ordinari, id est ut a pascha usque ad calendas Octobris mane exires a prima usque ad horam pene quartam laborat, quod necessarium fuerit: ab hora autem quarta usque ad horam sextam quasi lectioni vacet. Et sequitur. Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit ut ad fruges legendas per se occupentur, non contristentur: quia tunc vere hi monachi sunt si labore manuum suarum viuunt, sicut & patres nostri & apostoli. Omnia tamen mensurate fiunt propter pusillanimes, hanc sanctus Benedictus in regula monachorum. Et ALBERTVS patriarcha in regula Carmelitarum. Faciendum est vobis aliquid operis ut semper diabolus vos inueniat occupatos, ne ex ociositate vestra aliquando intrandi aditus ad animas vestras valeat inuenire. Habetis in hoc beati Pauli Apostoli magisterium pariter & exemplum in cuius ore Christus loquebatur: qui positus est & datus a deo predicator veritatis & doctor gentium in fide & veritate: quem si secuti fueritis non poteritis aberrare. In labore inquit & fatigatione sumus inter vos, nocte & die laborantes, ne quem vestrum grauaremus: non quasi nos non haberemus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam cum essemus apud vos hoc denuntiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari non manducet. hanc Albertus in regula. Et CASSIANVS lib. decimo qui est de acedia. cap. viii. Quia fiducia ociosis manibus gratis panem comedere audebimus, quem vas electionis euangelica sollicitudine & predicatione conscriptus, sine opere manu comedere non presumat: sed in labore inquit: & fatigatione nocte & die laborantes, ne quem ve-

strum grauaremus. Et in cap. nono. Nec tamen se solum taliter inter eos conuersatum fuisse restatur ne forte non magna nec generalis videretur haec forma si ipsius tantum traderet exemplum: sed etiam omnes qui erant cum eo ad ministerium euangelii deputati. Siluanum & Timotheum, qui haec eadem cum eo scribitur, asserit simili opere laborasse. In eo etiam quod dicit: ne quem vestrum grauaremus, verecundiam eis inquit magnam. Si enim ille qui euangelium predicabat, signis illud virtutibus commendans, ne grauaret quempiam gratis panem manducare non audeat: quomodo illi non existiment se grauare qui cotidie eum ociose vacantes praesumunt: Et multis interpositis tandem in cap. xx. concludit intentum dicens. His itaque exemplis per Aegyptum patres instituti nullomodo ociosos esse monachos accipue iuuenes patiuntur, actum cordis & profectum patientie & humilitatis sedulitate operis metientes. Et non solum a nullo quicquam ad usum victus sui accipere sinunt, sed etiam de laboribus suis non tantum superuenientes ac peregrinos reficiunt fratres, verum etiam per loca Libyae quae sterilitate & fame laborant. Nec non etiam per ciuitates his qui squalore carceris contabescunt immanem conferentes dirigunt alimonie victusque substantiam, de fructu manuum suarum rationabile ac iusti sacrificium domino tali oblatione se offerre credentes. Et in cap. xxi. Vnde haec est apud Aegyptum ab antiquis patribus sancta sententia operantem monachum vno demone pulsari, ociosum vero innumeris spiritibus deuastari, haec pauca de multis, Cassiani in libro praefato. AVCT. Adducam ad hoc idem sanctum virum Isidorum qui lato sermone transcurrit veteres obseruantias monachorum & omnes labores eorum praedicat summa laude. ISIDORVS. Monasterium inquit potest etiam vniuersi monachi habitatio nuncupari. Coenobium autem non nisi plurimorum. Horum quidem conuersationem ut patrum edocet institutio, breuiter intumabo. Hi quippe contemptis primis atque desertis mundi huius illecebris in commune vitam sanctissimam congregati simul agunt viuentes, in orationibus, in locutionibus & disputationibus: in vigiliis, in ieiuniis: nulla superbia tumidi, nulla inuidia liuidi, sed modesti, verecundi, pacati, concordissimam vitam sectantur: cogitationesque suas alteri reuelantes mutuo discutiunt corriguntque si cor quicquam terrenum forte peculiare possider. Preciosis vel coloratis vestibus non induuntur, sed

villissimis atque sinceris: lauacro nunquam vtuntur ob delectationem corporis, sed raro propter necessitatem languorum, inconsulto abbate nunquam progrediuntur, nec aliquid ab eis sine nutu paternae iussione assumitur. Operantur autem manibus ea, quibus & corpus pacisci possit, & a deo mens impediri non possit. Canunt autem manibus operantes, & ipso labore tanquam diuino celestium se consolantur. Opus autem suum tradunt eis quos decanos vocant, eo quod sint denis prepositi, ut neminem illorum cura sui corporis tangat: neque in cibo, neque in vestimento, neque in se, neque si quid aliud opus est pro quotidiana necessitate vel mala (ut assolent) valetudine. Ipsi autem decani tradunt ea praeposito, praepositus autem cum magna solitudine omnia deponens praesto facit quicquid illorum vita propter imbecillitatem corporis postulat: rationem tamen ipse reddit ei quem patrem vocat. Hi vero patres intellectu, tolerantia, atque discretione insignes, omnibus rebus excelsi, nullis superbi, consulunt iis quos filios appellant, magna sua in iubendo auctoritate, magna illorum in obediendo voluntate. Conueniunt autem omnes frequenter nocte dieque dato signo festina cum preparatione, orationem solenium horarum celebrantes fixa intentione cordis, & usque ad conuersionem Psalmorum sine fastidio persistentes. Iidem conueniunt diebus singulis interpositis dum adhuc ieiuni sunt in collatione ad audiendum patrem. Audiscunt autem eum incredibili studio, summo silentio, affectusque animorum suorum prout eos prouocauerit discretis oratio, vel gemitu, vel fletu significantes. Corpore deinde cum silentio magno reficiunt, tantum quantum salutari necesse est coercente vnoquoque pro parimoniam concupiscentiam gulae ne graueretur eorum cor, vel in ea ipsa quae praesto sunt, parca & villissima: itaque non solum a carnibus & a vino abstinent pro sufficientia domandarum libidinum, sed etiam ab omnibus quae ventris & gutturis prouocant appetitum. Sane quicquid necessario victui superest, ex operibus manuum & epularum restrictione tanta cura egentibus distribuitur ut nihil remaneat quod abider. Haec & multo plura Isid. lib. ii. de officiis ca. xv. AVCTOR. Haec omnia recitanda putauerim ut modernis religiosi omnes speculari possent in patribus quid de obseruantia regulari amiserint in filiis. Talis indu-

bie esset sequela iam superstiti ad hos dies si veritatem haberet illud antiquum: patrem sequitur sua proles.

De tribus erroribus circa laboritum monachorum. Cap. XXII.



Ed nec hoc sanctitatis in signum permittit paci suae, ne professores eius ab illis beatis viderent excepti, quibus Christus in euangelio. Beati, inquit, eritis cum vos oderint homines, & separauerint vos, & exprobrauerint & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis. Insurrexerunt enim contra moderatum laborandi praecipuum vicissim haereses duae & sibi ipsis extremaliter obuiae, ipsam inter se veritatem clausam habentes, ut omnibus daretur intelligi quantum haberet virtutis moderatum labor claustrarium, ex hoc quod inter duo vitia medium locum tenet. Et ut iuxta Ezechielem haec electi species de medio appareat. i. de medio ignis ut inter tormenta secundum gloriam quae patientibus videtur tristitia & dura preciosus fulgor appareat. Surrexit olim quidam haereticus cum suis complicibus negans sacros labores & spernens opifices monachos dicens eos contra euangelicam perfectionem quam Christus praedicaui cogitare de crastino, cum tamen lilia agri & volucres caeli neque serunt neque nent, & pater caelestis vestit & pascit ea, & multa habens similia. Haec haeresis viguit in Africa ciuitate Carthagine tempore Aurelii eiusdem sedis primatis, ad cuius rogatum scripsit beatus Augustinus praebatissimum illi librum de opere monachorum, cuius & ipse meminit in libro retractationum causam scriprurum exponens & ordinem. AVGVSTINVS. Ut de opere monachorum libri scriberem me necessitas compulsi, cum apud Carthagem monasteria esse coepissent alii se suis manibus transigebant obtemperantes apostolo: alii vero ita ex oblationibus religiosorum viuere volebant ut nihil laborantes, vnde necessaria vel haberent vel supplement, se potius implere praecipuum euangelicum existimarent atque iactarent, ubi dominus ait: Respicite volatilia caeli & lilia agri, vnde etiam inter aliquos laicos inferioris propositi, sed tamen studiose feruentibus existere coeperant tumultuosa certamina quibus ecclesia turbaret, aliis hoc, aliis

illud defendentibus, huic accedebat quod multi erant eorum qui operandum non esse dicebant, unde contentiones hinc inde reprehendentium quasi pugnantium pro partium studiisangebant. Propter hæc venerabilis senex Aurelius ecclesie ipsius civitatis episcopus ut hinc aliquid scriberet iussit, & feci. Hæc Augustinus. AVCTOR. Contra tamē hinc errorē frustra iam laborare nō pono, eo quod omnibus defensoribus talis inertie sufficere possunt iacula rationū quas in hoc ipso libro collegit venerabilis Augustus, ita ut quādo pferunt in medium scūtū nullū habeat sub quo se ptegat patronus acidię: nisi forte quis delectet audire sanctū dicere Cassianū quod huiusmodi occūsi maxime solet impugnatre claustrales. CASSIANVS, Græci inquit, acidiam vocant quod nos tēditū siue anxietatē cordis possumus nūcupare. Affinis hæc trīstitia ac solitariis magis experta & in eremo cōmoratib⁹ infestior hostis ac frequēs, maxime circa horā sextā monachū inquietās ut quādā febris ingrūens tēpore prestītuto, ardentis estus attentiorū suarū solitis ac statutis horis animā infert ægrotanti. Deniq; nōnulli se hūc esse pncipiāt meridianū demōnē quod in Plal. xc. nūcupat: quod cū miserabile obsederit mētē, horrorem loci, cellæ fastidiū, fratru quocūq; cū eo vel eminus cōmorant tanq; negligētium ac min⁹ spiritualium aspersionem gignit atq; cōtemptum. Ad omne quoq; opus quod intra se pra sui cubilis est facit desidem & inertem. Hæc Cassianus lib. x. qui est de spiritu acidię, cap. primo. AVCTOR. In quo libro per totum contra desidiam militat, & ad operandum manualiter inuitat & hortatur claustrales p innumera media scripturarum. Ad illum librū accedant etiam ipsi qui quis Augustino non concesserint, tamen omnino percussū dissentire non possunt. Clam ad alium errorem diuertamur huic errori omnino cōtrarium in quo tanto diutius expectemus quanto manifestius adhuc superstites quidam sunt, & hucusq; viuunt qui ipsum fouent. Et a capite hæreticorum Vvilelmo de sancto Amore, Amorei ipsum errorem traducunt ab Amoreis vsq; ad Vvicleuistas. A Vvicleuistis modernī ipsum fumentes intātum feruent ut in generatione vna non deleatur nomen eius, immo quanta muncūq; sancti viri certent cum eis, eo quod hæc hæresis sit de filiis Iudæ traditoris, semper in memoriā re-

dit iniquitas patris eius, & peccatū matris eius omnino non deletur. Tenet enim hæresis ista quod omnis religiosus tenetur viuere de labore manuum de necessitate salutis, & nullum ab hæc regula excipit Vvicleuista qui claustrū nictas continuare proponit. Amorei vero nullum excipiunt nisi cuius ministerium forte sufficienti praesidio vite suffultum est. Rationes eorum maiores curati sublerere, quarum prima hæc est. Iuxta formulas Amorei Apostol⁹ Paulus pauperibus fidelibus dicit prim⁹ Thesaloniceis, tertio. Operamini manibus vestris sicut præcepimus vobis, sed ad obseruantiam præceptorum maxime tenentur religiosi, ergo religiosi debent maxime manibus laborare. Item deus iniunxit primo homini vbi peccauit corporale laborē, ut patet Genesis tertio. In sudore, inquit, vultus tui vesceris pane tuo. Nunquid intelligimus quod secta fratrum sit praestantior protoplasto aut prædicatore? Item Apostolus Paulus ad exonerationem ecclesie arte scenofactoria vsus fuit. Itē prim⁹ ad Corinthios sexto. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Quomodo fratres in vacuum gratiā dei recipiatis, quod corporale fortitudinē & opportunitatē habet a deo, & ad exonerationem ecclesie negligunt operari & laborare. Item religiosi maxime tenentur apostolorum vitam imitari, sed apostoli propriis manibus laborauerunt, prim⁹ ad Corinthios quarto. Laboramus operantes manibus. Et Actuum vigesimo. Omnia quæ mihi opus erant ministrauerunt manus istę, secund⁹ Thesaloniceis, quarto. Neque panem mādauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte ac die operantes ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Item ne aliqua occupatio claustralis tolleret excusatiue laborem manuum infertur Augustinus in libro de opere monachorum: qui omnia recitans studia claustrū non minus iniungit ut laborent. AVGVSTINVS. Quid enim hic agunt, inquit, qui corporaliter operari nolunt? cui rei vacent conscientia desidero: orationibus inquiunt, psalmis & verbo dei: sancta plane vita & Christi suauitate laudabilis, sed si ab his auocādi non sumus nec manducandum est, nec ipsæ efcæ quotidie preparandæ: his possint apponi & assumi. Si autem ad illa vacare seruos dei certis intervallis tempo-

rum ipsius infirmitatis necessitas cogit, cur non & in apostolicis præceptis obseruandis aliquas partes temporis deputamus? citius exauditur obedientis vna oratio quā decem milia contemptoris. Cantica enim diuina cantare etiam manibus operantes facile possunt: & ipsum laborem tanq; celestimate consolari. Hæc Augustinus ibidem capitulo xvii. AVCTOR. vbi satis patet insipienti quod nec oratio, lectio, vel meditatio, nec Psalmorum decantatio, immo vix diuini verbi prædicatio excludit virum mortalem, quo minus teneatur manualiter laborare.

Quibus de causis laborauit apostolus Paulus. Cap. XXIII.

RATIONES istæ sunt descriptæ illius vindicis lanceæ quam inuidus Saul contra innocētē Dauid emisit, sed non offendit: & lapidibus illis similes puto, quos plebs Iudæorum prophana leuauit ut Christum pauperem lapidaret, sed nō lesit, quia Iesus transiens per medium illorum ibat. Vere nec istæ rationes volatiles pauperes religiosos attingunt, eo quod cum veritas aperuerit scripturas, per medium volentium eos lapidare transibunt: & non offendent. Et quia veritas videtur eo clarius quo breuius, argumenta eorum ducam ad compendium. Certum est quod omnia vnum quidam biguum & vno more concludunt diuersa origine. Quandoque enim argumentum assumunt ex eo quod Paul⁹ aliis quibusdā præcepit: quandoque ex hoc quod Paulus in persona sua exercuit: & tertio ex hoc quod beatus Augustinus taliter monachos docuit. Quantum est ad apostolicum præceptum, est notanda regula talis scripturæ quod vbi præceptum ad quosdam determinate dirigitur, eos solos obligat quos induxit. hoc modo probat Origenes super epistolā Pauli ad Romanos textu, Si ergo præputium iustitias legis custodiat, & cætera. Quod profelitis Iudæorum non obligantur ad legem illam quæ communiter datur filiis Israel, nisi etiam de Profelitis faciat mentionem: nec populus Israel ad legem quæ dabatur Aaron & Leuitis. Vnde sic habet ORIGENES. Intuere quemadmodum de lege circuncisionis tamē ad filios Israel Moyses loqui iubetur, & alienigenarum nulla sit mē-

rio. Si enim credimus per diuinum spiritum scripta esse quæ inseruntur in lege, vtiq; non frustra aut addid aliquid putandum est aut filieri: & ideo cum in quibusdam mandatis dicitur. Loquere ad filios Israel & dices ad eos. In quibusdam vero addit ut nō solum filii Israel, sed & Profelitis, i. aduenis loquatur. Necessaria vtiq; obseruanda distinctio hæc est, quia sicut in locis vbi dicitur, loquere ad Aaron: & alibi loquere ad Leuitas, & dices ad eos: certum est non subiacere reliquos filios Israel his legibus quæ vel filiis Aaron vel Leuitis, vel ipsi Aaron promulgata sunt. Ita etiā quæ filiis Israel iubentur, nec alienigenę memoria vlla sit, non est putandum cōmune in his esse mādaturum vel cōmunē fieri legē, vbi appellationis habet exceptio. Hæc Origenes, AVCTOR. Hæc ipsa ratione Origenis dicimus, Si credimus per diuinum spiritū esse præcepta quæ Paulus præcepit, nō frustra in præcepto eius putandū est aliquid addi aut filieri. Sed in his tribus locis tamē, si non fallor ego cum aliis, dedit apostol⁹ de manuali labore præceptū, primo ad Ephesios iiii. dicens. Qui furabat iam non fure, magis autē labore manibus, ut habeat unde tribuat necessitatē patietis. Ecce hic indicit labor manualis furibus & latronibus ad euitādum latrocinia. Vnde super eundem textum, in annotationibus suis HIERON YMVVS. Alienos labores aliquid quando direpto s nunc suo labore competet, & operando tribuat indigentibus, qui multos furando fecit egentes. Hæc Hieronymus, AVCTOR. Certum est quod null⁹ furando facit egentem nisi fur: ideo ipsi furibus tantum congruit hoc præceptum, saltem quātum est de hoc loco. Et AMBROSIVS habet super eundem textum, Nō solum ergo Christianus aliena non tollere iuberetur, sed & de labore suo penuriam patietibus ministrare ut bonis operibus dedit: repēdat quæ prius abstulerat. AVCTOR. Quis autem rependet quæ prius abstulit, nisi qui prius auferendo furtum exercuit? Secundo mandauit hoc apostolus, prim⁹ ad Thesaloniceis, iiii. Rogamus autē vos fratres ut abundetis magis & operemini manibus vestris sicut præcepimus vobis, & ut honeste ambuletis ad eos quod foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Hic dat apostolus præceptum operandi ad quosdam vaagos & inquietos, qui ad opprobrium Christianæ religionis cum locis & trussis postu-

labāt sibi victum a paganis, quod notant doctores ex hoc qđ sequitur, Honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, quam etiam honestatem zelauit beatus Clemens non permitrens, sed prohibens pauperes Christianos mendicare ab infidelibus. Vnde super eundem textum in annotationib⁹ HIERONYMVS, Quidam eorum per diuersorum discurrebant domos, aliquando etiam ad religionis opprobrium ab infidelibus postulantes, vnde magis vult eos proprii negotii cura & labore manuum occupari qđ ociositatis detrimentum & inquietudinis habere peccatum. Hæc Hieronymus, AVCTOR. Tertio indicit Apostol⁹ laboritium manuale, secundæ ad Thessalonicenses tertio, Cum essemus apud vos hoc denunciabamus vobis quoniam si quis nō vult operari non māducet, Et tunc quibus dederit hoc præceptum intimat cum subiungit, Audiuimus em̄ inter vos quosdam ambulare in quiete nihil operantes, sed curiosæ agentes, quid in qualibet prouincia vel ciuitate geratur vel domo, Et ibidem super eundem textum dicit HAIMO, Qui ociosi esse desiderant illud agunt quatenus occasio nascatur qua introitum suum desiderabilem faciant, domibus diuitum ambulantes gesta & opiniones verborum subtiliter colligunt, scientes quid de quo velint audire, vt libenter & requisiti pascantur, quod factū valde abhorret dominica disciplina. Hæc HAIMO, AVCTOR. Quib⁹ hic dedit hoc operandi præceptum apostolus ipse notauit, scilicet in quiete ambulantibus, & curiosæ scrutantibus & rumigerulis, Ad hos inquit Hieronymus debet hoc præceptum legitime pertinere, Et ne deberet intelligi pertinere ad viros religiosos quod videtur quietam vitam agere, distinguit Hieronymus & notat terminum textus, Ad in quiete ambulantes dicit non ad in quiete sedentes: ne sic videretur tagere studentes & contemplatiuos, maxime & religiosos fere omnes qui omnes quiete sua fruuntur, vt oportet, Et HAIMO vltra ista notat, qđ apostolus hoc mandauit pauperibus plebeiis, qui si non indulgeant operi fiunt statim peccabiliter ociosi, HAIMO, Forma, inquit, erat his qđ mediocres vel tenues erant substantia in plebe, vt discerēt quatenus libertatem suam non amitterēt, AVCTOR. De his decreuit apostolus qđ si quis non vult operari, non manducet, Su-

per quod Hieronymus vbi supra inuitat eosdem sub disiuncto, vel ad quietam sessionem quæ est quies religiosorum, vel vt seruiant operi secundū præceptū Apostoli. Vnde dicit HIERONYMVS, Qui sedeāt quieti aut serui sint, aut liberi: si serui nos eos sedentes non imitabimur, si liberi in quiete ambulant: eos nos sequemur, si non auaritia, sed dei causa ambulare se dicant. Hæc Hieronymus, AVCTOR. Non ergo secundum qđ exponit Hieronymus vtrūq; teneret vnus homo supplere vt simul se deat quietus & seruiat operando, sed aut vnus agat, aut alterum, Si ergo Apostolus dedit hoc laborandi præceptum solis pauperibus plebeiis ociosis, & rumoribus ac nouitatibus victum procurantibus quod est valde turpe lucrū, nec agit ad religiosos nisi probare poterit ipsos esse tales. Et hoc a primo assumpto huius tractatus valere debet, quia sicut ex Origene habitum est non debet credi esse commune mandatum vbi appellationis, id est per specialem nominationem habetur exceptio. Sed solis laicis in primo, vel improbe postulantis & desiderantibus victum a paganis in commune scandalum christianæ gentis, in secundo, Et quiete ambulantis in tertio loco, mimis, scilicet & rumigeris. Vel dabatur ab apostolo præceptum operis manualis, ergo eis tm̄ & non religiosi seruis Christi debet hoc præceptum calumniosa voce proferri: quis propter aliquod commodum speciale possit forsan consulendo proponi, & sic consultum religiose compleri. Quantum ad id qđ arguunt de apostolico labore, videndum est vbi laborabat apostolus, & ad quas causas, Beat⁹ Hieronym⁹ in annotationibus suis notat tm̄ tria loca vbi apostolus laborauit super illum textum primæ ad Thessalonicenses iii, Nocte & die operātes ne quem vestrum grauarem⁹. HIERONYMVS, Apud istos inquit, scilicet Thessalonicen⁹, & Corinth⁹, & Ephe⁹, laborauit, quibus occasionem auferri cupiebat, vel accipiendi vel de se aliquid suspicandi, Hæc Hieronymus, AVCTOR, vbi notat causa quare non accepit sed potius laborauit, scilicet vt auferret eis occasionem accipiendi libere, & cū ocio quando ipse noluit accipere p̄ labore, Vnde sup̄ illud secūde Thessalonicen⁹, vlti, nō quasi nos nō haberem⁹ potestatem, habet iterlinearis glossa ANSELMI, Tunc multo magis isti debēt viuere de suo

labore, & vt nosmeti ipsos formam daremus vobis ad imitandum vt nos imitaremini, & ocium dimitteretis, AVCTOR. Secundo loco laborauit apud Corinth⁹, secundum quod notat ANSELMVS vbi iam supra, Pro alia inquit, causa hic abstinuit qđ apud Corinthios, vbi causa erat vt sic tolleret occasionem prædicandi pseudo apostolis, qđ propter sola temporalia prædicabāt, AVCTOR. Vnde secundæ ad Corinth⁹, ix, textus habet vt occasionem eorum amputem qui volunt occasionem. Vbi in annotationibus suis HIERONYMVS, Hic reddit causam quare ipse non acceperit: & aduersarii cur docuerint gulam & auaritia sectates, quæ rentes per Paulum aditum inuenire lucrādi: & si panē acciperet illi aurum licentius exigerent, ideo tollit occasionem apostolus vt in hoc appareat an propter deum doceret cum a discipulis nihil expeteret, Hæc ille, AVCTOR. Tertio loco laborauit apostolus cum Ephe⁹, secundum Hieronymum, & hoc ad eorum credo vitandā rapinā quā tum ex textu percipi potest: cū ceteris vero ecclesiis non legitur laborasse apostolū, sicut nec alios apostolos: nam apud istos propter eorum infirmitates conabatur apostolus laborare, vbi tales ægros apostoli nō videbant nec ibi laborare solebant. Vñ Hieronymus in annotationibus suis super illud primæ ad Corinth⁹, ix, Nunquid potestatem habemus mulierem sororem circūducendi sicut ceteri apostoli? HIERONYMVS de apostolis loquens, nō illos condemnat, sed suum ex textu exemplum: illi autem fidelioribus prædicabant: & apud Iudæos hæc erat consuetudo vt necessaria doctoribus a discipulis præberentur: qđ gentes adhuc rudes poterat scandalizare, Hæc Hieronymus, AVCTOR. Ecce Hieronymus notat qđ ceteri apostoli acceperunt victum suū a discipulis suis, quia fidelioribus prædicabant qđ ipse Paulus, Sic etiam Paulus ipse nō laborabat inter Macedones, immo accepit ab eis victum non tam cum prædicaret eis, qđ etiā apud Corinth⁹, quibus dicit qđ mihi deerat suppleuerunt fratres qui venerunt a Macedonia, & in omnibus me vobis sine onere seruauit, ab his tamen correctis volebat accipere, sic enim habet iterlinearis glossa ANSELMI, ibidem, Ab his, inquit, bene correctis fuit accipiendum ne amitteret fructū, AVCTOR, Et quidem a Macedonibus auidacius & satis abundanter accepit, qđ abū-

dauit fidelitas, Vnde ibi HIERONYMVS in annotationibus super eundem locum, Suppleuerunt inquit, fratres qui venerunt a Macedonia qui non erant infirmi, nec pseudo apostolos susceperūt, quin immo reuinebant, Hæc ille, AVCTOR. Quia ergo in his tribus locis quibus laborauit apostolus propter infirmitates tm̄ laborauit illorum vt sic eis parceret, non autem quia accipiendi potestatem non habuit, Proben sophistæ nostri Christianam plebem nostram tali infirmitate detentam: & consequenter ne religiosi ipsorum stipe viuant inhibeat, Proben supple multitudinem christianam aut furto viuere cum Ephe⁹, aut nugis & ocio cum Thessalonicen⁹, aut saltem pseudo coherere prophetis cum Corinth⁹, Et tunc potest religiosis prædicantibus de supererogando proponere vt scilicet sub obtentu præmii laborent potius manibus qđ debitum prædicationis accipiant, Et tamen quis ab illo populo non acciperent assimilato Corinthiis vt reneant & recipiant Lollardos & pseudo prophetas, quia si catholicus paulista panem accipiat illi aurum licentius exigant secundum Hieronymum vbi supra, Sicut etiam certitudo probat moderna, quia Lollardus sacerdos vsq; ad sexaginta aureos annuatim conducitur, Vnde prædicator catholicus vix cibatur tm̄ non dubio quin populum Macedonensem relicurus sit Paulus in ecclesia dei, quæ pseudo apostolos non accipiet fed reuicet, & fideliter ministrabit catholicis qđ eis dum prædicabant defuerit, His peractis qđ de beato August⁹, dicūt testimonium libenter admittimus, sed de actoris insufficientia perferamur, insufficientis est enim illi testificatio quā producit dum is ab eo excipitur quem ipse produxit, Excipit enim egregius Augustinus a laboritio manuum in libro prædicto hinc euangelistas, hinc altaris ministros, hinc contemplantes, hinc alios de quibus omnibus cum spatioso & lucide dictum fuerit in sequentibus videbit æmulus qđ bene profecerit in testibus,

CO² Euangelistæ eximedi sunt inter religiosos ab opere manuali.

Caput, XXIII.

L iiii



DRAEDICATORIBUS diuini verbi modicum est si sint liberi a labore manuum, quibus tam grauis labor iniungitur & grande onus ipsum, scilicet praedicatoris officium. Nam qui collis hominum nunquam onus imposuit nisi leue & iugum suauis, & qui secundum Iob laborantem agricolam non afflixit: crede firmiter quod dilectis suis duplicis officii ad modum Aegyptiacae seruitutis onera non iniunxit, ut scilicet palea non donetur, & tamen eadem pensa operis exigatur, victus non detur praedicatoribus & euangelistae requiratur actus & fructus: quin immo gratius dominus decreuit e contrario ut qui spiritualia seminaret Christianis, Christianorum mereret carnalia. Non enim minimus euangelistarum erat qui dixit: Dominus inquit, ordinauit qui euangelium enunciat de euangelio viuere, ergo quod de euangelio habent licite vnde viuunt ut pro victu suo manualiter operentur quomodo cogendi sunt: Ideo etiam beatus Augustinus in praedicto libro de opere monachorum ipsos ab omni necessitate operis corporalis excipit expressis verbis dicens, **AVGVSTINVS.** In lege inquit, apostolus Moyse scriptum est, Boni triturant non aligabis os: nunquid de bobus pertinet ad deum? An propter nos omnino dicit? Propter nos enim scriptum est, quia debet in spe gerat arare, & triturans in spe participandi. His verbis satis docet Apostolus Paulus non sibi aliquid usurpasse vltra debitum coepulos suos, quia non operabantur corporaliter vnde haberent huic vitae necessaria, sicut dominus constituit ut ex euangelio viuentes panem gratuitum manducarent ab eis quibus gratuitam gratiam praedicabant. Stipendium enim suum tanquam milites accipiebant, & de vineae per eos plantatae fructu quod opus erat libere decerpabant, & de gregis quem pascebant lacte potabant: & ex area quam triturabant, cibum sumebant. Haec Augustinus ibi cap. vii. Et infra cap. xiiii. Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non percipit? Fecit itaque securus castus euangelistam, non ad hoc euangelizantem ut venderet. Sed tamen hinc suis manibus operari non valenti, vitam necessariam exhibere iubet ut intelligeret quod necessarium sibi sumebat ab eis, quibus tanquam puincialibus milita-

bat: & quos tanquam vineam, cultura exercebat, vel tanquam gregem pascebat non esse medicamentum sed potestatem. Haec Augustinus. **AVCTOR.** Pala facit Augustinus potestatem istam datam euangelistis ut de euangelio viuunt sine opere manuum, de quo etiam intelligi habet illud Christi ad discipulos suos, Operamini, inquit, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Rursus tamen hic potestates clerici sibi habent in egenos, factaque est contentio inter discipulos ne pauperes cum potestibus cibis sumant. Ab eodem Christi quae satis est omnibus potentes aquilae passeris abigunt: & dicitur potestatem de euangelio viuendi his tamen esse concessam, qui curas animarum habent: non euangelistis spontaneis qui libero capite non missi onerantur praedicandi. Sed sapiens dicit, Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta, quia dominus iudicabit causam eius, & configet eos qui confixerunt animam eius. Prouerb. xxii. Certe beatus Augustinus vult eos de anno in anno euangelium viuere qui euangelio laborant: & ne his esset in mensa domini vniuersaliter omnes euangelistas hac libertate donauit. Vnde secundo libro de sermone domini in monte tractans hunc textum, Primum quae rite regni dei. **AVGVSTINVS.** Sicut, inquit, omnes milites accipiunt annam & stipendium, sic omnes euangelizantes accipiunt victum & tegumentum: sed sicut non omnes propter salutem rei publice militant, sed propter illa quae accipiunt, sic non omnes propter salutem ecclesiae ministrant, sed propter haec temporalia quae tanquam annonae & stipendia consequuntur, aut & propter hoc, & propter illud. Sed supra iam dictum est, Non potestis duobus dominis seruire. Haec Augustinus. Item idem de opere monachorum cap. vii. **AVGVSTINVS.** Ut quid enim, ait Apostolus, An ego solus & Barnabas non habemus potestatem non operandi, nisi quod omnes euangelistae & ministri verbi dei habebant potestatem a domino acceptam, ut non operarentur manibus suis, sed ex euangelio viuere, operantes tamen modo spiritualia in praedicatione regni caelorum & aedificatione pacis ecclesiae. Et sequitur. Dicit ergo, quod conat praecipua catholica & apostolica in sententiam suam deprauare atque pervertere. Dicit si audet non omnes euangelistas accepisse a domino potestatem euangelizandi, ac si hoc absurdissimum & insensissimum esse diceret, non vult intelligere quod

omnibus patet accepisse illos quidem potestatem non operandi, scilicet opera corporalia quibus victum quaereret, quia dignum est operari mercede sua & cibo illo sicut euangelium loquitur. Non ergo solus Paulus & Barnabas non habebat potestatem non operandi, sed omnes pariter habebant potestatem, qua isti non utebantur amplius impendendo ecclesiae, sicut in illis locis ubi euangelizabant infirmis congruere iudicabant. Haec Augustinus. **AVCTOR.** Et post haec plane inferit quosdam alios ab apostolis vel substitutos eis superuenisse & participes esse factos potestatis eiusdem. Vnde consequenter in cap. viii. dicit inferens hunc textum apostoli. Si alii potestatis nostrae participatur, nunquid magis nos? sed non sumus vni hac potestate. **AVGVSTINVS.** Qua potestate dicit se non usum, nisi quam habebat in eos a domino acceptam ut eorum carnalia meteret ad victum vitae huius quae in carne agit: cuius potestatis participes erant etiam aliqui alii qui non eis primo euangelium annunciauerunt, sed ad eorum ecclesiam id ipsum praedicantes postea venerunt: ideo cum dixisset, Si nos vobis spiritualia seminauimus? magnum non est si carnalia vestra metamus. Subiecit si alii nostrae potestatis participatur nunquid magis nos, Haec Augustinus. **AVCTOR.** Quare ergo si alii post passiones ecclesiarum superueniant in ipsis eorum ecclesiis id ipsum praedicantes non erunt participes potestatis eorum, viuendi scilicet de grege quod pascent, sicut & isti fuerunt cum Paulo & apostolis facti participes? Sileat ergo quod annonam euangelii sibi ipsis proprietariorum more procurant: ne videantur usurpatores esse potestatis quam dominus non concessit, & nimis inuidi facti in ipsa sua auaritia doceat quod singulariter appetit quod Christus vult esse commune arbitrates se rapina, non tamen aequales in potestate euangelii sed maiores esse apostolis. Et ne libere postponat religiosos quod spontanei euangelistae frequenter sunt, fratres monachos ad hanc ipsam potestatem liberat Augustinus, si tamen euangelistae sint. Vnde in eodem libro cap. secundo, **AVGVSTINVS.** Isti, inquit, fratres nostri temere sibi arrogant quantum autumo quod huiusmodi habeat potestatem. Si enim euangelistae sunt, fateor habent. Haec Augustinus. **AVCTOR.** Sic enim compescat bonitas dominus operarios suos conductarios quidem artifices, digne remuneras

& sponte se offerentes non destituet: omnibus vult esse gratus qui gratis accedunt ad opus. Nec enim soli Beseleel & Goliab gratiam sapientiae & intellectus acceperant a domino ut prudenter facerent opera sanctorum: nec etiam eis dona tantum distributa sunt & oblationes filiorum Israel: sed sicut ait scriptura, Cum vocasset eos Moyses & omnem eruditum virum cui dederat dominus sapientiam & scientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel. Exo. xxxvi. Ecce operariorum duo genera vocatorum & sponte se offerentium, Vocatus est Beseleel, vocatus est Goliab, ceterique vocati sunt eruditi viri, quibus dederat dominus sapientiam & scientiam alii sponte sua se obtulerunt. vnde non solum primi sed & illi operarii faciunt: omnes viles inueniuntur, & eis donaria filiorum Israel tradita sunt in communi, vere maius est opus sanctorum Christi nostri sanctorum veteris Moyse, quae tunc tamen in Iudaea notus erat dominus: nunc autem a solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini. Et cum sit tanta mens multitudo, operarii sunt mere paucissimi ut ipsorum qui operarii conducti sunt, pauci in re ipsa operarii sint: & languet opus insectum praenelegitiam sacerdotum. Et istos maxime sponte se offerentes recusant, incurretes velle illud scribarum & Pharisaeorum claudens regnum caelorum ante homines, & ipsi non intrant, nec introeunt sine inire. Mat. xxiii. Certe beatus Augustinus excellenter commendat spontaneos officios in ecclesia lesu Christi. Vnde in questionibus super Exo. tractans praedictum textum **AVGVSTINVS.** Commemorauit, inquit, Moyses quosdam quibus dixit spiritum diuinitus datum, ergo ista efficere possent, & tamen multi intelliguntur sponte ad eadem opera venisse, quibus neque imperatum est, nec eorum nomina commemorata sunt a domino dicta Moyse. Non ergo illi soli diuinitus hoc munus habuerunt qui nominatim commemorantur, sed fortasse praecipue atque excellentius laudandus est in his omnibus non attractus similiter ad opus animus, sed liberaliter sponte deuotus. Haec Augustinus ibidem. **AVCTOR.** Ergo exemplo scripturae sacrae electi operarii spontaneos officios tolerent, simulque cum eis donaria Christianorum participare concedant. Scientes quia si omnes sponte se offerentes ad ecclesiastica negotia a mercede operariorum

erui debeat, pene omnes pastores moderni fame perirent, scimus enim sine exclusione personae dixisse Paulum, secundum Corinth. ix. Qui administrat semen seminanti & panem ad manducandum praeparabit, Super quod in annotationibus suis HIERONYMVS, Qui dedit officium docendi praeparabit & escam, si ad hoc solum vacare velit is,

Quod erudientes, scribentes libros, siue curati, siue gratuiti, eximendi sunt inter religiosos ab opere manuali.
Caput. XXV.

NEC his tamen subrogandum est inter Christianos privilegium panis gratuiti. Sed his etiam quod ut postremo tempore doceat iam addidit, vel quod libris sacris maiorum more doctorum, vel compilandis, vel dictandis indulget simul cum pastoribus gregis Christi euangelicum panem sine labore manuum manducabunt. Habemus enim has duas seruatorum species in euangelio subdistinguitas, ubi parabola inserit eos Christus dicens, Quis vestrum habet seruum arantem aut pascentem cui regresso de agro dicat illi statim transi, & recube, & non dicat ei, para quod coenam, & precinge te & ministra mihi, donec manducet & bibam: & post haec tu manducabis & bibes, nisi quid gratiam habet seruo illi, quia fecit quae ei imperauerat: Lucae xvii. In quo locum libro v. super Lucam dicit BEDA, Quod seruum arantem aut pascentem ecclesiae doctor intelligit: de quo dominus ait, Nemo mittens manum suam ad aratum, & respiciens retro apertus est regno dei. Et alteri sele amare testantur, tertio respondit: pascite oves meas, AVCTOR. Voluit ergo Christus intelligi aliquem seruum esse arantem, aliquem pascentem. Arat doctor seruus Christi dum sulcos difficultum scripturarum vomere rationis acutae studio aratri aperit. Pascit autem quando ex granis in profundo studii satis & postea collectis in manipulos lectionum, pecudes reficit gregis Christi, uterque etiam Christi seruus de agro regreditur, quando a spirituali opere vel lectionis vel praedicationis ad sustentationem huius vitae transfertur: cui dominus sic regresso corporalis ministerii opus ut & dominum primo pascat & postea semetipsum nu-

triat, iniungit: quia apud eos quibus ex parte domini labores suos impedit ipso domino statuente escam inuenit praeparatam. Vnde subdit, Et statim dixerit ei, transi & recube, quasi diceret, Nolo te quatuorlocum detineri temporali negotio, sed sine mora cure secularis a necessitudine subiectiois corporeae, ecce omnia parabuntur ad manus statim transi & recumbe. Vnde super Iosue secundum translationem Hieronymi Homilia xvii. ORIGENES, Sicut illud inquit, quod Apostolus ad Corinthios dicit, ut vestra abundantia fiat ad illorum inopiam, & illorum abundantia fiat ad vestram inopiam, ita & nunc cohabitare iubetur leuita & sacerdos qui non habent terram ut percipiat ab Israelita sacerdos & leuita terrena, & rursum Israelites percipiat a sacerdote caelestia & diuina quae non habet. Lex enim domini sacerdotibus & Leuitis commissa est, ut huic soli operam tribuat, & verbo dei absque sollicitudine vlla vacent. Sed iterum ut vacare possent laicorum utri ministeriis debent. Si enim laicus quae necessaria sunt non praebuerit sacerdotibus & Leuitis, occupati illi in talibus in rebus corporalibus curis minus legi dei vacabunt: illis autem non vacantibus neque operam dantibus legi dei, tu periclitaberis. Obscurabitur enim lux scientiae quae in illis est te non ministrante oleum lucernae: & culpa tua illud eueniet quod dixit dominus, Si caecus caeco ducatum praebet, ambo in foveam cadent. Ut ergo lux scientiae in sacerdotibus fulgeat, & lucerna eorum sit semper accensa, tu imple officium tuum, comple mandatum dei erga obsequia sacerdotum, quod si forte susceptis a te quae necessaria sunt, & sic non quasi auaritia sed quasi benedictionem illique neglexerint eruditioni operam dare & verbo dei vacare, & in lege domini meditari die ac nocte: ipsi videbunt quomodo pro animabus vestris reddant deo rationem. Haec Origenes, AVCTOR. At forsan tergierator aliquis qui coram caeco semper ponit offendiculum, simplicem lectorem mouebit, quod haec ministrandi victus obsequia curatis sacerdotibus impendenda sunt, non autem religiosi personis, studentibus aut aliis clericis non curatis. Sed discat quisque talis est quod hoc loco sacerdotes reputant & leuitae qui sacerdotaliter praedicant, student, orant, aut aliter scribendo vel docendo pastoraliter se exercent, quis etiam sedem

dei non occupant pastorem: & sic exponit se plane idem doctor ORIGENES in eodem libro Homilia nona dicens. Etenim quicumque sacerdotali religione & sanctitate viuunt, non solum hi qui sedere videntur in confesso sacerdotali, sed magis qui sacerdotaliter agunt, quorum pars est dominus: nec vlla eis portio habetur in terris: ipsi sunt viri sacerdotes & leuitae domini, qui in humeris suis legem dei portant agendo videlicet & implendo per opus ea quae scribuntur in lege. Haec Origenes, AVCTOR. Et ipse Vvicleff in libro suo de veritate scripturae capitulo decimonono, Hanc ipsam veritatem proferre coactus est dicens, Sacerdotes veteris testamenti tenebantur solum intendere legi dei, sed sacerdotes noui testamenti sunt obligati res ad illud officium: ergo magis illi debent solum intendere legi dei. Videtur ipsi iam si sacerdotes professi non sint sacerdotes noui testamenti. Hi ergo religiosi studentes sunt inter alios sacerdotes & leuitas quibus debent ceteri fideles in necessariis temporalibus succurrere: alioquin enim beatus Hieronymus usurpasset sibi indebita iura pastoris dum acciperet ab episcopis & aliis fidelibus sumptus scribendi: quorum ipse nec pastor erat nec episcopus, sed nudus monachus: audite namque quod ipse scripsit episcopis Chroematio et Heliodoro in prologo super prouerbia, incipit Iungat epistola quos sacerdotium iungit. HIERONYMVS, Mittatis inquit solatia sumptuum, notarios vestros & librarios sustentetis ut vobis potissimum nostrum defudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium quasi aut aqua non sit me vobis, esurientibus non aliis, laborare, aut in ratione dati & accepti cui praeter vos obnoxius sum. Haec Hieronymus, AVCTOR. Nec tunc tamen deerat qui illi detraherent dicentes eum debere laborare manibus quia monachus erat, sicut etiam nunc detrahunt fratribus sequaces eorum & insultant eis de labore manuum & spirituales eorum cibos deprauant. Sed beatus HIERONYMVS pro se & omnibus religiosi studentibus satisfecit dicens, Si fiscellam iunco texerem aut palmarum folia complicarem, ut in sudore vultus mei comederem panem meum, & ventris opus sedula mente tractarem, nullus morderet, nullusque re-

prehenderet. Sed quia operor non cibum qui perit secundum sententiam saluatoris antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisque purgans, duplex error in corde figitur & corrector vitiorum falsarius vocor, & non vitia auferre sed seare criminor. Haec Hieronymus in prologo super Iob. AVCTOR. Et non mirum tam conuenit religiosi studium scripturarum quod ultra omnem exercitationem corporis aut abstinentiam vescendorum, studium literarum edomat carne & lasciuia fores claudit, sicut ipse idem Hieronymus expertus dicit de seipso epistola secunda ad Rusticum monachum. Dum iuuenis eram & solitudinis me deserta vallarent, incitium carnis ardorem naturae ferre non poteram quem cum crebris seiniis frangerem, mensurae cogitationibus aestuabat: ad quam edo mandam cuidam fratri qui ex hebraeis crederat me in disciplina dedi, ut post Quintilianum acuminata, Ciceronisque fluuios, grauitatem Frontonis & lenitatem Plinii, alphabetum hebraicum addiscerem: stridentia anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris sumperim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quoties cessauerim, & contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia mea qui passus sum, quam eorum qui mecum duxere vitam, & gratias ago domino quod de amarissimo semine literarum dulces fructus capio. Haec Hieronymus.

Quod religiosi primaui tempore apostolorum sicut & discipuli christi vacabant quotidie studio legis dei. Vnde non poterant indulgere artificio, sed vixerunt ex elemosyna sancte plebis.
Caput. XXVI.

Neque studium scripturarum sine labore manuum recenter & nona diu videre tur a religiosi esse praesumptum, religiosi primaui in institutione sancti Marci euangeliste hunc morem habebat, sicut scribit Eusebius secundo libro ecclesiasticae historiae cap. xviii. ab auctoritate Philonis
L v

libro suo de vita theoricā dicentis de eis. EVSEBIVS. Hī inquit primo renunciāt omnibus suis facultatibus, & omni humanā sollicitudinē nihil profers quod ad cibum potumq; pertinēt inserentes, vel ad reliqua humani corporis ministeria, sed legīs tantum libros & volumina prophetarum. Et subdit ad propositum, Abortu autem diei vsq; ad vesperam omne eis spatium in studiorum exercitiis ducitur, quib; addiuntur philosophiam per sacras literas imbuntur. cibum potumq; nullus eorum capit ante solis occasum, videlicet tempus lucis cum philosophiā studiis, curam vero corporis cum nocte sociantes. Hęc ille. Et IOANNES xliiii. episcopus Hierosolymitanus de quo etiam tangitur in eadem ecclesiastica historia libro secundo cap. xvii. in libro de peculiaribus gestis religiosorum carmelitarum ad Caprasium monachum de eisdem carmelitis dicit. Eis omne spatium diei studiorum exercitiis & eruditioni sacri euangelii ducebatur. Habebat quoq; tractatus sacrorum voluminum, leges patrum in allegoricam intelligentiam deducētes: quoniam omnis lex vetus eis videbatur animalī esse similis, eo q; extrinsecus velut corpus habebat ipsam literā: intrinsecus vero tanq; anima lateat cuiusdam profundū diuiniq; mysterii sensus inuisibilis & spiritalis, quē illi ab apostolis edocti, sublimius & nobiliter velut per speculum inspicentes, & ex ipsius literę nominibus ad numerandas quasdam species intelligentiā concipientes diuina & profundiore sapientia sacrorum voluminū tanq; copiosis dapibus imbuebantur. Hęc ille. AVCTOR. Nul- lum ecce tempus vacabat istis ad laboritū manuū qui totum tempus diei consumple- runt in studio scripturarū. Vnde ergo istis pauperibus subuentū est, q; nihil ad monasteriū intulerunt, nec quicq; manibus trās egerunt. Q; si importunus exactor ad ali- quod testimoniū alii nos impellat, nos eā ad Christū & ei; discipulos demandamus. Nā si attendatur processus euangelii & ordo factorum Christi, videbit falsum qd̄ inducit Clemēs ex August. & Eusebio in de cōcordia euangelistarū, q; longo tempore vixerint discipulī cū Christo ex elemosyna plebis ante susceptū prędicationis officiū, vel presbyteralē & apostolicā dignitatē a Christo eis iniunctā. Quia post terriā vocatiōnē discipulorū quando ad mare Galileę

vocauit Christus Petrū & Andrē & Iacobū & Ioannē, vbi primo renūciauerūt omni- bus suis, & plures sequētes Christū, ibāt cū eo Capharnaū Galileę, vbi Christū docuit sabbatis in synagogis secundū Marcū, vbi quoq; sanauit demoniacū, post vbi sanauit foetū Simonis a febris. Post vbi sanauit omnes infirmos cū iam sol occidisset. Post hoc ibant cū eo in desertū, vbi lōgo tempo- re fecit orationē, & frequēter toto etiā tē- pore quō prędicauit per omnē Galiliā in synagogis Iudæorū, secundū Marcum. De- nitūm quando scriba venit cui dixit Chri- stus, Vulpes foueam habet & c. quādo trās fretauit stagnū vbi imperauit ventis & ma- ri. Post dum fuit in regione Geracenorum, vbi sanauit demoniacum solitum in monu- mentis iacere, qui dictus est Legio: quando etiam rediit Capharnaum vbi docuit mul- tos etiam doctores legis ab Hierosolymis, & egrū dimissum per tectū sanauit. Post qd̄ iterū venit ad mare & docebat turbas: post conuocauit Mattheū qm̄ etiam sanauit fili- am Iairi hemoroissam: post quādo sanauit cęcos duos, post quando rediit in patriam suam, & prędicauit ibi sabbatis: & iam ite- rum circūiuit totam Galiliam prędicans in synagogis & curans ægrotos. Et post hoc mane quodam in monte sedens elegit ex discipulis suis duodecim quos conlecta- uit apostolos, quibus tunc euangelizandū tradidit potestatem. Sic ergo diu addiscit cum domino quod postea doceant: & pau- latim de inferioribus ad sublimia prouocās eos xi. signis erudit, exemplis confortat, mi- raculis roborat, doctrinis sanctis adimplet, & secum huc & illuc per terras & loca per- trahit comites: quemadmodum aquila ad volandum prouocans pullos suos. Sic vti- que imaginatur super Lucam libro tertio capitulo secundo doctor BEDA. Vide- mus inquit in Christi discipulis completū quod de antiquo illo Hebræorum populo legimus dictum: nec mirum quia vnus vtriusq; testamenti deus ipse per filiū bene- dictionem dabit qui legem dedit per famu- lū. Sicut, inquit, aquila prouocās ad volan- dum pullos suos, & super eos volitans, ex- pandit alas suas & assūpsit etiā, atq; portauit in humeris suis. Nā sicut mox nati pulli do- nec plumescāt aera volando superare non valent: Ita quicunq; fideles vt ad cęlestia prouolādo sufficiāt in nido prius fidei ne- cesse est virtutum pennis se vestiāt. Ita

ipsi fidelium doctores apostoli pederentim ad sublimia quatinus & aliis erudiendis perfici possint ascendunt. Prius siquidem dominus docet in synagogis, miracula fa- cit, famam vbique dispergit, conuenien- tes ad se turbas suscipit, curat, instruit: hic discipulos facit, in sponsi nuptiis reficit, per fata ducit, atque a calumniantibus Pharisaicis quasi teneros aquila pullos a ser- pentinis moribus defendit. Ex his duo- decim quos apostolos nominant, elegit: & hos primo pręsente turba docet, com- municante cum eis turba solita miseris beneficia reddit: postmodum vero vt in pręsenti lectum est, per ciuitates & castel- la prędicans, solos secum qui eum fami- liarius audiant, retinet, solis mysteria re- gni dei quę ceteris parabolatim dixerat, exponit. Ac sic denum virtutum suarum accessione, quasi alarum protectione firmatis, dat & illis potestatem curandi: mit- tique prędicare regnum dei. Hęc Beda. AVCTOR. Propter hoc retuli hęc om- nia, vt palam fieret discipulos Christi magno tempore stetit cum Christo, vt spectatores & discipuli factorum eius prius quam apostolatus sui susceperint insigne: quo tempore nec aliunde habebant, vnde viuerent, nisi de pane euangelii Iesu Chri- sti nihil possidentes postquam omnia reliquerunt, nihilque exercentes artis vel negocii vnde victum possent manualiter sustentare. Et inde erat q; didragmam soluere non debebant sicut plane docet beatus AVGVSTINVS in libro de qua- stionibus noui & veteris testamenti. Di- dragma capitum exactio intelligitur non prędiorum. Nec enim saluator aliquid possidebat in mundo cum sit dominus mū- di. Mortuus autem alienis impendiis se- pelitur. Et infra. Didragma ergo ab his exigenda erat qui aliquid negocii gere- bant, aut artibus operam dabant. Salua- tor autem qui nihil horum curabat, neq; discipuli eius, exigendus vtique non erat. Sed quia diabolus inimicus semper in in- sidis erat, occasionem quærens si posset inclinare saluatorem: exactorum didra- gmæ animos occupauit, vt eius facerent voluntatem, vt accedentes ad Petrum, qui primus inter apostolos erat, solui de- bere ab eorum magistro dicerent didra- gmam, qui ab iis omnibus liberi erant: ni- hil enim agebant in mundo quod esset mū-

di: vt quia non erat vnde se solueret ab his, scandalo esset, aut certe humilitate suffragii quæreret a quo solueret. Hęc ille. AVCTOR. Exemplo ergo discipulorum Christi studentes & scribentes ea quę de Christi lege consequenter docturi sunt, si non aliunde habeant vnde vsuant, pote- statem habent non manualiter operandi, sed cum aliis euangelistis debent panem euangelii manducare gratuitum: quem admodum Christus de hoc pane pavit dis- cipulos qui sibi ministrabatur a fidelibus quos docebat, quemadmodum dicit euangeli- um Lucę octauo. Factum est deinceps & ipse iter faciebat per ciuitates & castel- la prędicans & euangelizans regnum dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquę, quę erant curate a spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quę vocatur Ma- gdalene, & Ioanna vxor Cusę procurato- ris Herodis, & Susanna & alię multę quę ministrabant ei de facultatibus suis. Et no- ta q; ministrabant non donabant exacte, sed libere ministrabant in signum quod euangelistę dabitur, etiam non petenti, vt mendico dabitur impune si petat, dicente AVGVSTINO super illud psal mi, Pro- ducens fœnum iumentis. Noti ita agere debes boui trituranis, vt mendico trans- eunti, Mendico em̄ da, quia legit omni pe- tenti te tribue. Boui vero etiam non pe- tenti dare debes. Hęc Augustinus.

Q; ministri altaris pascēdi sunt & non cogentur ad vi- cum manib; ac- quirendū.

CAPVT XXVII.



MINISTROS etiam sacri altaris pascit ecclesia, & ab operādo manibus eos ab- soluit. Vnde AVGVSTI- NVS de opere monacho- rum capitulo vigesimo et- iam de monachis illis loquens, Ihi in- quit fratres nostri temere sibi arrogat, quantum existimo q; eiusmodi habeant po- testatē. Si enim euangeliste sunt, fateor, ha- bent. Si ministri altaris, dispensatores sa- cramentorum, sibi istam non arrogant, sed plane vendicant potestatem. Hęc August.

Et IDEM capitulo xxy. de nobilibus personis loquens dicit. Si corpore ita valent, & ab ecclesiasticis occupationibus ita vacat, Tunc supple labores pro victu conabitur assumere, & cum honor populi ad ministros altaris habeat duas partes: hæc est vna pars eius, subuenire scilicet eis in temporalibus ad obsequia charitatis: Altera pars est honor debitus dignitati. Sicut inquit Apostolus ad Thessalonicenses quarto, Rogamus inquit fratres vt monueritis eos qui laborant inter vos, & præsumt vobis, & monent vos vt habeatis illos abundantius in charitate. Super quem locum ait in annotationibus HIERONYMVS. Presbyteri qui laborant in verbo, dupliciter honorandi sunt, scilicet ex charitatis obsequio, & ordinis dignitate. Hæc Hieronymus. PROSPER autem de vita contemplatiua ita inquit. Ideo decimas atque primitias frugum, primogenita & sacrificia pro peccato, vel vota, quæ sicut deus iussit offerri sacerdotibus aut ministris distribui debere constituit, vt deuotissimo populo vitæ necessaria ministrante ipsi pastori ac creatori suo liberis mentibus ministrarent, atque in eius cultu sine vlla sollicitudine corporali proficerent, ne terrenis occupationibus implicati officio suo dignas excubias strenue curare non possent. Hæc Prosper.

AVCTOR. Sed hic iterum carnales quidam clerici commoti opinione Petri contra discipulos Christi claustrales, qui cum Ioanne quem diligebat Iesus, recumbant in coena quotidiana meditationis dei super pectus eius, indignanter interrogant. hi autem quid? non debent monachi siue fratres inter alios clericos habere viuendi portionem, qui congruum curæ non habent laborem. Nos Petri clerici sumus qui curam populi gerimus. habeant ipsi curam si debeant participare substantiam: quod si curam renuant, victum debitum cum clericis petere non debent. Sed rogo discernant ista cur sic inuideant? An nunquid omnes sancti qui erant Hierosolymis propter quos fecit Paulus collectas in sabbatis, clerici curati erant? Aut vt accedamus propius, nunquid Paulus superfluit de victu ecclesiasticorum geminans communionem, & dicens, Nescitis quoniam qui sacrario operatur quæ de sacrario sunt edunt, Et altari qui deseruiunt, de altari participantur,

primæ Corinth. nono. At nonne aliud est sacrarium, aliud altare? In sacrario ministri frant qui singula vel saltem plura tractant ecclesiæ sacramenta. In altari ministrant qui tantum eucharistiæ subseruiunt: vel si pluribus vt contingit, accedunt non publice, sed priuatim, sed solum non ordinaria potestate dispensant. Alioquin non in altari, quod velum habet, sed in communi sacrario obsequuntur. Sed hoc quomodo faciunt qui cum sacrorum actibus claustralium non excedunt? Et post hoc nunquid solus operans in sacrario quæ de sacrario sunt edet. Et qui altari deseruiunt de altari non participabuntur? Hucusque in ecclesiæ dei salua semper fuit saluatoris sententia, quoniam dignus est operari mercede sua. Et ipse tibi dicit de religioso clerico. Sic ergo volo ipsum manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Et huius sententiæ consolationem accepit sanctus vir Hieronymus connumerans semetipsum inter sacerdotes & leuitas dignos viuere de altari quando solius monasticæ conuersationis & non publici clerici actus exercuit dicens in epistola ad Nepotianum de vita clericorum & monachorum HIERONYMVS. Si autem ego pars domini & partem mihi dat funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter cæteras tribus, sed quasi leuita & sacerdos viuo de decimis: & altari seruiens, altaris oblatione sustentor, habens victum & vestitum, his contentus ero: & nudam crucem nudus sequar. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Item sicut habetur in decretis xv. quæst. prima Doctos. AMBROSIVS. Doctos inquit aut probos monachos presbyterii honore dedicatos prædicare, baptizare, pœnitentiam dare, debita relaxare miseris, decimarum, primitiarum oblationum, viuorum & mortuorum portio iusta perfrui debere, moderata dispensatione comedamus: vt iuxta apostoli de altario qui altari seruiunt viuentes, per obsequium dominicæ plebis panem & vinum immaculata benedictione transformant in corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi. Hæc Ambrosius. Et ibidem etiam subditur ex decretis BONIFACII papæ. Sunt nonnulli nullis dogmate fulti, audacissime quidæ zelo magis amaritudinis quæ dilectionis inflammati, asserentes monachos quia mundo mortui sunt, & deo viuunt, sacerdotalis officii potentes

indignos, neque pœnitentiam, neque christianitatē largiri, neque absolueri posse per sacerdotalis officii diuinitus ipsis iniunctam potestatem. Sed omnino labuntur, neque sanctus Benedictus monachorum almificus, huiusmodi rei aliquo modo fuit interditor: sed eos secularium negotiorum edixit expertes fore tantummodo. Sequitur. Tantorum ergo patrum instituti exemplis, quibus periculosissimum est refragari, credimus a sacerdotibus monachis ligandi soluendique officium deo cooperante digne administrare, si eos digne contigerit hoc ministerio sublimari. Decerrantes ergo monasticæ professionis ministros sacerdotalis potentia arcere officio, omnino præcipimus vt ab huiusmodi ausibus reprimantur in posterum: quia quanto quis est illis celsior, tanto illis erit potentior. Hæc ibi. Item ibidem sub auctoritate GREGORII AMBROSIVS. Moderamine apostolicæ sedis decernimus vt monachi, si presbyterii honore dedicati sint, cum ligandi soluendique potestate, decimarum, primitiarum, oblationum, donationum quæ fiunt pro viuis & defunctis portionem iusto canone ad suam proximorumque utilitatem merito perfectorum iustitia non minus quam ceteri sacerdotes laudabiliter sibi fieri vendicent. Hæc illi. AVCTOR. Hæc quidem quæ iam adduximus sunt præiulia clericorum, & sic quidæ religiosi congruunt, inquitur clerici sunt non quia monachi. Vnde HIERONYMVS ad Heliodorum transformans se in personam simplicis monachi. Alia est inquit causa monachi, alia clerici. Clerici oues pascunt, ego pascor, illi de altari viuunt: mihi securis quasi ad radicem arboris infractuosa ponitur, si munus ad altare non defero. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Secus tamen erit, sicut supra dictum est, si clerici fuerint religiosi, quod eis vtique non tantum licet, sed ad hoc hortandi sunt: qualiter beatus HIERONYMVS horratu Rustici in epistola ad eundem dicens. Sic viue in monasterio, vt clericus esse merearis. Multo tempore discere quod postmodum doceas. Et inter bonos semper sectare meliores. Quod si populus vel episcopus te in clericum elegerit, age ea quæ clerici sunt. Hæc ille. AVCTOR. Nec dedignentur clerici moderati monachos religiosos in ecclesia dei coadiuatores habere, quos sancti dei apostoli

dedignari nolebant: cum tamen præsentibus clericis non sint suis patribus peritiores, sed nec sanctiores apostolis. Vnde IOSEPHVS Antiochenus in speculo perfectæ militiæ primitiua ecclesiæ cap. duodecimo loquens de religiosis carmelitis dicit. Perfectorum militum Christi apostolorum coadiutores surrexerunt, strenuissimi viri solitarii contemplationis dediti, sanctorum prophetarum sequaces Heliae & Helisei, qui de monte Carmelo descendentes per Galilæam, Samariam & Iudæam, fidem Christi constantissime sparserunt: quique in virginis Mariæ honore in Carmeli montis decliua fabricantes oratorium saluatoris matri specialiter uerunt. Hæc ille. Et IOANNES episcopus xlii. Hierosolymitanus in predicto libro scilicet de peculiaribus gestis Carmelitarum ad Caprasium monachum de eis dicit. Denique inquit eorum multi ea quæ ab apostolis hauserant, cæteris effundentes, fidem Christi per Phœnicem & Palæstinam prædicauerunt dilatantes dogma fidei: & moribus vitæ & conuersatione monastica ecclesiæ dei insignissimam demonstrantes. Hæc ille.

Quod valde contemplatiui sine laborio victum ab elemosynis impetrarunt.

CAPVT XXVIII.



Contemplatiuos autem quos scilicet sancta illa ebrietas spiritus ita potati sunt, vt magnitudinē delectationis dei quasi extaticis raptibus sopiuntur, ad laboris um manuale cogere nullatenus possumus, trahere formidamus, cum ipsum cui omne iudicium dedit parer, audiamus plane præponere oculi Mariæ ministerio frequenti Martha. Et tamen si attendamus Martha curam, & operam dedit vt pasceret dominum, quod plus est quam pascere iumentum ne deficeret, quam pascere aliquem semetipsum. Maria vero nihil operans quod ad victum pertinet, solum hoc curauit vt spiritus pascetur a domino. In qua re etiam ortum habet prærogatiua illa contemplantium, ne necesse habeant manibus operari. Nam super hunc ipsum locum Lucae habet GREG. in Homil. & assumit a BEDA libro tertio super

Lucam capitulo decimo octavo. Quid con-
templatiua vita est: Charitatem quidem
dei & proximi tota mente retinere: & ab
exteriori actione quiescere, soli desiderio
conditoris inhætere: vt nihil iam agere li-
beat, sed calcatis curis omnibus ad viden-
dum faciem sui creatoris, animus ardeat.
Hæc Gregorius. AVCTOR. Et hoc inde
eis conuenit, q̄ exterior cura operis flam-
mam minuit interioris raptus. Vnde Iacob
gescens angelos intruetur, laborans autem
ab eorum visione suspenditur: quos tamē
& si ab exteriori actiōe defendero, nō ideo
oculi protector existo: nisi forte sancti oculi
quod in beata Maria Magdalena semel p̄
semp̄ defensionem accepit a Christo, ma-
xime cum multi huic ocio dediti, laborio-
sius dormiant quàm ipsimet aut impedi-
tores eorum vigilare possint. Sicut etiam
habet GREGOR. v. moral. super hunc te-
xtū Iob, quando solet sopor occupare ho-
mines. Sancti inquit viri quia a mundi
operibus non corpore, sed virtute sopiun-
tur: laboriosius dormiunt q̄ vigilare po-
tuerunt, quia in eo q̄ actiones huius secu-
li deferentes superant, robusto consuetu
quotidie contra semetipsos pugnant, ne
mens sub negligentia torpeat: ne subacto
ocio ad desideria in mundo frigescat: ne
in ipsis bonis desideriis plus iusto infer-
ueat, ne sub discretionis specie sibimet par-
cendo a perfectione languescat. Agit hæc
vt ab huius mundi inquieta concupiscen-
tia se penitus subtrahat, ac terrenarum
actionum strepitum deserat, & per quie-
tis studium virtutibus intenta, vigilans
dormit. Neque enim ad contemplandum
interna perducitur, nisi ab iis quæ exte-
rius implicat studiose subtrahatur. Hinc
est enim quod per semetipsam veritas di-
cit. Nemo potest duobus dominis serui-
re. Hinc Paulus ait, Nemo militans deo
implicat se negociis secularibus, vt ei pla-
ceat cui se probauit. Hinc etiam per pro-
phetam dominus admonet dicens, Va-
cate & videte quoniam ego sum domi-
nus deus. Hæc Gregorius.
AVCTOR. Ecce quod semper & vbique
dicit Gregorius, Clamant doctores, con-
templatiuos viros debere ab omni exte-
riori actione quiescere: & non posse illos
ad interna contemplanda perducī, nisi ab
iis quæ exteriis implicat, animus sub-
trahatur: cum tamē secundum BEDAM

super illud Luca, Vnum est necessarium,
Vna & sola est theorica, id est contempla-
tio dei, cui merito omnium iustificationū
merita, vniuersa virtutum studia postpo-
nuntur. Vnde & ipsum ex tam accurata
custodia sponsi circa sponsam pensari po-
test in canticis: vbi non solum iam dormi-
entem spiritualiter sponsam non suscitatur,
sed singulos alios, ne ipsam per curarum
impositionem, aut exteriorum vexationē
laborum euigilare faciant, adiurat dicens,
Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas,
ceruosq̄ camporum, vt non suscitatis, ne-
que euigilare faciatis dilectam, donec ipsa
velit. Cantic. secundo. Vbi BERNAR-
DVS. Quid inquit per ceruos & capreas
nisi fidem, spem & charitatem accipimus,
quas dum nobis mundas consertamus per
easdem altos montes contemplationis a-
scendimus? Sancta anima Christi sponsa
a cunctis mundi perturbacionibus quie-
scere appetit in sinu sponsi, sopitis terre-
nis cupiditatibus, dormire sancto ocio cō-
cupiscit: ita vt sancta colloquia aliquan-
do fastidiat: solius sponsi collocutione,
quanto quietius, tanto secretius hilare-
scit. Sed hanc dormientem carnales qui
sunt in ecclesia Christi, nonnunquam im-
portune excitantes negociis mundi eam
implicare desiderant: quia eius vitam inu-
tilem existimant, dum ab eorum curis se
abstinere considerant. Hi tales congrue
non filii, sed filia nominantur: quia dum
effeminati instruantur, virili dignitate
amissa, interiusuales habeantur mon-
strant. Hi dilectam suscitare sub adiura-
tionis pondere prohibentur, ne vtiq̄ men-
tem quæ ad vacandum deo se accingit, so-
lisq̄ spiritualibus studiis inhære concu-
piscit, importunis sollicitationibus inquie-
tent, & tenebris terrenarum curarum ocu-
lum cordis eius obnubilent. Hæc Bernar-
dus. AVCTOR. Ex hac doctrina ergo spi-
ritus sancti clerici nostri quadam discere
possunt: se non spirituales esse: quicquid
argumentorum suorum furore prædant,
dum contemplantes sanctos prouocant ad
labores: carnales enim sunt, & solum quæ
ipsi carnaliter sapiunt aliis intimant. Et
dum ocio incubando, culpabilis oculi pa-
tres redargunt mihi videtur, q̄ cū Mar-
tha Mariæ partem inficiunt dicentes Christo,
Domine non est tibi cura q̄ soror mea reli-
quit me solam ministrare: dic ergo illi vt

me adiuuet. Vnde libro tertio super Lucā
BEDA. Ex illorum persona loquitur qui
adhuc diuine contemplationis ignari solū
quod didicere fraternæ dilectionis opus
deo placitum ducunt. Ideoque cunctos qui
Christo deuoti esse velint, huic mancipan-
dos autumant. Hæc Beda. AVCTOR.
Sed quid ad ipsos respondendum est: quia
ex ipsis regulis religiosorum, quibus de la-
borando cauetur contra contemplantes re-
ligiosos argumētū laboris assumunt, neq̄
contentiosus: vbi beatus Bernardus di-
xit interpretando scilicet regulam, vbi de
labore loquitur de labore spiritus inten-
de. Vnde in epistola ad Abbatem Clunia-
ensem capitulo quod incipit. Vnde nunc
modo. BERNARDVS. Iam vero de
labore manuum quid dicam, cum & Mar-
tha laborans increpata, & Maria quiescēs
laudata sit: & Paulus aperte dicat: Labor
corporis ad modicum valet, pietas autem
ad omnia. Optimus labor de quo prophe-
ta dicebat, Laboraui in gemitu meo. & de
quo alibi, Memor fui dei, & delectatus sum
& exercitatus sum. Et de corporali in-
telligas exercitio. Et defecit, inquit, spiritus
meus. Vnde non corpus, sed spiritus fati-
gatur: proculdubio labor spiritus intelligit.
Quid ergo inquis? Siccine illa spiritualia
persuades, vt etiam hæc, quæ ex regula ha-
betis corporalita damne: nequaquam. Sed
ista oportet agere, & illa non omittre. Ali-
oquin cum aut ista omitti, aut illa necesse
est, ista potius omittenda q̄ illa: quanto e-
nim spiritus corpore melior est, tanto est
spiritualis q̄ corporalis exercitatio fructuo-
sior. Hæc Bernardus.

Q₂ infirmis & viris olim nobili-
bus non est labor coa-
cte imponendus.

CAPVT XXIX.


A infirmi quoque quibus non
est lex posita, priuilegium
non laborandi, sed ex chri-
stianorum elemosynis vi-
uitandi Christo tradite sus-
cipiunt: quando ipse in per-
sonam infirmi se transformans dixit, In-
firmus eram & visitastis me. Et iterum da-
mnadis execrandam intonans sententiam,
Infirmus, inquit, eram, & nō visitastis me.

Et apostolus Paulus in finali collectiōe sra
Melitani concilii, Oīa inquit ostēdi vobis,
quoniam sic laborantes oportet suscipere
infirmos Act. xx. Ideo AVGVSTINVS
in libro de opere monachorum capitulo de
cimonono, Qui veram corporis infirmita-
tem ostendit, humane tractandus est: qui
autem falsam præterendit, & conuinci non
potest, deo dimittendus est: & cap. xxi. Sūt
inter eos qui eo proposito ad sanctam mili-
tiam venerunt, vt ei placeant cui se pro-
bauerunt: cum ita vigeant viribus corpo-
ris & integritate valetudinis, vt non solū
erudire, sed etiam operari secundum apo-
stolum possint. Et capitulo vigesimo quar-
to infert de Timotheo qui propter easdem
quas & Paulus causas laborare solebat, iam
tamen monitiōe Pauli propter superueni-
entem infirmitatem vacare a laboribus, &
de euangelio manducante, Timotheum in-
quit ne in talia incideret, quia propter in-
firmitatem corporis, manibus operari non
poterat: sic hortatur, admonet, & consolatur.
Labora, inquit, sicut bonus miles Christi le-
su, Et post multos textus subdit, Fecit itaq̄
securū, caltū, euangelistam, non ad hoc euā-
gelizantem vt venderet euangelium, sed
tamen huic suis manibus vitæ necessaria
non valens exhibere, vt intelligeret quid
necessarium sibi, sumebat ab eis tanquam
provincialibus, quibus militabat. Hæc Au-
gustinus, Ad idem PROSPER de vita cō-
templatiua capitulo vndecimo. Ipsi quoq̄
pauperes si se possint suis artificijs aut la-
boribus expedire, non presumant quod de-
bilis aut infirmus debet accipere: ne forte
ecclesia quæ potest omni solatio destitutis
necessaria ministrare, si omnes etiam nihil
indigentes accipiant, grauata, illis quibus
debet subuenire, non valeat. AVCTOR.
Ex quibus continue patet q̄ infirmi & de-
biles in congregatione sanctorum nō sunt
ad laborandū cogendi: sed illis potius sub-
ueniendū ex elemosynis deuotæ plebis &
bonis ecclesie. Quid autē sentiendum est de
iis qui distributis rebus suis ad monaste-
ria fratrum conueniunt. Nunquid sunt ad
operandum cogendi? Pōnit Augustinus q̄
non: inuitandi sunt tamē, & dicit eos meli-
us tunc facere si operentur, q̄ cū sua omnia
dimiserunt. Vnde de opere monachorum
cap. xv. AVGVST. Illi inquit qui relicta
vel distributa siue ampla, siue qualicun-
que opulentiā inter pauperes Christi pia

& salubri humilitate voluerunt numerari: si corpore ita valent, vt ab ecclesiasticis occupationibus vacent, quanquam eis tam magnum animi sui documentum afferentibus, & eiusdem societatis indigentiae de his rebus quas habebant, vel plurimum vel parum conferentibus, vicem sustentandae vitae eorum res ipsa communis & fraterna charitas debeat. Tamen et si ipsi manibus operentur, vt pigris ex vita humiliori, & ab hac exercitatione venientibus auferat excusationem, multo misericordius agunt quod cum omnia sua indigentibus diuiserunt, quod quidem si nolunt, quis audeat cogere, quibus tamen inuenienda sunt opera in monasterio, etiam si a corporali functione liberiora, sed tamen vigilantia administratione curanda, vt nec ipsi panem suum qui communis iam factus est, gratis manducant. Hæc Augustinus. AVCTOR. Causam autem tantæ libertatis in viris ingenius quod non sunt cogendi ad opera, sed leniter inuitandi si aliunde vacent, assignat Augustinus teneram educationem eorum quæ non permittit eos esse fortes ad opera. Vnde in capitulo secundo eiusdem libri dicit AVGVSTINVS. Si in hoc seculo saltem habeant aliquid quo facile sine officio sustentarent istam vitam, quod conuersi ad deum indigentibus dispersiti sunt, & credenda est eorum infirmitas & ferenda: solent enim tales non melius sicut multi putant, sed quod est verum languidius educati laborē corporaliū operum sustinere non posse. Tales fortasse multi erant in Hierosolyma: nam & scriptum est quod prædia multi vendiderunt, vt distribuere sicut opus erat unicuique. Hæc Augustinus. AVCTOR. Hi ergo cum infirmis numerandi sunt, quos natura non vitium fecit infirmos, & cum eis ergo de non operando sunt privilegii accepturi: quos et si bona voluntas viget natura tamen ægra non patitur, plerumque enim maior est infirmitas innata quam contracta. Possimus & his prædictis non irrationabiliter addere hos, quos non continua infirmitate detentos, qui tamen post lucida interualla & ipsa modica, recidunt, quos solent medici valitudinarios appellare. Vnde in interpretatione latina HIERONYMVS. Valitudinarius est inquit qui frequenter ægrotat. AVCTOR. Tales autem vocat apostolus imbecilles. Sic ergo ex his

patet tres esse infirmorum status. Primus est eorum quos iam præsens torquet infirmitas. Secundus eorum qui ad hanc conuersi sunt, & quos nondum plene dimisit infirmitas: & tertius eorum qui vel ex consuetudine laborandi, vel teneritudine educationis, si diu se exercent ægritudinem habent propinquam. Et hi omnes ne mors ac celerata subrepat, ab importunis laboribus cohibendi sunt, & fidelium stipe vel ecclesiasticis sumptibus subrogandi. nec tamen contristandi, nec ipsi tristari debent quod non operantur ad victum, quia in istis verum est, quod bona voluntas reputatur pro facto. Vnde de AMBROSIVS libro de Iacob & beata vita versus finem. Illam inquit formam iustitiæ quis abnuat vt nil metuat nil formidet, nisi virtutis dispendio aliorum quoque vanas fortitudines comprimit, quas de periculis sollicitudine habent, mortis cura, corporis infirmitate, vt doceat dissolui corpore, & cum Christo esse multo melius, vt ostendat quæ operationes non impediuntur debilitatibus corporis, sed augentur. Hæc Ambrosius.

Quod non habentes vnde viuunt alifunde, & non de monasterio, si de prædictis quos diximus eximendos non sint, operari manibus debent. CAPVT XXX.



Iam enumerati sunt quos B de seruitute Vyitcleuistica & Amoreorum negociis in congregatione viuentes lex Christi liberat. & cōcors Augustini & aliorum sanctorum professio. Iam ergo arguant & redarguant sanctos Christi pauperes, criminantur eos quod non opere transigant victum: ipsi penitus ociosi quis de stirpe pauperis prodierunt, latenturque quod Moyse & non Christi cathedram occupent: dicentes palam aliis quod ipsi non faciunt. Securus enim sum quod hos sanctos prædictos libertauit iam Christus a laqueo venantium, & a verbo aspero, Scapulis enim suis obumbrabit eis: & sub pennis eius sperabunt: scuto circumdabit eos veritas christiana: ideo aduersis in surgentibus non timebunt: a timore nocturno, accusationibus publicis, a sagitta volante in die pro occulis insidiis, a nego

cio perambulante in tenebris & hereticis cum ceteris falso disputantibus ruti sient: ab incurfu & meridiano dæmonio. Pudeat istos allegatos in eodem volumine libertat Augustinus. Aut saltem congregationes pauperum modernas inueniant, quæ pene omnes tales non habeant: & qui de istis non sunt vel pro istis non procurant, si non operentur, oculi criminantur, nec ego dissentiam. Scio enim quod ipsos in prædicto libello Augustinus culpauerit & vere culpandi erant. Dum enim in forte clericorum non fuerint vt seruietes altari de altaribus pascantur, aut euangelizent, vel scribentes aut monentes doceant, aut privilegio contemplantium fulciantur aut infirmitate plana grauentur, vnde aliter in labore non duraret. Idcirco idem Augustinus non in eodem libro ducens in magis breue compendium omnes illos qui habent viuere de labore dicit apostolum laborasse ad perquirendum tales elemosinas sanctis pauperibus, AVGVSTINVS. Et hoc inquit suppleatur ex oblationibus bonorum fidelium quod laborantibus & aliquid vnde victum exigant operantibus propter infirmitates, tum corporales aliquorum & propter ecclesiasticas occupationes vel eruditionem doctrinæ salutatis deesse putauerint. Hæc Augustinus de opere monachorum capitulo .xvi. & præterea capitulo vicefimo sexto. Hoc seruos suos dominus præmonet, vt in eo ministerio quod sacramentum eius debetur: non ista sed regnum eius cogitemus, & hæc omnia apponuntur nobis, siue per manus operantibus, siue in firmitate corporis impeditis, siue ipsius militiæ Christianæ tali occupatione distractis vt nihil aliud agere valeamus. Hæc Augustinus. AVCTOR. Et in hoc primo passu assignat tria genera hominum qui a laboribus eximuntur quos supra distinxit in duo, hic autem in quinq; vltimo distinxit in duo. Apponit tamen aliquid semper ad quod omnia rediguntur. Vnde cum infirmos recitat tandem subiungit: si vi sanctæ militiæ tali occupatione distractus, vt nihil aliud agere valeat. Sub his intelligit Augustinus euangelistas verbi dei, quos privilegiauit supra capitulo septimo, & capitulo decimo quarto de opere monachorum, & ministros altaris & dispensatores sacramentorum qui in monasteriis degunt, de quibus capitulo vicefimo & vicefimo quinto. Docentes quoque & discentes siue assidue contemplantes sicut in capitulo vicefimo sexto, Ita

& in hoc ipso libro Augustini de opere monachorum per eundem Augustinum ab opere manuum exempti sunt: & de altari viuere potestatem habent omnes euangelistæ, omnes altaris ministri, omnes docentes literas maxime sacras & discentes, omnes assidue contemplantes, & omnes grauitet languentes: residui vero qui de istorum numero non sunt, laborate teneantur quicumque sint & in quacumque congregatione sanctorum degerint. Non ergo solis religiosi mendicantibus: quorum congregationes in suis victualibus habent penuriam competit regula Augustini, sed etiam monasteriis & aliis collegiis sanctorum quantumcumque dotatis quia bona illa pauperum sunt & ad pigros aut desides quantumcumque delicati fuerint conuenire non possunt: sed si laborent quod superest debet verti ad publici, si etiam cum hoc egeant supplendum est eis de publico. Audiamus namque quid de huiusmodi viris etiam in congregatione dotata viuentibus inseruit Augustinus exemplum adducens de Romana republica ditissima & membris eius. AVGVSTINVS. Si enim terrenæ huius reipublice antiqui principes præclarissimo literarum suarum eloquio prædicari solent quod rem communem vniuersi populi siue ciuitatis priuatis suis rebus sic anteponerent vt quidam eorum Africa edomita triumphator quid nubenti filiæ daret non habuerit nisi ex consilio Senatus de publico dotaretur quo animo debet esse in republica sua ciuis æternæ ciuitatis & Hierusalem celestis, nisi vt ipsum quod propriis manibus elaborat in cõe ferat: & si quid defuerit ei de cõmuni suppleat dicitur cum eo cuius præceptum exemplumque secutus est, quasi nihil habentes & omnia possidentes. Hæc Augustinus ibi scilicet de opere monachorum capitulo vicefimo quarto. AVCTOR. Et bene addit Augustinus hic inferens dominum Christum cuius præceptum exemplumque secutus est, quia ex exemplo Christi non dedignabuntur pauperes collegiati manibus acquirere victum quis diuitias habeant in cõmuni: sicut hæc ipse Christus laborare dedignabatur in domo parentum quos in domo propria ei diuitiæ abundabant. Vnde BASILIVS super illum textum Lucae. Et erat subditus illis. Ad ipsa inquit primeuæ ætate parentibus obediens quemlibet laborem eorum parentum humiliter & reuerenter sustinuit. Cum enim homines essent honesti, & iusti egentes tamen & necessarios penuriam patientes tunc præsepit patris velle

Merandi ministerium manifestum est, quod sudores corporeos continue frequentabant, ne cessaria inde sibi quereres, Iesus autem obediens illis ut scriptura testatur, & in sustinendo labores subiectionem plenariam ostendebat. Hæc Basilius. AVCTOR. At ne vilitatem artificii fugerent ociosi, fictam præterentes collegii honestatem: non erat subtile artificium, non honore vel mundi reputatio ne præclarum in quo Christus sub parente sudavit: dicente AVGVSTINO in sæpe dicto libro de opere monachorum. Quid faber erat homo ille iustus inquit, & ad testimonium coniugale semper manserit virginis electus: cui desponsata erat virgo Maria quæ peperit Christum faber fuit. Hæc Augustinus ibi capitulo decimo tertio. Et ibidem etiam prædicat de beato apostolo quærentibus, quod genus artis exercuit. Cur a me inquit quærunt quod vel quale opus faciebat, vnum scio quod nec furtum faciebat nec effractor aut latro erat, nec auriga, nec venator aut histrio aut turpilucio, sed innocenter & honeste quæ apta sunt humanis visibus operabatur, sicut se habent opera fabricum, structorum, futurum, rusticorum, & his similia. Neque hæc honestas ipsa reprehendit quod reprehendit superbia eorum, qui honesti vocari amant, sed esse non amant: non ergo dedignaretur apostolus siue rusticum aliquod opus aggredi, siue in officium laborare versari. Qui enim ait, Sine offensione esto re iudæis & Græcis & ecclesiæ dei, quos in hæc causa reuereri possit, ignoro. Si Iudæos dixerint, patriarchæ pecora pauperunt, si Græcos quos etiam paganos dicimus, & plures multum honorabiles futores habebant. Hæc Augustinus ibi. AVCTOR. Quo ergo iure, nolint fratres operari & sine opere de bonis publicis in quacumque congregatione vivere pene ignoro: quando nec Paulus vivere voluit sine opere, qui tamen potestatem habebat vivere de euangelio: nec Christus aut pauperes eius sine opere de patrimonio suo diuino, nisi forte ampliori quam Christus vel Paulus super bonis monasterii fungatur privilegio quod non credo.

NE RELIGIOSI OPERARII PRÆsumant ea quæ sunt clericorum: vel clericis fastidiendo officium opera eorum assumant.

Cap. XXXI.



BRAEMONSTRATA ergo tali distinctione sanctorum in monasteriis degentium hoc sumopere cauendum existimo ne vel presumptione vel torpore alter alterius sortem inuadat: ne aut frater operarius velit panem manducare gratuitum: aut euangelista onere euangelii grauatus aut fatigatus ipsum deponat, ut aliquando ex labore pinguius, & cum minori spiritus afflictione cibetur. Vtrosque tamen in congregatione promoueri quamuis in figuram huius lexiæ triqua mandauerit, ne quisquam indueret vestem ex lino lanaque contextam, id est secundum AVGVSTI. libro sexto contra Faustum diuersi generis professiones miscere de testabilis res est apud perfectius: & ea de causa præscriptum est lanam in medio non confundi nec etiam permisceri: ergo qui in lumine se ambulare præterdunt ne offendant, actus suos non permisceant officia, non confundant. Scitis quid volo: si frater euangelista sit, si clericus, si minister altaris, de altari viuat, de euangelio pascatur non nego, non inuideo. Hoc enim Christus statuit, hoc Paulus desinit, Augustinus affirmat: dum tamen in hoc ipso totum laborē consumat, omnem diem sudorem impendat. Sic AVGVSTI. NVS enim liberauit edictum. Hoc inquit, suppleatur ex oblationibus laborantium fidelium, quod propter ecclesiasticas occupationes vel eruditionem doctrinæ salutaris deesse putauerint. Et capitulo vice simo sexto dicit, Hæc omnia apponenda nobis ipsius militiæ tali occupatione districtis, ut nihil aliud agere valeamus. AVCTOR. Secus est de sanctis illiteratis vel modicum eruditibus, ex quibus antiqua monasteria repleta solebant usque ad tempora Eusebii Zozimi Zithii, ut ecclesiastica testatur historia, qui quamuis ad recreationem spiritus scripturæ sanctæ interdum indulgeant aut exhortationes sanctas venientibus aut conuentibus faciāt: non tamen propter hoc opus diurnum deponere habent: quia in rei veritate nec euangelistæ nec erudientes sunt, qui nec exercitium eorum, nec curam habent. De talibus enim sermocinatur. AVGVSTI. NVS de opere monachorum capitulo decimo septimo. Quid enim hic agant qui corporaliter operari nolunt scire desidero. Orationibus inquit vacent, & lectioni & psalmis & verbo dei. Sancta plane vita & Christi

suauitate laudabilis: sed si ab his auocandi non sumus, nec manducandum est, nec ipsæ esca cotidie præparanda ut possint apponi & assumi. Si autem ad ista vacare seruos dei certis intervallis temporum infirmitatis necessitas cogit: cur non & apostolicis præceptis obseruandis aliquas partes temporis deputamus? Citius exauditur obedientis vna oratio quam decem contemptorum. Cantica enim diuina cantare etiam manibus operantes facile possunt. Et ipsum laborem tanquam diuino celestium consolaris. An ignoramus opifices quibus vanitatis & plerumque etiam turpitudinibus theatri carum fabularum doner corda & linguas suas cum manibus ab opere non recedant? Quid ergo impedit seruum dei operantem manibus in lege domini meditari & psallere nomini domini altissimi? Ita sane ut ad ea dicenda qui memoriter recolit habeat seposita tempora. Sequitur. Qui autem dicunt se vacare lectioni, nonne illic intuentur, quod præcipit apostolus. Quæ est ergo ista peruersitas lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare? Et infra. Si autem alicui est sermo erogandus, & ita occupatur quod manibus operari non vacet, nunquid hoc omnes in monasterio possunt venientibus ad se ex alio genere vitæ fratribus vel diuinis lectiones exponere, vel de aliquibus quæstionibus salubriter disputare, quando ergo non omnes possunt: cur sub hoc obtentu omnes vacare volunt? quæ etiam omnes possent vicissitudinem tamen facere deberent non solum nec ceteri a necessariis operibus occuparentur, sed quia etiam sufficit ut audientibus pluribus vnus loquatur, Hæc Augustinus. AVCTOR. Ne tamen clerici religiosi turbarentur existimantes Augustinum hæc dixisse ad eos ideo subiungit eorum privilegia dicens eos habere potestatem viuendi de altari si ministri eius fuerint aut de euangelio si euangelistæ, & tunc statim infert quibus hæc dixerit quæ iam prædixit. AVGVSTINVS. Nunc inquit veniunt plerique ad hanc professionem seruitutis dei, & ex conditione serui, vel etiam liberti, vel propter hoc a dominis liberati siue liberandi, & ex vita rusticana & ex opificum exercitatione & plebeio labore tanto utique felicitis quanto fortius educati, qui si non admittantur graue delictum est. Multi enim ex eo numero vere magna & imitandi extiterunt. Nam propterea infirma mundi elegit dominus, ut confundatur sa-

pientes & ignobilia mundi, & ea quæ non sunt tanquam quæ sunt, ut ea quæ sunt extantur: ut non gloriatur omniscio coram deo. Hic itaque sancta & pia cogitatio facit ut etiam tales admittantur, quæ nullum afferant mutata in melius vitæ documentum. Neque enim apparet vtrum ex proposito seruitutis dei venerint, an vitam inopem & laboriosam fugientes, vacui pasci atque vestiri vulerint & insuper honorari ab eis a quibus contemni conerique consueuerant. Sic ergo quomodo operentur de infirmitate corporis se excusare non possunt. Hæc Augustinus ibidem capitulo vice simo. Et infra capitulo vice simo quinto de elemosynis faciebat clericis & religiosis & infirmis disputans. Neque attendendum est inquit in quibus monasteriis vel in quo loco indigentibus fratribus quisque quod habeat impenderit. Omnium enim Christianorum vna res publica est. Et ideo quisquis Christianis necessaria vbi libet erogauerit vnde cumque etiam quod sibi necessarium est accipit, de Christo accipit: quia vbi cumque & ipse talibus dedit, quis nisi Christus accepit? Illi autem qui præter istam sanctam societatem vitam labore corporis transigebant, ex quo numero plures ad monasteria venerunt quia in ipso humano genere plures sunt, si nolunt operari nec manducant. Neque enim propterea in militia Christiana diuites ad pauperem humiliauntur ut pauperes ad superbiam extollantur: nullo enim modo decet ut in ea vita vbi seniores fuerint laboriosi, ibi stant opifices ociosi: & quo veniunt relictis diuitiis suis qui fuerint prædiorum domini, ibi sint rustici delicati. Hæc Augustinus ibidem. AVCTOR. Vbi que ecce se plane Augustinus exponit quid clericis intulerit, quid operariis monachis seorsum. Hunc cibandum dicit seorsum & illum. Neutri confundit & operarios clericis non permiscet: & ex causis disparibus etiam in eadem quasi persona monachum discernit a clerico. Sic certe beatus HIERONYMVS. Rusticum Neophitum ad laborē instruens dicit in epistola ad eundem. Fac & aliquid operis ut semper diabolus te intueniat occupatum. Si apostoli habentes potestatem de euangelio vivere laborabant manibus suis, ne quem grauarent: & aliis distribuere refrigeria, quorum pro spiritualibus debebatur metere carnalia: cur tu in usus tuos successura non præparas? vel si scellam texe iunco, vel canistum lætis plecte viminibus. Sarricæ

humus, areolæ æquo limite diuidantur, in quibus cum holerum iacta fuerint semina vel plantæ per ordinem posite, aquæ ducantur irriguæ vt pulcherrimorum versuum spectator assistas. Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicite: illa cadēs, rauca per læuia murmur Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua, Inferantur instructuosa arbores vel gemmis vel furculis, vt paruo post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricato alueario ad quas remittunt Salomonis prouerbia: & monasticorum ordinum egregiam disciplinam in paruis discorporibus, Texantur & lina capiendis piscibus: scribantur & libri, vt & manus operetur cibum, & anima lectione satietur. In desiderio est omnis ociosus, Hæc Hieronymus. **AUCTOR.** Pulchra & elimata ecce de operibus disciplina, Sed vide quem docuit, quem sic instruxit! Monachum non clericum nisi forte futurum, vnde versus finem epistolæ dicit, **HIERONYMVS.** Respondi & nunc breuiter respondebo me in præsentis opusculo non de clericis disputare, sed monachum instruere. Sancti sunt clerici & omni vita laudabiles. Ita ergo age & vite in monasterio vt clericus esse merearis: vt adolescentiam tuam nulla sorde commacules: vt ad altare Christi quasi de thalamo virgo proceas, Hæc Hieronymus.

Q. MONASTERIORVM NECES-
sitates supplendæ sunt ex eleemosynis fidelium, nec subtrahi debent quouis modo quæ operarii laborare teneantur.
Cap. XXXII.

AUCTOR:

Q. Veruntur sancti pauperes Christi hæreticos modernos eis vitra satis infestis. Ecclesiasticam inquit recipimus disciplinam. Placet nobis manualis labor iniunctus qui nec sacramenta conficimus nec docemus vel docemur cum clericis: nec ægri patimur cum infirmis: sed eur excludunt a monasteriis egentium fratrum oblationes fidelium dicentes quod e laboribus vestris viuendum est. Idcirco sunt eleemosynæ subtrahendæ. Reuera non sine cura queruntur, Vigila-

lantius enim sic prohibuit eleemosynas fieri monasterio sanctorum in Bethleem, & sanctus pater resultabat Hieronymus sicut supra dictum est. Audite insuper quid sanctus pater docuit Augustinus in sæpe dicto libro de opere monachorum capitulo decimo quinto & decimo sexto. Docens semper labores sanctorum supplendos per eleemosynas sanctorum quia contingeret quod fructus laboris non sufficeret omnibus, scilicet ipsis laborantibus infirmis & occupatis officiis ecclesiasticis, qui in eodem monasterio commorantur. Dicit enim **AVGVSTINVS.** Propter has ergo vel occupationes seriorum dei vel infirmitates quæ omnino desesse non possunt, non solum permittit apostolus sanctorum indigentiam suppleri a bonis vel fidelibus, sed etiam hortatur saluberrime. Excepta enim illa potestate qua se dicit ipse non vsum, cui tamen seruiendum esse a fidelibus præcipit dicens, Communicet qui carere zatur verbo dei ei qui se cathesizat in omnibus bonis. Excepta ergo hac potestate prædicationis quam prædicatores verbi dei habent in eis quibus prædicant: Sæpe etiam sanctis, qui omnia sua vendita distribuerant, & Hierosolymis habitabant in sancta communione vite, non dicentes aliquid proprium, quibus erant omnia communia, & anima vna & cor vnum in domino, ab ecclesiis gentium necessaria conferri præcepit. Inde est illud ad Romanos. Nunc ergo pergam ad Hierosalem ministrare sanctis. Placuit enim Macedonia & Achaia communionem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem. Placuit ergo illis & debitores eorum sunt: si enim spiritualibus eorum communicauerunt gentes debent & in carnalibus ministrare eis. Hoc simile est illi quod ait ad Corinthios, Si nos vobis spiritualia seminamus magnum est si carnalia vestra metamus? Item in secunda ad Corinthios. Notam autem facimus vobis fratres gratiam dei quæ data est mihi in ecclesiis Macedoniae abundantia gaudii eorum fuit & quod in multo experimento tribulationis altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum: quia secundum virtutem testimonii illis perhibeo & super vires voluntarii fuerunt cum multis precibus obsecrantes nos communionem ministracionis quæ fit in sanctos & non quomodo sperauimus, sed seipsos tradiderunt domino, primum & nobis per voluntatem dei ad precandum Titum, vt

quomodo cepit & ipse consummet in vobis gratia ista. Sed quod semper abundatis in omnibus in fide & verbo & scientia & omni studio & ex ea quæ in nobis est ex vobis caritate vt & in hac gratia abundetis. Non secundum imperium dico, sed propter aliorum studium, etiam vestrae charitatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim hanc gratiam domini nostri Iesu Christi quoniam propter vos pau per factus est cum esset diues vt illius paupertate ditaremini: & in hoc consilium do. Hoc enim vobis prodest qui non solum facere, sed & velle accepistis ab anno priore. Nunc autem & facto perficite vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod quisque habet. Si enim promptus est animus secundum id quod habet acceptabilis est, non secundum id quod non habet. Non enim vt refectio sit aliis, vobis angustia: sed pro æqualitate in hoc tempore, vt vestra abundantia sit ad illorum inopiam: vt & illorum abundantia vestrae inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas sicut scriptum est qui multum habuit non abundauit & c. vsque ibi prouidemus enim bona non tantum coram deo sed coram hominibus. In his verbis apparet quantum non solum curam sanctorum plebium esse voluerit ministrare necessaria sanctis dei seruis, consilium in hoc dans quia magis illis qui hæc faciebant proderat quæ illis erga quos hæc faciebant. Illis enim aliud proderat quia æterni boni remuneratio: Accipientibus autem tantum hoc, id est erga se obsequia fratrum suorum. Nec debent sancti viri propter hoc deo seruire, nec ista fumere, nisi ad supplendam necessitatem non ad pascendam pigritiam. Sed etiam curam suam beatus apostolus tantam dicit in ministracione quæ nunc per Titum transmittetur, vt etiam comitem peregrinationis suæ propter hoc commemorat ordinatum ab ecclesiis boni testimonii hominem cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Ad hoc enim dicit Lucam comitem ordinatum sibi vt deuitaret hominum reprehensiones, ne sine testimonio sanctorum in hoc ministerio sociorum, tanquam sibi accipere & in vsum suum conuertere ab infirmis & impiis putaretur, quæ accipiebat ad supplendas necessitates & ad referendum vel distribuendum indigentibus. Et paulo post. Nam de ministerio quod fit in sanctos ex abundantia mihi est scribere vobis. Scio enim promptum esse animum vestrum de quo glorior pro vobis apud Macedonas

quoniam Achaia parata est ab anno priore, & quæ ex vobis est æmulatio incitauit plurimos. Misimus autem fratres ne gloria nostra quam habemus in vos euacuetur, vt in hac parte: vt sicut dixi parati sitis, ne cum uenerint mecum Macedones, & inuenierint vos imparatos, confundamur nos vt non dicam vos in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres vt præcedant ad vos, & præparent iam quondam repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem non quasi auertiam. Hoc autem dico qui parce seminat parce & metet & c. vsque ibi gratias deo super inenarrabili dono eius. Quanta pinguedine sanctæ lætitiæ sit profusus apostolus dum loquitur de altero supplemento indigentia prouincialium Christi hinc de rebus carnalibus in illos, inde autem de spiritualibus in istos, vt exclamaret tanquam sanctorum gaudiorum saginam eructaret dicens, gratias deo super inenarrabili dono eius. Sicut ergo non cessauit apostolus, immo spiritus dei possidens & implens & agens cor eius exhortari fideles qui haberent huiusmodi substantiam vt nihil deesset necessitatibus seruorum dei qui excellentioris sanctitatis gradum in ecclesia tenere voluerunt: vt spiritus secularis vincula cuncta præcederent & animum liberum diuinæ militiæ dedicarent: sic debent & ipsi præceptis eius obedire vt compatiantur infirmis: & ita amore priuatæ rei non obligari vt manibus suis in communi laboraret præpositis suis sine murmure obtemperantes vt hoc suppleatur ex oblationibus laborantium fidelium quod necesse sit laborantibus & aliquid vnde victum exigant operantibus: propter infirmitates tamen corporales aliorum, & propter ecclesiasticas occupationes vel eruditionem doctrinæ salutaris desore putauerint, hæc Augustinus & cito post infra capitulo decimo septimo. Quid imedit seruum dei operantem manibus in lege domini meditari & psallere nomini domini altissimi, ita sane vt ad ea dicenda quæ memoriter recolat habeat seposita tempora? Ad hæc enim & illa bona opera fidelium subsidio stipendiiorum necessariorum deesse non debent, vt horum quibus ad erudendum animum ita vacatur, vt illa corporalia geri non possint, ne opprimant egestate, hæc ille, **AUCTOR.** Ecce quod plane deducit Augustinus ex scripturarum locis & gestis Pauli fideles Christianos debere semper succurrere monasteriis sanctorum oblationibus suis, ita vt nihil

desit necessitatibus seruorū dei inquit. Nec intendit Augustinus alios sanctos operari id ita operibus indulgere, vt non aliunde uiuant: immo plane uult eos habere distinetas horas quibus laborent, & alias quibus eruditioni vacent: & tunc quod non sufficit eis ex labore, debet suppleri ex elemosyna priorum fidelium: & sic tam propter istos quam etiam propter infirmos & ecclesiastica occupatione ita detentos, vt laborare non uacet, oblationes fidelium nunquam debent communitati monasterii talis decenter caueri. Propter hęc ipsa in specie ecclesia dotabatur. Vnde sanctus VRBANVS papa magister & pastor sanctę Cęcilie cuius tēpore dos inualefcere cepit ecclesie in decretis suis capitulo primo sic scribit. Urbanus episcopus omnibus Christianis in sanctificationem spiritus, in obedientiam & aspersiohem sanguinis domini nostri Iesu Christi salutem. Scimus vos non ignorare quod uita communis inter bonos Christianos uiguit & adhuc grauius uiget, & maxime inter eos qui in fortem sunt electi, id est clericos, sicut in actibus apostolorum legitur. Multitudinis autem credentium erat cor unū & anima una: nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Videntes autem sacerdotes summi & alii atque leuitę & reliqui fideles plus uuln tatis posse afferri si hereditates & agros quos vendebant ecclesiis quibus episcopi preesidebant traderent, eo quod ex sumptibus eorum tam presentibus quam futuris plura elegantiora possent ministrare fidelibus communem uitam ducentibus, quam ex precio eorum: coeperunt prędia & agros quos vendere solebant matricibus ecclesiis tradere & ex sumptibus eorum uiuere. Hęc Urbanus vt habetur secundum seriem in libro qui inscribitur decreta pontificum. AVCTOR. Istę tamen oblationes que cessant in dotem ecclesie, longe sunt alterius speciei ab illis oblationibus que fiebant directe propter sanctos pauperes. Vtraque tamen propter sanctos pauperes maxime in communi uiuentes fuerat instituta. Sed tunc uisitato nomine iste elemosynę, ille uero oblationes uel uota fuerant appellatę. Vnde Beda in retractationibus super hunc textum Actuum Apostolorum ubi dixerat Paulus. Post annos autē plures elemosynas facturū in gente mea ueni & oblatiōes & uota &c. BEDA. Elemosynę inquit pertinent ad ea que san-

ctorum uisibus attulerat: quorum in epistolis suis crebrius facit mentionem: Oblationes uero & uota ad ea que ad uasationem Iacob & seniorum deo in templo obrulerat. Hęc Beda & predictus papa VRBANVS in eodem capitulo secundo. Ipse enim res fidelium oblationes appellantur quia domino offeruntur, non ergo debent in alios usus conuerti que ecclesiasticos: & predictorum Christianorum fratrum uel indigentium quia uota sunt fidelium & precia peccatorum. Atque ad predictum opus explendum domino traditę. Si quis autem quod abicit, secus egerit uideat ne damnationem Ananias & Saphiras percipiat aut reus sacrilegii efficiatur: sicut & illi fuerunt qui de precio predictarum rerum fraudabant. Hęc ibi. AVCTOR. In omni tamen dotatione siue oblationis catholice siue elemosynę Christianę spontaneę, pensanda semper est & corde habenda distantia personarum. Si enim euangelista tibi sit paupertatem illius preuenias: si inferioris generis pauper sit saltem tribue postulat. Iste secundus te querit, illum primum tu querere debuisti. De primo dicit scriptura. Sudet elemosynę in manu tua donec inuenias iustum cui des: de secundo autem, omni petenti te tribue. Clarissime docet hanc differentiam gemini pauperis beatus AVGVSTINVS super psalmum, cxlv, qui exhauriri facit in nubibus fenem. Estote inquit, exactores uestri ne aliquid illi qui uobis in euangelio seruauit, non dicā petere, nā forte nec coacti petant, sed ne silērio uos arguant. Vnde scriptum est: Beatus qui intelligit super egenū & pauperē: non expecta ut petat, intellige super illū. Alius te querit indigens, alii tu debes querere idem gēte, ut rursus dictum est. Fratres mei, & omni petenti te tribue modo lectū est: & alio loco scriptura dicit. Sudet elemosynę tua donec inuenias iustum cui des. Alius est qui te querit, alii tu debes querere. Ne est qui te querit relinquant inane, omni petenti te da: sed alius est que tu debes querere. Sudet elemosynę tua donec inuenias iustum cui des. Hęc Augustinus, AVCTOR. Iā que plane patet illos pueriores diuini canōis, quo textum illū de sudore elemosynę usurpant ad sensum oppositū que sanctus Augustinus exposuit: laudantes ex hoc detentionē more sanctę elemosynę & scrutationē plixā iusti cui detur: cū Augustinus ad preueniendū inuertet, & proprietatis dationis manus etiam usque ad sudorem prouocet, & dure increpat oēs moras, ne inquit petere cogantur, nam forte

nec coacti petent. Cum his pariter deputandos censeo religiosos qui more antiquorum; cellaria preparata non habent. Vnde super psalmi, cxliii, HIERONYMVS. Respice inquit aues cęli quoniam non habent solaria, sed pater cęlestis pascit illas. Aues iste spiritaliter monachi sunt: non habent solaria, non habent apothecas: sed habent apothecarum & cellariorum dominum ipsum Christum. Nō habet horrea: sed horreorū ipsi dominum. Hęc Hieronymus.

TERTIVS ARTICVLVS LIBRI
quarti de religiosis perfectis uis
uentibus de certa possessione reddituum & prediorum in comuni.

Quomodo uideat intendit omnem ecclesiam in suo clero debere ex proprietariam esse: & grauitate peccasse omnes qui admiserunt dorem, seu donationem Constantini. Cap. XXXIII.



Fertium modis uisendi corporaliter inuenit ecclesia dei per subsidium temporalis possessionis ex certis scilicet redditibus, agris uel prediis petrare Christiani ministris sua anomam: que quidem non uenditione uel emptione uel tali contrahit uel inducitur, sed ex deuotione fidelium spontanea oblatione principum, in redemptionem peccatorum, tanquam precio criminum in proprietatem Christi pauperes successerunt: ut non amplius esset Christianorum cultus integer sub principe huius mundi, sed iam deo cedens haberet ex eis quibus offertur sanctimoniam, & ex eis qui offertur largitatis mercedem. Sic enim notat Origenes uasa templi & indumenta sacerdotum, pecora quoque oblata & loca sacerdotum nuncupari sancta: quia iam solis diuinis uisibus applicata, super Leuitici Homilia undecima in principio. ORIGENES. Inuenimus inquit uasa ministerii sancta uocitata, & uerimenta sancta dici & loca nihilominus que in urbibus uel suburbibus posita sunt; & sacerdo-

tibus deputata. Hęc Origenes. AVCTOR. Sed quid inuenerit, & querelam ecclesie, non expono: Precio sanguinis Christi emittitur ager figuli in sepulchrum & finale peregrinorū hospitium. Et auctoritates huius elemosynę erant principes aliunde quidem ex peruersa uoluntate damnabiles, in facto suo raro sapientes, Christianus incutatur precio eiusdem sanguinis Christi & martyrum eius que ignorantiter fundebant principes Christiani. In subsidium ministrorum eius, & omnium Christi pauperum, multi donantur agro, & non Augustinus, non Ambrosius, breuiter nullus in fide non suspectus: sed solus uideat cleffiproperat, fatuos uocans principes & deliros. Nōne plus Phariseus? Hinc beatus Hieronymus dicit super illum textum Matthei. Consilio autem inuito emerunt ex eis agrum figuli. HIERONYMVS. Nos inquit, prauorum studia suscipimus ut saluē, & in precio sanguinis eius requiescimus: figuli autem ager appellatur, quia figulus noster est Christus. Hęc ille. AVCTOR. Vere in huius agro figuli, in precio Christi sanguinis appreciari uideat non quietis: quia agrum in suo precio plane damnat, sed ego dedignor esse precio eius p̄dicia: loquatur hereticus uerba sua. Dicit enim libello suo de ecclesia que alias intitulauit supplementum trialogi capitulo secundo. VITCLEFF. Videtur mihi propinquum fidei siue fides, que omnes clericos & specialiter prelati ecclesie debent uerere expropriate, sicut Christus, & per locum a maiore, sicut uixerunt sacerdotes ueteris testamenti. Secundo uidetur mihi probabile ex effectu, quod omnes patres legis gratia siue papa siue sancti doctores qui admiserunt dotationes ecclesie, uel consenserunt illi dotationi grauitate peccauerunt: quia contra legem dei tam in lege noua quam in lege ueteri deliquerunt. AVCTOR. Ecce iam que iste uo statuerit sui, tot sanctos doctores ecclesie denunciari infames: & ne producere minus eos in testes simul excipit contra omnes & ad testificandum contra ipsum damnauit inhabiles. Sed & hoc mihi uideretur propinquum fidei que iste sit suspectus in fide, qui in tot patribus nulli confidit. Forsan si offerretur illi turba ueteris Matrariorum qui inter Manichæos dicebantur selecti, & solis matris uideatur ad stratum, eos statim appellaret in testes. Hęc etiam apostolorum magni illi fauore impederet, que non solum clericis sed etiam uentis si fidelibus necessitatem uoluntaria

pauertatis indixerat sub poena damnationis aeternae. Vnde in libro de haeresibus capitulo quarto sic scribit AVGVSTINVS. Apostolici sunt qui se arrogantissimam isto nomine vocauerunt eo quod in suam communionem non recipere videntes coniugibus, neque res proprias possidentes: quales habet ecclesia catholica & monachos & clericos plurimos: sed ideo isti haeretici sunt, quoniam se ab ecclesia separantes nullam spem eos putant habere qui videntur his rebus quibus ipsi careant. Haec Augustinus, AVCTOR. Et bene notauit Augustinus res quibus ipsi careant, quia carentia rei temporalis auidem appetere multos propagauit haeticos. Sic enim testatur AMBROSIVS libro primo de poenitentia bene ultra medium, quod Nouatianorum haeresis pullulauit per Notarum dolore episcopatus amissum, dicit enim sic. Innecti illi fratres qui fratrem receptum doluit quem in perpetuum gaudebat exclusum, similes vos esse Nouatiani non potestis negare: qui ideo ut dicitis in ecclesiam non conuenitis, quia poenitentiam tributa spes fuerat iis qui lapsi sunt reuertendi: sed hoc praetenditis specie, ceterum episcopatus amissum dolore succensus nouatus schisma composuit. Haec Ambrosius, AVCTOR. Et indubie inter sapientes fama similis volauit de Vvitleff, quod scilicet dolore amissum episcopatus in Reyorinensi ecclesia, ad quem suspirauit incaute, haeresim suam suscitauit contra dotationem cleri, & omnem ecclesiae dignitatem. Docilis in hoc scholaris magistri omnium haeticorum diaboli, qui omnibus Christianis inuidet gloriam paradisi, quia ipse eam habere non potest. Verum tamen ut dixi, pro facultatibus ecclesiae pene est, omnis pugna & decertatio cleri nostri. Et per hanc gradatim ascendunt haeretici ad maiores hereses de sacramentis: & tandem ponunt os in caelum ut peruerso loquantur de deo. Vnde GREGORIVS NAZIANZENSIS proprie hoc prouidens sibi remedium si per haeticos pelleretur ab ecclesia sua tandem dicit. Si hinc inique excludor, astabo & ministrabo illi altari, ubi offeram hostias & oblationes & holocausta ad illud scilicet altare quod spiritu inueniens magnus ille Dauid verus dei propheta dicebat. Introibo ad altare dei, ad deum qui letificat iuuentutem meam. Ab illo enim altari non efficiendi me quilibet habet potestatem, sed ciuitate depellent & fugabunt: nunquid & de caelesti vrbe Hierusalem quae est mater omnium nostrum

depellere nos poterunt vel fugare? Facultatibus defraudabit. Quibus? in his facultatibus alas mihi incidet quas non habeo. Si autem ecclesiasticis hoc vitium est pro quo omnis pugna & pro quo omne certamen, an ignoramus, quia per pecuniae cupiditatem & loculorum fraudem Iudas etiam ad prodicionem proficiscitur Christi, & triginta argenteis dominus appreciatur maiestatis: tanto precio non dominus, sed proditor dignus est. haec Gregorius libro quarto versus finem. AVCTOR. Ecce iste doctor & antiquus episcopus magister sancti Hieronymi in sacra pagina ut ipse testatur. Et in libro de vitis illis tribus capitulo nono & libro primo contra Rufinum non dant facultates ecclesiae, quibus etiam ipse usus est, sed ideo damnatur cum aliis secundum Vvitleff. Forfan & cum aliis haeticis si tunc fuisset voluisset Vvitleff spoliaste beatum hunc Gregorium. Sed postquam sic ostendimus in genere qualiter pro facultatibus suis Vvitleff aduersari coepit ecclesiae, audiamus in particulari rationes eiusdem. Veruntamen pro solis religiosi dotatis secundum ordinem tractandi quem incepti pro cederem, sed quia causa est communis ecclesiae non pigebit certare communiter.

DE TRINA LEGE DEI, IN QVA
Vvitleff expropriatam fundat
& de trina lege opposita vbi
fundatur proprietates ecclesiae, Cap. XXXIII.



SSVmit sibi Vvitleff triplex testimonium veteris legis quod dicit indispensable: quia vbi quodlibet eorum est similiter necessarium. Sed audiamus quid ipse dicat in supplemento dialogi capitulo primo. VVITCLEF. In tribus legibus inquit de lege veteri scilicet Numer. octauo, Deuteronomii decimo octauo, & Ezech. quadragessi mo quarto. Similiter precipit negatiue ne sacerdotes Aaronici nec Leuitae habeant partem hereditatis cum tribubus aliis: sed quod putare viuerent de decimis & oblationibus: cum ergo patres legis veteris erant in puerili aetate seculi & manuducendi bonis temporalibus, sequitur quod minus illicitum fuisset ipsos temporales redditus habuisse quam tempore legis gratiae. In dialogo autem veritatis & mendacii

ipse explanat illos textus tractans eos per tria capitula. Nam in.iii.c. sic habet. Numer. xvi. dixit dominus ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis nec habebitis partem inter eos: ego pars & hereditas tua, in medio filiorum Israel. Filiis autem Leni dedi omnes decimas in possessionem pro ministerio quo seruiert in tabernaculo foederis. Et sequitur. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris: nihil aliud possidebit decimarum oblatione contenti, quae in usus eorum & necessaria separauit. Ex quibus verbis notaret fidelis quod non dicit imperator vel papa: sed haec dicit dominus, tanquam fidem: nec dubium quin dominus verba ista dirigat ad primam partem ecclesiae & clerum suum. Ebdem cap. iiii. subiungit secundam legem. Scribitur inquit Deuter. xviii. sub his verbis. Non habebunt sacerdotes & leuitae qui de eadem tribu sunt partem & hereditatem cum reliquo populo Israel: quia sacrificia domini & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis. Ibidem cap. v. subiungit legem tertiam. Ezechiel, inquit, xliiii. ait dominus deus. Non erit sacerdotibus hereditas, ego hereditas eorum: & possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum, victima & pro peccato ipsi comedent, & omne votum in Israel ipsorum erit: & primitiua omnium pecorum primogenitorum, & omnia libamenta, & omnia quae offeruntur sacerdotibus erunt: & primitiua omnium ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, ut reponat benedictionem domini super. Et post pauca. Nec dabit dictum istud excusationem nisi istam nephariam, quod sacerdotes isti quos vides in mandatum domini offendere, non sunt sacerdotes Christi nec pars eius: ideo ad ipsos non attinet istae leges, quoniam potius sunt sacerdotes Baal vel Belial, ideo debent sequi Antichristum, & per consequens in vita aduersari Christo domino Iesu. haec Vvitleff. AVCTOR. Iste sunt rationes praequalidae, in quibus confidit & gloriatur se partem habere dei, & auctoritatem haereos. Sed si tantillum notat de scripturis sanctis iste tantus in reputatione, admittit magis eius insipientiam si plus sciuit, & abscondit sub modio, frontolam admittit. audacia. Fateor dei documenta sunt quae supra deduxit: sed scienti scripturas non ex his sequitur quod intendit, scilicet quod sacerdotes vel clerici etiam legis veteris nihil debuerunt habere de possessione rei temporalis immobilis. Et ad trinarium eius

negatiuum aliud trinarium affirmatiuum assumo, probans possessiones veteris sacerdotis de iure diuino & aliud trinarium superaddam probans hoc idem de facto. Numer. eni. xxv. scribitur. Locutus est dominus ad Moysen in campestribus Moab supra Iordanem contra Hierico: praecipit filiis Israel ut dicitur leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum & suburbana eorum per circuitum ut & ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis quae a muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille passuum spatio tendentur contra Orientem duo milia erunt cubiti, & contra meridiem similiter duo milia, ad mare quoque quod respicit Occidentem eadem mensura erit: & Septentrionalis plaga equali termino finietur. Erunt quoque vrbes in medio & foris suburbana. De ipsis autem oppidis quae dabitur leuitis sex erunt in auxilio fugitiuorum separata, ut fugiat ad ea qui fuerit sanguine. Exceptis his, xlii. oppida, & simul, xlviii. cum suburbanis suis. Ipse quoque vrbes quae dantur ex possessionibus filiorum Israel, ab iis qui plus habent plures auferentur: & qui minus pauciores: singuli autem iuxta mensuram hereditatis suae dabitur oppida leuitis ait dominus ad Moysen. Iam audistis ab ore domini exire decretum pro dotatione leuitarum in tot ciuitatibus atque villis vocans eas possessiones leuitarum: ergo dominus iussit eos debere dotari. Et notent vniuersi fideles quod haec non dixit imperator ad papam, sed nec Vvitleff ad quemlibet clericum: sed haec dixit dominus ad Moysen: ergo dotatio cleri est admittenda per fidem. Secundo legitur Iosue. xxi. Accesserunt principes familiarum Leui ad Eleasar sacerdotem & Iosue filium Nuh &c. Et dixerunt, Dominus praecipit per manum Moysi ut darentur nobis vrbes ad habitandum & suburbana eorum ad alenda iumentis. Dederuntque filii Israel de possessionibus suis iuxta imperium domini ciuitates & suburbana earum. Egressa est fors in familiam Gaath filiorum Aarō sacerdotis de tribu Iuda & Simeon & Benjamin ciuitates tredecim &c. Agros vero & villas eius dederat Cale filio Iephonae ad possidendum. Dedit ergo filiis Aaron Hebron confugii ciuitatem ac suburbana eius, & Lepram cum suburbanis eius & Ietha & Isthon & Elon, & Dabir, & Am, & Iethan, & Bethsamech cum suburbanis earum ciuitates, de tribus ut dictum est duabus & sic profertur textus nominatim ciuitates & praedia de singulis tribubus impertita leuitis: & tandem

concludit in fine capituli. Itaq; ciuitates vni uerſe Leuitarum in medio poſſeſſionis filioꝝrum Iſrael fuerũt. xlviii. cũ ſuburbanis ſuis, ſingule per familias diſtriburẽ. Ex iſto pater omni fidei qualiter primũ madaum domini ſimiliter factum Moyſi executionem accepit in Ioſue, & hoc de madauo domini dicere ſcriptura. Dederũt filii Iſrael de poſſeſſionibus iuxta Imperium domini. Qui ergo negat Leuitis poſſeſſionẽ temporaliũ inſideliter diſſipat dei madaum. Tertia ſcriptura accipitur etiã ex ore dñi Leuit. vlti. Si uoluerit redimere agrũ ille qui uouerat addat quintã partem æſtimatẽ pecuniẽ & poſſidebit eum. Sin autẽ noluerit redimere, ſed alteri cuiſlibet fuerit uendãtus, ultra iſ qui uouerat redimere agrum nõ poterit: quia cum iubilei dies uenerit ſanctificatẽ erit domino & poſſeſſio cõſecrata ad ius pertinet ſacerdotũ. Iſta eſt lex data de his que intentione redimendi fuerãt oblata a uouentibus ſecundũ Radulphum ſuper hunc locũ Leuit. & gloſſationẽ. Que autẽ ſine tali intentione fuerũt cõſecrata ſimiliter tangit in ſequẽtibus dicẽs. Omne quod domino cõſecratum fuerit, ſiue homo fuerit ſiue aſal, ſiue ager, nõ uedetur nec redimi poterit, quod ſemel fuerit cõſecratũ ſanctũ ſanctorum erit domino. Attãdant iam Vitcleuiſtã ſi per legem ex ore dei prolata nõ habebãt ſacerdotes agros & poſſeſſiones immobiles. Ager alteri uendãtus reuertebatur ad poſſeſſionem ſacerdotũ ſecundũ primã legẽ. Ager ſimpliciter cõſecratus ſtatim ſucceſſit in dñicã portione iuxta ſecundã legem: ergo ſemp licitũ ſacerdotibus & Leuitis poſſeſſio terrenorũ. Hęc eſt illa legalis trinitas que affirmatiue ſuo modo concludit, q̃ licita ſit q̃ non uſurpata poſſeſſio clericorum.

De Leuitis ueteris legis qui admiferunt dorem de facto. Cap. XXXV.

Hoc hæc que ex ipſo concludunt diuino iure ſi ad ſanctorum Leuitarum facta p̃gamus, inuenimus Leuitas & ſacerdotes ſanctos poſſeſſiones habuiſſe terrenas, titulo multiformi: titulo ep̃tionis ut habuit Hieremias: titulo oblationis, ut iam ſupra in vlt. cap. tit. Inhabitationis, ut ſupra in primo & ſecũdo, & titulo ſuã vxoris ut helcana. Titulo etiam poſſeſſionis æternã, ſicut Ioseph Barſabas Actuum quarto. Primo de Hieremias

supponendum q̃ ſacerdos erat & de genere ſacerdotũ. Dicit enim ſcriptura, Verba Hieremias, Filii Helchĩ de ſacerdotibus qui fuerunt in Anatoth in terra Benjamin. Et HIERONYMVS habet in plogõ ſup eundẽ. Hieremias propheta cui hic prologus aſcribitur ſermone quidẽ apud Hebrẽos Eſaia & Ozeã & quibũſdã aliis pphetis uidetur eſſe ſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt, quippe qui in eodem ſpiritu prophetauit. Porro ſimplicitas ei de loco in quo natus eſt accidit. Fuit enim Anathotites qui eſt uſq; hodie uiculus tribus ab Hieroſolymis diſtans milibus, ſacerdos ex ſacerdotibus & in matris utero ſanctificatus, hæc Hieronymus. Iſte Hieremias dicit, c. ſecundo. Factũ eſt uerbũ domini ad me dicẽs, Ecce Ananiel filius Sellũ patruelis tuus uenit ad me dicẽs, Emẽ tibi agrum meum qui eſt in Anatoth: tibi enim cõpetit ex propinquitate ut emas eum. Et uenit ad me Ananiel filius patris mei ſecundum uerbum domini, ad uſtibiũ carceris & ait ad me, Poſſide agrum meum qui eſt in Anatoth in terra Benjamin, quia tibi comperit hæreditas, & tu eſ propinquus ut poſſideas. Intellexi autẽ q̃ uerbum domini eſſet & emi agrũ ab Ananiel filio patris mei qui eſt in Anatoth, & apprehẽdi ei argenti ſeptem ſtateres & decem argenteos & ſcripſi in libro & ſignauĩ & adhibui teſtes & appendi argentum in ſtatera & accepi librum poſſeſſionis ſignatũ & ſtipulationis & rata & ſigna forinſecus. Et in hoc loco dicit gloſſa. Propheta & ſacerdos emit poſſeſſionẽ ſcribiturq; in libro & ſignificat q̃ teſtes adhibent, & argenti diligẽter appẽdit ut omnia uenditionis & emptionis iura ſeruentur: & ſit poſſeſſio certa ſtipulationib; & reſponſionibus roborata, hæc ibi. AVCT. Ecce mi Vitcleff & quotlibet Vitcleuiſtã ſcriptura plana eſt quã dicit Hieremias ſacerdotem domini & de genere Leuitarum comparaſſe ſibi agrum ad ſeptem ſtateres & decem argenteos, poteſt ne aliter excuſari niſi ſic nephariẽ quod non erat ſacerdos dei, ſed Baal uel Belial: ideo ad ipſum nõ attinet ille tres leges: poteſt contra te uuliſſe ſentẽtiam, qui ſic cõtra clericos concludiſti. Si non potes iam conteſtor q̃ inter patres legis damnaueris Hieremiam. Ipſe enim dotationi conſenſit, qui etiam dorẽ emit. Nunquid & ille peccauit? Si peccauit Hieremias peccauit & dominus. Nam & Hieremias dicit, Intellexi q̃ uerbum dei eſſet, & emi agrum. Quid iterum dicis ad Abiathar ſacerdotem, de quo legitur

iii. Regum. ii. q̃ ait ei Salomon rex, Vade inquit in Anatoth ad agrum tuum & quidem uir mortis eſ ſi hodie nõ interficiam te: quia portasti arcam domini dei coram patre meo. Quid tibi uidetur, nunquid Abiathar habebat agrum poſſeſſionis ſuã quem ſcriptura dicit in Anatoth. Vir etiam leuites domum ſuã poſſedit in latere montis Effraym in quẽ reuerſus eſt. Iudicum. xix. Primi quoq; Regũ primo. Helcana de eodem mote Effraym Leuita genere decimas obtulit domino & hoſtias ſingulis diebus ſtatuto tempore, & uide decimaſſet & obtuliſſet ſi non haberet agros in proprietatem & prædia: Beatus AVGVSTINVS hoc diſputãs de queſtionibus noui & ueteris teſtamenti cap. xvi. in fine dicit. Illud tractemus quod dictum eſt de Helcana quia ueniebat ex diebus in dies offerre munera ſua, & decimas ſuas: quomodo decimas offerrebat q̃ nihil poſſidebat. Leuita em̃ non acceperunt agros: quia de decimis que a plebe dabãtur victum querebant. Sed poteſt fieri ut poſſeſſiones habuerit: quod ſic datur intelligi: quia potuit habere poſſeſſionẽ vxoris ſuã: quia de aliis tribubus accipiebãt vxores, non ſolum hi ſed & ceteri, ita ut ſacerdotes acciperent de aliis tribubus vxores. Nã Ioiada magnus ſacerdos vxorẽ duxit de tribu Iuda filiam regis Ioram. Hęc Auguſt. AVCTOR. Ecce quã palam loquitur Auguſtinus affirmans Leuitas poruiſſe habere agros ſaltem iure vxorũ: quis ergo non obicem ſe ponẽs ſcripturã & doctoribus hanc tollerẽ ueritatem? Q; ſi ad tẽpora legis gratiã accedamus more tamen legis antiquẽ. Ioseph Leuita poſſeſſionẽ habebat in Cypro: de quo legitur Act. iiii. q̃ Ioseph qui cognominatus eſt Barſabas ab Apoſtolis, quod eſt interpretatum filius conſolationis, Leuites Cyprus genere cum haberet agrum uendit illi & attulit precium & poſuit ante pedes Apoſtolorum. q̃ ſi quis hæſitaret quõ poſſet habere agrũ cũ foret Leuita, doctores ueritates exploratores, habere reſpondent potuiſſe bene in externa regione non ſic libere in Iudã dicente domino nihil habebitis in terra eorum: nec habebitis partem inter eos. Ecce quotlibet teſtimoniis ſacrã ſcripturẽ quib; lex ueritatis & fides affirmat leuitas & ſacerdotes domini & nõ Baal uel Belial poſſeſſiones tẽporales etiam in ſuas proprietates licite ſuſcepſiſſe. Murabar quippe non modicũ & adhuc miror quomodo Vitcleff, noſter tantã ut creditur literaturã magiſter quaſi ſeri

pturas nõ uiderit in primis textibus tam reſmiſſe protenſis arcũ ſuum ad aurem uſq; ten derit ut ſagittẽ immaculatã tam fortiter in oculo: & ſicut ipſe de ſagittis ſequẽtib; nõ cauebat: maxime cũ tot ſanctos patres & doctores legis gratiã imitãtes partes ueteris legis admiſſionem dotis probãtes, ſagittis ſuis extra ſe credidit uulnẽtare per fallam impoſitionẽ criminis exiſtimati. Sed uete talia ſũt ſemp iacula ueſtra contra catholicos. Vitcleuiſtã quales omni perito ſunt ſagittẽ ueſtrẽ plẽtes ad terga ſanctorũ: nihil mihi ergo de plagis Vitcleuiſtarũ de cetero: quia omnes tales in literis eorum ubiq; reperio. Sagittẽ enim paruulorum factẽ ſunt plagẽ eorum. Sed nõ ſic inſiſtãtã ſunt cõtra ſanctos lingue eorum. Sed ſic arguũt: ergo deus fallaciter imperauit cum dixit. Nõ habebũt ſacerdotes & Leuitẽ hæreditatẽ in Iſrael. Non imperauit deus fallaciter, quũ ſo fallaciter ſcripturam iactaueris. Dicit ſcriptura. Nõ habebũt ſacerdotes & Leuitẽ hæreditatem cũ reliquo populo Iſrael, nõ tamẽ Iſrael, id eſt ſecundũ gloſſam Ezech. xliiii. nõ accipiet hæreditatem inter uulgũ ignobile ſed ſacerdotes: quia ipſe dominus hæreditas eius. Uulgũ enim habebat hæreditatẽ ſuã præciſã in ſingulis portioẽs, & uiaq; trib; aliã extra terminos ſuos excluſit: ſed ſacerdotalis hæreditas cõmunicabat cũ oĩbus ſicut & vxores habebant ex oĩbus: & idcirco dicit textus, Ego pars & hæreditas tua in medio filiorũ Iſrael; id eſt in cõi omnis trib; partẽ dãs & poſſeſſionẽ in oĩbus ut qualiter ego ſum cõmunis dñs omniũ, & Leuitã meĩ cõmunes miniſtri oĩbus uobis: ita & hæreditas mea & poſſeſſio Leuitarũ ſine excluſione qualibet cõmunicabit cũ uobis omnibus. Et ad hãc formã hodie poſſeſſionẽ ſuã eccleſia habet in oĩb; regnis, cũ tamẽ omne regnũ præciſum ab alio, aliud tanq; extraneũ claudat foras. Sic ergo nõ habebãt Leuitẽ partẽ inter alios nec hæreditatẽ cũ reliquo populo Iſrael: habebant em̃ cõter cũ ſingulis qd̃ reliquus populus nõ habebat. Et audite iterũ qd̃ magnus quidã doctor dixit, Abrahã inquit poſſedit agrũ cũ spelunca duplici, quẽ emit ab Ephron. Gen. xxiii. dixit tamẽ beatus Steph. Act. vii. q̃ deũ nõ dedit ei hæreditatẽ, ibi neſpatii quidẽ pedis ut ſci licet inter dona dei emptio humana locũ non habeat & ita oĩs emptio, habitatio uel humana poſſeſſio locũ & nomẽ amittit, & quaſi nõ eſſe uideãt ubi diuini iuris poſſeſſio ſubtrauit: & ſic utraq; de cauſa ſacerdotes nihil poſſede

hnt in terra Israel, sic nec sacerdotes nostri in terra Christianorum: sed possidet bene in domo domini. Ego haereditas eorum ego possessio eorum cum dicat dominus, iam non sunt intelligendae res terrene vel seculi possessiones, quae de seculo abstrahuntur ut sint divinae: ideo in libro de contemplatiua vita, ubi maxime ius insitit paupertati clericorum dicit PROSPER. Quod propter incuriam laicorum sacerdos debet sollicitare se circa possessiones ecclesiae dispensandas quasi res dei non seculi. Vnde idem versus sine dicit, ideo decimas atque primitias frugum primogenita & sacrificia pro peccato vel vota quae tibi deus iussit offerri sacerdotibus vel ministris distribui debere constituit: ut deuotius populo vitae necessaria ministrando ipsi creatori ac patri suo liberis meritis ministrarent: atque in eius ministerio sine ulla sollicitudine corporali proficerent, ne terrenis occupationibus implicati, officio suo dignas excubias strenue curare non possint: nunc autem quia Christiani Christi sacerdotes magis sustinet quam curant possessiones ecclesiae, vel in hoc deseruunt deo: quia si dei sunt ea quae conferuntur ecclesiae, dei opus agit, quia res deo consecratas non alicuius cupiditatis sed fidelissimae dispensationis intentione non deseruit: quapropter possessiones quas oblatas a populis accipiunt sacerdotes, iam non sunt res mundi credenda sed dei: quoniam si vestes ac vala ac cetera quae vsui ministrantibus erant, sancta vocabantur, nec in vsus humanos iam reuocari poterant, diuinis semel ministeriis consecrata: quomodo non ea quae conferuntur ecclesiae sacra credenda sunt, quibus non ut seculi rebus luxuriose sed sancte ut deo consecratis vtuntur, ad necessaria sacerdotes? Haec Prosper.

RECITAT EX VVITCLEF TRIA

testimonia legis nouae contra dotam

tionem ecclesiae: & ponit re-

sponsa clara ad eandem,

Cap. XXXVI.



Nducit post haec praedicta noster Vvitleff multiplex testimonium nouae legis quae ut clarius videantur, seriatim vt recitatur expediam. Vvitleff. Dixit inquit Saluator Luc. xiiii. Nisi quis renunciauerit omnibus quae possidet, non potest esse meus disci-

pulus: non est ergo episcopus vel monachus vel sacerdos proprietarius, Christi verus discipulus qui iam possidet seculi facultates. AVCTOR. Satis fecit huic quidam magnus doctor referens Ioseph ab Arimathia qui postquam diu fuerat Christi discipulus scribitur esse diues. Vnde Matt. xxvii. Venit quidam homodie ab Arimathia nomine Ioseph & ipse erat discipulus Iesu: & Lazarus & sorores eius & diuites erant & possessores castelli. Vel ergo est necesse ut dicat Vvitleff, noster falsum esse euangelium quod istos diuites dicit & tamen Christi discipulos, vel ipsum male intellexisse domini euangelium cum diceret, Nisi quis renunciauerit omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus: & quod deterius est cum sit doctor grammaticus pudendum est quod in grammatica sic deficit: non intelligens quid renuntiatio est bonorum. Subueniat ergo ipsi magnus BEDA qui quarto libro super Lucam cap. ix. exponens hunc textum dicit. Distat sane inter renunciare omnibus & relinquere omnia: Paucorum enim perfectorum est relinquere omnia curas mundi postponere, solis desiderii aeternis inhierare: cunctorum autem fidelium est renunciare omnibus quae possidet, hoc est sic tenere ea quae mundi sunt ut tamen per ea non teneantur in mundo: habere rem temporalem in vsu, aeternam in desiderio: sic terrena gerere ut tamen tota mente ad caelestia tendant. haec ille. AVCTOR. Ecce iam quod sanctus Beda exponens textum, omnes fideles dicit esse renunciatores bonorum ut omnes possint probare Christi discipulos: quanto melior grammaticus Beda quam Vvitleff, quod male intelligens, idem scilicet esse renunciare omnibus & relinquere omnia, pene vniuersos fideles Christi negabat esse discipulos. Iterum secundo argumentatur Vvitleff. Christus inquit dixit apostolis, ut neque peram neque panem neque duas tunicas portarent, neque aes in zonis cum profecturi essent ad Euangelium praedicandum: multo magis non deberent successores apostolorum intricare se cum amplis praediis quae magis ab expedita praedicatione retardant. AVCTOR. Christus dixit quod tunc messis erat multa operarii autem pauci, quia pene totus mundus fuit infidelium & praedicatorum paucissimi: ideo tunc horrandi erant ad dimittendum praedia vt licentius possent longinquas perlustrare provincias: quae tamen praedicatione completa cum ecclesia poruerunt iuste resumere. Sicut in figura huius Moyse dimisit uxorem suam dum instabat circa

liberationem populi Israel de Aegypto: quo facto resumpsit eadem & ducatum retinuit. Vnde RABANVS exponens hunc textum Exodi decimo octauo, Tulit Sephoram uxorem Moysi. Quod Moyses liberaturus filios Israel uxorem dimisit & filios quos post ea in deserto recepit, significat quod praedicatorum cum mittuntur ad opus praedicationis debent se a sollicitudine temporali exonerare: cum vero postea ad episcopatum vel aliam quamlibet dignitatem assumuntur tunc pro sibi subiectis sollicitudinem tam in spiritualibus quam in temporalibus gerere debent. Haec Rabanus. AVCTOR. Et ultra hoc ea de causa debebant tunc discipuli dimittere facultates quae cuncti credentes Hierosolymis omnia dimiserunt, ne Christianorum facultates ad manus cederent tyrannorum. Nec tamen sequitur quod exemplo eorum omnes fideles habent iam dimittere cuncta quae possidet: quare ergo arctabatur episcopi ad id faciendum quod tunc certum est hac vna ratione inter alias apostolos tunc fecisse. Alterum tertio sic instat Vvitleff. Non est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior illo qui fecit illum. Matthaei. x. Cum Christus sit magister optimus & dominus dominorum, ac omnes praelati debent esse serui huius domini atque discipuli: patet quod non debent supra Christum extolli in domino seculari. AVCTOR. Ad hoc motum si iste de contradictione habet pudorem sufficeret dicere quod praelatos vel monachos habere possessiones ecclesiae in eleemosynas Christi fidelium non est maioritas sed minoritas: nec extolli supra Christum sed magis humiliari sub Christo: quia officium talis administrationis est officium vile & abiectum & viliis portio seruitutis. Sic enim ipse Vvitleff assermat in dialogo suo de veritate & mendacitio capitulo xxx. dicens: Vvitleff. Domini superabundantes diuitiis possunt per similem subministrationem sibi seruentium subministrare redditus suorum pauperum beneficium, vel alios fideles laicos ad istud officium limitare, licet non oerent ad istud abiectum officium sacerdotes. Et infra. Domini ergo seculares debent exonerare clericos ab isto vili officio. AVCTOR. Vel ergo iste repugnat Euangelio vocans abiectum & vile officium quod Euangelium sub nomine maioritatis & honoris appellat: deprauatque euangelium Iesu Christi retorquens ad aliud quam Christus intendit. Hoc idem arguit quod alium

de Vvitleff, adducit dixisse Christum apostolis apud Lucam. Quis maior est qui recumbit an qui ministrat? nonne qui recumbit? ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat: Ita nempae praelati & religiosi donati sunt virtute huius officii sicut qui ministrant: pauperes vero siue clerici siue vulgares quibus rectores ecclesiae facultates dispensant, ipsi recumbunt: nec debent plebs & sancti praedicatorum indignanter ferre quod se seruales personae Christi seruus exhibeant; qui propter hoc se seruos seruorum audacter scribit & vocabulo proficitur. Beatus enim GREGORIUS in registro lib. primo, epistola ad Ioannem Constantinopolitanum Eulogium, Alexandrum, Gregorium, & alios: Jacob, inquit, domino innitente & vincto dorsum lapide, ascendentes angelos vidit: quia scilicet praedicatorum recti non solum seorsum sanctum caput ecclesiae videlicet dominum contemplando, sed deorsum quoque ad membra eius miserando descendunt. Hinc Moyses crebro tabernaculum intravit & exiit & qui intus in contemplatione rapitur foris infirmarium negotiis vtgetur: intus dei arcam considerat, foris onera carnalium portat: qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit, coram testamento arca dominum consulit. Exemplum dans his qui dubitant ut apud semetipsos intus sacri eloquii paginas requirant: hinc ipsa veritas nobis per susceptionem nostrae humanitatis ostensa in monte orationi inharet, miracula in verbis exercet: imitationis viam bonis rectoribus statuens, ut si iam summa contemplando appetunt, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo miscantur: quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximum se misericorditer attrahit: & quae benigne descendit ad infima, valenter recurrit ad summa. Haec Gregorius. AVCTOR. Ecce quod boni rectores & sancti praedicatorum debent aliquando altiora & simpliciter meliora deserere, & in infimis proximorum curis etiam carnalibus inseruire, illis vtique de quibus dixit Apostolus, Si nos spiritualia seminamus, magnum est si carnalia vestra metamus. Sed dedignabundus Vvitleff, iterum nauisam indignationis suae contra humile clericorum obsequium circa dispensationes rerum in vsus pauperum sic erit etiam tam in quarto Trilogi capitulo decimo sexto, quam in dialogo veritatis & mendacii capitulo xxx. Vvitleff. Superiores

clerici non debent continue cum distributio
nibus huiusmodi occupari vt patet ex electio
ne Apostolorum qui deferentes istud officiu
septē diaconos ordinauerunt vt patet Act.
vi. Et Stephanus propter imperfectionē eius
officiu deseruit: quē ergo religio Antichri
sti obligaret papam, episcopos & superiores
ecclesie ad tales corporales elemosynas im
pertendas? AVCTOR. O tergiuersationē,
o mendacium, discipuli Christi fuerunt man
data eius stricti accipere, patēs multiplicā
tos impertiri & apponere turbis, Iudas vo
lente Christo portauit loculos in vltis paupe
rum iam existens Apostolus, & per hoc epi
scopus: quē iam religio Antichristi obligaret
Apostolos ad tales corporales elemosynas
partendas? Bona ne tibi videtur interrogatio
& fidelis? Vterius Petrus, Iacobus, & Ioan
nes qui videbatur esse columne dexterar de
derunt Paulo & Barnabē, vt in gentes irent
tū vt pauperum memores essent: qui etiam
solicitus fuit hoc ipsum facere, vt dicit Apo
stolus ad Galat. ii. Quam solitudinem ipse
aperiens ad Romanos. xv. Nunc inquit pro
ficiscar Hierusalem ministrare sanctis. Proba
uerunt enim Macedonia & Achaia collatio
nem aliquam facere in pauperes sanctos qui
sunt in Hierusalē. Et sequitur. Hoc ergo cū
consummauerō & assignaueo eis fructum,
hinc proficiscar per vos in Hispaniam. Scio
enim quoniam veniens ad vos in abundantia
benedictionis Christi veniam. Obsecro ergo
vos per dominum Iesum Christū vt liberer
ab infidelibus qui sunt in Iudaea & obsequii
mei oblatio accepta fiat in Hierosolymis san
ctis vt veniam ad vos in gaudio per volūta
tem dei vt refrigerer vobiscum. has collectio
nes fecit Apostolus & dispersit manib⁹ pro
priis. Nunquid ipse tunc fuit de religione An
tichristi? Beat⁹ HIERONYMVS in hoc lo
co Annotationum suarū dicit istos pauperes
Hierusalem fuisse perfectos, id est religiosos.
Sicut & in libro de illustribus viris, & q̄ per
se sanctus Apostolus ministrauerit illis: vt sic
aliis pauperibus dicit. Sancti erant in Hieru
salem qui omnibus suis distractis & ante apo
stolorū pedes depositis, orationi, lectioni, do
ctrinae vacabant: quales autem fuerunt ex
hoc cognoscitur q̄ ipse Apostolus per se illis
ministrare pergeret: & q̄ oblationem suam
esse optat acceptā, id est vt eā dignentur ac
cipere, ostendens hoc non tā posse accipiē
tibus q̄ dantibus, hoc contra illos facit q̄ glo
riam perfectionis impugnant. hęc Hierony.

AVCTOR. Vere ergo hoc contra Hierony
mum nostrū certius q̄ contra Viticless. qui
contra perfectionem pauperum religiosorū
accipientium semper remordet & perfectio
nem distribuentium prelatorū deprauat. Di
cat etiā Delirus iste, dicat insanus, an Titus,
an Lucas, an Apollo fuerit, de religione An
tichristi, quia ad mandatum Apostoli adibat
Corinth. pro perquirendo subsidio impertiē
do pauperibus: sicut ipse scribit Apostolus. ii.
Corinth. viii. cum tamen Titus Crete, Lucas
Antiochie, Apollo Corinthi prius paulū fue
rint episcopi. Videtis iam q̄ sinistrē et non tam
suo q̄ alieno periculo talis qui nondum perfe
cte scripturas viderit periculose dispensat in
uisas. Apostoli enim in suo concilio quod est
de. i. capitulis sic scripserunt in cap. xxxix.
APOSTOLI. Omnium negotiorum eccle
siasticorum curam episcopus habeat & eam
velut deo contemplante dispenset, nec illi li
ceat ex his aliquid omnino cōtingere aut pa
rentibus propriis quē dei sunt condonare, q̄
si pauperes sunt tanq̄ pauperibus submini
stret, nec eorū occasione ecclesie negocia de
prederit. Hęc ibi. AVCTOR. Beatus Ambrosius
videtur de hac administratione men
satim dicere q̄ Apostoli refutabant eam &
vacabant disputationi scripture, quia vtraq̄
habebat tunc solitudinem pregrandem, &
non poterat accurate vacare primā sine de
trimento secundā: & in hoc casu maximum
fuit sumēdum & minus minoribus commit
tēdum. Vnde super Lucam lib. v. cap. vltimo
dicit AMBROSIVS. Qui diuidit curā dis
fert perfectum; ergo prius sunt obeunda quē
maxima, nam & Apostoli ne occuparent stu
dium disputandi, ministros pauperibus ordi
nauerunt. hęc Ambrosius. AVCTOR. Sed non
leuiter pensandum est q̄ etiā hoc loco Apo
stoli non abiecerunt hoc officium ministran
di penitus extra clerū, qualiter Viticless. sem
per intendit, sed de nouo instituerunt ad hoc
septē diaconos viros aliis sublimiores. Vnde
super hunc textum Act. lib. i. BEDA. Hinc
iam decreuerūt Apostoli vel successores apo
stolorum per omnes ecclesias septē diaconos,
qui sublimiori gradu essent ceteris & proxi
mi circa aram quasi columnarū altaris assiste
rent. hęc Beda. AVCTOR. In quo ergo deuiant
moderni prelati ab hac forma Apostolorum
cum clericos inferiores ad tuendas ecclesie
facultates substituunt; dum ipsi vel orationi
vel prædicationi vel lectioni legis obtempe
rarent. Vere tu magis contra Apostolicam

formam inducis episcopos qui hortaris vt to
tum ministerium pauperum deserant quod
Apostoli non fecerunt.

Q̄ IN PRIMITIVA ECCLESIA
clerici & episcopi fuere dotati in
pensionibus suis. Cap. XXXVII.



Via ergo videt sibi non tu
rum satis iumpisse motiū
istud de loco isto sacra scri
pturę, per quod inhiere, epi
scopis ne vltatenus haberent
curam de ministrando paupe
ribus: idcirco poenitentia ductus refert argē
teos illos quos abstulit de ecclesia, concedens
quod negauit prius, episcopos habere argē
teos etiam superfluos, & ex illis debere dare
partem pauperibus. Dicit enim sic in dialogo
veritatis & mēdaci cap. xxix. VITICLESS.
Oportet vt concedatur cōsuetudo illata vltē
rius scilicet q̄ episcopi possent viuere conti
nue in paupertate euangelica & pauperibus
distribuere fideliter quod superest de eleemo
synis sibi datis. Quod a pbabili fecerūt apo
stoli qui erāt episcopi & multi alii episcopi in
trecentenario illo in quo vixerūt exproprie
tarie ante dotationem ecclesie. AVCTOR.
Nota hic trecentenarium Viticless. per quod
vult quasi prescribēdo deducere exproprie
tariam vitam generaliter per totam ecclesiam
Christi saltem in clero: credens q̄ non accē
pissent dotē vel possessionem rei immobilis p̄
totum tempus etiam vsq̄ ad tempora Con
stantini in quarto cētenario. Vnde in eodem
libello cap. xii. dicit VITICLESS. Iā plus di
tantur & gloriantur in seculo clerici & pre
cipue sacerdotes q̄ dirabantur & gloriabatur
in seculo scribæ & pharisæi, vel principes sa
cerdotum. Et sequitur. Nunquid ratio con
cordat q̄ hæc lex Christi in ratione exēplari
æterna sit per trecentos annos tantummodo
obseruata: & lex antichristiana contraria in
temporibus perquam periculosa sit perpe
tua. Idem enim est hoc dicere & extollere dia
bolum supra Christum, ac si infidelis innue
ret q̄ lex Christi tam necessaria & salubris
durabit ad horam sub colore diuini benepla
citis: sed lex Antichristi plena veneno atq̄ mor
tiferā duraret perpetuo. Hęc Viticless.
AVCTOR. Videtur q̄ iste iam cogit eccle
siasticos ad antiquas historias, quibus dedu
ci potest, saltem si potest, dotatio clericorū.
Quicquid autē sit de Apostolis qui iam vo

uerūt altissimam paupertatem, certū est epi
scopos illorum tempore habuisse quiddam
propriū & hoc licuit eis eorundem Apo
stolorum consensu & decreto communi. Vnde
de in cōcilio Apostolorum de. i. capitulis. cap.
iiii. sic habetur. CONCILIVM APOSTO
LORVM. Sint manifestæ res propriæ epi
scopi, si tamen habet proprias, & manifeste
dominicæ vt potestatis habeat de propriis mo
riens episcopus sicut voluerit, & quibus vo
luerit relinquere: ne sub occasione ecclesiasti
carum rerum quę episcopi esse probatur in
tercidant. hæc ibi. AVCTOR. Sub hac regu
la Philemon cui beatus Paulus scripsit episto
lam, cum esset tunc episcopus patrimoniu
suū retinuit cuius seruus erat fugitiuus
Onesimus: & ipse Philemon domin⁹ eius: cū
tamen magis est dominū hominis q̄ prædii
sive ruris. Vnde ANSELMVS in gloss. sua
super illud Pauli ad Philemonem, Paulus vin
ctus Iesu Christi & Timotheus frater Phi
lemoni dilecto. Huius personam inquit cum
sit episcopus ideo non præponit, quia hic de
familiari re agitur, & coadutori nostro scilicet
in ministerio prædicationis. hæc Anselm⁹
ibi. AVCTOR. Nec desit Philemon esse do
minus eius iā episcopatu adeptus, quia in hac
ipsa epistola Apostolus obsecrauit eum pro
seruo suo dicens se velle habere eum secum
in ministerio Euangelii: non tamen sine eius
consensu. Vnde subiungit textus. Sine con
sensu tuo nil volui facere: vt ne ex necessitate
bonum tuum esset. GLOSSA ANSELMI.
Q̄ tuus mihi seruit, sed voluntarium. Nec
obuiat q̄ Paulus consequenter dicit ad Phi
lemonem. Forsan ideo discessit ad horam vt
in æternum eum recipetes, iam non vt seruus
sed vt fratrem charissimū: quia statim sequit
ur. Maxime autem mihi: quanto autem ma
gis tibi & in carne & in domino. GLOSSA
ANSELMI. In carne quia seruus tuus, in do
mino quia frater. Et in Annotationibus su
per eundem textum HIERONYMVS. In
carne & in domino cui & carnaliter & secun
dum fidem obsequium debet: quia nō venit
Christus cōditiones mutare. Et sup illud ad
Ephesios sexto, Serui obedite dominis car
nalibus. Vbi clare patet epistola Pauli conce
pta quod Philemon episcopus tunc fuit do
minus ciuiliū. Itē beatus Hieronymus plane
dicit eum fuisse euangelistā & coeuangelistā
Onesimo in commentario suo super epistolā
ad Philemonem super textum. Propter quod
multam fiduciam habens in Christo Iesu.

Totum pro quo rogat tale est, Onesimus ser-
tus Philemonis fugā furto cumulas que rei
dominicæ compilarat. Et sequitur in fine
qui rogatur vt q̄ ex seruo fugituo atq; ra-
pore minister Apostoli fact⁹ erat (quod au-
tem aliud habebat Apostolus ministerium
nisi Euangelii Iesu Christi iam non quasi a
domino, sed quasi a seruo & coeuangeli-
sta) ignosceretur ei qui seruus esset Christi,
similiter & minister. hæc Hierony. AVCT.
Vbiq; dominus Onesimus Philemō dicitur &
vbiq; episcopus vel euangelista, & per hoc mi-
nister ecclesie predicatur: vterius si paululu
exeamus de scripturæ palatio & ad tuguria
properemus scriptorum tunc temporis inue-
niemus ab Hegesippo qui secundū Hierony-
mum in de Illustribus viris vicinus successit
Apostolis, cōscriptos quosdam patres cōsan-
guineos Christi secundum carnem possesso-
res agrorū quīs paucorum: ex quib⁹ vt dicit
idem Hegesippus ibidē habebat ecclesia epi-
scopos & duces præclaros. Vnde EVSEBIUS
lib. iii. Ecclesiasticæ historiæ. cap. xix. recitans
Hegesippum dicit, Adhuc autē viuebāt qui-
dam de carnali domini nostri Iesu Christi ge-
nere nepotes Iudæ, eius qui secundum carnē
frater domini dicitur: quos quidā detulerunt
tanq̄ ex Dauid stirpe venientes: hos inuocat
eo nomine qui ad hoc missus fuerat, ad Do-
mitianum Cæsarem: & ipse enim formidabat
de aduētu Christi sicut & in initio Herodes.
Interrogatū autem a Domitiano vt ū essent
ex familia David, cōfessi sunt q̄ sic. Tūc que
fuit ab eis quantis possessionibus vel quan-
tis essent facultatibus præditis: & illi respon-
derunt q̄ vtriusq; non amplius esset in bonis
nouem milibus denariis ex quibus singulis
partes media proportione deberētur: nec hæc
in pecunia consistere sed in æstimatione ter-
ræ: quæ eis in. xl. minus vno, iugerib⁹ consti-
tuta, per quam suis manibus eam excolen-
tes vel ipsi alerentur vel tributa dependerēt.
Et paulo post. Illi vero dimissi ab eo vel mar-
tyrii merito vel tantæ propinquitatis præro-
gatiua pacis iam tempore duces effecti eccle-
siæ vsq; ad Traiani tempora permanserunt,
hæc Hegesippus, AVCT. Vbi ex hoc quod
dicit eos fuisse duces ecclesie patet eos fuisse
episcopos tunc & prælatos: sic enim famati
appellabantur tunc in libris doctorum sicut
patet aspicienti libris Dionysii ecclesiasticæ
hierarchiæ vbi appellat Apostolos & episco-
pos diuinos duces. Per hæc ergo prædicta
proprietas clericorum quam Vvicleff.

eis imponit destruximus & ostendimus in pri-
mauis eius tricentenarii habuisse episcopos
& Christi discipulos propriū personale etiā,
& fuisse ciuilitate dominantes. Iam proceden-
do monstrabimus an quid habebant in pro-
prio iure cōi illius cui præsidebāt ecclesie.

Q̄ ecclesia fuit in communi diues & do-
tata a primitiuis suis continue per
totum trecentenarium Vvicleff.
Caput XXXVIII.



VT autem exordiamur a pri-
mis notare possum⁹ illud de-
cretum quod in cōmuni de-
derunt Apostoli vt hinc ea-
dem detur fides ecclesie que
datur & simbolo, dummo-
do vnus vtriusq; habeat magister & auctor:
concoris scilicet Apostolorum contentus, &
saltem si in hoc vno habeantur rei in symbo-
lo fidei possint haberi suspecti: q̄ si in fide
vndequaq; sereni etiam in sequela quod age-
batur cōmuni consilio omni dicantur esse le-
curi. Ibidem enim cap. xlix. cōmuniter decre-
uerūt Apostoli. DECRETVM Apostolicū.
Præcipimus, inquit, vt in potestate sua epi-
scopus ecclesie res habeat. Si enim animæ ho-
minū preciosæ illi sunt creditæ, multo ma-
gis oportet eum curam pecuniarum gerere,
ita vt potestate eius indigētib⁹ omnia dis-
pensentur per presbyteros & diaconos: & cō-
timore dei omniq; sollicitudine ministrantur.
Ex his autem quæ indiget ad suas necessita-
tes & peregrinorū & fratrum vsus ipse per-
cipiat, vt nihil ei omnino possit deesse. Lex
enim dei præcipit, vt qui altari deseruiunt de
altari pascantur: quia nec miles stipēdis pro-
priis contra hostes arma sustollit. Hæc ibi.
AVCTOR. Vbi apparet placere Apostolis
q̄ episcopi supra res ecclesie habeant potesta-
tem plenissimam, dispensandi p̄tra & sibi &
aliis. Adhuc in illo primo centenariio Chri-
sti Pius papa quartus a beato Petro per com-
putationem beati Augustini epistola ad Ge-
nerosum iter epistolas. cxxxi. Fertur dedis-
se tale decretum. PIVS PAPA. Prædia dia-
uinis vsibus tradita quidam humanis vsibus
applicāt, & deo nostro cui tradita sunt ea sub-
trahūt vt sibi inseruiant: quapropter ab om-
nibus illius vsurpationis contumelia depel-
lenda est, ne prædia vsibus secretorum cele-
stium dedicata a quibusdam intruentibus ve-
xentur: quod si quis præsumpserit vt sacris

legus iudicetur. Hæc ibi. AVCTOR. Et
quia iam de tempore disputamus, norandū
est q̄ iste Pius ab apostolorum temporibus
non valde remotus erat, quia eo sedēte pa-
pa annis vndecim, venit Polycarpus Ro-
mam & confutauit Cerdonem secundum
quēdam, vel saltē diebus successoris illius
Aniceti, secundum Eusebium lib. iiii. eccle-
siasticæ historiæ cap. xliii. qui etiam Poly-
carpus discipul⁹ erat euangelistæ Ioannis,
& ab ipsis apostolis Smyrneorum episcop⁹
institutus. Et factō calculo Pius sedit papa
anno ab incarnatione domini C. LIII. CA-
LIXTVS papa quintus a beato Petro secū-
dum Augustinum vbi supra de successioni-
bus episcoporu dedit hoc decretum. Null⁹
primas, nullus metropolitanus, null⁹ reli-
quorum episcoporum, alterius a deo ciuita-
tem, aut ad possessionē accedat que ad eum
nō pertinet, & alteri⁹ episcopi est parochiæ
super cuiusdam dispositione, nisi vocatus
ab eo cuius esse iuris dinoscitur, vt quidem
ibi disponat vel ordinet aut iudicet si sui
gradus honore potiri voluerit: si aliter præ-
sumpserit, anathema sit, & non solum ille,
sed & cooperates ei⁹ consentientes: quia
sicut ordinatio, ita & iudicatio & aliarum
rerum dispositio prohibetur. Hæc Calixt⁹
in decreto suo secundo, cap. iiii. multū in-
fra. AVCTOR. Er hic Calixtus sedit papa
anno dñi CC. XVIII. Urban⁹ papa & mar-
tyr successor Calixti xvi. a beato Petro secū-
dum August. sedens papa anno ab incarna-
tione domini CC. XXIII. & pastor sanctæ
Ceciliæ primo declarauit possessiones p̄ sum-
mos Pontifices prædecessores suos & alios
episcopos, & prælatos, & fideles ecclesie in-
troducās ad prædia & res immobiles ratio-
ne vitæ cōmunis clericorū & cōmodi vbe-
rioris ecclesie. Vnde in decretis suis ca. pri-
mo sic scribit. VRBANUS episcop⁹ omnib⁹
Christianis in sanctificationem spiritus, in
obediētia & aspersionē sanguinis dñi Iesu
Christi salutē. Scim⁹ vos nō ignorare q̄ ha-
cenus vita cōmunis inter bonos Christianos
nos viguit & adhuc gratia dei viget, & ma-
xime iter eos q̄ in sorte dei sunt electi. i. cle-
ricos, sicut in Actib⁹ legit⁹ Apostolorum: mul-
titudinis autē credentiu erat cor vnum &
anima vna: nec qs eorū quæ possidebat ali-
quid, fusi esse dicebat, sed erāt illis oīa com-
munia, vidētes autē sacerdotes sūmi & alii
atq; Leuitæ, & reliq; fideles p̄ vtilitatis pos-
se afferri si hæreditates & agros quos vēde-

bāt ecclesiis qb⁹ episcopi præsidebāt trade-
rent, eo q̄ ex sumptib⁹ eorū tā presentib⁹
q̄ futuris plura & elegātiora possent mini-
strare fidelib⁹ cōmūne vitæ ducētib⁹, q̄ ex
precio eorū, cœperūt, prædia & agros quos
vēdere solebāt matricib⁹ ecclesiis tradere,
& ex sumptibus eorum viuere. Hæc ibi.
AVCTOR. Vbi satis liquet episcopales ec-
clesias tūc suscepisse pene generaliter pos-
sessiones immobiles: & hoc maxime ad sub-
uentionē eorū q̄ viuebāt cōmuniter. Nō ta-
mē suscepit tūc primū ecclesia, possessiones,
& res immobiles, sed diu ante hoc eas ha-
buit, sed tamē in dispensatione pontificum.
Vnde ibidē cap. ii. subiūgit VRBANVS.
Ipse vero res in dispositione singularū pa-
rochiarū episcoporu q̄ locū tenēt apostolo-
rum, erāt & sunt vsq; adhuc, & futuris sem-
per debēt esse tēporib⁹: ex qb⁹ episcopi & fi-
deles dispensatores eorū oīb⁹ cōmūne vitæ
degere volētibus ministrare cuncta neces-
saria debēt prout meli⁹ poterint, vt nemo
in eis egēs inueniat. Hæc ibi. AVCTOR.
Fabian⁹ papa & martyr soci⁹ Sebastiani in
officio ecclesie papa xix. a beato Petro se-
cūdum beatū August. sedit Romæ circa an-
num dñi CC. XL. circa cuius tēpora surre-
xit Philipp⁹ prim⁹ ipator Christian⁹, circa
annum dñi CCXLV. & iste post susceptā
Christi fidē multis p̄diis & facultatib⁹ do-
tauit ecclesiam, de qb⁹ interrogati postea san-
ctus Sixtus papa, & Laurenti⁹ diacon⁹ sub
Decio Cæsare martyrio triumpharunt, de
quo quidē Philippo sic scribit GOTFRE-
DVS in libro quem inscripsit pantheon.
Suscipit imperium populo plaudente Phi-
lippus.
Iste pi⁹ Cæsar voluit cognoscere Christū.
Qui dedit ecclesiis, prædia multa suis.
LVCIVS papa a beato Petro xxi. secundū
Augustinū sedens papa anno domini CC.
LVIII. decretū edidit in quo res & faculta-
tes ecclesie a raptorib⁹ defendere conabāt
dicēs. Qui Christi pecuniam & ecclesie au-
fert, fraudat & rapit, homicida in cōspicu
iudicis iusti esse oportebit: hæc fieri p̄phe-
tæ, hæc apostoli, hæc successores eorum &
oīm catholicorū patrū vetā decreta: & ta-
les præsumptiones sacrilegia esse diiudicāt:
quorum nos sequentes exēpla omnes tales
præsumptores & ecclesie raptores atq; illi⁹
facultatum alienatores vna vobiscū a limi-
nibus sanctę matris ecclesie anathematizā-
tes apostolica auctoritate pellim⁹ atq; dāna

mus, atq; sacrilegos esse iudicamus, & non solum eos sed & omnes consentientes eis: quia non solum qui talia faciunt rei iudicant, sed etiam qui facientibus consentiunt. Hac in decreto Lucii papae cap. vi. STEPHANVS item a beato Petro xxii. secundum Augustinum sedens papa anno domini CC. LXII. de eodem sic describit in decreto suo cap. primo, Infames eas esse personas dicimus quae pro aliqua culpa notant infamia, i. omnes qui christianae legis normam abiciunt & statuta ecclesiae contrahunt. Et infra, Similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptos, maleficos, veneficos, adulteros de bellis fugientes, & quae indigna sibi perit loca tenere, aut facultates ecclesiae abstrahunt iniuste, & quae fratres calumniant, aut accusant & non probant. Item in decreto suo secundo cap. primo. Nullus episcoporum dum suis fuerit rebus spoliatus, aut sede propria qualibet occasione pulsus debet accusari, aut a quoque ei potest crimen obici priusquam integerrime restituerit ei omnia quae ei oblata quocumque sunt in aegritudine, legibus redintegrent, & ipse proprie sedis & pristino statui regulariter reddat: ita ut omnes possessiones & cuncta ipsi iniuste sublata atque fructus omnes ante acceptam occasionem primates & synodus episcopo de quo agit funditus restituant. Hac ibi. Idem etiam STEPHANVS in eodem decreto cap. ix. Laicus inquit, quis religiosus sint, nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legibus unquam attributa facultas, AVCTOR. Hac autem omnia si quis in suo fonte probare voluerit adeat annosum illius libri ecclesiae cui titulus decreta pontificum, ubi videbit omnia suis locis & temporibus annotata, sed & per hanc sic seriatim deducta ab ipsis apostolis usque huc. Vbi quia nondum trecentenarium Vviteless compleuimus, plane patet eum de patribus illius temporis fecisse mandatum, quando dicit illos omnes in trecentenario illo duntaxat vitam expropriariam obseruasse: quos iam plane audistis proprietatem possessionum communi suo consensu ecclesiis puidere futuris. Et putat Hieronymus hoc non fecisse eos ingenio proprio, sed magis apostolorum inductos exemplis per quos puidit Christus ut diuitiae male congregatae per diabolum, per apostolos reuerterentur ad deum, Vnde tractans hunc textum Hieronimus, Clamauit perdix, congregauit quae non peperit: fecit diuitias suas non iudicio: & in dimidio dierum suorum reliquit eas: sic ait HIERONYMUS. Alii

propter superiorem historiam & propter alteram qua dicunt perdix esse pugnacissimam & immundam, ita ut victum polluat, diabolum sub eius nomine interpretant, quod alienas diuitias sibi congregaret dicens ad dominum: Haec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me: quae relinquet diuitias suas quae male ab eo fuerant congregatae, & per apostolos reuerterentur ad dominum: & quod sibi videbat esse prudentissimum, erat omnino iudicio insipientissimum. Quod dicit clamauit perdix, ad hereticorum personam referendum est quod perdix ille diabolus clamauerit per principes hereticorum, & congregauerit ea quae non peperit, & deceptorum sibi multitudinem congregauerit, quae postea dimittet eum ut omnium iudicio stultissimum comprobetur. Hac Hieronymus, AVCTOR. Et postea testis notari iuxta hanc expositionem quod dixerit praecedens textus de diuitiis illis, in dimidio dierum suorum reliquit eas, quia tempore afflictionis Christi & praedicationis apostolorum dicit iuxta illud, In medio annorum notum facies. Vnde ergo notaui propheta tempus quo ecclesiam Christi mundi subintrarent diuitiae per apostolos, scilicet quod in medio annorum notum fecerunt euangelium Iesu Christi. Nullus tamen intelligat me iam dicere apostolos diuites quos supra probaui pauperrimos, sed quia dirabatur ecclesia quae regebant ipsi in seipsis pauperrime uicinitates. Qualiter exponit HALMO hunc textum apostoli tanquam nihil habentes & omnia possidentes. Tanquam nihil habentes, inquit, erant, quia nihil proprium habebant, omnia autem possidebant, quia erant illis omnia communia. Sic debent & monachi esse tanquam nihil habentes proprium & omnia possidentes communiter: vel tanquam nihil habebant quia non habebant praedia, Non aurum aut argentum, non seruos aut ancillas: & tamen possidebant omnia ista in possessionibus eorum quos sibi per praedicationis arma & uirtutem miraculorum subiungauerat: in possessionibus etiam omnia possidebant possessorum. Sicut enim quidam dux Romanorum Curius nomine legatis cuiusdam gentis aurum uolentibus dare pro pace ac libertate: Respondit Romanos potius uelle, aurum possidentibus imperare, quam aurum habere aut possidere. Ita sancti apostoli, magis desiderabant possessores diuitiarum per fidem & doctrinam Christi possidere quam aliquid proprium habere. Hac Haimo.

Quare ecclesia non fuerit in primitiuis dotata terra sancta. Et hic eripit

Constatinus de tribus scandalis Vviteless, Cap. XXXIX. Emurmurat autem per hoc uultum ecclesiasticis praelatis litigiosus Vviteless, in super plenitimo dialogo dicens: Clericos nostros & platos non esse sectatores Christi aut apostolorum, propter hoc quod temporalia non dimittunt sicut apostoli, nisi aequiuoce: unde dicit ibidem in principio arguens, quod postmodum sustinet tanquam uerum. VVITCLEFF. Cui clericus dicitur uiuere de redditibus propriis sicut dominus temporalis, uideat quod non sunt proprie clerici nisi forte nimis equiuoce in comparatione ad clericum priorem: & sic foret hypocrisis fungentes nomine non uirtute. Hac Vviteless, AVCTOR. Sed quantum ad ultimum ubi uult clericos nostros non esse de priorum clero, sed appellat eos clericos aequiuocos, quia in paupertate strictissima non sectantur apostolos: quid dicam nisi alludendo textui apostoli ad Romanos ix. Non omnes qui ex Israel sunt hi Israelitae, non omnes qui ex apostolis sunt hi sunt apostoli, multi episcopi & fideles discipuli ab apostolis instituti fuerunt, nec omnes illi erant in perfectione pares apostolis, maxime in ecclesiis gentium ubi futura erat ecclesia, ideo ibi statim ab exordio episcopi & clerici sicut in superioribus patet coeperunt propria possidere: in Iudaea uero non sic, quia hinc ecclesia migratura fuit, unde MELCHIADES papa praedecessor Siluestri. Futura, inquit, ecclesia in gentibus apostoli prauiderebat: idcirco praedia in Iudaea minime sunt adepti, sed praedia tantummodo ad fouendos egentes. At uero cum inter turbines & aduersa mundi succresceret ecclesia, ad hoc usque peruenit: ut non solum gentes, sed etiam Romani principes, qui totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi & baptismi sacramenta concurrerent, & quibus uir religiosissimus Constantinus prius fidei ueritatis patet adeptus licentiam dedit per uniuersum orbem sub suo degenibus imperio, non solum fieri Christianos, sed & fabricandi ecclesias & praedia constituit tribuenda. Hac ille, AVCTOR. Sufficit mihi ad tantam commendationem instruere Constantinum quem Vviteless nostrarum toto ore paphanatur, maxime in duobus. Primo quod attulerat per donationem clericum corrigere statum apostolorum supra Christum. Secundo quod ecclesia usque ad hanc tempora non audebat canonizare illum pro omni suo beneficio, uel in speculo militantis ecclesiae, cap. ix. VVITCLEFF. Iuxta praedicta

dicta erubesceret Antichristus & sui maculare sacerdotes Christi contra ordinationem quam ipse fecit: & dominus seculares & alii fatui qui hic adiuuant Antichristum, erubesceret de sic auxiliando sicut erubesceret in finali iudicio. & iste pudor erit maior pro dolore hypocrisis, quia dicitur factis suis quod faciunt ista ob honorem Christi, quia Christus male instituit, & dominus seculares emendant eum sicut Imperator Romanus quoniam fecit sacerdotes suos dominos ipse correxit statum apostolorum super ordinationem Christi. Sed totum istud sapit blasphemiam & opprimere istos dominos, quia sic statum imperatoris est minor pro hoc facto contra Christum, Hac Vviteless, AVCTOR. Qualiter autem imperator & dominus temporales fecerunt contra Christum in dotando ecclesiam eius non hic dicit sed declarat alibi hac ratione, VVITCLEFF. Quia scilicet non consistat eis de consensu & beneplacito Christi ad hoc factum, quod est omni boni temporalis dominus capitalis. Vnde in scripto dialogo cap. xliii. dicit, Imperator & dominus alii per regem superbiae sunt seducti: ideo expurgant somno istius criminis soporati, & cognoscant hoc principium clare demonstrabile apud catholicos, quod in nullo ualet humana concessio nisi praehabita licentia a domino capitali: cum ergo non possint docere quod ad hoc dominus habeat licentiam a Christo, patet quod tanta lege diuina quam humana esse ista dotatio stulta & heretica. Vnde ergo oportet esse negare blasphemiam Christo capitale dominum supra Caesarem, uel concedere dotationem esse illicitam. Vel tertio ostendere ad hoc Christi licentiam specialiter. Haec Vviteless, AVCTOR. Faveor ex principio tuo demonstrabile sicut dicitis. Per asinum processum conclusionem per pagas rudibilem. Et rogo ut respondeat illi, non eruditus quisquam, non peritus logicus, sed uerum de populo. Hac ratione tua, rex non posset militi conferre libere praedictum, quia non potest docere quod ad hoc habeat licentiam a Christo domino capitali, nullus etiam populorum posset alienare bona sua mobilia uel immobilia quocumque titulo scilicet donationis, uel ditionis, uel speciei aliqua commutationis, nisi prius doceret se habere licentiam a Christo qui est omnium talium bonorum dominus capitalis. Sed forsitan incipies corrigere quod incaute protuleris, & dices non oportere hoc nisi quando clericis est facienda dotatio, quasi tunc Christus sit dominus abrenuntians, quando eius clericis debet subueniri de uictu: quare ergo non ostendit beatus

tus Petrus: quare non alius apostolorum ostendit suam licentiam a Christo domino capitali quando accepit facultates eorum qui omnibus suis venditis posuerunt precium ante pedes apostolorum: cum Christus non statuerit venientes ad fidem debere omnia vendere & dare apostolis, sed dare pauperibus. Sed qualiter beatus Petrus tunc hoc dispensatiue commisit consilio apostolorum & instinctu Christi lateris primae legis, taliter hoc beatus Urbanus papa & successor Petri etiam dispensatiue consilio ecclesiae mutauit quando sine venditione immobilia praedia in proprietate suscepit ecclesiae. Quod si adhuc instas vt doceam quae licentia Christi vel consilio hoc fecit: certe respondere potest quod hoc ipso quo Christus ait, Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem saeculi, Certe enim non omnibus diebus, nec vsque ad consummationem saeculi nobiscum fuisset, nisi consilio ecclesiae in interfuisset in diebus Petri, & non in diebus Urbani vel Siluestri, qui immo magis fuisset absens quam praesens ecclesiae suae: Si tamen per tredecim annos defuisset, & per undecim saeculos annos defuisset quibus consilio suo ecclesiae dotabat, destituit omnes sanctos patres ecclesiae suo consilio, & tunc in fine temporum rediens solus miseriam Vvitleff sanum daret de veritate consilium, & de vitanda proprietate cautela. Verum si ista non sapiant, accedo propius & doceo dominos temporales habuisse istam licentiam a Christo quae licentia eis concessit tales leges condendi quibus dotaret ecclesiam, sicut & ipse legibus suis permisit. Audi iam beatus Augustinus fundare dotationem ecclesiae lege diuina communiter & humana lege inspirate Christo in specie, habet enim AVGVSTINVS sic super Ioannem Homilia vi. loquens de hereticis. Modo deficientes vbi quod nobis proponunt non inuenientes quid dicant, villas nostras tulerunt, fundos nostros tulerunt testameta hominum. Ecce vbi Caius scius dotauit fundum ecclesiae tuae praerant Faustinus, sed non totus ecclesiae praerant Faustinus, sed partim praerant. Et sequitur, Ecce sunt villae: quo iure defendis eas, diuino an humano respondeant diuinum ius in scripturis, habemus humanum ius in legibus regis. Vnde quisque possidet quod possidet non iure humano, nam iure diuino domini est terra & plenitudo eius. Pauperes & diuites, deus de vno limo fecit: & pauperes &

diuites vna terra supportat: iure tamen humano dicitur, haec villa mea est, haec domus mea, hic seruus meus: iure ergo humano iure imperatorum: quare? quia ipsa iura humana per imperatores saeculi & reges saeculi deus distribuit generi humano. Et infra, Religiosus enim leges manifeste vbi praecerunt imperatores eos qui ecclesiae catholicae communionem usurpant sibi nomine Christianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem nihil nomine ecclesiae audeant possidere. Sed quid nobis & imperatori? Sed iam dixi de iure humano agitur. Et tamen apostolus voluit seruari regibus, voluit honorari reges, & dixit: regem reueremini, Nolite dicere quod mihi & regi? Quid tibi ergo & possessioni? Per iura regum possident possessiones dixisti, quod mihi & regi? noli dicere possessiones tuas, quia & ipsa iura humana renunciano amisti quibus possident possessiones. Sed diuino iure ago. Ais ergo euangelium recitemus, videamus quomodo ecclesiae catholicae Christi est super quam venit columba quae docuit: hic est qui baptizabat. quomodo ergo iure diuino possideat qui dicit, ego baptizo, cum dicitur est qui baptizat, cum dicit scriptura, vna est columba mea, vna est matris suae, ergo fratres mei, si vbi non habet quid dicat, ego dico quod faciant: veniant ad catholicam ecclesiam & nobiscum habebunt, non solum terram, sed etiam illum qui fecit & terram. Haec Augustinus. AVCTOR, Ecce quae plane docet Augustinus licentiam diuinam in dotationibus principum: quia in legibus illius dotationes tales firmantur, quas leges de ipse per principes hominibus administrat. Addit contra Constantinum VVITCLEFF. Secundam blasphemiam libello suo de papa cap. ix. Imperator ille fecit multa bona, sed hucusque homines nunquam ausi sunt honorare ecclesiam, sanctificare diem eius, & esse in caelo credere esse sanctum. AVCTOR, Quid oportet hic morari & non statim conuincere de perpetrato mendacio? Nam in Graecia vbi moriebatur Constantinus, eius festum solennis ecclesiastici undecima die mensis Maii. Et in cathalogo sanctorum exponitur vt notat Crescentius in suo polychronicon lib. quarto, ca. vigesimo sexto. Et beatus Gregorius in registro epistola ad Mauricium Augustum quae incipit, in serenissimis: notat eum pia memoriae Constantinum: esset autem non pia sed

impie memorie si non posset iam credi esse sanctus in caelo: nec tamen omnium qui in caelo sunt, solennizat in particulari ecclesia diem festum: veluti de primo Adam & Eua, de beato latrone, de sancto Ioseph, & similibus. Et quis hoc satis audeat ecclesiae, tamen non exerceat audaciam. Tertia blasphemiam quam instaurat Vvitleff contra Constantinum, eo quod dotauit ecclesiam, est ista. VVITCLEFF. Non essent iam onerandi cum festiuitate eiusdem Constantini quis olim dixerit: quod si videret sacerdos de concubere cum foemina potius vellet eos tegere clamare quam scandalizare de crimine. Si iste imperator sit in gloria, certe non pro hoc facto, quia Phinees erat iustus sacerdos, quia condidit virum & foeminam pro peccato contra deum, vlciscens diuinam iniuriam. Haec Vvitleff, vbi iam supra. AVCTOR, Forsan coram Pilato isto iam Constantinus taceret: sed coram Christo teste conscientia loquitur ad Vvitleuista. Oculus tuus nequa est, quia ego bonus sum. Et iterum ad fautores eius. Posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Celare volui quod sume celatum esse deberet, magis quam perdere occultum, vnde scandalizaret populum pro exemplum perniciosum: & alius sacerdotii gradus per facinoros manifestum. Non iam sumus in causa Phinees: in quo audeat peccator coram tanta multitudinis freno pudoris abiecit, & sine publica vindicta publicus & inuerecundus moechus ad idolatriam gentium & turpe stuprum dei populum puocauit. In casu isto Phinees locum habet illud apostoli: Peccantem coram omnibus argue. In casu Constantini illud euangelium: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum: si ergo est quando peccat non in te solum, sed quando peccat in multitudinem & coram multis committit iniquum. Considerauit denique imperator benigne quod mereri possit apud dominum benedictionem patris si obseruaret reuerentiam sacerdotis. Posuit ante oculos suos factum filiorum Noe, & timens incurrere maledictionem eam qui uerenda patris uolentis & fornicatis detexerat, magis elegit cum piis filiis benedici venerando patre & apud se solum indicando commissum, quod multum laudat GREGORIVS xxv. Moralium ca. xvii. super hunc textum Iob, Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Subtilis etenim via reuerenda est reuerentia & humilitatis: vt sic reprehensibilia magistrorum facta displiceant, quatenus subditorum mens ab obseruanda ma-

gistrorum reuerentia non recedat. Quod bene de Noe debriato exprimitur: cuius nudata veritas cunctiosa boni filii auersi ueniendo texerunt. Auersari qui ipse dicitur quod reprobamus. Quid est ergo quod filii uerecunda patris susperio dorfum pallio auersi uenientes operisunt, nisi quod bonis subditis sic praepositorum suorum mala displicent, vt tamen haec ab aliis occultent. Operimentum auersi deserunt, quia iudicantes factum & uenerantes magistrorum, nolunt videre quod tegunt. Haec Grego. AVCTOR. Magni ergo pietatis indicium fuit hoc de creto Caesaris, & Christi bonitati bene conformis: qui liberauit adulteram. Ediuerso uero obiectum istud haereticis est indicium feritatis, & Pharisaeorum sapit furor & libidine uiscerum: & uersimile est eum ab illo hac accusationis formulam accepisse quae accusat fratres nostros die ac nocte, uere enim nihil sic reprehensibile existimo in Christiano, quam semper accusationibus & reprehensionibus libere insistere, & statim uelle uindicare commissam. Vnde CAESARIVS in exhortationibus collatione xix. quae incipit, Ecce quod bonum. More ingratum, crudelissime ferere fratrum sanguinem sitientes fratres accusant: cum fratris non sit fratrem accusare, sed potius fratris culpam celare, tanquam propria: corripit quod scilicet affectio non puniendi intentione. Illi est fratres accusare quod in Apocalypsi fratrum accusator legitur, qui eos die ac nocte accusat. Non itaque zelo iustitiae sed instinctu nequiae: imitant autem illum qui sunt ex parte illius, & se quod excusant, alios uero inique accusant, eorum non correctionem affectantes, sed more diabolico poenam sitientes: vnde insanunt, frident, fremunt, & intrinsecus ardent: quibus posuit dominus & clibanum ignis etiam ante tempus uultus sui. Quid enim sunt uerba furoris nisi sumus rerum ardentium: non solum sunt cremandi, sed etiam in infernum inferendi, nisi citius respiscant. Iam enim infernum secum habent & infernum secum portant, quia ipsi sunt sicut infernus. Haec ille.

¶ Quod nullo modo licet principibus uel aliis auferre bona inuicem quae contulerunt ecclesiae. Caput. XL.



IC ergo saluata innocentia Constantini per bene interpretates factum principis: quod haereticus gerens uenenum aspidum sub labiis suis peruertit in malum. Redentes ad primum intentum laudem, non tamen quod fecerit, sed perpetuitate dotationis eius pro-

bet ipse qui poterit. Nam aduersarius ille Vvitleff quāto potest conatu semper insidit vt principes tollant ab ecclesia qđ dederunt, & horra eos ad poenitendum quia dederunt. Et politiam & formā docet qualiter sine difficultate pcedant. Vnde quarto dialogi cap. xviii. de principib⁹ loquens dicit VVITCLEFF. Nos autem dicim⁹ illis qđ nedom possunt auferre tēporalia ab ecclesia habitualiter delinquente, nec solū qđ licet illis hoc facere, sed qđ debet facere sub poena damnationis gehēne, quoniā debet de sua stultitia poenitere & satisfacere pro peccato quo Christi ecclesiā taliter macularint, & in pximo cap. Idem, facilitatē autē faciēdi hanc reuocationem & dotationum sic potes conicere. Cōstat ex regalīa regis Anglię qđ decedente episcopo vel abbate, aut quocūq; notabiliter dotato de Angliā, temporalīa eius ad denotandum regaliam regis cadere debent in manum eius: & non procedetur ad electionem nisi obentra regis licentiā, nec habebūtur ab electo mortificata regni dominīa, nisi rege nouiter approbante. Contineat ergo se rex ab inuouatione delicti, maxime progenitorum suorum, & in breui erit totum regnū purgatum a mortificatione stolidā bonorum temporalium quā iam sunt in manu mortua. Hęc Vvitleff, AVGTOR. Quis expertus scripturarum sanctarum non crederet iam Simonem beniaminiten agere causam cupiditatis suę penes Apolloniū phoeniceum vt rex Seleucus qui templum primo dotabat de redditib⁹ suis magnis ipsum illustrans muneribus, Heliodorum ducem mittat ad templi spoliā faciēda & diripiēda victualia viduarum & pupillorū, & valentium deposita personarum, absq; discrezione sexus vel loci, vt plane legitur secundo Machabeorum tertio. Quā tamen vindicta ibi statim circa prādictum fiebat Heliodorum hic in templo Christi deferre nō poterit: ratio enim scripturā transire non potest quā dicit ibidem qđ decipi eos qui credidissent loco & templo quod per vniuersum mundum honoratur pro sui veneratione & sanctitate impossibile omnino esset. Est enim misera commixta multitudinis & magni sacerdotis in agone confituti semper expectatio. & hi quidem inuocant omnipotentem deum vt credita sibi is qui crediderant cum omni integritate seruentur, verba scripturā sunt hęc. Quā

quidem si animum Vvitleff non perferant, sed scripturam expectet audire quā directe mandet oppositum, audiat quid scriptura dicat vbi iam pridem dotationem ecclesiā quantum fieri potest, in scripturaveteri diximus esse fundatam. Dicit enim lex domini immaculata, Leuitici vitimo. Omne qđ domino cōsecrat, siue homo fuerit, siue animal siue ager, nō vendet nec redimi poterit quicquid semel fuerit consecratū sancti sanctorum erit domino. Hac enim lege in religione perfectorum professi aut clerici tonsurati redimi nō possunt quo min⁹ impleant quod vouerunt, nec ad seculum amplius reuertentur, & hac ipsa lege stringuntur & agri. Siue ager inquit, non vendetur nec redimi poterit. Nec mirum qđ non solum sanctum, sed & sanctum sanctorum erit quicquid semel fuerit domino consecratū: ita vt Oza iam retro cadat, si vel semel ad res sacras manus violentas apponat. Propter hoc etiam res sacerdotales de manu mortua appellantur, non solum in legibus regum sed etiam lege dei. Vnde supra in Leuitic. scribitur, Omnis consecratio quā offertur ab homine non redimetur, sed morte morietur: quod de morte naturalī non intendebatur, quia homines & domus consecratę afferebantur domino, sed moriebantur morte citili secundum Nicolaum de Lyra: quia quantum ad vsus seculi erant quasi nō essent, & ne ficta responsio repelleret veritatem dicendo hoc esse mandatum veteris legis, & esse cerimoniale nō morale, vel tale qđ, approbatio ei⁹ in lege euangelii statim occurrit, vbi beati Petri sententiā Ananiā & Saphirā repentina morte peremit, quia facultates quas semel domino voto suo consecrauerāt subtrahere nitebant. Et AMBROSI VS libro de poenitētia versus finem libri secundī tales offerētes & subtrahētes dicit esse sacrilegos. Sunt inquit, qđ opes suas dicātes tu multuario mentis impulsu nō iudicio proprio, vbi ecclesiā postularit, postea reuocādas putauerūt: qđ nec prima merces grata est, nec secūda: quia nec prima iudiciū habuit, & secūda habuit sacrilegiū. Sūt quos poenituerit opes suas dimississe pauperib⁹. Sed eos qđ poenitētia agunt hoc solū poenitere non debet ne ipsius poenitētię agat poenitētiā, nam pleriq; futuri supplicii metu peccatorum suorum conscii poenitētiā petūt, & cum acceperūt, publicę sup-

plicationis reuocantur pudore, vident malorum petisse poenitētiā agere bonorum. Hęc Ambrosius, AVCT. Esti praxim attēdimus synagogę. In Exodo legimus cap. xxxvi. qđ omnis Israel tā viri qđ mulieres sua spē obtulerūt donaria tēplo ad cōstructiōnē tabernaculi & valorū ei⁹. Oēs inquit viri & mulieres obtulerūt mane vota donaria vt fierēt opa qđ iusserat dñs p man⁹ Moy si: cuncti filii Israel volūtaria dño dedicaerunt, & tandē paulopost principū capitulū subinfertur. Artifices vero cōpulsū dixerunt Moy si. Plus affert populus qđ necesse sit. Iussit ergo p̄conis voce Moyles cāteri, vt nec vir nec mulier qcūq; offerat in ope sanctuarii, sicq; cessatū est a munerib⁹ offerendis, eo qđ oblata sufficerent, & supabundabāt. Hęc non inutiliter recitat spiritus sanct⁹, & si nō ppter illos, propter nos: reuera qđ deuotus populus, quod principes spē offerūt vel obtulerūt ecclesię, nō sua spē subducant, qđ si videant superabundare in hac ecclesia vel illa diuitias, nō eorū est, qui tantū videntur esse artifices, vel auferre illa superflua vel remanere illa futura. Sed Moyles & p̄latus p̄coni diuinę legis cōmittat, & ei⁹ auctoritate donatores cōpēcat, victui necessaria ministrorū dispenset & sustentationi consulat singulorū ita vt nec donatores frustrentur a merito, nec donatoriū lasciuant in necessario alieno: hoc solum p̄salandū ad p̄sens qđ solus Moyles & p̄latus ecclesię potestātē habet moderandi elemosynas populorū & nihil plus accipere vel accipiendū negare non hoc opificibus qui sufficientiā explorant ecclesiā, nec offerentibus quīs sponte hoc licet. Idcirco beat⁹ Augustinus stricta vsus sententiā est, Sicut recitat de eo. POS SIDONIVS eius discipulus dicens. Qđ quidam ex honoratis Hipponensium apud Carthaginem viuens ecclesię Hipponensi possessionem dare voluit, & consecras tabulas sibi vsu fructu retento, vltra eidem sanctę memorię Augustino misit: cuius ille libenter accepit oblationem congratulans ei⁹ qđ æternę suę memor esset salutis. verū post aliquot annos nobis forte cum eodem comminus constitutis, ecce ille donator literas per filium mittens rogauit, vt illę donationum tabulę suo redderentur filio pauperibus vero dixerit erogādos solidos centum: quo ille sanctus cognito ingemit hominem vel finxisse donationem vel eum

de bono opere poenituisse: & quāto potuit deo suggerente cordi eius cum dolore animi de eadem refragatione dixit in illius scilicet increpationem & correptionem: & tabulas quas sponte miserat, nec desideratas confessim reddidit, pecuniāq; illam respuit: atq; scriptis eundem (sicut oportuit) & arguit & corripuit, admonens vt de sua simulatione vel iniquitate, poenitētiā humilitate deo satisfaceret: ne cum tam graui delicto de seculo exiret. Hęc Possidonius Africa episcopus de vita Augustini. AVCTOR. Ex quo dicto Possidonii patet qđ Vvitleff male recitaret Possidonium in dialogo veritatis & mendacię cap. decimo dixisse eum scilicet qđ beatus Augustinus volebat ciues Hipponēses eas possessiones quas sibi dederant rehabere, quō em volebat iam audistis. Nolens em volebat plus qđ volens, vt ipsi iam nostis. De talibus etiā retrahentibus bona ecclesię immobilia, sic habet sanctus Urbanus papa qui diu p̄cessit Siluestrum. Hęc fratres valde cauenda sunt & timēda, quia res ecclesię nō quasi proprię, sed vt cōmunes & domino oblata cū summo timore nō in alios qđ in p̄fatos vsus sunt fideliter dispēlandę: ne sacrilegiū reatū incurrant, qui eas inde abstrahunt, vbi tradite sunt. Et qđ peius est anathema maranatha fiat, & si nō corpore vt Ananias & Saphira qui mortui ceciderūt: anima tamē qđ potior est corpore, mortui & alienati a cōsortio fidelū cadāt: & in profundū baratri labant. Hęc Urbanus in decreto cap. ii. Et idē ibidē in fine. Atredēdū est oib⁹ & fideliter custodiēdū, & illi⁹ vsu patiois cōrumelia depellēda ne p̄dia vsibus secretorū celestū dicata a quibsdā irruentibus vexent, qđ si qs fecerit post debita vltionis acrimoniā, quę cōtra sacrilegos iure exercēda est, p̄petua dānet infamia, & carceri intrudat, aut exilio p̄petuo detrudat: quā iuxta ap̄m tradit oportet huiusmodi hoīem Sathanę vt spūs salu⁹ sit in die dñi. Hęc ille. Itē in vi. synodo ap̄m sc̄m Petri p̄sidēte ibi Symmacho papa. SYNOD⁹ vi. Hī qđ bōa ecclesię iussu vel largitiōe p̄cipū vel quorūsdā poterūt aut qđā iuaōe, aut tyrānica p̄tate retinuerint, & filiis vel heredib⁹ suis aut vt a quibsdā iā sc̄m audiuim⁹, qđ hanc dicitarias reliq̄runt: nisi cito res dei admoniti a p̄tifice agnita veritate reddiderint, p̄petuo plectāt anathemate. Hęc ille. AVCTOR. Terrere ergo tā multiformis & dire serētē

quidam reges & principes christiani facultates ecclesiarum laudabiliter restituebant: quas ante eos quidam sacrilegi abstulerant. Vnde de libro suo de temporibus BEDA. Herebertus inquit rex Longobardorum multas chartas & patrimonia aliorum coctiarum quae quondam ad ius pertinebant apostolicae sedis, sed a Longobardis multo tempore fuerant ablata, restituit iuri eiusdem sedis: & hanc donationem aureis scriptis literis Romam direxit. Haec Beda ibidem. Item ibidem Lintbrardus rex Longobardorum donationem aliorum coctiarum quam Herebertus rex fecerat, & ille repetierat, ad monitionem venerabilis papae Gregorii confirmavit. Haec ille, AVCTOR. Et ista voluit inscribere ut sciat Vviteless, quod si aliquis satelles haereticus eius monitionis inclinatus facultates auferret ecclesiae, alius post eum rapinas eius instigante spiritu sancto redimeret, iuste id faceret restituens quod tyrannus flagellans ecclesiam permissione diuina seditione diripuit: quia scriptum est quod non continebit deus in ira sua misericordias suas. Simul & post hoc adimplendum non dubium quod spiritus sanctus per os Dauid imprecatus est talibus. Omnes principes eorum quae dixerunt haereditate possideant sanctuarium dei. Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem ventis. Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes: ita persequeris illos in tempestate tua, & ira tua turbabis eos, saeuiant, lacerent, ingrauentur, ut volunt, immo quod possunt, ut interficiant haereditatem, vere non gaudebunt haereditate pauperis Christi.

Quae ecclesiasticae personae tenentur subuenire principibus & laicis personis de bonis ecclesiae ubi excessus sua adest egestas.

CAPVT XLII.

NON tamen in praedictis intendit ecclesia docere clericos suos retiacula cupiditatis, ita ut non liceat ecclesiasticis ministrare principibus vel aliis laicis personis ad suam necessitatem de bonis ecclesiae: sed ne ad libitum eorum subtrahant inuicem, vult enim

ecclesia laicas personas cum necesse habuerint participare de bonis quae contulerunt ecclesiae: immo & si nihil collatum sit priusquam scandalizari debeant consulit, ut exacta recipiant quemadmodum Christus Matth. xvii. Vt autem non scandalizemus eos inquit, vade ad mare &c. Multo magis scandalizaret ecclesia seculares, si ex his quae libere contulerunt, quantumlibet necessitate stringente, nullas beneficii sui vires reciperent. Inhumanum enim est nimis & amicitiae legibus obuium, ubi beneficentia & amicitia praeterita, veniente necessitate amicum non habet propitium. Sed quid sic loquimur? Quia de talibus ecclesia criminatur, quia sic Vviteless blasphematur, sic ecclesiam scandalizat in libro suo euangelico, quem inritu lauit de sermone domini in monte ii. cap. xiii. ubi tractat octuplex vicia. VVITGL. Non dubium inquit quin clerus noster hodie diuino velle specialiter irretiatur, ut magnificans sacrilegium tanquam peccatum grauissimum, & introducens opinionem de re sacra quae quod datum vel dedicatum ecclesiae illud eo ipso est sacrum, & auferre illud a vocata ecclesia est summus gradus sacrilegii, sicut dicunt, Et sic bona possunt per laicos conferri ecclesiae, sed in nullo casu auferri ab ea, & ita cumulantur temporalia usque ad putredinem tam eorum quam clericorum occupatum: quia simile est ac si illa temporalia fuissent in tartaris denorata: quia ut asserunt licet laicis valde meritorie dare illis bona tam mobilia quam immobilia. Sed postquam illa fuerint per illam donationem stolidam consecrata, non licet clero reddere illa bona: quantumcumque brachium seculare egerit, & lex dei docuerit, quod non habeant illa bona, quia ut inquit committerent graue sacrilegium sic reddendo. Haec Vviteless, AVCTOR. Quia ergo tale scandalum Vviteless clericis imputauit, purget se clericus catholicus, & iam in palam ducat quod super hoc decreuerint sacerdotes. Recordant enim saepe illius facti Christi ubi exactores tributum Caesaris Christum petunt didragmam, & postquam declarauerit se Petro non debere dare tributum, quia filius regis erat, ne tamen scandalizaret exactores tributum, mittit Petrum ad mare, & de statere inuento in ore piscis soluit didragmam Matth. decimo septimo. Super quem textum dicit in commentario HIERONYMVS. Quod dominus noster & secundum car-


nem & secundum spiritum filii erat regis vex David stirpe generatus: ergo tributa quasi regum filius non debebat: sed qui humilitatem carnis assumpserat debuit adimplere omnem iustitiam. Haec Hieronymus, AVCTOR. Et clerici conformiter quibus ratione clericatus a vestigalibus seculi debent esse immunes, tamen quia homines suis proximis maxime principibus debent fieri liberales: hoc dico si quod praecipuum est praediorum fuerint possessores: non se ex debito si fuerint cum Christo & apostolis temporalibus destituri. Vnde AMBRO, super Lucam cap. nono libro viii. tractans praedictum textum Matth. xvii. Postulatus inquit didragmam querit dei imaginem. Alia enim imago dei, alia imago mundi, vnde & ille nos admonet. Sicut portamus imaginem terreni illius, portemus imaginem huius coelestis, imaginem Caesaris non habet Petrus: quia dixit, reliquimus omnia & secuti sumus te. Imago Caesaris non reperitur in Iacobo vel Ioanne, quia filii tonitruum. Sed reperitur in mari, ubi dracones illi conterritis capitibus super aquam, & ipse draco maior comminutus capiti datus in escam populis Aethiopi. Si ergo non habuit imaginem Caesaris, cur dedit censum? Non de suo dedit, sed dedit mundo quae erant mundi. Et tu si non vis esse obnoxius Caesari, non habere quae mundi sunt. Sed si habes diuitias, obnoxius es Caesari. Et si vis nihil regi debere terreno, dimitte omnia tua & sequere Christum. Haec Ambrosius, AVCTOR. Vides quod plane vnus magnus sacerdos iam ceteros docuit sacerdotes in necessitate Caesaris debere esse obnoxios. Si quod Caesaris imago est terrenorum fuerint possessores. Ad idem HVGGO libro de sacramentis secunda parte capitulo septimo. Diligenter attendendum quod ecclesia licet fructum terrenae possessionis in usum accipiat, potestatem tamen exercendae iustitiae per ecclesiasticas personas aut iudicia secularia exercere non potest, potest tamen ministros habere laicas personas, per quas iura & iudicia ad terrenam potestatem pertinetia secundum tenorem legum & debitum iuris terreni exerceat: sic tamen ut & ipsum quod potestatem habet a principe terreno, se habere cognoscat: & ipsas possessiones nunquam ita a regia potestate elongari posse intelligat, quod si res postu-

lauerit & necessitas, & illis ipsa potestas debeat patrocinium, & illi ipsi possessores debeant in mente obsequium: sic enim regia potestas quae debet alteri non potest negare. Sic ipsa possessio etiam ab ecclesiasticis personis detenta obsequium, quid regia potestati pro patrocinio debet, iure negare non potest: sicut scriptum est: Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt dei deo. Haec Hugo, AVCTOR. Nec hoc solum: immo tanta largitate fulgent doctores ecclesiae, ut non solum ad impensas principum, sed etiam ad sepulturas fidelium faciendas, basilicas fabricandas, captiuitates hominum redimendas, si aurum desit ecclesiae frangendos dicunt calices, & quantacumque vasa sacra cum omni celeritate confluenda. Vnde AMBROSIVS libro secundo de officiis capitulo trigesimo sexto versus finem libri, Laurentius qui aurum ecclesiae maluit erogare pauperibus quam per seculum erogare, pro singulari sua interpretationis viuacitate sacram martyrii accepit coronam. Nunquid dictum est sancto Laurentio, Non debuisti erogare thesauros ecclesiae, & vasa sacramentorum vendere. Opus est, ut quis fide sincera & perspicaci prouidentia munus hoc impleat. Sane si in sua aliquis diripiatur emolumenta, crimen est: si vero pauperibus erogata, captiuum redimit, misericordia est. Nemo enim potest dicere cur pauper viuat. Nemo potest queri quia captiuus redemptus sunt. Nemo potest accusari quia templum dei est aedificatum. Nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulcris aut in sepulturis christianorum reges est defunctorum. In his tribus generibus vasa ecclesiae iniuncta confringere, constare, vendere licet. Haec Augustinus. AVCTOR. Amplius etiam adhuc idem habes in decretis xii. questione. ii. Aurum. Hanc sententiam Ambrosius docuit: & seruauit in praxi egregius Augustinus, ut recitat de eo antistes POSSIDONIVS in libro de vita eiusdem dicens. Interea dum ecclesiae pecunia deficeret: hoc ipsum populo christiano denunciabat, non se habere quod indigentibus erogaret. Nam & vasa diuina plurima frangi & colari iubebat: & indigentibus dispensari. Quod non commemorassem nisi contra carnalem sensum quorundam fieri puidere.

Et hoc ipsum etiam venerabilis memoriae Ambrosii in talibus necessitatibus indubitanter esse faciendum & dixit & scripsit. Hæc ibi, AVCTOR. Vbi iam sunt mendacia Vvircleff qui dicit iam ecclesiasticos afferere quantuncumque egerit brachium seculare, non licet reddere clero illa bona. Iam audistis ecclesiasticos magnos & doctos esse oppositum & fecisse. hoc tantum negavit quod sint multa rapida arbitrari voluptate prædonum.

Quod omnes ecclesiastici sunt pauperes & de latitudine paupertatis eorum.

CAPVT XLII.

 Rdo tadem inuentionis hæreticæ hoc exigit importune, vt dicatur ex parte fidelium quæ sit paupertas ecclesiæ: & quod eius dominium: quia ipse omnes ecclesiæ clericos sub vna confusionis imagine ne cogit ad altissimam Christi paupertatem & apostolorum eius. Vnde in supplemento dialogi cap. ii. dicit, VVITC. Videtur mihi propinquum fidei siue fides, quod omnes clerici, & specialiter prælati ecclesiæ debent viuere expropriarie, sicut Christus: & pro locum a maiori sicut vixerunt sacerdotes veteris testamenti: & damnans dominium patrimonii, dicit in dialogo veritatis & mendacii cap. xiiii. Quantum ad donationem patrimonii crucifixi patet multiplicitas blasphemiarum contra clerum: quia magnum peccatum est sic preuaricari in mandatum domini. Sed maior blasphemia est imponere Christo, quod ipse approbat & necessitat clericos sic peccare. Sic enim tanquam alter Adanitur clerus suam culpam in dominum retorquere. Mulier inquit quam dedisti mihi &c. Genesis tertio. Clerus autem mentitur innuitiue longe abiectus, quia dicit quod Christus in ligno fuerat crucifixus, vt clerus suus postmodum taliter dominaret: sed quod maior blasphemia est quod clerus Christi, virtutem eius passionis pauperis & humilis debet sic toto seculo dominari: Hæc Vvircleff. AVCT. Hæc iam dicta Vvircleff per infinita loca multiplicata voluminum eius postulant foundationem expressam: quæ sit paupertas clericorum & dotata ecclesiæ, quantum ad

primum: & quod sit eius dominum pro seculo: quia certum est nullum posse deferre, nec debere deferre de bonis ecclesiæ, de patrimonio pauperis crucifixi nisi sub titulo paupertatis: & iterum hæc ipsa bona non vagantur sine domino, quia rerum dominia non debent esse incerta. Creditur ergo primo multos esse gradus ecclesiasticæ paupertatis. Quidam enim sunt pauperes per abdicationem omnis illiciti usus rei temporalis ad turpe commodum & propriam voluptatem. & etiam per abdicationem omnis affectionis rei temporalis illicitæ. & sic omnes christiani sunt pauperes ex professione baptismali secundum illud, Non concupisces. Et illud, Diuites si affluant nolite cor apponere. Quæ paupertas quis compatitur seculo quatuorlibet diuitias seculi suam substantiam, de quâto tamē refrenat mentem ab illicito omni usu est paupertas. Sicut castitas coniugalis est quidem castitas quis compatitur seculo exercitium frequens officii coniugalis. Et ad hæc paupertatem ite debet Christus obligare singulos christianos quoniam dixit in euangelio, Nisi quis renuerit auerit omnibus quod possidet, non potest esse discipulus. Sic apostolus Paulus dixit de Macedoniensibus, quod fuerint pauperes altissima paupertate, & tamen diuites: quia quis tenues in substantia, diuites tamen largo donationis affectu. Altissima inquit paupertas abundauit in diuitiis simplicitatis eorum. ii. Corinth. ix. & hic est primus gradus christiane paupertatis. Secundus gradus est quo alii addunt super hoc abdicationes omnem usum seculare rei temporalis exponentes, omnia ad dei cultum & opera pietatis. Etiam si quod proprium habuerint, locant illud inter cetera bona ecclesiæ, & sic omnes clerici sexus clericatus tenentur esse pauperes, & sunt perfecti pauperes eo quod omne bonum mobile vel immobile de cetero ecclesiæ vel de suo patrimonio vel peculiis personali, non ad proprium commodum nec ad actus seculares, vt negociationes terrarum procuraciones, bella iusta vel huiusmodi, quæ licet laici licite possent, sed ad ecclesiarum fabricaciones, pauperum sustentaciones, & alios sanctos usus hoc dispensant. Vnde PROSPER, de vita contemplatiua circa medium. Expedit inquit facultates ecclesiæ possidere vt inde viuant, qui in seculo grandia repudiât vt deo deseruiât: quod de talibus videtur dicere Apostolus, quod sacrario operatur quod de sacrario sunt edat. Et qui altario deseruiunt, de altario parricipentur. quoniam nisi hoc de cetero propriis suarum facultatum veller intelligi nunquam secutus ad iungeret, ita & deus ordinat

uit iis qui euangelium denunciant de euangelio viuere: qui nec habere proprium voluit nec habet nec habere concupiscunt: nec sunt suorum sed communium possessores. Hæc PROSPER. Item idem ibidem cap. xii. Itaque sacerdos cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed in omni laude pietatis accipit a populo dispensanda, & fideliter dispensat accepta: qui omnia sua aut reliquit, aut ecclesiæ rebus adiunxit. Et si in numero pauperum paupertatis amore confluxit, ita vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse viuat tanquam pauper voluntarius. Clerici quoque pauperes aut voluntas aut necessitas fecit cum perfectione virtutis vitæ necessaria siue in domibus suis siue in congregatione viuentes accipiunt quia ad accipienda non eos habendi cupiditas ducit, sed cogit viuendi necessitas. Hæc ille. AVCTOR. Sed ad incepta reuertamur postquam expeditum quæ retro sunt. Est adhuc tertius gradus pauperum qui renuntiant possessioni rei temporalis in proprio personali, sed non in proprio communitatis siue congregationis suæ: immo in communi intendunt possidere vnde victum sustentent: & in hoc gradu sunt monachi & monachæ & ceteri religiosi qui abdicationem temporalem in proprio personali: intendunt tamen aliquid possidere in communi, & inde est quod consumptis bonis temporalibus sui monasterii non tenentur ad obseruantias monasteriales, vt creditur. Quartus gradus est quo quidam ardentius proficiscentes abdicationem omnem propriam personale, cum intentione perseuerandi, & si nihil habeant in communi, sed ad releuandam suam inopiam sponte potius eligunt mendicare pro Christo quod vouerant semel omittere. Et in hoc gradu reputo fratres mendicantes: qui de facto in communi donationem possent admittere: & ideo mendicare non profitentur, vt multi decepti putant, sed in promptitudine animi potius habent mendicare pudice quam quod professi sunt impudice deferere. Et hanc paupertatem optauit quandoque sancta Paula pro Christo, sicut dicit de ea sanctus Hieronymus. Quod testem inuocauit dominum se pro illius nomine cuncta facere, & hoc habere vori, vt mendicans ipsa moreretur. In epitaphio sanctæ Paulæ. Et hoc modo multoties contingenter mendicabant apostoli: & hæc paupertas quis quandoque non sit in actu propter


concursum sufficienti victus: in ipso tamen habitu & in preparatione animi habet magnum meritum & perfectionis gradum. Sic vt ille perfectio euangelicæ de prebendo alteram maxillam & relinquendo pallium quæ secundum animi preparationem debent intelligi, & non solum secundum actum, secundum Augustinum de sermone domini in monte, sicut perfectiones in habitu, quæ radix est virtutum. Alius est adhuc gradus paupertatis, & prædictis multo sublimior relinquendo quæ euenire possunt, ad proprium usum separatim ab aliis tamen in proprio quam in communi, & solum gustando vel sustinendo victum communiter cum aliis. Et alia quedam interponi debent, sed præ altitudine rei non facilliter eâ describo, sed hæc intendo quæ Christus obseruauit in persona sua maximus dominus & infimus seruus: immo præ exinanitione sui pene nihil factus, non homo, sed vermis, dominus opulens & mendicus macilentus secundum Fulgentium. Qualis & quanta fuit ista paupertas nescio, sed hoc scio quod fuit summa, meritum & mensura omnium paupertatum. Et quia per superabundantiam dicitur vni soli, & soli Christo conueniens. Et vna particula religionis Christi personalis quæ nullum alium a seipso professorem admittit. Sed sicut summus gradus qualitates continet, eminenter & intensiue omnem gradum inferiorum: ita paupertas christi continet eminenter omnem paupertatem licitam christianam: cui quæ magis accedit de tanto est perfectior: nulla tamen est eiusdem perfectionis, quia nec eiusdem gradus, sed paupertas primi gradus est bona, secundum gradum melior, tertii adhuc sanctior, quarti aut omnium inferioribus melior est, iam ergo locum superpetit vt sophisma Vvircleff soluat, cum sic machinet, iiii. dialogi ca. xvi. VVITC. Apostolus inquit ii. Corinth. viii. supponens vt si de, quod omnes debemus sequi Christum, in moribus, Scitis inquit gratiam domini nostri Iesu Christi, quam propter vos egenus factus est, cum eum diues vt illi inopia vos diuites essetis: cum ergo non valeat negari, quoniam oporteat omnes fideles sequi Christum in moribus, patet quod per gradum oportet clericos specialiter in paupertate humili sequi ipsum. Vnde religiosi nostri vt non false, cõfirret concorditer substantiam religionis sue obedientiam, obseruandam Christo paupertatem & castitatem quæ seruabant virgines huic sponso. AVCT. Huic argumento p̄fectorio scit quilibet respondere sensat. Moneo tamen arguentem primo vt attendat qualiter hic sub

tiliter operante spiritu sancto ipse plane redarguit semetipsum: nam propter nos Christus egenus factus est, vt illius inopia nos diuites effemus: intelligedo hic egestatem corporalem, & contra diuitias clericorum, non militat, Sed hac propositio Apostoli non est blasphemia, sed sincera veritas christiana: ergo false conclusisti supra in principio huius capituli quarendo, Quae est maior blasphemia q̄ q̄ clerici Christi virtute huius passionis paupis debet sic in seculo dominari: Iam enim audisti q̄ inopia Christi & egestate nos diuites facti sumus: propter hoc inops factus est, sed non inopia spiritualium rerum: nec tantum diuitis eorum spiritualium, sed & temporalium, congregauit eum clericum christianum suo sanguine & eodem sanguine dedicauit terram, & vitam eis subsidia comparauit: vt tamen ipsi pauperes cum Christo paupere pascere tur: & hac est paupertas clericorum verissima, vt nihil possideant nisi de Christi domo, id est ecclesia: nihil ad proprium usum nihil etiam de proprio, sed omnia reportauerunt in promptuarii commune Christi: & omnia inde fumentes, nihil exponunt, nisi propter Christum & ecclesiam. Si enim propter istam formam aliquis quispiam possederit extra Christum, possidet & extra portio nem dominicam, eoq̄ ipso exorbitat a clerico christiano. Et hoc est quod dicit ORIGENES Homil. xvi. super Genesim. Vis scire quid intersit inter sacerdotes domini & sacerdotes Pharaonis? Pharaeo terras concedit sacerdotibus suis; dominus autem sacerdotibus suis non concedit partem in terra, sed dicit eis, Ego sum pars vestra: obseruate ergo qui hac legitis omnes domini sacerdotes, & videte quae sit differentia sacerdotum: ne forte qui partem habent in terrenis cultibus ac studiis vacant, non tam domini q̄ Pharaonis sacerdotes esse videantur. Ille est enim qui vult sacerdotes suos habere possessiones terrarum, & exercere agri non animae cultum: ruri & non legi operam dare: Christus autem dominus noster sacerdotibus suis quid praecipit audiamus, Qui non renunciauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. Contremisco dicens hac, Et infra, Sed & hoc saltem commoniti festinemus implere, festinemus transire a sacerdotibus Pharaonis, quibus in terrenis possessio est: ad sacerdotes domini, quibus in terra pars non est,

quibus portio dominus est. Talis enim erit & ille qui dicebat, Tanta egestas, multos autem locupletantes, vt nihil habentes & omnia possidentes, Paulus hic est qui talibus gloriatur. Vis audire quid etiam Petrus de seipso pronunciet: audi eum cum Ioanne pariter profitentem & dicentem: argentum & aurum non habeo, quod habeo hoc tibi do: in nomine Iesu Christi surge & ambula. Vides sacerdotum Christi diuitias, vides nihil habentes quanta & qualia largiuntur, istas opes largiri non potest terrena possessio. Hae Origenes, Ad idem etiam HIERONYMVS in epistola ad Neptianum de vita clericorum. Clericus qui ecclesiae seruit interpretetur primo vocabulum suum & nominis diffinitione praelata nitatur esse quod dicitur, Si enim clericos graece latine fors appellatur: propterea vocatur clericus quia de forte sunt domini, vel quia dominus ipse fors, id est pars clericorum est: & quia ipse est pars domini, vel domini partem habet, talem se exhibere debet, vt ipse possideat dominum, & ipse possideatur a domino. Qui possidet dominum & cum propheta dicit, Pars mea domini, nihil extra dominum habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit praeter dominum, pars eius non erit dominus: verbi gratia, Si aurum & argentum, si possessiones, si viarum suppellecilem cum istis partibus dominus pars eius fieri non dignatur. Si autem ego pars domini & funiculus hereditatis eius: nec accipio partes inter caeteras tribus, sed quasi leuita & sacerdos viuo de decimis: & altari seruens altaris oblatione sustentor, habens victum & vestitum, his contentus ero: quasi nuda cruce nudus sequar. Obsecro itaque te & repetes iterum: iterumq̄ moneo ne officium clericatus, genus antiquae militiae putes, id est ne lucra seculi in Christi quaeras militia, ne plus habeas q̄ quando clericus esse coepisti: & dicatur tibi, Clerici eorum non proderunt eis. Hae Hieronymus ibidem, AVCTOR. Vbiq̄ excluditur a clericis ne quicq̄ possideant extra communem portionem ecclesiae, quae pars & portio domini dicitur. Nisiq̄ excluditur eis ipsa dominica portio, nisi per Vnicuersi. Conceditur ergo q̄ clerici sequi Christum in moribus & in paupertate tenentur. Sed sciant aliud esse sequi Christum, aliud cum eo ire. Sequitur Christi paupertatem fratres, sequuntur & monachi, sequuntur &

episcopi & clerici & praebendati, immo quis remote sequuntur quilibet Christiani. Vere enim nullus nostrum tenetur cum eo aequo passu & gradu ire in paupertatis perfectione quia nulli nostrum est hoc possibile.

DE ECCLESIASTICI NVLATENVS SIT DOMINI ECCLESIASTICATU RERU, Cap. XLIII.



Andem de dominio ecclesiae vrget nos aduersarius loq̄, quia videt ipsi in nullo distare a dominio seculari. Dominat enim ecclesiastici super seruos, bestias, thesauros & praedia lectum vt utq̄ principatum despoticum & politicum, sicut & caeteri seculares vt astruit. Sed videamus quid veritas asserit, quatuor ipsa veritas prima dignat nobis assistere. Reuera quatuor ad radicem domini continer duo: proprietatem & praerogatiua finis. Primum est quasi materiale in domino: quia dominus verus non est sine hoc q̄ sit suum proprium cui dominatur. Secundum est formale. I. q̄ ipse dominus sit, finis rerum propriarum vt oia disponatur ad commodum & bonum domini: siue enim serui comedant non ad bonum suum comedunt, sed vt validius domino laborent: siue thesaurus seruetur, siue ager seruetur, oia principaliter ad bonum domini referuntur. Per haec duo praebat arctissime apostolus dominum Christi super fideles ad Ro. xiiii. Nemo inquit vestrum sibi viuunt & nemo sibi moritur, id est finaliter & principaliter propter commodum proprium siue enim viuimus, domino viuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus siue morimur domini sumus, ubi inducit proprietatem Christi in nobis propter haec duo q̄ necessario concurrunt ad verum dominium. Concordanter negatur a clero q̄ plati ecclesiae sunt vere domini ecclesiasticarum rerum. Primum propter caritatem praerogatiua finalis quia oia bona ecclesiae non sunt propter platos sed propter ecclesiam fidelium: nec ipsa ecclesia est, propter praelatos, sed praelati propter ecclesiam: & ideo dicuntur pastores & ministri, quasi ideo sint vt pascant vt ministrer: & sic tollit eis rationem dominandi, secundum illud. i. Petri. v. Pascite qui in vobis est gregem dei: & sequitur. Neq̄ vt dominaret in clero sed forma facti gregis. Et illud Christi ad apostolos. Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habet super eos benefici vocantur: vos autem non sic. Sed qui maior est vestrum erit tanquam minor. Et qui praecessor est

tanquam ministrator. Et quis maior est qui ministrat an qui recumbit? quasi diceret grex ecclesiae est de discubertibus, vos autem de ministris: quod plane dicit apostolus primo Corinth. iiii. Omnia inquit vestra sunt, siue Apollo, siue Paulus, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue praesentia, siue futura: oia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem dei. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum dei. Secundo praelati non sunt veri domini propter caritatem proprietatis. Vnde AVGVSTINVS super Ioannem Homil. vi. Coluba ecclesia est: quid clamas, non deoramus villas: coluba illas habet. Querat quae sit columba & an ipsa habeat. Non nostris fratres charissimi q̄ villa ista non sunt Augustini, & vos non nostris & putatis me gaudere in possessione villarum. Deus nouit: ipse scit quid de villis illis sentiat vel quid sufferat: nouit gemitus meos si mihi aliquid de columba impertiri dignatus est, haec Augustinus. AVCT. Vbi plane negauit Augustinus se possessorem esse & habere proprietatem in villis, quae ecclesia sua multis villis erat dotata: sed columba illas habet inquit. i. ecclesia ita q̄ proprietatis & verum dominum resider per nos communitatem ecclesiae non praelatos: sed ideo fideliter dicit q̄ praelati solus domini extentiue, dispensatiue puta quia ex hoc a scripturarum loquendi more non deuiat. Nam sanctus Ioseph sic legitur fuisse dominus Aegypti ipso dicente, non vestro consilio sed dei voluntate huc missus sum: quia fecit me quasi patrem Pharaonis & dominum vniuersae domus eius, ac principem in terra Aegypti. Gen. xlv. Et iterum ibidem Ioseph. Filius tuus viuunt & ipse dominatur in vniuersa terra Aegypti: cum tamen non esset dominus proprietarius totius Aegypti, sed dispensator tantum vel procurator eius. In hoc statu domini sunt praelati ecclesiae, siue maiores vt episcopi, siue religiosae personae, siue & minuti praelati q̄ de decimis viuunt. Vnde AVGVST. epla. xxxi. q̄ est ad Bonifacium militem. Si priuatim quae nobis sufficiunt possidemus, non sunt illa nostra sed pauperum, quorum procuracione quodammodo gerimus non proprietatem nobis usurpacione danabili vendicamus. Quia quid ergo nosse ecclesiarum patres dotati possidebant, Christiani imperatores legibus religiosi, sed cum ipsis ecclesiis, ad catholicam transire insisterent. Haec Augustinus. AVCT. Et sanctus VRBANVS papa qui dotacionem primam induxit. Ipse vero res in ditione singularum parochiarum episcoporum qui locum

renēt apostolorum erant & sunt vsq; adhuc & futuris semper debent esse temporibus. Ex quibus episcopi & fideles dispensatores eorū oībus cōmunē vitam degere volētibus mini strare cuncta necessaria debēt, prout melius poterunt: vt nemo in eis egens inueniatur. Hæc Urbanus in decreto cap. ii. Et in epist. ad Nepotianum de vita clericorū. HIERONYMVS, Episcopi sacerdotes se eē sciāt nō dños, honorent clericos quasi clericos & ipsi clericis quasi episcopi deferantur. Scitum est illud oratoris Domitii: cur ego te ingratū habeam vt principem cum tu me non habeas vt fenatorem: quia Aaron & filios eius hoc esse episcopum & presbyteros nouimus. Vnus dominus, vnum templum, vnum sit ecclesie ministerium. Recordentur q̄ apostolus Petrus præcipiat sacerdotibus dicens, pascite eum qui in vobis est gregem domini. Prouidentes nō coacte sed spontaneē seruis domini: neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque vt dominantes in clerum sed forma facti gregis ex animo, vt cum apparuerit princeps pastorem percipiat inmarcessibilem gloriæ coronam. Hæc Hieronymus. Et in CONCILIO Apostolorū quod est de i. cap. titulus cap. xi. Q̄ ep̄s ecclesiasticarum rerum pro dispensatione pauperum habeat potestatem. AVCT. Nullibi exprimitur adhuc apostolorum dominatio, sed episcoporū qui successores sunt eis & hæredes: idcirco quōd morte prohibentur permanere: sed ministerium, sed dispensatio iniuncta est: & hoc sibi faterentur ipsi sufficere scientes q̄ nō sunt patribus meliores. Et iterum. Propinquius hæret potestati pontificum verbum principis celi q̄ aurum principis huius mūdi: quia verbum dei est principalis cultus in inuestitura pontificis: non sic aurum non prædia, sed nō est dominus verbi sed dispensator dicere Paulo, Dispensatio mihi credita est. Vex mihi si nō euangelizauero. Vere ergo non crescet potestas episcopi vt dominetur in aurum qui dominari non valet in verbum. Maiorem enim potestatem concessit Petro Christus q̄ Cæsar. Petro autem non dimisit aurum sed verbum: non prædiorum proprietates, sed pasce oues meas. Hoc igitur putet se esse magnus sacerdos quod sibi dimisit tanq̄ successori legitimo sanctus Petrus. Vnde BERNARDUS ad papam Eugenium. Non est locus ocio vbi sedula viget sollicitudo omnium ecclesiarū. Nā quid tibi aliud dimisit sanctus apostolus quod habeo inquit hoc tibi do. Quid illud?

vnum scio non est aurum & argentum cum ipse dicat argentum & aurum non est mihi: cum tamen habere contingat vt ere non pro libitu sed pro tempore: sed sic eris vtrens illis quasi non vtrens. Ipsa quidē quātū ad illud qd ad animi bonū spectat nec bona sunt nec mala: vsus tamē horum bonus, abusus mala, sollicitudo peior, quæstus turpior. ERGO vt alia qua quacunq; ratione hæc tibi vendices, sed non apostolico iure. Nec enim tibi dare ille quod non habuit potuit: quod habuit hoc dedit, sollicitudinem vt dixi super ecclesias, nūm quid dominationē: audi ipsum. Nō dominantes ait in clero sed forma facti gregis. Et ne dictū sola humilitate putes nō etiā veritate: vox domini in euangelio est. Reges gentium dominantur eorum. Et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Et insert. Vos autē non sic. Planū igitur est, apostolis interdicitur dominatus. Igitur tu & tibi vsurpare aut dominus apostolorum aut apostolus dominatū plane alterutro phiberis. Si vtrūq; simul habere voles perdes vtrūq;. Et sequit. Ac interdictū tenemus. Audiamus dictum. Qui maior est vestrū ait, Fiat sicut minor & qui præcessor sicut qui ministrat. Forma apostolica hæc est dñario, interdicitur indicit ministratio. Hæc Bernardus de consideratione ad Eugenium libro. ii. cito post principium:

Q̄ PER HOC SINE REPVGNA
tione professores religionis perfecti possunt in episcopatu subire officii dispensationis ecclesiasticæ. Cap. XLIIII.



Ac ipsa ratione religiosi viri non sunt præuaricatores professionis suæ si onus dispensationis ecclesiæ legitima vocatione subirent: nec ipsi metas excedit paupertatis professæ quando per susceptionem officii pastoralis nō diuitiarū possessores, sed pauperū seruitores extiterint, pro modico reputatur pauperem esse vere: ergo pro minus modico pauperi tanq̄ domino ministrare, dicente domino ad apostolos. Quis maior est qui ministrat an qui recumbit: & iterum, fidelis seruus & prudens quem constituit dñs super familiam suam vt det illis cibum in tempore. Vnde doctor PROSPER in libello suo de facultatibus ecclesiæ mouēs quæstionē alicuius. Vtrū ad congregandū fratres aut ad alendū eos expediat ecclesiæ facultates posside-

ri an perfectionis amore contemni. Respondet. Expedit facultates ecclesiæ possidere & proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriæ sunt, sed communes ecclesiæ facultates. Et ideo quisquis omnibus quæ habuit dimisit aut vendidit sit rei suæ contempitor: cum præpositus factus fuerit ecclesiæ omnium quæ ea habet ecclesia efficitur dispensator. Deniq; sanctus Paulinus episcopus, vt ipsi melius noſtis, ingentia prædia quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogauit. Sed cum postea factus est episcopus: non contempsit ecclesiæ facultates sed felicissime distribuī: quo facto ostendit & propria debere propter perfectionē contemni, & sine impedimēto perfectionis posse quæ sunt ecclesiæ profecto cōmunia possideri. Quid sanctus Hilarius nonne & ipse omnia sua aut parentibus reliquit aut pauperibus vendita erogauit? Hic tamen cū merito perfectionis fieret Arelatensis episcopus, quod in illa ecclesia tunc habebat non solum possedit, sed etiam acceptis numerosis hereditatibus fidelium ampliavit. Isti ergo tam sancti viri tā perfecti pōtiffices factis ea audientibus dicunt posse & debere fieri quod ipsi fecerunt: qui vtrūq; tam diuinarum q̄ secularium literarum peritia sine ambiguitate compta qui omnia sua reliquerunt. Vnde datur intelligi q̄ tales ac tanti viri q̄ volētes fieri discipuli Christi renūciauerunt oībus quæ habebant: factiq; ep̄i non vt possessores sed vt procuratores facultates ecclesiæ possidebant: & idcirco scientes non aliud esse res ecclesiæ nisi vota fidelium, precia peccatorum & patrimonialia pauperum, non eas vendicauerunt in vsus suos proprios, sed cōmendatas pauperibus dimiserunt. Hoc autē est possidendo contemnere, non sibi sed aliis possidere: nec habendi cupiditate ecclesiæ facultates ambire, sed eas pietate subueniendi suscipere. Hæc Prosper. AVCTOR. Vbi quasi omnes veritates colliguntur ad vnum acerrimum. Q̄ scilicet illi sancti viri nolebant ceteri possessores sed procuratores rerū ecclesiæ. Q̄ res ecclesiæ nulli sunt propriæ, sed cōmunes toti ecclesiæ, q̄ præpositus qui prius omnia sua reliquit, omnium quæ habet efficitur dispensator, non dicit q̄ dominus. Et q̄ res ecclesiæ nihil aliud sunt q̄ vota fidelium, precia peccatorum, vnde propter ista simul nō repugnat exproprietas professori vt sub cura regimini curam faciat dispensationis. Nō est hoc ei mittere manū ad aratrum & respicere retro. Sed magis si ab istis fugiatur, vt re-

condat se quis in monasterio. Vnde ad Athanasium episcopum & ceteros oēs episcopos sic scribit LIBERIVS papa in epistola sua decretali, Dominis sanctissimis & dominis amantissimis vniuersis episcopis Liberius ep̄s in domino salutem. Suggestum nobis est q̄ pro præteritis laboribus & infestationibus nonnulli vestrū assignatas sibi mercedis & a deo commissas relinquant plebes & in futurū plures relinquere velint eas quas tueri debent ecclesiæ, & pro ouibus sibi cōmissis negligunt laborare: & monasteriorum se tradere volunt quieti: & vacationē ab episcopatus laboribus eligere, & silentio atq; ocio vitam ducere magis appetant q̄ in iis quæ ipsis cōmissa sunt permanere: cū dicat dominus, Beat⁹ qui per seuerauerit vsq; in finē. Et sequitur, Ideo fratres charissimi non vos afflictionum amaritudo a pio mentis vestræ proposito coarctet recedere, considerantes quanta pro absolutiōne vestri & liberatione dñs creator redēptorq; noster pertulit. Hæc ille. AVCTOR. Et mirū est, si homines periti legis dei faciāt, exinde cōsciētiam cum videant Christum potissime sic fecisse & apostolos. Multos discipulos habebat Christus puta Nicodemum, Ioseph & alios qui expropriatē non vouerāt nec eis oculos cōmendabat. Petrus & apostoli iam vouerant paupertatē, & secundum Augustinum potissime vouerāt & vni eorū Iudas Christus thesauros pauperum demandauit. An ideo nō peccauit in hoc, quia pauca dispensanda suscepit: & modicū flatū plus peccat, quia plura custodiunt, cū tñ dispensatori suo alibi Christus permisit: sup pauca fuisse fidelis supra multa te constitutū. Et in quātitate census nō estimatur quātitas criminis sed in p̄tinacia rē illicitam p̄tractātis. Verū AVGVSTINVS dicit oculos illos fuisse quibus tenues quasi iniūta & argumēta loculorū maiorū ecclesiæ post futurā. Exēplū inquit dñi accipite cōuersationis in terra: quare habuit oculos cui angeli ministrabāt, nisi quia ecclesia illius oculos habitura erat? Quare furū cōmisit: nisi vt eius ecclesia cum patitur suas res tolleret. Hæc Augustinus in sermone de communi vita clericorum. Et simile habet sup Ioannē Homil. v. Et idē August. sup illū versū psal. cxlvi. Qui exoriri facit in nubibus scēnū. Fiscus inquit factus est public⁹: ipsum habebat dñs hic in terra, quādo oculos habebat. Et ipsi loculi Iudæ erant cōmissi. Iudæ traditori. Patiebatur dñs & furē, in ipso ostēdēs vbiq; patientiā suā, tamē illi q̄ cōferebāt

in loculos domini conferebant: nisi forte putatis, quia dominus ibat & petebat aut indigebat cui angeli seruebant: qui de quinq; panibus tot milia hominum paut; Quare ergo egere voluit nisi vt daret exemplum montibus vt parerent foenum, nec cōtra pluuiam sterilitatē redderet. Hęc Augustinus, AVCTOR. In hoc dicto Augustin⁹ viderur obuiare Vviteless de mendicitate Christi quia innuit hic q̄ Christus petebat pecuniam ad loculos eundo inter populos, quod esset mendicare ostiariū secundum Vviteless. Satis fit etiā argumēto Vviteless in oppositū: quia cum esset dominus omnium, cui angeli seruebant tamē egere voluit vt daret exemplū montibus parere foenum. Et tertio q̄ cū fuerit professor altissimæ paupertatis tamen voluit habere loculos, & procurare denarios in subsidium pauperum: quare ergo non proflores paupertatis Christianæ modernæ? Nec rē licitum esse arbitror huiusmodi professoribus vt curam dispensandi suscipiant sub insula episcopali, sed etiam si claustrum ipsum non deserant, q̄ vel sua secundum seculi hereditatem distribuunt, vel vt aliqua dispensanda fratribus alendis in claustrō suscipiāt paupertati quam sponderunt non obuiāt: quia nunq̄ in his omnibus sibiipsis, sed Christi pauperibus thesaurizant, Beatus ille pater Hieronymus conqueritur, cur hereditatis suæ capax esse non potuit, & quare aut ratio ne clericatus aut monachus promeruit talem legem. Vnde in epistola ad Nepotianū de vita clericorum, HIERONYMVS, Pudet inquit dicere, sacerdotes idolorum mimi & aurige & scorta hereditates capiunt, solis clericis & monachis hoc lege prohibitum est & prohibetur: non a persecutoribus, sed a principibus Christianis nec de lege conqueror sed doleo cur meruimus hanc legem. Cauterū bonum est sed mihi quod vultus vt indigeam cauterio: Prouida fuerat legis cautio sed tamē nec sic refrenat. Hęc Hieronymus, AVCTOR. Nec tamen suspicaris q̄ in hac querela votum proprietatis habebat Beatus pater Hieronymus, qui & clericus & monachus exiit: Sed forsā quia nō erat ei facultas vel sua donandi pauperibus vel ea monasterio publico sacrandi, Beatus Augustinus tales religiosos qui professione paupertatis cuncta dimittunt, & postea hereditates poterunt assumere, vnde fratres ipsorum monasterialiter videntur, spirituales viros appellat, dei seruos, & passeres nidificantes in

cedris quas plantauerat dominus. Super hęc versum Psalmi. Saturabuntur ligna campi & cedri Libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt. AVGVSTINVS, Cedri inquit Libani potentiores seculi sunt: & ipsi saturabuntur. Peruenit panis & vinum & oleum Christi ad Senatores, ad nobiles, ad reges, Satiata sunt ligna campi. Prius humiles satiati sunt, deinde cedri Libani: sed quas plantauit ipse dominus, creduntur religiosi & fideles: tales enim plantauit dominus. Sequitur, Iam audiūmus qui sunt cedri Libani, nobiles excelsi: excelsi genere opibus & honoribus & ipsi cedri satiantur. Illis tamen quas ipse plantauit, in cedris, passerēs nidificant. Passeres sunt quidam viri spirituales nidificantes in cedris, id est quidam serui dei audientes in euangelio, Dimitte omnia tua & da pauperibus & habebis thesaurum in caelis, & veni & sequere me. Non tantum & hoc audierunt & parui & voluerunt hoc facere & esse parui & spirituales: & non iungi vxoribus & nō mœchati, non macerari cura filiorum, non habere proprias sedes quo delegarentur: sed in quandam vitam communem. Sed quid dimiserunt isti passerēs? Minuti em huius seculi passerēs videntur: quid dimiserunt, quid magnum dimiserunt? Alius se conuertit ad deum, Dimisit cellam patris sui in opem, vix vnum lectum & vnam arcam, conuertit se tamen, factus est passer quæsiuit spiritualia. Bene optime: non illi insultemus, nō illi dicamus, nihil dimisisti, Non superbiat qui multum dimisit, Petrus vt sequeretur dominum nouimus quod piscator erat quid poruit dimittere? & frater eius Andreas, vel filii Zebedei Ioannes & Iacobus, etiam ipsi piscatores, & tamen quid dixerunt? Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te. Non enim dixit dominus, Oblitus es paupertatem tuam, quid dimisisti vt totum acciperes? Multum dimisit fratres mei, multum dimisit qui non solum dimisit quicquid habebat, sed etiam quicquid habere cupiebat, Quis enim pauper non curā iecit in spem seculi huius? Quis non cotidie cupit augere quod habet? Ista cupiditas præcisa est. Ibat in imensum, accepit modum & nihil dimisim est. Prorsus totum mundum dimisit Petrus: & totū mūdū accepit Petrus: quasi nihil habētes & oīa possidentes. Faciūt hoc multi, Ista faciunt qui parum habent & veniunt & sunt passerēs viles, Minuti videntur quia non habent altitudinem dignitatis secularis:

nidificant in cedris libani: sunt etenim & cedri Libani nobiles & diuites excelsi huius seculi: qui cū timore audiūt, Beatus q̄ intelligit super egenū & pauperē. Attendūt res suas, villas suas, & omēs supfluas copias, quib⁹ videntur excelsi: & præbent illas seruis dei, dant agros, dāt hortos, edificāt ecclesias, monasteria, colligit passerēs in cedris Libani, nidificāt passerēs. Ergo sociatur cedri Libani quas plantauit dñs, & illic passerēs nidificabūt. Attendite totā terram si nō ita est. hęc Augustin⁹ ram spatiosē ibidē. AVCTOR. Nō oportet hanc tam Christianā q̄ euangelicā laudare sententiā. Ipsamet se probat fundādo se passim sup scripturę sanctę firmissimā petrā: contra quā quisquis offēdat hæreticus comminuetur non dubium. Vbi tamē norandū est q̄ Petrus qui omnia dimisit nihil dimisit: quia totum mundum dimisit & totum mūdum accepit: vt scias Augustinum non laborasse in æquiuocis de dimissis rebus, sed eas intelligere diuitias tēporales tanq̄ nihil habentes, inquit, & omnia possidētes: quod de reb⁹ seculi dictū est ad literā, tanq̄ scilicet nihil habentes in proprietate & omnia possidētes in dispositione habituali scilicet, & si nō statim actuali, & sic Petrus nihil dimisit in veritate rei, sed in modo possidēdi. Dimisit enim totū mundum quantū ad proprietatē: & totū accepit habitualiter ad dispensationem; Et more eius minuti passerēs, viri scilicet professæ paupertatis in monasteriis victitantes sine lesione paupertatis promissæ nidificant in cedris Libani, accipientes villas & agros in dispensatione prepositorum suorum ad cōmunitatem vitę perfectę.

QVOMODO DISPENSANDA

sint bona ecclesie, & qualiter mul-
ti errent in dispensando.

Cap. XLV.

Sed ita queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Queritur, inq̄, a multis multitudine. Querunt hæretici & blasphemæ: querūt catholici viri & condolent: blasphematur hæreticus ecclesiam Christi q̄ dotē admisit: q̄ de decimis & oblationib⁹ viuūt: quia multos cupidos & imperitos dispensatores admittit, ne dicam omnes: sed mecum aspiciat Vviteless, quid vult xxviii. & xxix. cap. dialogi, libro etiā de cura pastoralis: vt ibi videat quantū inuehatur cō-

tra lauitias episcoporum, lasciuas clericorum, auaritiā sacerdotum, & lites & rapinas. Libro etiā de papa maxime cap. x. vbi abbatias & sanctorum monasteria intra peccatorum dicit & hospitia criminum, castra Antichristi: & quæ iam supra, nidos passerū spirituum dixerat Augustinus, ipse appellat nidos serpentum, speluncas latronum, & familiaritates casas viuētium dæmonum: quæ omnia & si propter veritatem, quasi interdum possent dici correctoria verba, tamen in ore tam immanis hæretici sunt ecclesie scandala & sacerdotum Christi aculeata flagella. Peccatori autem semel dixit deus: quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentum meum per os tuum? Et ecclesie filius indignanter ferens hæreticorum correptiones acerrimas: corripit me iustus (inquit) in misericordia, & increpabit me. Sed audite me patres ecclesie domini filiorum Christi feruiles, & serui regnantes dispensatores patri monii Iesu Christi: audite me dulcissimi fratres. Si quis negociator in templo Christi est: si quis seruus auarus, aut amicus conuiuorum, aut lenonum confors habetur: ipse a catholicis clericis corrigatur, a Christianis flagellis eiciatur de templo. Auferantur ista hinc quæ occasionem præbent hæreticis occasionis & scandali, malignationis & improperii: & nostra sententia sine hæreticis flet domus patris Christi experts omnis negociationis. Dedimus occasionem obloquedi fatemur: demus causam corrigendi: nulli sit excusandi licentia. Quando quis congregauit in clericatū thesaurum, fecit ecclesiam Christi speluncam latronum. Et ideo HIERONYMVS super Hieremiam lib. ii. tractans hęc textum, Nunc spelunca latronum facta est domus illa! De hoc loco inquit, in euangelio assumptum puto. Scriptum est, domus patris mei domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum: siue vt in alio euangelio scriptum est, domum negociationis. Ecclesia vertitur in speluncam latronum, quando furta, homicidia, adulteria, periuria, sacrilegia, hæreseos adinuentio & omnia in ea scelera versantur: quando auaritiæ facibus principes inardescunt, & regum quondam opes vileant: certe non vile palliolum possidet. Vnde & infert ego sum, vnde dicit dominus, mei oculi cōteplati sunt quod vos putatis occultum: tenebræ thesaurorum meam non fugiant conscientia. Qui cū diues esset pro nobis pauper


effectus est, nunc in nostris diuitiis erubescit, & dicit. Vobis diuitibus qui hic habetis consolationem vestram. Hæc Hieronymus. AVCT. Vultis audire quid de malis dispensatoribus ecclesiarum doctores catholici decreuerint: quia ea sibi congregat quae sunt pauperum & congregata dispensant: primo audite consensum omnium patrum in concilio Antiocheno, cap. xxv. cui interfuit magnus Augustinus & subscripsit se, CONCILIVM ANTIOPENVM. Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum: ergo omnes qui indigent cum summa reuerentia & timore dei participant. Participat autem & ipse qui indiget si tamen indiget, ratio si fratrum qui ab eo suscipiunt necessarios visibiles profuturus: ita ut in nullo qualibet occasione fraudetur: iuxta factum apostolum sic dicentem. Habentes autem victum & tegumentum his contenti sumus. Quod si contentus istis minime fuerit, conuertat autem res ecclesiarum in usus suos domesticos & eius commoda vel agrorum fructus: non cum presbyterorum consuetudine diaconorumque tractet, sed horum potestatem domesticis suis aut propinquis aut fratribus sibi committat, ut per hominum personam occulte ceteri laedantur: ecclesiam synodo puniat poenas ipse soluat. Si autem taliter accusetur episcopus aut presbyteri qui cum episcopo sunt, quae pertinent ad ecclesiam, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibi inueniunt, ita ut ex hoc affligantur per quod pauperes criminationi vero & blasphemis in sermone traduntur episcopi qui hanc dispensant taliter exponantur. Illos enim & hos oportet corrigi sancta synodo, id quod decet approbare. hæc ibi AVCT. In hoc decreto aguntur varii modi dispensationis malae: primo si dispensator non contentetur simplici victu & vestitu. Secundo, si conuertat res ecclesiarum in usus suos domesticos. Tertio, si propria commoda forsitan ad thesaurum danabiliter colligendum. Quarto, si potestatem ecclesiasticarum rerum propinquis committat, unde pauperes laedantur ecclesiarum. Et non tamen est hoc in episcopis, sed & in presbyteris de decimis & oblationibus habentibus potestatem grande peccatum: dicitur in decreto. Si autem taliter episcopus aut presbyteri, qui cum ipso sunt ad ea quae pertinent ad ecclesiam ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibi inueniunt usurpent &c. Et in CANONE apostolorum ca. xxxix. Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat: & ea velut deo committente dispellet, nec illi liceat ex his aliquid omnino contingere, aut pariter propriis quae dei sunt condonare: quod si pauperes sint tanquam pauperibus subministrat: nec eorum occasione eccle-

sia negotia deperdetur. Hæc ibi. AVCT. Mirabiliter ergo plati & presbyteri moderni quasi per totum decipiunt ecclesiam: qui potestati sibi res ecclesiarum vendicant, & iam vendicatas totas in usus suos conuertunt: saltim per fatam equaliter portione pariter: tamen ad usum pauperum dispensat vir laicus de possessione sua, cuius est merus dominus quantum sacerdos qui solus minister est rerum ecclesiarum aut balliuus. Similiter thesauros custodiunt sacerdotes & miles, similiter pauperes torquent: similiter vestiuntur in molibus: similiter incedunt cum numerosis familiaribus: similiter auro fulgent in cingulis, similiter bibunt in aureis phialis sine cochleis: omnia sua esse existimant clerici: omnia propria vendicant & in audacia temeraria superant Pharisaeos, qui denarios sanguinis crucifixi nullam licentiam in thesaurum templi mittere consenserunt: Non licet (inquiunt) mittere eos in corbanam, quia precium sanguinis est. Et dominus meus contra ratio dicunt: immo licet mittere in corbanam meum mittere & nihil ex eis facere in usum pauperum, in sepulturam peregrinorum: nec est precium sanguinis Christi, sed debitum est & precium altaris mei. An qui deseruiunt edendi obrinent potestatem & non deuorandi potestatem! Vsurparent edendi, scilicet sacra coena cum Christo & apostolis non deuorandi oblata bona pauperum in usus profanos. BERNARDUS quasi conscientia punctus conueritur de iis decimis. Sane patrimonium pauperum sunt facultates ecclesiarum & sacrilega crudelitate eis usurpantur quicquid sibi ministri & dispensatores non utique domini ultra victum accipiunt & vestitum: Non enim ordinavit deus iis qui euangelio deseruiunt de euangelio querere diuitias, & ornatum, sed sumere (ut ait apostolus) ex eo victum. Si ergo illi ex rebus suis pauperibus Christi non erogant, aeterni iudicis sententiam danabunt: quanto magis qui auferunt pauperibus quae non dederunt. Hæc ille in tractatu de colloquio Simonis & Iesu cap. ix. AVCT. Sed excusant excusationes in peccatis & quidam dicunt: non aufero pauperibus, sed obseruo ne deficiant: in via pro eis cautelam dispensationis exerceo, nec mihi sed pauperibus thesaurizo. O domine mi, o sacerdos Christi, quid sic in vero Iuda assimilas tibi Christum! Quid in Decio tyranno pingis Lauræum! si verus Lauræus es, pauperibus cum Laurentio diuide facultates, non cum Decio rapas nec derineas violenter. Iudas traditor inuictor huius sacri legis secundum euangelium finxit casum pauperum, sed hoc non, quia de egenis pertinebat

ad eum, id est non illi pauperum cura fuit, sed quia fur erat & loculos habes Christi ea quae imitaretur portabat. Vide an ne hoc idem in vobis clamet quis rauca conscientia quicquid aliud fingat lingua. IOANNES CHRYSOSTOMUS in dialogo libro. iiii. c. antepen. Ecce inquit puta aliquem cui credita est dispensatio quasi studio diligenti aurum plurimum congregare & ipsum quidem nihil committere: verum nec iis qui egent nisi paucis quibusque tenaciter inde conferre: maximam vero partem sollicitissime custodire: & sequenti persecutionis tempore facultates a persecutoribus diripi: quantum hoc illi putas spectare delictum. Multa ergo est misericordia, multaque prudentia ut nec effluat nec ardeatur ecclesiarum facultas: sed omnia quae rediguntur celeriter oportet diuidi iis qui indigent: thesaurum vero ecclesiarum in eorum qui creditur peccatoribus collocare. hæc Chrysostomus. AVCT. Timeo mihi & supra modum timeo, quod tales facultatum ecclesiarum quicquid verbi preterdunt, tamen apud semet ipsos intus dicunt, dispensator pauperum nuncupor, placet vocabulum, sed non habebit effectum: non erit mihi de egenis cura: ut autem de rebus pauperum exerceam vera furta, loculos Christi non cum Petro sed cum Iuda habeo, & ea quae immittuntur portae & asporto. Sed absit a dominis meis tam immane delictum tantumque sacrilegium. HIERONYMUS autem de hac re dicit. Amico rapere quidam furtum est: ecclesiam fraudare sacrilegium est: accipisse pauperibus erogandum: & usurariis plurimum quod apertissimum scelus est, aliquid exinde subtrahere, omnium peccatorum crudelitate superat. Alter fame torquet, & tu iudicas quam venter eius fame sitit. Igitur aut diuide statim quod accipis, aut si timidus dispensator es, dimitte largiter: ut sua ipse tribuat: nolo sub occasione mea ut sacculus tuus plenus sit: nemo mea me melius seruare potest. Ipse quicumque sic facit est optimus dispensator, hæc Hieronymus ad Neporianum de vita clericorum, versus finem. BERNARDUS vero dicit ecclesias esse dotatas ut donatores pro suis admitterent donatores in aeterna tabernacula: sed ipsi clerici mandamone iam non possunt pro diuitiis seipsum inducere, quod ergo inducet suae dotis patronos. Et in tract. predicto. c. vi. de colloquio Simonis & Iesu idem BERNARDUS. Hinc est, inquit quod donatas & ditatas videmus ecclesias a potestibus & diuitibus huius seculi quod in operibus bonis diuites iuxta Christi admonitionem amicos sibi faciunt de mamona iniquitatis a quibus in aeterna tabernacula recipientur. Quid enim,

speraret ab iis recipi qui classes viderentur habere: sed heu data est ipsa pudentia in occasione carnis, & quod sibi & aliis in caelo tabernacula parare debuerat: in terra conuiguit domum domui, & copulavit agrum agro. Quis rapuit ab ore apostolorum hominibus verbum gratiae, fiduciam verbum. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Ecce ut populus sic & sacerdotes. Similiter voluit diuites fieri immo & abundantius sua hic percipiunt consolationem. Similiter amicis egeret & ipsi ut in aliena salute tabernacula suscipent: ut pote propria non habentes, sicut pauperes spirituum quorum est regnum caelorum. hæc Bernardus. AVCT. Hoc iam vltimo dicit Bernardus clericos diuites egere pauperibus quod eos ducant in aeterna tabernacula: qualiter patroni diuites egebant eis cum tunc pauperes essent ad eundem effectum: ideo dicit beatus HIERONYMUS in epistola ad Damasum papam, & ponit in canonibus. quod quicquid. Quoniam quicquid habent clerici inquit pauperum est & domus illorum omnibus debet esse communes: susceptioni peregrinorum & hospitum inuigilare debet. Maxime curandum est de illis ut de decimis & oblationibus coenobii & xenodochiiis quale voluerint & potuerint sustentationem impendant. hæc Hieronymus. AVCT. Ipsi enim sunt quos Bernardus dicit spiritu pauperes & propria non habentes & clericos habere eorum amicitiam opportunam. Ipsi sunt pauperes religiosi: quibus dicit Hieronymus maxime a clericis esse curandum ut de decimis & oblationibus eorum sustentationem eis impendant.

Quod hospitium & mensa sacerdotum non recte excusant eorum dispensationem in pauperes debent. Cap. XLVI.



Est adhuc propositis clericis nostri occasio delinquendi: occasio inquam accepta non data: ut sic licet incidat in fontem quam fecerunt. Hospitales inquit nos oportet esse & iuxta monitionem apostoli & ecclesiarum instructionem. Vnde cuncta quae offeruntur voto suscipimus, hospitibus pecuniam. Sed in vtroque testamento tam veteri quam nouello, legimus templum domini calamo dimensum. lege Ezechielis, & habebis templum dimensum. Ioannes etiam in testamento nouello ciuitatem meti arundine quam sub mēphora ecclesiarum dicit in quadro sitam. Et iam ante diu sancti patres arundine sceptrigera crucifixi, qui potestatem presentis clerici tunc quando passus erat Christi figuram expressit: omnem pensam ecclesiasticorum pariter quadrifarie diuidebat: primam propositio tribuentes,

secundā clero, tertiā pauperib⁹, quartā eccle-
siis reparandis, vnde Augustino Anglorū epō
querēte quot & quāte portiones debeāt fie-
ri de iis q̄ accedūt ad altaria ex fidelīū obla-
tionibus, Respōdet GREGORIUS informās
eū de doctrīna apostoli Pauli & antiqua tradi-
tione ecclesie, Qualiter ep̄s inq̄t agere debeat
in ecclesia, sacra scriptura testatur, quā te be-
ne nosse dubiū nō est: & specialiter beati Pat̄ri
li ad Timotheū epistolē, In quib⁹ eū erudire
studuit qualiter ī domo dei cōuersari debuisset,
Mos autem Apostolicę sedis est ordinatis
ep̄is p̄cepta tradere vt ex omni stipēdiō qđ
accepint, quatuor fieri debeāt petitiones vna
videlicet episcopo & familię propter hospita-
litatē atq̄ susceptionē, Alia clero, tertiā pau-
peribus, quarta ecclesiis reparandis. Sed quia
tua fraternitas monasteriū regularis erudita
forsum nō debet fieri a clericis suis in eccle-
sia Anglorū, quę auctore deo nup̄ adhuc ad
fidē p̄ducta est: hęc debet cōuersationē insti-
tuere quę in initio nascētis ecclesie fuit pau-
perib⁹ nostris, in quib⁹ nullus eorū ex iis quę
possidebāt, aliquid suū esse dicebat. Sed erant
illis omnia cōmunia, hęc Gregori⁹ ad inter-
rogationē primā Augustini, AVCT, Ecce iā
mēsurā qua metiuntur p̄uentus ecclesie, Er-
go si vna portio omnes alias deuoret: tunc ex
quatuor portionibus facimus vnā, & ciuitatē
cōfundimus, in quadro positam: & mensuram
proicimus arundinē primā a Christo, demū
ab angelo scilicet p̄posito ecclesie cōstituta,
pphanū enim arbitror omnia emolimēta san-
cti spūs cōuerrere in obsequiū nostri ventris,
Esca ventri & vēter escis: deus autē hunc cō-
fundet & illā, Nō dāno hospitalitatē clerico
rum, immo laudo, Sed moderatā & crucifixi
arundine tēperatā, Nō bene sub ligno crucis
locatur mēsa diuitis epulonis, Quid ergo tra-
ctam⁹ de pigmētōrū generib⁹ sub myrrhato
calice passionis: q̄ si talia oīno exigant hospi-
tes quos inducis, non sunt illi pro quib⁹ lau-
deris q̄ illis dederis in tēpore triticū mēsurā:
quis nec pascat triticum nec mēsurā, Beatus
autē HIERONYMUS Nepotianū informās,
Conuiuia, inquit, tibi vitāda sunt seculariū,
maxime hortū qui honoribus tument, Turpe
est ante fores sacerdotis dñi: crucifixi & pau-
peris, & qui cibo vescubāt alieno, lictores con-
sulum & milites excubare, iudicemq̄ prouin-
ciā, Melius vis apud te praderē q̄ in palatio:
q̄ si obtēderis te facere hęc vt roges pro mi-
seris atq̄ subiectis, iudex seculi p̄ defert cle-
rico continētī q̄ diuiti, & magis sanctitatem

tuā veneratur q̄ opes, Aut si talis est qui nō
audiat clericos nisi in p̄hialis, libenter care-
bo huiusmodi beneficio & Christum roga-
bo pro iudice qui magis potest & citius sub-
uenire, Melius enī est cōfidere in dño q̄ cōff-
dere in homine, Melius est sperare in dño q̄
sperare in principib⁹, hęc Hieronym⁹ ibidē,
Et iterū idem sup̄ Michę lib. i. tractās hunc
textū, Principes populi proiciētur de domi-
bus deliciarū suarū, Ecclesie inquit principes
qui deliciis affluunt, & inter epulas atq̄ lasci-
uias pudicitia se seruare credunt sermo de-
scribit, q̄ efficiēdi sunt de spatiois domibus
lautisq̄ conuiuīs & multo labore epulis con-
quisitis, & efficiēdi sunt propter malas cogi-
tationes & opera sua, Et si vis scire quo effi-
ciēdi sunt euāgelīū lege in tenebras scilicet
exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium,
An nō cōfusione & ignominie est Iesum cru-
cifixum pauperē atq̄ esurientē fartis p̄dica-
tē corporibus, & ieiuniorū doctrinā rubētī
bucca tumentiq̄ ore profere? Si in Aposto-
lorum loco sumus nō solum sermonē eorum
imitemur sed cōuersationem quoq̄ & absti-
nentiā, Apostoli cum esset sanctū vt q̄ mi-
nisteriū viduis & pauperibus ministrare: non
oportet inquirunt dimisso sermone dei minist-
strate nos mensis, At nunc nō dico pauperes,
non dico fratres & qui rursus inuitare non
possunt, ex quib⁹ excepta gratia nil aliud ep̄i
scopales sperēt manūs: sed militates accētos
gladio & iudicib⁹ excubātes fores suas Cēru-
rionib⁹ & turbis militū Christi sacerdos in-
uitat ad prandiū tora clerici vrbe discurrūt,
querūt exhibere iudicib⁹ quę illi in p̄toris
suis aut inuenite nō possunt, certe aut inuen-
ta non coemunt, hęc Hiero, AVCT, Sed esto
q̄ ait quādo inuitādi sunt ad hospitīū sacer-
dotū potentes viri: cogit forsā necessitas aut
largitas Christiana p̄currir, sed nulla ne-
cessitate regula sacerdotalis vacabit, qn̄ fre-
num moderatōnis imponat vt nec splendor
insit epulis, nec aliūde intētio voluptatis, Ma-
gnus & egregius Augustin⁹ vt dicit in libel-
lo de vita eius, POSSIDONIVS, Mēsa vsus
est frugali & parca, quā quidem inter holera
& legumina etiam carnes aliquādo propter
hospites vel quouis infirmiores semper autē
vinū habebat: q̄ nouerat & docebat vt apo-
stolus dicit, q̄ omnis creatura dei bona sit, &
nilhil abiiciēdū quod cū gratiarū actione dei
percipit, Sanctificat enim p̄ verbū dei & ora-
tionem, & vt idē Augustinus sanctus in suis
confessionū libris posuit dicēs, Nō ego immū

ditiam obsonii timeo, sed immūditia cupidi-
tatis: scio Noe oē gen⁹ qđ cibo esset vsui mā-
ducaste: p̄phētā Heliā cibo carnis refectū, Ioā-
nē mirabili abstinentia p̄ditū aialib⁹ hoc est
locustis in escā cedētibus nō fuisse pollutū: &
scio Esau lēriculę cōcupiscētia deceptum, Et
Dauid p̄pter aquę desiderīū a seipso rephē-
sum, Et sequitur, De vino autē sumēdo apostoli
extat sententia ad Tim, scribentis, Noli vsq̄
adhuc aquā bibere sed vino modico vttere p̄-
pter stomachi & frequētes tuas infirmitates,
Coclearib⁹ tñ argētis vtēbat: ceterę vasa qb⁹
mēsa inferebāt cibi, vel testa vel lignea vel
marmorea fuerūt, nō tñ necessitatis sopia, sed
p̄posito volūtatis, Sed ad hospitalitatē semp̄
exhibuit & ī ip̄a mēsa magis lectiōnē vel dis-
putationē q̄ epulationē potationēq̄ diligebat:
& cōtra pestilētia hūanę cōsuetudis in ea scri-
ptū habebat, Quisq̄ amat dicitis absētū rode-
re vitā, hanc mēsam vctitā nouerit esse sibi,
Et post pauca, Pauperū enim semper memor
erat, eisq̄ inde erogabat & sibi suisq̄ oib⁹ se-
cum habitātib⁹, hoc est vel de redditib⁹ pos-
sessionū ecclesie vel ex oblationib⁹ ipsi, AV-
CTor, Hęc regulā Augusti, sacerdotes Chris-
sti sequātur nō p̄cedāt: hospitalitas gracilis
& clericis cōpetēs ita cūctis sit larga vt tamē
Christi paupib⁹ maxie clericis sua substātia
ministrēt, Sciātq̄ multū peccare p̄byteros q̄
grā hospitīi & sustentādę familię fere oēs puē-
tus redditus & oblationes cōsumunt: & loco
quartę portiois debite paupib⁹ vix dāt cete-
simā, Iniquū est min⁹, pauperē a p̄prio tuto-
re p̄dari, p̄ p̄prio patrē tātā amittere portio-
nē, cū qua hacten⁹ vt putam⁹ nec de⁹ dispēlat
nec canones: sed ergo quāto grau⁹ si nec ex-
hibeāt hospitīū nec canonicā eis p̄beāt por-
tionē & laicis idigenē si faciūt, ad curias tra-
hūt & vsq̄ ad amissionē bonorū vrbib⁹ īsequūt,
Nouit de⁹ q̄ tales sunt quos tñ ī examīne fi-
nali forsā nō noscet, Bt̄is autē HIERONY-
cui inter paupes paupū expta fuerat iniuria
de hac ip̄a cōquerit assimilās tales p̄ byteros
Diocrep̄ epō, q̄ nec paupes sc̄tos recepit &
recipiētes eiecit, Ante oīa inq̄t hospitalitas fu-
turo epō denūciat, Si enī oēs illud de euāge-
lio audire desiderāt, Hospes sui & suscepit
me: quātomagis ep̄s cui⁹ domus oīm cōe de-
bet esse hospitīū? Laic⁹ enī vnū aut duos aut
paucos recipiēs īpleuit, hospitalitatis officii
ep̄s nisi oēs recepit ihuman⁹ est, Sed vereor
ne quō regina Austri veniēs de snib⁹ terrā
audire sapientiam Salomonis iudicatura est
hoīes tēporis sui, & viri Ninuīte arctā faciē

tes p̄cinitētia ad p̄dicationē Ionę cōdēnabūt
eos q̄ maiorē Iona Saluatorē audire cōtēpse-
runt, ita populi ep̄os iudicēt subtrahētes se ab
ecclesiastico gradu & ea q̄ epō cōueniūt ex-
cētēs: de quib⁹ puto Ioannē ad Caiū scribere,
Charissime fideliter facis qđcūq̄ oparis ī fra-
trib⁹ & hoc p̄regrinis q̄ testimoniū dederūt
deuotioi tuę corā ecclia q̄ opte facis, si p̄mi-
seris deo digne, p̄ noīe enī eius exierūt nihil
accipiētes a gētib⁹, Et vere sc̄to, sp̄s in se lo-
quēte qđ futurū erat ī ecclesiis iā tūc rephē-
dit dicēs, Scripsit et iā ecclesie, sed q̄ primat⁹
agere cupit eorū nō recipit nos: propterea cū
venero amonebo opa ei⁹ q̄ facit malis vr-
bis detrahēs de vobis: & nō sufficit ei q̄ ip̄se
nō recipit ftes sed & volētes recipere p̄hibet:
& de ecclesia eicit, Vere nunc est ceruere qđ
p̄dictū est ī p̄leritq̄ vrbib⁹ ep̄os siue p̄ byte-
ros si laicos viderit hospitalēs amatores bo-
norū inuidere, fremere, excōicare, de ecclesia
expellere quasi nō liceat facere qđ ep̄s nō fa-
ciat: & tales esse laicos dānatio sacerdotū est,
Graues itaq̄ habēt & quasi cervicib⁹ suis īpo-
sitos, & vt a bono abducat ope variis p̄secu-
tionib⁹ inquietāt, Hęc Hieron, in cōmēt, sup̄
Titū vbi exponit istū textū, Sed hospitālem
benignū sobriū, AVCT, Hucusq̄ ergo tracta-
tū istū p̄duxim⁹ vt dotē ecclesie ī dispēlatiōe
p̄positorū laudem⁹ & pbem⁹ & cōtra herē-
siarchā Vvitel, oī auctoritate scripture & ve-
teranorū p̄m sanctā p̄dicem⁹ & solidā: sic tñ
vt nō pbem⁹ sed dānem⁹ abusi, Sciāt nihilominus
clericū Christianū se dispēlationis sa-
crarum facultatū nō solūdā suā existationē
seu iudicium suum etiam in pios vsus, ac ad
faciēdū qđ eis placeat nō eē liberos, sed ad fa-
ciēdū qđ eis iniūctū est sub p̄cena dānatiois
eē cōstrictos, Nō enī est talis cōditiois qualis
est possessio laica, sacra facultas, thesaur⁹ pau-
perū: q̄ adhuc est ī suo genere verā eleemosy-
na, Sed tñ ibi cauēd⁹ est error ist⁹ Vvitel, q̄
dotē ecclesie tā ī redditib⁹ q̄ in oblatiōib⁹ cō-
sistentē, vocat pure eleemosynā, vñ ī lib, suo
de cura pastor, c. v. dicit sic, VVITCLEF, Ex
istis elicit q̄ oēs curati sc̄dm legē dñi itrodu-
cti debēt pure vitare de corporali eleemosyna
subditorū: si enī habēt reddit⁹ vel sufficiētēs
mūdi diuitias debēt illas reliquere, Et subdit
postea, Quantū ad corporalē eleemosynā, p̄-
tet q̄ Christus cepit cā de deuotis fœminis
& viris, Nā scribitur Luc, viii, Maria Magda-
lena & Iohāna vxor Cuzę pcuratoris Cēsā-
ris & multę alię ministrabāt ei de facultatib⁹
suis, Nec dubiū quin sicut Christus accepit

nostras miserias atq; pauprime vixit, sic titulo eleemosynę hoc accepit. & sequitur, Nemo ergo nisi rex superbię puritatē illi⁹ tituli denegaret. Christ⁹ autē licet habuerit titulū im mēsitatis dñi ac originalis iustitię, quia tñ p nobis fact⁹ fuit egen⁹ & inops patet de rōne q̄ illo titulo acceperat illa bona, hac V vitcl. AVCTOR. Vbi quīs incidēter, rationally a q̄busdā obiectū est q̄ ipse idē V vitcl. in. iiii. Trialog. c. xxix. supponit q̄ Christ⁹ domināter exegit a suis bona sua: ibi qdē ne fratres, Christ⁹ titulo mēdicarent: hic autē ne sacerdotēs q̄q̄ debite exigerēt ob seruitū altaris: quō hic dicat q̄ nisi pure titulo eleemosynę qui titul⁹ dñiatię exigētē esse nō potest, sed maxime titulus dñiatiōi opposit⁹, videf & forsā aut hic aut ibi errādī libidine ipm esse sopitū: hoc tamē verū esse puto: q̄ titul⁹ dotis aut subuētionis ecclesię in redditi⁹ oblationib⁹ aut aliis quīs sit ab olim & vsq; nunc esse nō definit titul⁹ eleemosynę: nō est tamē titulus purę eleemosynę, intelligo puram & merā eleemosynā, aut in suis aduerbiis pure & mere secūdū q̄ in eis excludit certitudo vel debitū rei petēdę. Ecce vis intelligere bonam eleemosynā & ipsā vt sic debitā. Pone aliquē pœnitēcialiter esse cōfessum, in iunctūq; ipsi esse vt primo occurrētī paupī ad eleemosynā donet denariū: petit occurrētī quis hodie primus, scis debitū esse iniūctū denariū & nō min⁹ est eleemosyna qd̄ porrigit: quia sic iniūctū est ei vt primo occurrētī paupī ad eleemosynā tradat denariū: ergo denari⁹ quē ex iniūcto donat peccator & eleemosyna est ex suo genere, & debitū ex iniūctiōe. Ita quodā modo qd̄ a p̄cipib⁹ titulo eleemosynę subintravit: vt certis seruiret ecclesiis siue rōne dotis vt possessiones & redditus: siue decime aut oblationes plebis q̄ sunt tales apud populū quales sunt dñia & possessiones penes p̄ncipatū: habet a prima sua origine q̄ sit eleemosyna & nō min⁹ ex assignatione facta tali clero q̄ sit ibi debita: vtrobīq; ergo placet ecclesię & vēdicare debitū & eleemosynę cognomētū. Sic enī dicit Canon, xvi. q. i. decime, & c. qm̄. Quicq; habent clerici pauperū redditus ecclesię & prouētus esse eleemosynas & fuisse: cui dicitō canonis alludir etiā scriptura q̄ dicit, Desudet eleemosyna in manu tua donec iuenias iustū cui des: quā eleemosynā dicit magister historiarū esse decimationem primū Leuitis debitā lege illa q̄ vtq; nō effugit nomen eleemosynę quīs ab ipsa lege dei impati decreto regis debebatur ipsīs Leuitis.

Et beatus Augustin⁹ dicit esse biformē patre perē cui dāda est eleemosyna. Vnus est q̄ te querat puta paup aliquis de vulgo: ali⁹ quē tu querere debeas ad dandū illi eleemosynā; scilicet q̄ tibi seruit in euāgelio quē nō expectabis vt petat. Vnde sup illū versum psalm. cxlvi. q̄ exoriri facit, i nubib⁹ fœnū sic habet AVGVST. Estote, inq; exatores vestri, ne aliqd̄ illi qui vobis in euāgelio seruiūt nō dīcam petere cogantur, nā forte neccoacti petant: sed ne silētiō vos arguāt. Vnde scriptū est, Beatus q̄ intelligit sup egenū & pauperē: cū dicit qui intelligit sup egenū & pauperē, eū dicit qui nō expectat vt petat integre sup illū. Alius te querit indigēs, aliū tu debes querere indigētē: vtrūq; dictū est fratres mei & omni petāti te da, modo lectū est: & alio loco scriptura dicit. Sudet eleemosyna in manu tua donec iuenias iustū cui des. Alius est qui te querit: aliū tu debes querere: ne eū qui te querit relinquo inanē, omni petēti te da. Sed alius est quē tu debes querere. Sudet eleemosyna tua donec iuenias iustū cui des. AVCT. Vbi plane dicit Augustinus eleemosynā esse dandā euāgelistę cum tamē hoc ipsum donum qd̄ a donatorib⁹ suscipiunt apostoli vel ministri ecclesię appellet apostolus potestātē, primę Cor. ix. & cōformiter militat p sacerdotibus & altaris ministris sicut pro euangelistis verbī dei: quod idē habetur, & nihil obuiat, quoniā quod est in euāgelio vel altaris ministro eleemosyna ratiōe originis, sic etiā potestas vel debitū ratione laboris cū cōcurfu Christi institutionis. Dominus inq; Apostolus Paulus, ordinauit his qui euāgelium annunciant, de euāgelio viuere.

PERORATIO ET CONCLUSIO
operis p̄missis nōnullis de vestib⁹ & ritibus perfectōrū: ac tandem veniā petens siquid minus bene in superiorib⁹ dictum sit.
Caput XLVII. & vltimū.



Sxpeditis substantiālib⁹ hui⁹ opusculi, de vestib⁹ & ritib⁹ sequeretur oratio, nisi q̄ factis de eis saltem quantū res exigit p̄tractū est: sufficit enim nec nouiter nec inutiliter esse repertos & vltra qd̄ plurimi modē ni existimāt sancti sunt, sacri sunt, nō sanctitate meriti p̄cipalis: qualiter hō sanctus est, aut angelus: sed qualiter ecclesia materialis sancta dicitur esse & sacrę vestes p̄fificis &

sancta turbula vt Origenes in superioribus plane probauit, & adhuc si sophistę desint solet credere pia simplicitas Christiana. His ergo desertis ad vos cōuerto me o fratres mei quorum sum est iam p̄fessio quā me ministro indigno fundauit, aut qd̄ verius est, fundamētū soliditātē describit mater ecclesia perfectōrū. Eius vt dignū est extulit & muniuit in signis, contra aduersariū cōmunē & publicū hostē omnis militię Christianę. Attrēdite ergo patres mei vt humilitas p̄nos religionis excreseat: quia hoc est religioni laudē dare p̄fectū. Non enim augetur superbiā nō sermonū non vestium aut iurgiorū pompa p̄ficit, sed humilitate spiritus, patientia cordis & rei penuria. Gaudete ergo & pbare q̄ talis sit religio quā cepistis: sed inde supbire nolite, ne forte talis in vobis nō appareat esse religio p̄dicata qualis creditur in seipsa. Vobis autē & ceteris omnibus o venerabiles magistri & dñi mei retribuatur oīpotens vices, humanitatis vestię & supportationis benignę, quam mihi homini idōcto accōmodasti dū causam egerim religionis perfectę: & de cetero dñi mei si deus dederit, in omniū nostrū laborabo causa cōmuni. In materia quādoq; de sacramētis, quādoq; de legib⁹, de sacerdotiō, de clauium exercitio, de cōsecrationib⁹ ecclesiā, de p̄uilegiis indulgētiarū & ceteris talibus vt occurrēt. Si quos autē in hoc actu iuste leserim, humiliter veniā postulo. Si quis autem contra ista militare proponat libēter auscultabo: sed rogo vt illo passu incedat quo ego vsq; nunc semp̄ incessem: postponat trufas, damnet blasphemias & contumeliarū aspergines, quę nihil ad rem faciūt, & tēpus consumūt: sed innitatur scripturis sacris & planis & expositionibus & assertionibus famatissimorum veterū professorum, vt plana veritas intercedat, & omnibus litibus finē ponat. Ceterum si qui sunt quib⁹ nō placet veritas sic declarata, sed libentius māsissent in errorum suorum antiquis cauernis & hęresis latebris q̄ ad ecclesię catholicę redirent sanā & interemeratā sententiā pro eis in speciali orationē donat Augustini quam ipse pro Manichęis expressit dum cum eis disputasset de natura boni in fine libri, AVGVSTINVS. O, in

quit, domine misericors & miserator, longānis & multū misericors & verax, qui facis oriri solē tuum super bonos & malos, & pluuia super iustos & iniustos: qui nō vis mortē peccatoris sed vt cōuertatur & viuatur: qui pertrianaces cōrripis das locū pœnitentię, vt relięta malitia credant in te domine: quīs multū secundum duritiā cordis sui & cor impœnitens thesaurizent sibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicii tui: qui etiā qua die conuersus fuerit homo a nequitia sua ad misericordiam & veritatē tuam, omnes iniquitates eius obliuisceris: p̄stā nobis & da nobis vt per nostrū ministerium quo execrabile & nimis horribilē hunc errorē redargui voluisti, sicut multi tā liberati sunt & hi liberētur, siue per sacramentum sancti baptisimi tui, siue per sacrificiū contribulati spiritus & cordis contriti & humiliati in dolore pœnitentię remissionem peccatorum & blasphemiarū suarum: quibus per ignorantia te offenderunt, accipere mereantur. Tantum enim valer p̄pōllēs misericordiā & potestas & veritas tua, baptisimi tui, clausq; regni cęlorū in sancta ecclesia tua, vt nec de his desperandum sit q̄ diu in hac terra per tuam patientiā viuunt: qui etiā scientes quantū malum sit talia de te sentire vel dicere propter aliquam temporalis & terrenę cōmoditatis consuetudinē & Adē peccatum in illa maligna professione detinētur si ad tuam ineffabilem bonitatem saltem increpatiōis correptionibus fugiāt, & omnibus carnalis vitę illecebris cęlestem vitam & æternam p̄pōnant. Amen.

FINIS quarti & vltimi libri primi Tomi Doctrinalis antiqę & prisę fidei Christianę, Venerabilis patris & eximii theologi Fratris Thomę Vvalden, Carmelitārū in Angliā, suo tempore custodis ac gubernatoris prouincialis solertissimi contra insanā hęresim V vitclē & eius fautorum: qui etiā hoc tempore cristam erigunt.

Sub prelo Ascensiano, ad Nonas
Septēbris, M.D. XXXII.